LVIII
C
30

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LVIII
C
30
NAPOLI

# ANTONII VAN DALE
# DISSERTATIONES IX.
# ANTIQUITATIBUS,
QUIN ET
# MARMORIBUS,
CUM ROMANIS, TUM POTISSIMUM GRÆCIS, ILLUSTRANDIS INSERVIENTES.

*Cum Figuris æneis.*




AMSTELODAMI,

Apud HENRICUM & Viduam THEODORI BOOM.

Aº. M. D C C I I.

Digitized by Google

Digitized by Google

*AMPLISSIMO*

# GISBERTO CUPERO

REIPUBLICÆ DAVENTRIENSIS

## CONSULI

OLIMQUE AD CONSESSVM
ILLVSTRIVM AC PRÆPOTENTIVM
ORDINVM GENERALIVM
NVNC AD CONSESSVM
CELSISSIMORVM ORDINUM
TRANSISVLANIÆ
DELEGATO

Tum &

CELEBERRIMO

# JOANNI GEORGIO GRÆVIO

D. POLITICES HISTORIARVM
ET ELOQVENTIÆ
IN INCLYTA ACADEMIA
TRAIECTINA
PROFESSORI ORDINARIO

A C

SERENISSIMI REGIS

MAGNÆ. BRITTANNIÆ

HISTORICO

VIRIS. ERVDITIONE. SVMMIS

HAS. SVAS

DISSERTATIONES

D. D. D

ANTONIUS van DALE

PRÆ-

# PRÆFATIO.

QUæ Perilluſtris ille vir, legatus ſereniſſimi Boruſſiæ regis, Ezechiel Spanhemius ſcripſit de *Præſtantia & uſu numiſmatum antiquorum*, mihi etiam ſalivam moverunt, ut quæ is circa *Numiſmata* eximie præſtitit, ego quoque circa *Marmora antiqua*, ipſorumque Inſcriptiones tentarem; guſtum ſaltem ut darem illorum, quæ ab aliis forſan longe melius ac curatius mundo erudito exhiberi poterant. Atque equidem videtur hæc materia tractatu digniſſima: ſi modo marmorum iſtorum antiquorum, Inſcriptionumque ex illis excerptarum, pondus & merita rite conſideremus: tum & quam longe

plura ex illis, quam ex *Numiſmatibus* eruere queamus; quamvis & iſta (ut jam docuit Perilluſtris ille vir) maximum ſui uſum circa antiquitatum abſtruſiorum illuſtrationem præbeant: ut vel ex iſtis, quæ de *Urbibus Neocoris* affero, abunde conſpici poteſt.

Neque alia commendatione hæc *Marmora* egent præter illam, quam haurimus ex initio Nonæ Diſſertationis modo memorati Spanhemii; atque adeo ex colloquio ipſius habito cum Eruditiſſimo, ac circa hæc Diligentiſſimo Marquardo Gudio; quæ commendatio his verbis ſignata ibi pag. 757. reperitur: *Inde utique, NEQUE ALIUNDE FERME, petendos varios Sacrorum ritus; Fæ-*

*derum*

*derum formulas, Magiſtratuum ſcita, munia, diſcrimina; Collegiorum, Corporum, Profeſſionum genera, officia, rationes; Domus Auguſtæ miniſteria; Titulos operum publicorum; multa domi militiæque inſtituta: adde Manium jura; Pietatis mutuæ Parentum, Conjugum, Liberorum, ac eruditæ ſimul elegantiae Monumenta; Principis denique gentium Populi nomina, aetates, tribus, ſingula publicis quaſi tabulis deſcripta.*

Quin & hoc non male eluceſcit ex illis quæ de *Sacris Tauroboliis* ex Antiquitate Romana corradere valui; quæque ex Græcis marmoribus attuli de ΑΡΧΙΕΡΕΥΣΙ, ſeu *Pontificibus Graecorum*; de *Neocoris Sacerdotibus*, & *Urbibus*; de *Strategis*, de *Prytanibus*, de *Aganothetis*, *Panegyriarchis*, *Gymnaſiarchis*, *Coſmetis*, *Paedotribis*, aliiſ-

aliiſque pluribus, cum perſonis, tum muneribus: tum & de aliis quoque; ut, ex. gr. *Menſibus Atticis*, &c. quorum ſi non tota, ulterior ſaltem explicatio, aut illuſtratio *Marmorum Inſcriptionibus* debetur.

Circa quas, ſi aliter ſæpe, quam alii ante me, locutus ſum, illoſque ita erroris convincere voluiſſe videar; condonabunt id mihi viri vere eruditi; quod id minime obtrectandi animo, famæve illorum detrahendæ, ſed ſolo veritatis ſtudio, à me factum ſit. Quapropter oro, ut, ſi alicubi ipſe erraverim (quod vereor mihi nimis frequenter accidiſſe) tales talia advertentes, eâdem modeſtia mecum agant.

Multa

Multa ſane prætervidi; multa quoque nimis ſero vidi: quæ adhuc, pro magna parte, *Addendis* inferri potuiſſent. At ex morbo chronico, tandemque triſti obitu, chariſſimæ uxoris (quam & rariſſimam fœminam nominare nunquam verebor) mihi perpetuò afflicto, ac pene confecto, neque animus, neque vires iſta melius perficiendi, plurave prioribus ſuperaddendi, fuerunt, ſicut facile ex poſtremis eruditus Lector videbit. Inter illa quæ Addendis accedere potuiſſent, ſit, ex. gr. *Navigium* iſtud, quod in nummo Severi ab Onuphrio paginâ 32. exhibetur cum hac inſcriptione LAETITIA

TEMPORUM AUGUSTI SEVERI: quum ille, qui apud Doctiſſimum Begerum, in Theſauro Brandeburgico paginâ 692. comparet, tantummodo habeat, LAETITIA TEMPORUM: licet aliàs rem ipſam commodius exprimat.

Sic & *Addendis* adjungi potuiſſet nummus paginæ 350. poſt lineam decimam quartam, inſerendus, nempe iſte Valeriani Auguſti, qui in dicto Theſauro Brandeburgico, paginâ 738. occurrit, cum hac inſcriptione, tribus circumſcripta *Laureatis* capitibus: ΑΥΤ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ΓΑΛΛΙΗΝΟC ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC Κ. ubi ſcilicet compa-

parent *Valerianus* pater, tum & *Gallienus* ac *Valerianus*, ambo ipſius filii: quibus Nicomedienſes erant *ter Neocori*; ſicut inſcriptio in averſo latere hoc modo indicat: ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΤΡΙCΝΕΩΚΟΡΩΝ: tum & tres *Urnæ* ſingulæ duabus *palmis* adornatæ. quibus ſimul indicatur, ſingulis hiſce *Valerianis* & *Gallieno*, Agones fuiſſe decretos ac decertatos. De quibus tamen *Urnis* ac *Palmis*, ſimilibuſque, quæ frequenter admodum & in aliis nummis occurrunt, forſan alibi erit diſſerendi locus. Faciunt interim hæc non male, ut puto, firmandæ opinioni meæ de *Urbibus bis, ter* &c. *Neocoris*.

Multa quoque circa *Amphictyanas*, *Agonothetas*, *Hellanodicas*, *Gymnaſiarchas*, alioſque prætermiſi, ut jam ab aliis allata, ac bene tractata: quum ſolus mihi ſcopus ſit, illa quæ circa hos aut non, aut minus bene explicata fuerant afferre, ac pro viribus illuſtrare. Unde & multa attuli jam ab aliis adducta; ſed quæ mihi videbar minus commode poſſe prætermittere; quod & ſæpe alia occaſione a me afferrentur; & aliis quandoque explicandis facerent.

Præter hæc etiam aliquid de aliis *ommiſſis* tum & *commiſſis*, mihi addendum videtur: nempe quod inter illa numeranda ſit imprimis ARA iſta, quæ in J. Sponii

nii Itinerario, tomo 2. paginâ 216. (editionis Amſteledamenſis; & Wheleri, paginâ 516. repræſentatur ut cujus figuram, illique inſculptos *Daduchos*, inſerendos promiſeram. Quamvis hoc & notari debeat, *Aram* illam, tum & *Daduchos* inſculptos longe aliter ab hoc, quam ab illo repræſentari: quod tamen circa mea non multum refert.

Contrà autem Inſcriptio illa, quæ paginâ 29. ſecunda numero eſt, ibi abundat, & alienum occupat locum: quum propius illi ſint paginâ 58, & ſequentes.

Sic & numerus quandoque hujus illiuſve paginæ, aut capitis omittitur: quin & plus ſemel aut vox

aliqua inhæſit, neque excidit, calamo; aut plus ſemel in eadem periodo ſuperflue occurrit. ex feſtinatione quippe nimia, quâ quandoque mens calamum, quandoque calamus mentem prævertit. Quæ, certe mihi acciderunt inde, quod aliis, ac quidem ſeriis magis negotiis diſtrictus atque inde per intervalla, nec ſemper æque commoda, ſcribere coactus, mea ſcripta ſæpe è manibus deponere debuerim; nec poſtea iſta relegere commode potuerim, vel ex oblivione neglexerim. Unde etiam, fateor, illud perpetuum vitium typographicum, *Amphictionum*, pro *Amphictyonum*, a paginâ 430. uſque ad paginam 505, cauſam habuit.

Nam-

Namque aliis in ipſo contextu ubique Lector *Amphictyonum* reperiet, non *Amphictionum.*

At præter ea tam numero fere innumera typothetarum culpa irrepſerunt *errata typographica* ut me operis hujus pene pudeat ac pigeat.

Quare eo magis oro lectorem, ne negligat ſæpius inſpicere *Erratorum* typographicorum *Indicem*, rerum ac verborum Indici ſubjunctum.

Quæ autem circa ipſum opus errore peccavi, illa & ab aliis eruditis emendari percupio; &, ſi D. O. Max. vitam mihi atque occaſionem divina ſua benignitate ſuppeter, ipſe emendare, atque ulterius

rius perficere conabor. Interim hîc *Veniam pro laude*: quam *petimus dabimuſque viciſſim.*

*AD CLARISSIMUM VIRUM*

# ANTONIUM van DALEN,

QUUM SELECTIORES SUAS

# DISSERTATIONES

*Ad illuſtranda, potiſſimum Marmora*
*Antiqua ederet.*

DALENI, quem Sacra mihi communia jungunt,
Et non fucato pectore natus amor;
Quem juvat antiquæ monumenta inquirere Romæ,
Ruderaque è tenebris tollere priſca ſuis;
Qui Pandionias poſt fata reſurgere Athenas,
Et facis in ſeros nomen habere dies;
Ergone nil ſæcli genius, cui munera ſordent,
Quæ ſuperant vires non imitanda, ſuas,
Nil ætas te longa ſacris impenſa Minervæ
Permovet ut ſtudiis otia liber agas?
Ingenio metam ſic nulla repagula figunt.
Mens tua deſpecto ſurgit ad aſtra ſolo.
Una dies finem ſtudiis imponet & annis.
O, Veniat lentis paſſibus ille dies!
Quam mihi nunc clarent, quæ ſolos Græcia Myſtas
Sacrorum voluit ſubdola noſſe ſuos!
Tuta Pelaſgiadas via me deducit ad urbes.
Arcanas video quas tenet Hellas, opes,
Amphictyonii ſcrutor Decreta Senatus.
Quàm ſunt hæc animo pervia facta meo!
Te duce, DALENI, quem mundo ſcripta probarunt,
Carpimus (ô mecum carpite quiſque) viam.

*** Nunc

Nunc tua me rapiunt viſenda Oracula Delphos,
Nunc me Pontifices, Græcia vana, tui.
Quos ego non luſus, quæ non figmenta revelo,
Atque omni vacuum relligione locum?
Et modo certantes ſolenni more puellas
Mirari, ſparſis in ſua colla comis,
Et modo Palladias cupido luſtrare corollas,
Victrices nymphæ quas meruere juvat.
Nunc præbet Tenedos pulchræ certamina formæ,
Et Parides multos exhibet una mihi.
Nunc ſtupeo cæſi Myſteria pandita tauri,
Et quæ ſtillato membra cruore rubent.
Nunc in Eleuſina videor procedere pompa,
Dum trahitur ſacris Attica puppis equis.
Hæc ego, quem veteris retinent veſtigia Rheni,
Et Trajectino mœnia ſtructa ſolo,
Tecum, DALENI, loca nota & grata pererro,
Ingenii volvens hæc monumenta tui.
Plura dabis. Promiſſa jubent. Tibi cura relicta eſt,
Ne feſtinatus ſupprimat illa rogus.
O Utinam Pylios tibi firma ſenecta det annos,
Aut citò Colchiacis reſtituare focis:

*Adrianus Relandus.*

*SUMMARIA CAPITUM.*

# DISSERTATIO PRIMA,

## *De Origine ac Ritibus Sacri Taurobolii.*

### CAPUT I.

UT *multa, ratione Rituum ſacrorum, Chriſtiani ab Ethnicis deſumpſere, ſic & vice verſâ Ethnicos multa à Chriſtianis mutuatos fuiſſe, oſtenditur: ejuſque rei exemplum (præter alia ex Juliano Cæſare memorata) eſſe perinſigne* Sacrum Taurobolium, *ſeu* Regenerationem (*prætenſam* Myſticam) *per* Baptiſmum ſanguinis. *Quo primum tempore id videatur exortum. Nulla ejus exempla aut memoriam extare ante M. Aur. Antoninum Philoſophum; nulloſque ſcriptores, ſive Ethnicos, ſive Chriſtianos, ante Conſtantinum Magnum illius exſertè meminiſſe. Quæ enim ex Tertulliano aliiſque huc trahuntur pertinere ad* Sacra Mithriaca. *Sicuti illa hac occaſione, circa nonnulla, illuſtrantur.*

### CAPUT II.

*Primum qui inter Chriſtianos Scriptores* Taurobolii, Crioboliique *Sacri exſerte meminit, fuiſſe Julium Firmicum: neque ipſum Auguſtinum ejus mentionem (ſi modo id fecerit) exſertè feciſſe. Oſtenditur porro, cui Deæ cuique Deo, hæc* Taurobolia *ſacra fuerint;* Matri *nempe* Deorum, *aut ſoli, aut ſimul cum* Attide; *atque ita* Telluri *ac* Soli: *neque unquam aut Jovi, aut* Minervæ (*ut prætenditur*) *aut* Dianæ (*quamvis illa* Ταυροπόλος *quandoque dicta fuerit*) *hæc Sacra facta fuiſſe.*

## CAPUT. III.

*Quibus ritibus cæremoniiſve peractum fuerit hoc ſacrum ex Prudentio potiſſimum oſtenſum. Sicut & error circa prætenſam* Conſecrationem Pontificis Maximi Romanorum, *cum Baronii tum I. Cæſ. Bulengeri, tum Th. Reineſii, tum Onuphrii Panuvinii, tum & aliorum oſtenditur. Porro* (2) *quibus animalibus mactatis hæc Sacra perficerentur; atque inde quotuplicia illa fuerint, nempe* Taurobolia *ſola, vel* Taurobolia *ac* Criobolia *ſimul, vel denique* Criobolia *atque* Ægobolia. *Denique quænam animalia, tum & alia inſtrumenta, in* lapidibus *Taurobolitis, ſive* Aris *(quæ locis talibus ſuperſtructæ) dedicata, ac quomodo, ſuperſtructa fuerint.*

## CAPUT. IV.

*Quid intelligendum ſit per* Vires tauri*: ac I. quidem* Vires exceptas *denotare tauri ſanguinem ore, naribus, auribus, veſtimentis, &c exceptum. Hinc talia veſtimenta ut ſacroſancta fuiſſe conſervata. Quid porrò cum veſtimentis factum, poſt initiationes ſacrorum ſuſceptas: qua occaſione etiam aliquid de monachorum veterum veſtimentis additur.* 2. Vires conſecratas *ſpectare ad* Tauri cornua. 3. Vires conditas *reſpicere tauri, ſeu taurorum (forſan & arietum & caprarum) teſticulos.*

## CAPUT. V.

*Quid ſit illud* Taurobolium accepit *ſeu* percepit *quid* Taurobolium fecit. *Illud* fecit *duplici, ſeu diverſo modo accipi, quandoque pro* facere, *quandoque pro* facere & accipere *ſimul, in uno eodemque homine. Illos qui iſtud* Sacrum *accipiebant, id aut propriis, aut aliorum, ſeu pu-*

*publicis, ſumptibus accepiſſe. Per acceptum, vel ſuſceptum, exceptumve iſtud Sacrum neminem fuiſſe conſecratum Pontificem Maximum, ac nequidem Pontificem: ſed homines iſto Sacro accepto, ſeu ſuſcepto, conſecratos ſolùm fuiße, ſive initiatos, Magnæ Deorum Matri (at longe aliter quam Galli) atque adeo* Tauroboliatos.

## CAPUT. VI.

*Non tantum homines privatos, verùm & totos ſimul Ordines, Civitates ac Provincias, ſeu Reſpublicas, hoc ſacrum, pro ſalute &c Cæſarum feciſſe. Privatos quoque vel ſolos, vel etiam ſimul cum aliis id feciſſe: nec tantum viros, ſed etiam fœminas, ſive jam* Sacerdotes Magnæ Matris *eſſent, ſive non; attamen quandoque jam aliis aliorum Deorum ſacris initiatos. Porrò in inſcriptionibus, cum apud Reineſium, Claſſe* I. nº. 220. 221. *tum apud Sponium, pag.* 200. 1. *& 2. reperiundis an* Monuit, *an vero* Movit *ſit legendum: iſtaque occaſione de* monitu *Deorum. Quæ nomina loco iſtorum, quæ in una ipſarum eraſa fuere, reſtituenda ſint. ſicut & pro* Æmobolium *legendum eſſe* Ægobolium. *Pro propria æque ac pro aliorum ſalute homines fuiſſe Tauroboliatos, ſeu Sacrum illud accepiſſe, vel feciße: ſeque ita non mediocris tantum, ſed & ſummæ ſortis homines, conſecratos atque initiatos voluiſſe.*

## CAPUT. VII.

*Hac occaſione agitur quoque de* Sacratis apud Eleuſinam Baccho, Cereri & Coræ, *ſeu* Proſerpinæ; *tum & de* Sacratis apud Lernam *tum* Baccho, *tum & (alio Sacro)* Cereri & Coræ; *tum & de ſacratis* apud Æginam Deabus:

*qua rurſus occaſione de* Taurobolita Dea, *&* Iſiaca Taurobolita (*Dea quaſi*) *in indice magni Scaligeri ad Gruterum*: *tum & de* Curialibus *&* Curionibus, Curionibus primis, minoribus, maximis, *&c. Poſt quos reditur ad* Deas apud Æginam; *quæ non videntur fuiſſe* Ceres *ac* Proſerpina, *verum* Damia *&* Auxeſia. *Denique de* Sacrata *ſeu* Sacranea Cereri Græco, *ſeu* Græco ritu.

## CAPUT VIII.

*De* Sacerdote *Magnæ Matris Deorum* Maxima; *tum & de ſacerdotibus maſculi ſexus ad Conſecrationem tauroboliandorum adhibitis; quandoque & pluribus numero ſimul. De* Præeuntibus *circa hoc Sacrum faciendum* (*qua occaſione rurſus aliquid de titulis eraſis, publica ex auctoritate, dicitur;*) *ut & qui qualeſque hi* Præeuntes *fuerint, cum Romæ, tum in Coloniis ac Municipiis, &c. De ſacramento circa Sacra, ac ſilentio. De* Cuſtode *addito* Præeuntibus. *De* Curatoribus *circa Sacratum* Taurobolia, *tum alias Conſecrationes ac Dedicationes.*

## CAPUT IX.

*Per plures dies adminiſtrationem hujus Sacri quandoque duraſſe; araſque aliquando iterato poſitas fuiſſe. De locutionibus* ſe vivo, ſe vivus *&c.* poſuit. *ſicut & de* Aris *poſitis: uti & uni eidemque aræ aut cippo plures una inſcriptiones inſculptas fuiſſe. Ipſas quoque conſecrationes vigeſimo anno, poſt primam, præterlapſo iteratas fuiſſe: qua occaſione iterum aliquid de initiandis Mithriacis, de* Punitionibus *ac* Promiſſis *circa illa; tum & de aliis Regenerationibus myſticis, Expiationibus, Hyſteropothmis, ac* Baptiſmo Chriſtianorum pro mortuis. *Denique de* iteratis Tauroboliis, *non poſt vigeſimum annum præterlapſum, ſed poſt parvum interpoſitum ſpatium;*

*de*

*C A P I T U M*

*de iiſque ab hominibus nunc pro ſemetipſis, nunc verò pro alüs, acceptis ſeu ſuſceptis.*

## C A P U T X.

*Rurſus de* Sacerdotibus *hæc Sacra adminiſtrantibus; ac quales* Magnæ Matris *Romæ tolerati fuerint. Hos tam viros quàm fœminas, ac quidem conjugatos maritataſque fuiſſe. Eos autem* Taurobolos *quoque &* Taurobolinos *appellatos fuiſſe, at non Gallos. Attyn, ſive Atyn, vocatum fuiſſe* Menotyrannum *ac quare; ſicut &* Matrem Deorum *appellatam fuiſſe* Hertam*: de cujus Sacris apud Germanos ex Tacito. Quæ cognatio inter* Magnam Matrem *&* Iſidem *fuerit, quamvis diverſa eſſent ipſarum Sacra; quænamque diſcrepantia inter hujus* Iſidis *&* Magnæ Matris *ſacerdotes.*

## C A P U T XI.

Gallos *non fuiſſe revera* Sacerdotes M. D. Matris, *ſed de triviali fæce* Agyrtas, *Scurras, ac Mendicabula ſub religionis prætextu; ſicut erant & Bellonarii: unde hi ſæpe ſimul junguntur.* Galli *quomodo fierent.* capillatos *illos fuiſſe, cum* Iſiaci *contrà eſſent* calvi. *De* Sacerdotibus Synodi, *ac cujuſnam. De* Allectoribus Collegiorum: *de* Paraſitis Apollinis, *&* Herculis. *De* pueris puelliſque alimentariis Fauſtinianis, Fauſtinianis Novis (*non tamen ſacerdotibus*) Plotinianis, Mammeanis, *&c. Hos quoque appellatos fuiſſe* Pueros Curiæ; *eoſque procul dubio* Patrimos Matrimoſque *fuiſſe, unde & Sacrorum miniſteriis adhibitos. Hinc reditur denuò ad* Sacerdotes M. D. Matris; *ſeu potius* Miniſtros: *qui, ſicut* Iſiaci *in triplicem ordinem diſcreti fuerant; ita & illi in* Summum Sacerdotem (*utriuſque ſexus ut ſupra vidimus,*) *in* communes Sa-

Sacerdotes, *ac tertiò in* Tibicines *ſeu* Fiſtulatores *&* Gallos, *&c. quorum caput erat* Archigallus. *Porro, qui ille, qualiſque fuerit. Denique quænam moderatio, circa talia, apud Romanos obtinuerit: ac tandem quæ diſtinctio inter* μηναγύρτας *ac* μητραγύρτας *facienda ſit.*

# DISSERTATIO SECUNDA,

## DE

# *Pontifice Maximo, Vicario Pontificis, Rege ſacrorum, Archontibus, &c.*

## CAPUT. I.

*Qualinam fundamento ſuperſtruantur illa, quæ ex Prudentio de* Summo Sacerdote, *ut* Pontifice Maximo Romanorum, *ac per* Taurobolium *in id munus conſecrato, adducuntur.* Summos ſacerdotes *pluribus in locis extra Romam, tum viros tum fœminas; quin & inter Chriſtianos (viros nempe) obtinuiſſe. Diſquiritur porrò an Flavius Julianus Cæſar (vulgo Apoſtata) per illud Sacrum unquam* Pontifex Maximus *fuerit conſecratus. Qua occaſione & verba Greg. Nazianzeni expenduntur; haeque rurſus occaſione obiter Sacra* ἔντομα. *Probatur denique, Gratianum Auguſtum reverâ* Pontificem Maximum *fuiſſe, tam ex Inſcriptionibus, quàm ex Auſonio, &c.*

CA-

## CAPUT II.

Pontificatum Maximum *Cæſarum Chriſtianorum ejuſdem naturæ, ſeu juris ac poteſtatis, circa Chriſtianiſmum fuiſſe, ac* Pontificatus *ille Cæſarum Gentilium circa Gentiliſmum. Qua ratione, ac quibus occaſionibus, Epiſcopus Romanus jura ac titulum* Pontificis Maximi *invaſerit. Plures quandoque Cæſares ſeu potius Auguſtos) tam inter Gentiles, quam poſtea inter Chriſtianos, Romanorum fuiſſe* Pontifices Maximos; *omnes tamen abſque ulla prævia Conſecratione. De* Vicario *porrò* Pontificis Maximi *diſſeritur. Denique & aliqua adduntur de Pontificibus Majoribus ac Minoribus; adeoque & Collegio Pontificum.*

## CAPUT III.

*De* Rege *&* Regina Sacrorum *apud Romanos; tum & de iiſdem apud Athenienſes; a quibus iſti* Rex *&* Regina *originem traxere. Hinc obiter nonnulla de* Hierophantis *&* Cerycibus (*de quibus infra adhuc latius; tum & de* ἐπιμεληταῖς *ac* γεραίραις Regis *ac* Reginæ Sacrorum, *apud Athenienſes, miniſtris. Denique de* φυλοβασιλεῦσι, *de* βασιλείῳ, θόλῳ, πρυτανείῳ, βουλευτηρίῳ, βουκολείῳ: *denique de pompa intra urbem, licet extra Acropolin, adornata.*

## CAPUT IV.

*De* Archontibus; *ac primò quidem de* Archontibus *Athenienſium, quatenus illi quoque Sacra curabant, illiſve præerant.* Principes, *quin & Cæſares quandoque hoc munus ſibi dedecori non duxiſſe exemplo Druſi, Adriani Cæſaris, Gallieni, aliorumque oſtenditur: ſicut & adu-*

*latio Athenienſium turpiſſima erga Antigonum ac Demetrium Reges. Tranſitur porro ad aliarum quoque gentium civitatumque* Archontes*; qui quoque nonnullis in locis plures ſimul numero erant (unde &* primi Archontes*;) cum aliis in locis tantum unicus numero Reipublicæ præfuiſſe videatur: dum ubi plures ſimul præerant, unus* ὁ πρῶτος ἄρχων *eſſet, ut apud Theræos alioſque. Hunc quoque, ſicut alii, non tantum bis, ter, plurieſve* ἄρχοντα*; verum & quandoque ter, plurieſve* πρῶτον ἄρχοντα *ſeu* Primum Archontem*, fuiſſe. Diſcutitur denique, an in Inſcriptione Theræorum M. Aurelius Iſocles Aſclepiades* Archon, *an vero* ἀρχιερεὺς, *ſeu* Pontifex *fuerit.*

# DISSERTATIO TERTIA,

## DE

## *Pontificibus ſeu* ΑΡΧΙΕΡΕΥΣΙ *Græcorum, Aſiarchis, &c.*

### CAPUT I.

*Sequuntur* ἀρχιερεῖς *ſeu* Pontifices*; diſquiriturque quibus in locis illi, ut* ἐπώνυμοι, *locum obtinuerint: tum porrò de* ἀρχιερεῦσι *tam aliorum Numinum, quam* Auguſtorum*; tum & de* ἀρχιερεῦσι, *cum ſolarum Civitatum, tum & totarum Regionum, ſeu Provinciarum, alioſque* ἀρχιερέας *(civitatum nempe) conſtituentibus. Iſtâ autem occaſione de* Metropolibus *ac* Metropolitis *cum Gentilium, tum & Chriſtianorum agitur: atque illa rurſus obiter de vocibus Latinis quæ inſcriptionibus Græcis ſæpius in ſe-*

*ſeruntur: hincque ſuper inſcriptione I. Sponii, de Lucio Julio Bonnato diſquiritur, an in ea* ΔΙΑΡΙΩΝ, *an vero* ΔΙΑΣΙΩΝ, *an vero aliter ſit legendum; atque adeo an iſta vox (hincque & ipſa inſcriptio) ad* Gladiatores, *an vero ad* Annonam, *an denique ad feſtum aliquod,* Διάσια *appellatum, pertineat.*

## C A P U T II.

*De Latinorum* Pontificibus *ac* Flaminibus *Coloniarum, Provinciarum, Cæſarum, ſive Auguſtorum, &c. Plures quandoque extra Romam* Pontifices *ſimul, atque adeo* Collegia *eorum, uno eodemque in loco fuiſſe. interque illos* Pontificem Primum; *quamvis nullus proprie* Maximus *fuerit, niſi Romæ.* Caſponiam Maximam, *non fuiſſe* Sacerdotem Maximam: *quantumvis alias* Sacerdotes Maximæ *obtinerent; ſicut apud Græcos* ἀρχιερεῦς πρῶτοι; *tum &* ἀχιερεῖς *plurium ſimul locorum Deorumve. De verbo* χρηματίζειν *obiter aliqua; de* Baccho Auſpice; *de* Bacchi Novi *aliiſque ſimilis modi epithetis, quæ Cæſaribus, ſive Auguſtis tribuebantur: de* Sacerdote Synodi, *&c. De Sacerdotibus ac Pontificibus, ſive* ἀρχιερεῦσι, *cum temporariis, tum perpetuis, tum denique ex jure ac ſucceſſione hæreditaria; ſicut & de* ἀρχιερεῦσι *ſecundum, tertium ac quartum (quin & pluries) iſto munere fungentibus. De* Sacerdotibus Summis, *ſive* ἀρχιερείαις, fœminis, *iiſdemque* ἐπωνύμοις; *ſeu per quarum fere æque ac per virorum nomina anni ſignabantur.*

## C A P U T III.

*De* Aſiarchis, Lyciarchis, Bithynarchis, *aliiſque; tum de ipſorum munere, utque nunc ex hac, nunc ex illa* Communitate, *aut civitate electi fuerint. Hinc de* Aſiarchis

*Epheſiorum Pergamenorum, Sardianorum, Hypæpenorum &c. Porro de* κοινοῖς, *ſeu* Communitatibus *Græcorum Aſiaticorum; ut & de* κοινῷ *XIII. urbium, aliiſque pluribus: iſtaque occaſione, an in nummo apud Ez. Spanhemium, Harduinum, Vaillantiumque reperiundo* πρύτανις Ῥοδίων, *an vero* Πρόδικος *legendum, &c. Quatenus* Aſiarchæ *iidem cum* ἀρχιερεῦσι *fuerint. Tum denique de* Panionio, *quænamque urbes ad iſtud pertinuerint. De* κοινῷ *Cretenſium, Cappadociæ, Galatiæ, &c. ac de Eleuthero-Laconibus. Denique adhuc de Urbium* κοινοῖς, *ut Epheſiorum, Pergamenorum, Smyrnenſium, &c.*

# DISSERTATIO QUARTA,

## *De Neocoris Sacerdotibus & urbibus Neocoris.*

### CAPUT I.

*De* Sacerdotibus Neocoris, *cum* Deorum Dearumque aliorum, *tum &* Auguſtorum Auguſtarumque; *ac qua dignitate illi fuerint. De* νεωκόρῳ κρατίστῳ; *uti & de* πρεσβυτάτῳ. *Sacerdotes illos ſimul fuiſſe peculiares iſtorum Deorum, quorum erant* νεωκόροι. *De* Collegio Neocororum. *Quidnam commune illi habuerint cum* Aſiarchis, *&* Pontificibus, *ſive* ἀρχιερεῦσι, Sacerdotalibuſque Præſidibus *Tertulliani. Zacoros alio ſub nomine cum illis eoſdem fuiſſe. De* Æditui, *ſeu* Neocoris fœminis; *ac quodnam ipſarum munus fuerit.*

*CAPITUM*

## CAPUT II.

*De* Urbibus Neocoris *ipſarumque prima origine. Primam* Neocoram *urbem fuiſſe Epheſum, ac quidem Dianæ; hancque Dianam Epheſiam & apud Maſſilienſes, & apud Meſſenios, & apud plures alios fuiſſe cultam, Hieropolitas ſc. Clarios, Pergæos, Pruſæenſes, alioſque. De Diana Lycophryne, apud Magnetes; tum & de Diana Pergæa. Sub Cæſaribus ipſorum* Cæſarum *quidem primos tempore* Neocoros *fuiſſe Ilienſes, & Cæſarienſes in Palæſtina, hincque Pergamenos. Quid Auguſtus, quid Tiberius Aſiæ urbibus (ac quibuſnam) conceſſerint. Jam olim ante tamen Smyrnenſes, quin & Alabandenſes,* Neocoros *urbis, ſeu* Deæ Romæ *fuiſſe. Templa Cæſaribus quidem primum ſacrata fuiſſe apud Græcos, hinc & apud alias gentes; ac quidem Auguſto apud Lugdunenſes; tum & apud Siculos, ubi Meſſenenſes, Auguſto ac Liviæ,* bis Neocori *reperiuntur. Urbium Aſiaticarum certamen ob Templum Tiberio Matrique ipſius ſtatuendum; in quo Smyrnenſes cæteris prælati. Exinde id etiam ad ſequentes Cæſares, ſive Auguſtos, fluxiſſe; ad Cajum, ad Claudium, ad Neronem, ad cæteros. Non tamen omnes* Ludos, *omniaque* Certamina *ob* Neocorias *facta fuiſſe.*

## CAPUT III.

*Contentio Civitatum ſuper* πρωτεία, *ſeu Primatu, circa* Neocorias; *maximeque urbium, Epheſi, Smyrnæ ac Pergami.* Πρωτείαν *illam non ordinem temporis ſed dignitatem Civitatum ſpectaſſe, &c. quæ paulo latius pertractantur.*

## CAPUT IV.

*Diſquiritur unde, ac quomodo, Civitates* bis, ter, quaterve Neocoræ *factæ fuerint: ſicut & aliorum eruditiſſimorum virorum ſententiæ ſuper iſta re expenduntur; meaque illorum examini exponitur opinio, qua pono,* urbes ſemel, bis, ter, quaterve Cæſarum, *ſive* Auguſtorum *Auguſtarumque fuiſſe* Neocoras, *prout aut unius, aut plurium ſimul (ac quidem uno eodemque tempore)* Neocoræ *eſſent; ſive templum unicum pluribus ſimul, ſive ſingulis ſingula conſecraßent, &c.*

# DISSERTATIO QUINTA,

## DE

# *Stephanephoris, Prytanibus, Strategis, & Scribis, ſeu* ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΙ *Græcorum.*

## CAPUT I.

*De quibus qualibuſque* Stephanephoris *hic ſermo ſit; ac quale iſtud fuerit munus, ſeu* Sacerdotium. *Hos namque* Stephanephoros *cum apud* Magneſios, *tum apud* Tarſenſes, *tum & apud plures alios obtinuiße. Etiam Epicureos ſacerdotia adminiſtraße. Quali modo hi* Sacerdotes *electi (ſecundùm Platonem) apud Magneſios. Stephane-*

*phanephoros hos tum aliorum Deorum, tum &* Auguſtorum *fuiſſe. De Julia Domna* Nova Cerere *&c.* Stephanephoros *ſimul & aliis perfunctos fuiſse Sacerdotiis, ut* ἀρχιερείᾳ, *ſeu* Pontificatu, *&c. quin & Magiſtratu politico: quum tamen, quatenus eſſent* Stephanephori, *fuerint ſolummodo* Sacerdotes: *quamvis contrarium affirmet Reineſius: iſtâque occaſione paucula hic inſeruntur de* Harmoſtis. *Annuum munus hos* Stephanephoros *geſſiſſe. De* Corona aurea *alioque iſtorum veſtitu (per totum caput hoc hinc inde.)* Scenicis *illos, apud Græcos, ut videtur, præfuiſse: quâ occaſione & de* τεχνίταις, *ſive* Artificibus Dionyſiacis, *ac de* Scenicis Latinorum, *quænamque illarum differentia à Græcis fuerit, &c.*

## CAPUT II.

### *De Prytanibus Græcorum.*

*Quodnam fuerit* Prytanum *munus, cum ex Ariſtotele, tum & ex aliis oſtenditur. Fuit nempe* Sacerdotium, *quod tamen* Magiſtratui politico *annexum erat; ſeu munus, quod partim* Sacerdotio, *ac quidem* Veſtæ, *partim Magiſtratu politico, pluribus quidem in urbibus, conſtitit: fuitque aut annuum id munus aut perpetuum. De Prytani* ἐπωνύμῳ *Plures numero illos ſæpe una eademque in urbe fuiſse: inter quos ille, qui* ἐπώνυμος, *etiam* πρύτανις πρῶτος *appellabatur; ſicuti tales quandoque ſecundum, vel tertium quoque, vel pluries* πρυτάνεις πρῶτοι *erant. De* Prytanibus *quoque* fœminis, *ſeu fœminei ſexus. Poſt quæ diſcutiuntur Inſcriptiones duæ apud Sponium reperiundæ; ob phraſiologiam illam,* μυηθέντα (καὶ μυηθεῦσαν) ἀφ' ἑςίας ἀνέθηκεν, *&c.*

## *SUMMARIA*

## CAPUT III.

*De Strategis, ac de Scribis Græcorum. Doctiſſimi Joan. Vaillantii verba de* Στρατηγοῖς, *eademque obiter perpenſa. Unius ejuſdemque urbis nunc* ἄρχοντα *in nummis, nunc vero* στρατηγὸν; *nunc rurſus* ἀνθύπατον, *nunc vero* στρατηγὸν; *nunc denique* πρύτανιν, *nunc vero* στρατηγὸν, *&c. fuiſſe. Munus illud* τοῦ στρατηγοῦ *politicum, non militare ſeu bellicum fuiſſe; ac quale cum Athenis, tum alibi fuerit. Illuſtris Ezech. Spanhemii ſententia de* στρατηγοῖς. *Conſtantinum Magnum Athenis fuiſſe* στρατηγὸν, *adeoque & ibi* Annonæ Curatorem. *Hinc ulterior* Strategorum *conſideratio; & ulterior de* στρατηγῷ ἐπὶ τῶν ὅπλων; *iſtaque occaſione aliquid de* πολεμάρχῳ; *ſicut & paucula de* τεχνίταις. *De* στρατηγῷ ἐπὶ τοὺς πολίτας, *ſeu* τῆς πόλεως. *De* Athenionis στρατηγίᾳ *Athenis. De pluribus numero ſimul* στρατηγοῖς *in una eademque civitate; iſtaque occaſione de* στρατηγῷ πρώτῳ, *atque* ἐπιτρόπῳ στρατηγῷ, *ſeu* ἐπιτρόπῳ τῆς στρατηγίας; *tum & de* στρατηγοῦ τῆς εἰρήνης. *De* στρατηγοῦ *ac* στρατηγοῖς τοῦ ἱεροῦ *ad* Templum Hieroſolymitanum. *Denique rurſus de* στρατηγοῦ annuo, *ac* πρώτῳ, *&c.*

*De* Γραμματεῦσι, *ſeu* Scribis *Græcorum; ac primò quidem de* Scribis *Athenienſium: hinc de* Scribis *urbium Græcarum Aſiaticarum* ἐπωνύμοις; *cujuſque dignitatis atque auctoritatis illud munus fuerit. De* Scribis *Agonis Muſici: de Grammatophylace, &c.*

*CAPITUM.*

# DISSERTATIO SEXTA,

## *De Concilio Amphictyonum, &c.*

### CAPUT I.

*Origo atque initium* Concilii Amphictyonum; *& an ab Acriſio, an vero ab Amphictyone inſtitutum fuerit. Quænam gentes membra iſtius* Concilii *fuerint, tum initio, tum etiam poſterioribus temporibus. Quænam immutationes circa illud factæ fuerint; imprimis a Philippo Macedone. De* προμαντεία *Delphis, ſeu prærogativa, qua primi ordine aliqui ante cæteros conſulebant Oraculum: iſtaque occaſione de* προεδρία, προδικία, ἀτέλεια, ἀσυλεία *tum ibi locorum, tum alibi.*

### CAPUT II.

*Quibuſnam in locis hoc* Concilium *ſolenni tempore congregatum fuerit; nempe* 1°. ad Thermopylas, 2. ad Templum Delphicum. *Ex quibus qualibuſque membris, ratione eò delegatorum, hoc* Concilium *conſtiterit; adeoque de* Hieromnemonibus *ac* Pylagoris; *iſtaque occaſione rurſus aliquid de* Polemarchis *dicitur; tum & ſuper Inſcriptione una atque altera apud Gruterum, Reineſiumque, reperiunda, &c.*

***** CA-

## CAPUT III.

*Pergitur ulterius circa* Hieromnemones *ac* Pylagoras. *Hincque agitur de* Eccleſia, *ſeu* concione, *in* Amphictyonum Concilio: *de horum* Amphictyonum *juramento: de* Panegyribus, *circa eaſque nundinis ac ſpectaculis. De Certaminibus ac Ludis ibi celebratis: De* Amphictyonum Concilio *in Calauria, ad Templum Neptuni.*

## CAPUT IV.

*De* Theoris *ad Certamina, ſeu Ludos, Oracula &c. miſſis; deque ipſorum diverſis muneribus, cum circa Oracula conſulenda, tum circa* Pompas *ad* Panegyres *deducendas, donaria mittenda, &c. tum & ad alia loca, Ludos, nempe, ac Certamina ſimul celebranda. Denique de* Architheoris *(ſive ἀρχιθεώροις) eorumque munere; uti & de συνθεώροις, &c.*

## CAPUT V.

*De* Hierophantis *ſeu Summis Initiatoribus &c Myſteriorum: tum de* Orgiophantis, *de* Cerycibus, *de* Daduchis, *de* Epibomo, *&c. (qua occaſione & de τιμῇ pro ſtatua, ſeu ſtatuæ dedicatione) tum denique de* Lampadarchis.

DIS-

# DISSERTATIO SEPTIMA,

## DE

# *Agonothetis, Hellanodicis Alytarchis, Panegyriarchis, &c.*

## CAPUT I.

*De* Agonibus *obiter agitur: poſt quos de* Hellanodicis, Agonothetis, *ſimilibuſque Certaminum Ludorumque judicibus; ac quidem* 1°. *de* Hellanodicis*: qua occaſione de* Navigio *in Smyrnæorum Olympicis per urbem vecto; iſtâque rurſus de* Navi *Athenienſium Panathenaica: tum & de* illa *in Delo. quin & de* iſta, *quæ ſub Severo in Amphitheatro Romano fabricata fuit, atque omnis fere generis feras effudit. Plus ſemel iiſdem, aliiſve Certaminibus eoſdem, ut* Agonothetas *præfuiſſe. Unde rurſus tranſitur ad* Hellanodicas, Æſymnetas, *&c. An ad lævam* Hellanodicarum *manum* Agonothetæ *ſederint. Porrò de* Maſtigophoris *&* Alytarchis; *quonamque munere hi poſteriores functi fuerint.*

## CAPUT II.

*Pergitur ad* Panegyriarchas; *& iſta occaſione paucis agitur de* Agoniſtarcha Commodiano, *uti & de* Agonarchis; *atque in quibus illi differrent ab* Agonothetis. *Adrianum Cæſarem Athenis non reverâ* Agonothetam, *ſed* Agonarcham, *ſeu* Panegyriarcham *fuiſſe; ſicut antiquis tem-*

*temporibus Achilles inter Græcos, Æneas inter Trojanos, fuerant. Ridicula quædam de Nerone. De* Panegyriarcha (*non* Panegyri, *aut* Panegyriſta.) *in nummis expreſſo. Hinc, data occaſione, de* Theſmothetis *ipſorumque munere: poſt quos, de* Agonothetis (*ſive* Ἀγωνοθέται) fœminis, *puellarumque ac fœminarum, cum in Olympia, tum apud Laconas, tum & alibi, Certaminibus ſuper* pulchritudine, Curſu, Pancratio, *&c. agitur. De nominibus* Agonotheta, Sophiſta, *&c. quæ in nummis expreſſa reperiuntur, &c.*

## CAPUT III.

*De* Pæanibus *ipſorumque origine: de Certaminibus inter* Pæanum *cantores Delphis, ante cæteros Agones ibi conſtitutos. Illos initio Diis ſolis cantatos fuiſſe; hinc & poſtea Regibus: quin & tandem per fœdiſſimam adulationem ipſorum adulatoribus ac meretricibus. De ipſorum uſu, tum ante pugnas, ſeu prælia, tum poſt illa, ob jam partam victoriam; tum & ob pacta fœdera; tum denique ob reſtitutam pacem. Hinc de illorum uſu pacis temporibus, in conviviis, ac ſolennitatibus. De differentia inter* Hymnos, Scolia, *ac* Pæanes. *De* Hymnodis, Hymnologis, *&* Pæaniſtis *in ſolennitatibus, ac Ludis publicis, &c. deque ipſorum* Collegiis *cum in Græcia, tum & in Italia, ſeu Romæ. Singula iſtorum Collegiorum ſingulis ſuis numinibus attributa fuiſſe, ex lapidibus oſtenditur: illaque non tantum aliorum Deorum, apud Romanos, alibique, verum &* Cæſarum, *ſive* Auguſtorum *fuiſſe.*

DIS-

*CAPITUM.*

# DISSERTATIO OCTAVA,

## *De Gymnaſiarchis, &c.*

### CAPUT I.

De Gymnaſiarcharum *munere. Illud* annuum *fuiſſe (qua occaſione & ſuper vera lectione unius alteriuſque Inſcriptionis aliquid dicitur:) nec ſolummodo annuum, ſed quandoque in uno eodemque homine per aliquot annos continuatum. Quid* λεύκωμα *fuerit: atque hinc obiter de coronatis ob merita, pluriumque inde, quandoque, urbium civibus. Unde tranſitur ad* Gymnaſiarchas menſurnos, *ſeu qui ex duodecim numero electis, unuſquiſque ſuo menſe præſiderent Gymnaſio. qua rurſus occaſione diſſeritur de* Menſibus *Atticis; ipſorumque rectus ordo ex lapidibus oſtenditur: ſicut & quatenus illi, ratione temporum anni, cum menſibus Romanorum convenerint: tum denique de* Menſibus ἐμβολίμοις, *& annis XIII. menſium, quatenus & iſti huc faciunt.*

### CAPUT II.

Myſteria Magna *Athenienſium non* Pentaëterica, *ſed* annua *fuiſſe: illaque non ſolis civibus, verum & peregrinis, poſt peractas ritè expiationes, &c. patuiſſe. Annorum interſtitium a* Parvorum *initiatione uſque ad* Magnorum ἐποπτείαν *fuiſſe, utplurimum, quinquennale; breviſſimum autem, anno integro adminimum intercedente.* Hierophantas *quoque non* quinquennales, *ſed* annuos *fu-*

*iſſe. De initiatione Apollonii Thyanei: hincque diſſeritur ſuper loco Tertulliani, adverſus Valentinianos, contra Scaligerum, & Meurſium &c.* Parva *quoque* Myſteria *fuiſſe* Annua, *non vero* Trieterica: *nec* Trieterica orgia *Thebanorum cum* Dionyſiis *Athenienſium eſſe confundenda; neque hæc cum* Parvis Myſteriis: *quorum illa* ἐν Ἄγραις *hæc vero* ἐν Λίμναις, *celebrabantur. De Demetrii Poliorcetæ initiatione, &c. Ut* Myſteria *hæc Chriſtiani quoque ſenſim æmulati fuerint. denique de duobus ſimul* Gymnaſiarchis *uni eidemque menſi præfectis. Poſtremo, quid circa talia ac ſimilia temporum tractus immutaverit, etiam exemplo Senatus Athenienſium, ratione numeri Senatorum, oſtenditur.*

## C A P U T III.

*De* Gymnaſiarchis fœminis. *Fœminas non tantum Gymnaſiorum exercitiis, verum & bellicis ſtuduiſſe. De fœminis Ætolorum, tum & de Arcadicis Tegeatarum mulieribus, ac de* Merpeſſa; *quacum componitur* Kenava *Harlemenſis. Platonis ſuper iſto negotio ſententia. Machlium mulierum quoquo anno Certamina. Denique reditur ad* fœminas Gymnaſiarchas; *illaſque obtinuiſſe ex lapide antiquo firmatur. De* Cabarno *non* Deo, *ſed* Sacerdote Cereris: *additurque occaſione iſtius marmoris aliquid de fœminis* Philoſophis.

*De* Xyſtarchis, *deque iſtis Eruditiſſ. Octavii Falconerii opinio. Illos in Græcorum* Gymnaſiis *ſimul cum* Gymnaſiarchis *locum non obtinuiſſe, pareſve aut ſuppares iſtis fuiſſe.* Gymnaſiarchas *fuiſſe Græcorum*, Xyſtarchas *verò Latinorum, &c. De* Xyſtarchis *Cretenſium. De* Gymnaſiis *in Elide, ſive Olympia.* Xyſtos *in Italia partem tantummodo, ac quidem minorem, Balneorum*

*con-*

*conſtituiſse.* *De* Xyſticis *pro* Athletis. Gymnaſia *ac* Xyſti *quibus Diis dicati fuerint.* *De* Ἀρχιερεῦσι *ſeu* Pontificibus totius Xyſti*: qui ſicuti* Xyſtarchæ, *ita &* Præfecti Balneorum Auguſtorum *erant.*

## CAPUT IV.

*De* Archontibus Xyſticis, *ſeu* Synodi Xyſticæ, *qualeſque illi fuerint: ut & obiter de* Archontibus circa Certamina Muſica. *De* καταλύσει Xyſtica, *ac de formula loquendi,* ἀπὸ καταλύσεως; *deque ipſa* Synodo Xyſtica. *De voce* περίοδος *pro* περιοδονίκης, *&c. De diſtinctone inter* παῖδας, ἀγενείους, *&* ἄνδρας, *ſive* ἄνδρας τελείους, *paulo fuſius diſputatur. De* πεντηρίδα *circa Certamina. Nonnumquam, licet rarius, ſine* πεντηρίδα *Athletas fuiſse admiſsos. De* Progymnaſmatis *(ſive inſtitutione) ipſorum* Hellanodicarum. *De* Scammate *in* Stadiis, *tum pro ipſo* Stadio, *tum pro* Sulco *ſeu* foſſa *ſtadii ſumpto. Quid ſit illud,* ἐν αὐτοῖς τοῖς σκάμμασιν, *&c.*

## CAPUT V.

*Inſcriptio a Doctiſſimo Reineſio edita, quæque ad* Agones Muſicos *ſpectat, perpenditur; ipſiuſque vera lectio indicatur. Ipſas* Tribus *in illis Agonibus victrices fuiſſe declaratas. De* Choregis; *iſtaque occaſione oſtenditur,* Dionyſia Majora *fuiſſe* Annua, *non vero* Trieterica. Choregos *ſumptus ad* Choros *adornandos &c. feciſſe: quandoque autem ipſum Populum fuiſse* Choregum*: De* Gymnaſiarchis *qui ad Choros pertinebant.* Gymnaſia *tria Athenis, quibus Dis ſacra, ac quam ſacra, fuerint. De* Didaſcalis, *ſeu* Chorodidaſcalis; *rurſuſque de Choregis, tum*

*& obiter de* Auletis, *&c. De* Chororum Archontibus; *illoſque non ex IX* Archontum *numero fuiſſe, &c.*

## CAPUT VI.

Παιδοτρίβοῦντες, *ſeu* Pædotribæ, *quinam fuerint; illoſque fere* διὰ βίου, *ſive ad vitam munere iſto functos fuiſſe.* Ἀντικοσμητὰς, *ſive* Ὑποκοσμητὰς *plures numero ſimul fuiſſe (quod hîc in parentheſi dictum.)* Pædotribarum *munus deſcribitur. Quo ordine inter* Stadiorum *miniſtros fuerint: hoſque alio nomine* διδασκάλους *fuiſſe appellatos: quum & ipſi exemplo ſuo in exercitationibus quandoque præirent. Diverſis in locis aliquando diverſa horum miniſteriorum fuiſſe nomina.* Coſmetæ *quinam ac quales fuerint; quinam ac quales* Συστρέμματα(?); *illoſque ad* Ὑποκοσμητὰς *videri referendos.* Coſmetas *ſimul Sacerdotes fuiſſe.* Ἱερεῖς θεοῦ καὶ θεᾶς, *in Inſcriptione allata, quinam.* Coſmetas *plures ſimul numero fuiſſe, &c. Quo ordine ὁ* Κοσμητὴς, *cæterique miniſtri, in marmoribus poſiti reperiantur.*

## CAPUT VII.

*Perpenditur controverſia, an* Pædotribæ *iidem fuerint cum* Gymnaſiarchis. *Opinio H. Prideaux, eaque examinata, iſtaque occaſione Antiphontis rhetoris verba (ac verſio) diſcuſſa. Hippocratis ac Galeni de* Γυμναστῇ *(qui a quibuſdam pro uno eodemque habetur cum* Pædotriba) *verba conſiderata; atque hinc, quænam differentia fuerit inter* Gymnaſtas *ac* Pædotribas: *oſtenditurque hos illorum miniſtros fuiſſe.* Τὸν Ἐπιστάτην *fuiſſe* Gymnaſtam, *non* Pædotribam: Aliptas *itidem Gymnaſtas fuiſſe, non Pædotribas: tum &* Ὑγιεινοὺς *non Pædotribas, ſed* Gymnaſtas *fuiſſe. Quodnam horum* Gymnaſtarum *(inter alia)* mu-

*munus fuerit. Eos & præcepta addidiſſe, ac quandoque libros, de arte Gymnaſtica ſcripſiſſe: illoſque, quamvis* 'Αλείπται *eſſent, non ipſos, unxiſſe Athletas; ſed per alios: quia & ipſos Athletas aliquando ante certamen, ſe mutuo unxiſſe, &c. Denique aliquid de* Gymnaſtis αὐτοδιδάκτοις, *ex Galeno, additur.*

## C A P U T VIII.

Gymnaſtas *a veteribus cum* Pædotribis *ſæpe confundi. Unde id acciderit, atque ita error exortus fuerit.* Epiſtatæ *quinam fuerint.* Medicum *aliquando cum* ὑγιεινῷ *confundi; quænamque inter illos differentia fuerit.* Gymnaſtarum *monita.* Gymnaſtam *cum* ὑγιεινοῦ *eundem fuiſſe.* Aliptas balneorum *longe alios fuiſſe ab illis qui* Gymnaſtæ *erant.* Alipta *Laconici. Qualia fuerint Laconica, ipſorumque a Lacedæmoniis origo.* Gymnaſiorum Aliptas *non ipſos unxiſſe, ſed per alios: aliter factum in Balneis. Inſcriptio Lampſazenorum ad quoſnam Aliptas ſpectet, &c. De* Jatraliptis *& differentia ipſorum a* Medicis. *Tertulliani locus de Proculo Torpacione perpenſus. Diverſi generis* Medicos *inter veteres obtinuiſſe: ipſoſque* Jatraliptas *ſuos* reunctores *&* mediaſtinos *habuiſſe; qualeſque illi fuerint. Obiter de* Clinicis, Chirurgis, *&* Ocularriis Medicis. *De* Medicis ſtatuarum, oculorumve *illarum* repoſitoribus. *De* Proculo *Martyre Bononienſi. A Mercuriale* ἄλειπτον *male Aliptam verti; quinamque hi* ἄλειπτοι *fuerint.* Παλαιστὰς *non eſſe confundendos cum* παλαιστρίταις: *qualeſque illi fuerint. Rurſus de differentia inter* ἀλείπτας *&* ἀλείπτους. 'Ασινέξωσοι *quinam fuerint; atque illorum notabilia exempla, ex Dione Chryſoſtomo, &c.*

****** DIS-

# DISSERTATIO NONA,

## DE

# *Fratriis, Thiaſis, Orgeonibus &c.*

## CAPUT I.

*Quænam* Φρατρίαι *fuerint ac* θίασοι; *ubique locorum obtinuerint.* Thiaſitas, *ſeu* Thiaſotas *cum* φράτορσι *quandoque confundi, ut & cum* Orgeonibus. *Quibus illi Dîs conſecrati eſſent. De* Archithiaſitis; *ac quid* Thiaſus, *ex Heſychio, &c.* Ταμίαι *ac* γραμματεῖς Thiaſorum. Φράτερον *&* Φρατριάζειν. *In* Epheborum *album inſcripti.* γεννῆται *quinam ac quales fuerint; tum &* ὁμογάλακτοι. φυλαὶ *& ipſarum diviſiones.* Τριττὺς *quænam fuerit: tum quinam* Orgeones. *Sacra privata prohibita. De* Καβάρνῳ *ſacerdote rurſus ex Suida.* Phratriarum, *ſeu* Fratriarum, Sodalitatumve *nomina tum Athenis, tum Neapoli, tum Romæ, &c. ut* Ἐυμηλειδῶν, Ἠνιοχαινέων, Ἰ'λίων, Θεωπάδων, Ἀρισταίων, *&c. Qualia ſepulchris ſæpe tributa fuerint. De* χαλκολόγοις, Φροντισταῖς, *&* διοικηταῖς *in* Fratriis. *De* immunitatibus *ac privilegiis, quæ benemeritis, ab Urbibus quandoque dabantur. De* ἱεροποιοῖς *& ipſorum munere. Inſcriptio Græca* ver-

*verſa & expenſa.* Ἐπιμεληταὶ, *cum alibi, tum apud* Delios. Ἐπιμεληταὶ τῶν ἐμπορίων; *item* τῶν χορῶν, *&c.*

## CAPUT II.

*De* Coſmis *ac* Protocoſmis *Cretenſium: quâ occaſione conſideratur Cretenſium inſcriptio una & altera. De* Comſtisa *Cretenſium. De* Ephoris *Lacedæmoniorum; ac quam ſimiles inter ſe fuerint Lacedæmoniorum ac Cretenſium (utpote illâ ex hac inſtitutâ) Reſpublicæ. De* Senibus, *ſeu* Senioribus, *Lacedæmoniorum. An, ac quatenus* Κωμασταὶ *Cretenſium conveniant cum* Ephoris *Lacedæmoniorum: rurſuſque iſta occaſione, de* Ephoris *ut* Eponymis, *tum & de* Ephoris *Meſſeniorum, &c.*

## CAPUT III.

*De* Hierothytis: *de* χαλκώμασι, *ac de* Telamonibus, *quibus publica inſcribebantur Decreta: tum & in inſcriptionibus Agrigentinorum ac Melitenſium nonnulla animadverſa atque illuſtrata; velut illa,* ΠΑΡΑΠΡΟΠΟΣΤΑ ΤΑΣ ΒΟΥΛΑΣ, *&* ΠΡΟΑΓΟΓΟΥΝΤΟΣ ΔΙΟΚΛΕΟΣ: *tum & tam* ΗΛΙΑΙΑ *Athenienſium, quam* ΑΛΙΑ *Agrigentinorum & Byzantinorum: porro quid* ἐξοδιάσαι, *quid* ἔξοδος *fuerit; tum* δήμηγος Καρνεῖος, πρόξενος *&* εὐεργήτης, πρόσοδος πρὸς τὴν βουλὴν, *&c. uti &* προεδρία ἐν ἀγῶσι: *denique quid, in Decreto Byzantinorum (apud Demoſthenem) fuerit,* ἐντεαλία; *ac quomodo corrigendum; ſicut illa* τὸ θ' ἕλον ποτὶ τὰν βώλαν, *aliaque in ipſo emendanda aut explican-*

*canda ; ut* ἐπιγαμία, ἀλειτουργία, ἀτέλεια, εἴσπλους καὶ ἔκπλους ἀσυλεὶ καὶ ἀσπονδεί; *tum* πολιτεία *&* ἰσοπολιτεία, *&c. denique quid fuerit* δίκη πρόδικος, *&* προδικία ἐπὶ τιμὰν, *&c.*

DE

DE

# ORIGINE AC RITIBUS SACRI TAUROBOLII.

## CAPUT I.

*Ut multa, ratione Rituum ſacrorum, Chriſtiani ab Ethnicis deſumpſere, ſic & vice verſa Ethnicos multa a Chriſtianis fuiſſe mutuatos, oſtenditur: ejuſque rei exemplum (præter alia ex Juliano memorata) eſſe perinſigne Sacrum Taurobolium, ſeu Regenerationem (prætenſam) Myſticam, per Baptiſmum ſanguinis. Quo primum tempore id videatur exortum. Nulla ejus exempla aut memoriam extare ante M. Aur. Antoninum Philoſophum: nulloſque ſcriptores ſive Ethnicos, ſive Chriſtianos, ante Conſtantinum Magnum illius exſerte meminiſſe. Quæ enim ex Tertulliano aliiſque huc trahuntur pertinere ad Sacra Mithriaca. Sicut illa hac occaſione, circa nonnulla, illuſtrantur.*

PErmulta certe ex Ethniciſmo in meliorem ſcopum atque uſum, quamvis non ſemper optimo cum ſucceſſu; in Chriſtianiſmum tranſtulerunt veteres Chriſtiani. Patet id ex *Amburbiis*, *Ambarvalibus*, *Baptiſmis*, *Peregrinationibus religionis ergo*, *Pervigi-*

 *liis*,

*liis*, *Stationibusque* in templis, *Lectiſterniis*, *Myſteriis*, atque hinc *arcanorum* apud ſacerdotes *Confeſſionibus*, *Epulis ſacris*, *Syſſitiis*, *Collegiis ſacris & Ordinibus*, pluribuſque aliis, quæ in Deorum honorem, expiationemve peccatorum, vel aliter, ab ipſis peragebantur: quæque imitati hinc Chriſtiani Deo, Apoſtolis, aliiſque ſanctis Dei hominibus, (vel ſaltem pro talibus qui habebantur); vel denique in peccatorum pœnitentiam, &c. celebrabant. Quorum tamen multa, tractu temporis, ita in ſuperſtitionem malam, vel abuſum verterunt, ut ipſis quandoque Ethnicis ſcandalo eſſent. Quod, ne de aliis loquar, ex ſolis *Agapis* ac *Pervigiliis* liquet.

At vice verſa ſic poſteriores Ethnici multa ex Chriſtianiſmo in Gentiliſmum tranſvexerunt, & inter ſeſe in abuſu habuerunt. Atque id quidem ex unica iſta epiſtola Juliani Cæſaris ad Urſacium, ſummum Galatiæ ſacerdotem, liquidò patet. Ita enim iſte habet: Ἑλληνισμὸς οὔπω πράττει κατὰ λόγον ἡμῶν ἕνεκα τῶν μελιόντων αὐτόν. τὰ γὰρ τῶν θεῶν λαμπρὰ καὶ μεγάλα, κρείττονα πάσης μὲν εὐχῆς, πάσης δὲ ἐλπίδος. ἵλεως δὲ ἔστω τοῖς λόγοις ἡμῶν Ἀδράστεια· τὴν γὰρ ἐν ὀλίγῳ τοσαύτην, καὶ τηλικαύτην μεταβολὴν ὀλίγῳ πρότερον [ſupplendum ἐλπίζειν τις aut ſimile quid] ἐτόλμα; τί οὖν ἡμεῖς οἰόμεθα ταῦτα ἀρκεῖν, οὐδὲ ἀποβλέπομεν ὃ μάλιστα τὴν ἀθεότητα συνηύξησεν ἡ περὶ τοὺς ξένους φιλανθρωπία, καὶ ἡ περὶ τὰς ταφὰς τῶν νεκρῶν προμήθεια, καὶ ἡ πεπλασμένη σεμνότης κατὰ τὸν βίον; ὧν ἕκαστον οἴομαι χρῆναι παρ' ἡμῶν ἀληθῶς ἐπιτηδεύεσθαι. καὶ οὐκ ἀπόχρη τὸ σεμνὸν εἶναι τοιοῦτον, ἀλλὰ πάντας ἁπαξαπλῶς οἱ περὶ τὴν Γαλατίαν εἰσὶν ἱερεῖς. οὓς ἢ δυσώπησον, ἢ πεῖσον εἶναι σπουδαίους, ἢ τῆς ἱερατικῆς λειτουργίας ἀπόστησον, εἰ μὴ προσέχοιντο μετὰ γυναικῶν καὶ παίδων, καὶ θεραπόντων τοῖς θεοῖς, ἀλλὰ ἀνέχοιντο τῶν οἰκετῶν, ἢ υἱέων, ἢ τῶν Γαλιλαίων γαμετῶν ἀσεβούντων μὲν εἰς τοὺς θεοὺς, ἀθεότητα δὲ θεοσεβείας προτιμώντων. ἔπειτα παραίνεσον ἱερέα μήτε θεάτρῳ παραβάλλειν, μήτε ἐν καπηλείῳ πίνειν, ἢ τέχνης τινὸς, καὶ ἐργασίας αἰσχρᾶς, καὶ ἐπονειδίστου προΐστασθαι. καὶ τοὺς μὲν πειθομένους τίμα,

τοὺς

τοὺς δὲ ἀπειθοῦντας ἐξώθει. ξενοδοχεῖα καθ' ἑκάστην πόλιν κατάστησον πυκνὰ, ἵν' ἀπολαύσωσιν οἱ ξένοι τῆς παρ' ἡμῶν φιλανθρωπίας, οὐ τῶν ἡμετέρων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλων ὅστις ἂν δεηθῇ χρημάτων. ὅθεν δὲ εὐπορήσεις, ἐπινενόηταί μοι τέως. ἑκάστου γὰρ ἐνιαυτοῦ τρισμυρίους μοδίους κατὰ πᾶσαν τὴν Γαλατίαν ἐκέλευσα δοθῆναι σίτου τοῖς ἱερεῦσιν ὑπηρετουμένους, ἀναλίσκεσθαι φημὶ χρῆναι. τὰ δὲ ἄλλα τοῖς ξένοις καὶ τοῖς μεταιτοῦσιν ἐπινέμεσθαι παρ' ἡμῶν. αἰσχρὸν γὰρ εἰ τῶν μὲν Ἰουδαίων οὐδεὶς μεταιτεῖ· τρέφουσι δὲ οἱ δυσσεβεῖς Γαλιλαῖοι πρὸς τοῖς ἑαυτῶν καὶ τοὺς ἡμετέρους· οἱ δὲ ἡμέτεροι τῆς παρ' ἡμῶν ἐπικουρίας ἐνδεεῖς φαίνονται. δίδασκε δὲ καὶ συνεισφέρειν τοὺς ἑλληνιστὰς εἰς τὰς τοιαύτας λειτουργίας, καὶ τὰς ἑλληνικὰς κώμας ἀπάρχεσθαι τοῖς θεοῖς τῶν καρπῶν. καὶ τοὺς ἑλληνικοὺς ταῖς τοιαύταις εὐποιΐαις προσέθιζε, διδάσκων αὐτοὺς ὡς τοῦτο πάλαι ἦν ἡμέτερον ἔργον. Ὅμηρος γοῦν αὐτὸ πεποίηκεν Εὔμαιον λέγοντα·

Ξεῖν οὔ μοι θέμις ἐς', οὔτ' εἰ κακίων σέθεν ἔλθοι,
Ξεῖνον ἀτιμῆσαι· πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες,
Ξεῖνοί τε, πτωχοί τε· δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε.

Μὴδὲ τὰ παρ' ἡμῖν ἀγαθὰ παραζηλοῦν ἄλλοις συγχωροῦντες, αὐτοὶ τῇ ἐπιθυμίᾳ καταισχύνοιμεν, μᾶλλον δὲ καταπροώμεθα τὴν εἰς τοὺς θεοὺς εὐλάβειαν. εἰ ταῦτα πυθοίμην ἐγώ σε πράττοντα, μεστὸς εὐφροσύνης ἔσομαι. τοὺς ἡγεμόνας ὀλιγάκις ἐπὶ τῆς οἰκίας ὅρα· τὰ δὲ πλεῖστα δὲ αὐτοῖς ἐπίστελλε. εἰσιοῦσι δὲ εἰς τὴν πόλιν ὑπαντάτω μηδεὶς αὐτοῖς ἱερέων. ἀλλ' ὅταν εἰς τὰ ἱερὰ φοιτῶσι τῶν θεῶν, εἴσω τῶν προθύρων. ἡγείσθω δὲ μηδεὶς αὐτῶν εἴσω στρατιώτης. ἑπέσθω δὲ ὁ βουλόμενος. ἅμα γὰρ εἰς τὸν οὐδὸν ἦλθε τοῦ τεμένους, καὶ γέγονεν ἰδιώτης. ἄρχεις γὰρ αὐτὸς, ὡς οἶσθα, τῶν ἔνδον· ἐπεὶ καὶ ὁ θεῖος τοῦτο ἀπαιτεῖ θεσμός. καὶ οἱ μὲν πειθόμενοι κατ' ἀλήθειάν εἰσι θεοσεβεῖς· οἱ δὲ ἀντεχόμενοι τοῦ τύφου, δοξοκόποι εἰσὶ καὶ κενόδοξοι &c.

*Quod quidem nondum religio Gentilium ex noſtra procedat ſententia, impedimento ſunt hi qui eam profitentur. Quæ autem à Diis nobis donata ſunt, ea ſplendida ſunt, mag-*

*magna ſunt, excellentiora ſunt, quam quæ omnino vel optari vel ſperari poterant. Nam in tam exiguo temporis ſpatio (ſit quidem Nemeſis noſtris verbis propitia) tantam ac talem rerum mutationem paulo antè ne optare quidem quiſquam audebat. Sed quideſt cauſæ, cur in hiſce, perinde ac ſi nihil amplius opus eſſet, conquieſcamus, ac non potius convertamus oculos ad ea, quibus impia Chriſtianorum religio creverit, id eſt, ad benignitatem in peregrinos, ad curam ab illis in mortuis ſepeliendis poſitam, & ad ſanctimoniam vitæ, quam ſimulant? Quorum ſingula à nobis exequenda eſſe cenſeo. Neque ſatis eſt iſtud ſolum inſtitutum ſancte obſervari: ſed velim omnes noſtros Sacerdotes omninò, qui Galatiam incolunt, vel minis impellas, vel ratione perſuadeas, ut ſint honeſti: vel Sacerdotali Miniſterio abdices, ſi non una cum uxoribus, liberis & famulis, Diis colendis ſedulo animos attendant; & ne patiantur ſervos, & filios, aut conjuges Galilæorum impiè in Deos ſe gerere, & impietatem pietati præponere. Deinde Sacerdotem quemque hortare, ne accedat ad ſpectacula neve, in taberna bibat, neu artem aliquam aut opificium* [hoc quoque a Chriſtianis habet, uti ex Conciliis patet] *turpe aut infame exerceat. Et qui tibi in his rebus morem gerunt, eis honorem tribuito; qui autem reſiſtunt expellito. Porrò Xenodochia multa in civitatibus exſtruito, ut peregrini noſtra benignitate fruantur: neque ſolum hi, qui noſtram colunt religionem, ſed alii quoque, ſi qui pecuniarum indigeant. At ratio, qua res tibi ad hoc inſtitutum neceſſariæ abunde ſuppetant, a me interim excogitata eſt. Nam 30000. modiorum tritici in totà Galatia, & 60000 ſextariorum vini in ſingulos annos dari juſſi: quorum quintam Partem ut Sacerdotibus inſerviant, inſumendam eſſe mando: quod reliquum eſt peregrinis ac mendicis ſublevandis diſtribuendum. Nam turpe Profecto eſt, cum nemo ex*

*ex Judæis mendicet: & impii Galilæi non ſuos modo ſed [NB] & noſtros quoque alant; ut noſtri auxilio quod a nobis ipſis ferri debeat, deſtitui videantur. Quare doceto gentiles, in ejuſmodi miniſteria pecuniam conferre, & pagos Gentilium ex fructibus Diis offerre primitias, & ejuſmodi beneficentiæ officiis aſſuefacito, planùmque illis facito hoc noſtrum olim munus fuiſſe. Nam Homerus Eumenem ita loquentem facit.*

*Hoſpes ſi noſtris ſuccederet advena tectis*
*Vilior, acciperem placide. Sunt dives egenſque*
*A Jove: Parum eſt hoc (fateor) ſed munus amicum.*

*Neque igitur permittamus alios noſtrorum imitatione bonorum nobis laudem Præripere ut ipſi propter ſocordiam turpitudine & infamia afficiamur. Imo potius ne pietatem erga Deos penitus prodere videamur. Quod ſi te iſta ſedulò obire accepero maximà ſane lætitia geſtiam. Præſides domi raro inviſas: ſed ſcribas ad eos literas ſæpiſſime. Ingredientibus illis in urbem, nemo ſacerdos obviam prodeat, niſi quando ad templa Deorum accedunt, ſolum intra veſtibula. Et intrantes nullus miles præcedat: ſequatur autem qui vult. Nam ſimul ut ingreditur limen delubri, privati perſonam induit. Siquidem ipſe, ut noſti, his qui intus ſunt, præes, propterea quod divina lex illud poſtulat. Et qui tibi parent ſunt revera pii: qui autem præ arrogantia reſiſtunt, oſtentatores ſunt & inanis gloriæ appetentes.*

Verum enim vero quod majoris ipſis videbatur momenti erat, ut æmulati veram Chriſtianorum *expiationem* per ſanguinem ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, excogitarent *expiationem*, imò & *regenerationem myſticam*: qua ſcilicet & ipſi in æternum regenerarentur. Inaudiverant quippe jam a primis Chriſtianiſmi incunabulis, ab ipſis Chriſtianis, ſive martyribus, ſive etiam Apoſtatis, inter illos quammaximè prædicari,

*expiationem* quandam ac *liberationem myſticam*, ac *regenerationem* per ſanguinem Jeſu Chriſti; ipſoſque plurimum in ore habere, ſe *ſanguine ejus lotos ac mundatos* eſſe ab omni peccato; quæque alia illi, ex Evang. Joan. c. 6. v. 54. Epiſt. ad Epheſios c. 1. 7. 1 Joan. 5. 6. &c. Hebr. C. 12. 13. & Apocalypſi. 7. 14. de lotione veſtimentorum &c. ſibi invicem memorabant.

Quum igitur talia audirent Ethnici; ne minori prærogativa aut beneficio gaudere viderentur, præter alia ſacra expiatoria, ſacrum quoque quoddam commenti ſunt, quo & ipſi, non quidem hominis alicujus (cum jam toties inter ipſos humana ſacrificia damnata ac vetita eſſent) ſed taurorum, arietum, & caprarum ſanguine, prout ipſi prætendebant, regenerarentur.

De qua Gentilium κακοζηλία paulo latius quam a me aut aliis adhucdum factum, hic jam diſſerere conſtitui: ut ſic videant eruditi, non ſolum Primorum ſeculorum Chriſtianos à veteribus Ethnicis multa deſumpſiſſe; verum & ſic etiam vice verſa Gentiles, novos illos ipſis homines, Chriſtianos nempe (de quibus ſuo tempore, in Apologetico, Tertullianus, *Heſterni ſumus*, *& veſtra omnia implevimus*, *&c.*) fuiſſe imitatos: quamvis nullo modo inde meliores redderentur; quum id ſimul in irriſionem vel ludibrium pii dogmatis Chriſtianorum, de ſanguine Chriſti redemptorio ac ſalvifico, feciſſe videantur.

De hoc Sacro igitur, ſeu Sacris, (quum & *Taurobolia* & *Criobolia* & *Ægibolia*, in eundem finem inſtituta fuerint) viſum mihi nunc eſt aliquid ulterius ac curatius, quam quidem in prima editione Diſſertationis de duratione Oraculorum Ethnicorum feceram, commentari: eo quod eruditiſſimi viri Salmaſius, & Seldenus, & Sponius, qui primi oſtenderunt ſe hic plus quam alios vidiſſe, hæc per occaſionem tantum, atque obiter tractaverint.

Cir-

Circa hæc itaque ſacra primum conſideranda venit ipſorum origo: quæ certe ita poſt Chriſtum Natum patuit; ut quantum ex vetuſtis lapidibus (qui fere unice de his ſacris loquuntur) apparet, non ante M. Antonini imperium, nec niſi ſub finem ipſius, comparuerint: primaque (ut & optime notat Eruditiſſimus Reineſius) illorum ſit commemoratio, quæ ex hic ſequentibus Inſcriptionibus nobis obvenit.

AVRELIA OPPIDANA. TAVROPOLIUM
FECIT. HOSTIIS. SUIS· SACERD·
SMINTHIO. PROCULIANI. ACCIO
AGRIPPE. APRO II COS XV. K
NOV. POLLIONE. PET.

[Quod marmor, quomodo ex hoc ſequenti corrigendum, infra indicabitur.]

SACR. M. M.
AVF. PRIMA. TAVROPOLI. FEC
HOST. SUIS. SACERDOTIB
SMINTHIO. PROCULIANI. ET
PACIO. AGRIPPAE. POLLIONE
II. ET APRO. II. COSS. XV. KAL
NOVE

Durationis ſuæ terminos hæc Sacra, uſque ad Honorii, Arcadii, ac Theodoſii Junioris imperium videntur extendiſſe; imò ad totalem Ethniciſmi, ſub Imperio Romano, ruinam. Poſtrema enim quorum indicia ex dolendis ruderibus venerandæ antiquitatis eruta habemus, cum Valentiniano III & Eutropio atque ita an. Poſt Salvat. Nat. 389. tum Valentiniano

IIII

IIII ac Neoterio, celebrata fuere: neque aliquis cum ratione affirmare poſſet, hæc, quorum memoriam ex Inſcriptionibus renovamus, plane ultima ratione temporis ac durationis, fuiſſe.

Oſtendunt hoc inſcriptiones hic ſequentes: quarum Prima habet.

A G O R I I

| | |
|---|---|
| VETTIO. AGORIO | PRAETEXTATO. V. C. |
| PONTIFICI. VESTAE | QUAESTORI |
| PONTIFICI. SOLI | CANDIDATO |
| QUINDECIMVIRO | PRAETORI. URBANO |
| AUGURI | CORRECTORI. TUS |
| TAVROBOLIATO | CIAE. ET. VMBRIAE |
| CURIALI | CONSULARI |
| NEOCORO | LUSITANIAE |
| HIEROFANTAE | PROCONSULI |
| PATRI. SACRORUM | ACHAIAE |
| | PRAEFECTO. VRB. |
| | PRAEF. PRAET. II |
| | ITALIAE. ET ILLYRICI |
| | CONSULI |
| | DESIGNATO |

In latere ſiniſtro

DEDICATA. KAL. FEB
D. N. FL. VALENTINIANO. AVG. III.
ET. EUTROPIO. CONSS

DIS

Secunda vero.

DIS. OMNIPOTENTIBUS
LUCIVS. RAGONIUS
VENUSTUS. V. C
AUGUR. PUBLICUS
P. R. Q. PONTIFEX
VESTALIS. MAJOR
PERCEPTO. TAUROBOLIO
CRIOBOLIOQ
X. KAL. IVN
D. N. VALENTINIANO
AVG. IIII. ET
NEOTERIO. CONS
ARAM. CONSECRAVIT

Interim nullus ex primi Chriſtianiſmi ſcriptoribus, ante Conſtantini Magni tempora hujus Sacri (horumve Sacrorum) ullatenus meminit; non Juſtinus, non Irenæus, non Clemens Alexandrinus, non Tertullianus, non denique ullus alius ante Firmicum Maternum: qui illa, quæ de *Errore Prophanarum Religionum* ſcripſit Conſtantio ac Conſtanti Augg. inſcripſit: Quantumvis non obſcurè innuere videatur, dictus Reineſius, Tertullianum (quod ipſius tempore hæc Sacra innotuerint) duobus in locis eò reſpexiſſe; ac primo quidem lib. de Præſcript. Hæret. c. 40. hoc modo, dum de Diabolis loquitur: *Tinguit & ipſe quoſdam, utique credentes ac fideles ſuos: expiationem de lavacrò repromittit, & ſic adhuc initiat Mithræ: ſignat illic in frontibus milites ſuos.*

Aſt illa quæ ſequuntur clare oſtendunt, eum de ſolis *Mithriacis* loqui. Pergi namque hoc modo: *Celebrat &*

 *pa-*

*panis oblationem, & imaginem reſurrectionis inducit, & ſub gladio redimit coram, &c.* Ad quæ Mithriaca ſpectant hæ ſequentes Inſcriptiones.

CONSTANTIO. NONO. ET. IVLIANO. II CONS. NONIUS. VICTOR. OLYMPIUS V. C. P. P. AVREL. VICTOR. AUGENTIUS. V. OP. TRADIDERUNT LEONTIKA III. IDUS. AUG. FELIC. ALIA TRADIDERUNT CONS. SUPRA. S. XVII KAL. OCT. FEL.

---

Item.

DATIANO ET CEREALE
CONS.
NONIUS. VICTOR. OLYMPIUS
V. C. P. P. PER. AVR
VICTOR. AUGENTIUS
V. C.
TRADIDERUNT. PATRICA
XIII. KAL. MAI
FEL
D. D. N. N. VALENTE. ET
VALENTINIANO IUNIORE
PRIMUM AUGG.
VI. ID. APRIL
TRADIDERUNT. IEROCORACICA
AVR. VICTOR AUGENTIUS
V. C. P. P.
FILIO. SUO. AEMILIANO

CO-

CORYPHONI. OLYMPIO. C. F
ANNO TRIGESIMO CON
SECRATIONIS SUAE
FELICITER
CONS. S. S.
OSTENDERUNT CRYPHIOS
VIII KAL. MAI
FELIC

Item, Romæ apud ſanctum Sylveſtrum (unde & hæc proxime præcedentia eruta) in baſi duarum columnarum in duobus lateribus fracta, in una.

DATIANO. ET. CEREALE. CONS
NONIUS. VICTOR. OLYMPIUS. V. C.
P. P. AVR. VICTOR. AUGENTIUS V. C. P.
TRADIDERUNT. PERSICA PRI. NON. APRIL. FEL
CONS. S. S. TRADIDERUNT. ELIACA
XVI KAL. MAI. FELIC

D. D. N. N. VALENTE V. ET
VALENTINIANO. IVNIORE PRIMUM
AUGG. CONS VI IDUS APRIL
AV R. VICTOR. AUGENTIUS. V. C.
P. P FILIO.SUO.AEMILIANO.CORYFONI
OLYMPIO C. P. ANNO TRICESIMO
CONSECRATIONIS.SUAE.TRADIDIT.CORACIKA
FELIC. CONS. S. S. OSTENDERUNT
CRYPHIOS VIII. K. MAI. FELIC

In alia.

EUSEBIO. ET. HYPATIO. CONS
NONIUS. VICTOR. OLYMPIUS. V. C. ET
AVP. VICTOR. AUGENTIUS. V. C
TRADIDERUNT. LEONTICA. V. IDUS
MARTIAS. FELIC.

DATIANO. ET. CEREALE. CONS
NONIUS. VICTOR. OLYMPIUS
ET. AVR. VICTOR. AUGENTIUS. V. C.
P. TRADIDERUNT. LEONTICA
XVI. KAL. APRIL. FELIC.

Hæc *Mithriaca* (quamquam antiquitus Mithra Perſarum Deus fuerat) inter Romanos, quod ſciam, ante natum Salvatorem noſtrum locum non habuerunt: ſuntque eadem ex iſtorum genere quæ ex κακοζηλία Gentilium exorta fuerunt. Hinc Tertullianus de Præſcript. Hereticorum cap xl. *à diabolo ſcilicet, cujus ſunt partes intervertendi veritatem, qui ipſas quoque res ſacramentorum divinorum idolorum myſteriis æmulatur. Tingit & ipſe quoſdam, utique credentes & fideles ſuos: expiationem* [legit Rigaltius *expoſitionem*] *delictorum de lavacro repromittit; & ſi adhuc memini Mithra ſignat illic in frontibus milites ſuos; celebrat & panis oblationem, & imaginem reſurrectionis inducit, & ſub gladio redimit coronam. Quid; quod & ſummum Pontificem* [Patrem ſcilicet, Sacrorum, de quo adhuc infra] *unius nuptiis ſtatuit? Habet & virgines, habet & continentes?* Adde his quæ idem ultimo capite de Corona habet.

Cum

Cum ex hiſce tum ex Juſtino martyre, qui duobus in locis de ſpelæo Mithræ loquitur, (in Dialogo cum Tryphone Judæo) ὅταν δὲ οἱ τὰ τοῦ Μίθρου μυστήρια παραδιδόντες, λέγουσιν ἐκ πέτρας γεγενῆσθαι αὐτὸν, καὶ σπήλαιον Καλῶσιν τὸν τόπον, ἔνθα μυεῖν τοὺς πειθομένους αὐτῷ παραδιδοῦσιν: *Porro quando illi qui MITRÆ INITIA TRADUNT, e petra eum natum eſſe memorant, & ſpelæum nominant eum locum, ubi initiari ei credentes perhibent.* Ac poſtea: διὰ τοὺς τὰ μίθρου μυστήρια παραδιδόντες ἐν τόπῳ ἐπικαλουμένῳ παρ' αὐτοῖς σπηλαίῳ μυεῖσθαι παρ' αὐτῶν. *Eos qui Mithræ Myſteria tradunt in loco qui apud illos ſpelæum vocetur, ſuos initiare, ſacraque ſua arcana peragere.* Ex illis dico, tum ex allatis Inſcriptionibus conjecerit quis non male, poſt Chriſtum natum, hæc Sacra apud Romanos Græcoſque fuiſſe introducta; imo & poſt illud tempus plura fuiſſe illis adinventa: præſertim cum & Juſtinus æque hæc addat (in Apologia ſecunda) ubi de Sacra Cæna loquitur: ὅπερ καὶ ἐν τοῖς Μίθρου μυστηρίοις παρέδωκαν γίνεσθαι μιμησάμενοι οἱ πονηροὶ δαίμονες. *Quod quidem etiam in myſteriis Mithræ fieri docuerunt per imitationem pravi Dæmones*

E ſecundo Tertulliani loco à Reineſio allato (ex c. 5. de Bapt.) adhuc minus liquet, ad ſacra *Taurobolia*, eum reſpexiſſe. ita enim ille ibi loquitur: *ſed enim nationes extraneæ ab omni intellectu ſpiritalium poteſtatem eadem efficacia idolis ſuis ſubminiſtrant, ſed viduis aquis ſibi mentiuntur. Nam & Sacris quibusdam per lavacrum initiantur, Iſidis alicujus aut Mithræ, ipſos etiam Deos ſuos lavationibus efferunt. Cæterum villas, domus, templa, totaſque urbes aſpergine circumlatæ aquæ expiant paſſim: certe ludis Apollinaribus & Peluſiis tinguntur. Idque in regenerationem & impunitatem perjuriorum ſuorum agere præſumunt. Item penes veteres quiſquis ſe homicidio infecerat, purgatrice aqua ſe expiabat. Igitur ſi de ſola natura aquæ,* &c. Quæ

eo latius attuli ut inde pateat, non hic de Sacrificio, aut Baptiſmo per ſanguinis effuſionem aliquid indicari.

Meurſii lapſum, at quanti alias circa talia viri! hic obiter notare non poſſum. Non quod ego me illo doctiorem putem; ſed ut inde pateat, etiam ſplendidiſſima eruditionis lumina quandoque & ſuas eclipſes pati: ſicque mihi eo magis condonandum ſit, ſi alicubi a vero aberravero.

Celeberrimus igitur iſte vir in Græcia ſua Feriata, Feſtum nobis producit, quod ΛΕΟΝΤΙΚΑ vocat. Ita enim loquitur: ΛΕΟΝΤΙΚΑ.

*Incertum cui Deo aut Deæ. Sacra autem tunc peragi ſolita, quibus qui initiarentur, aquæ loco abluendis ipſis manibus mel infundere moris erat: quo teſtatum cupiebant, puras à re omni triſti, noxiave ad deteſtanda, manus eſſe oportere. Porphyrius de Nympharum antro:* Ὅταν μὲν οὖν τοῖς τὰ Λεόντικα μυουμένοις εἰς τὰς χεῖρας ἀνθ' ὕδατος μέλι νίψασθαι ἐγχέωσι, καθαρὰς ἔχειν τὰς χεῖρας παραγγέλλουσι ἀπὸ παντὸς λυπηροῦ καὶ μυσαροῦ. *Quando quidem igitur Leontica initiatis ad manus lavandas pro aqua mel infundunt, puras habere manus annunciant ab omni re mœſta & noxia & odioſa. Mentio horum eſt in Inſcript. vet.*

CONSTANTIO. NONO. ET. IVLIANO. II CON. NONNIUS. VICTOR. OLYMPIUS V.C.P.P. ET AVRELIUS VICTOR AUGENTIUS V.OP.TRADIDERUNT LEONTIKA

Et in alia:

EUSEBIO. LIPPATIO. CONS NONIUS. VICTOR. OLYMPIUS. V. C. ET AVREL. VICTOR. AUGENTIUS. V. C

TRA-

TRADIDERUNT. LEONTIKA. IDUS
MARTIAS FEL
DATIANO. ET. CEREALE. CONS
NONIUS. VICTOR. OLYMPIUS. V. C. P. P
ET AVR. VICTOR. AUGENTIVS. V. S
P. TRADIDERVNT. LEONTIKA
XVI KAL APRIL FELIC

Primo Feſtum vocat, quod erat ſacrum Myſterium, ſive initiatio. 2. Inſcriptio Prima non integra exhibetur, ſicut ex ſuprà allatis patet. 3. Illa inſcriptio quæ ſecundo loco ipſi affertur (eodem tamen errore cum Grutero;) ſcribi debet *Euſebio & Hypatio cons.* Sic enim Onuphrius, ſic Calviſius, ſic alii, duos hos conſules nominant. 4. Ponit incertum eſſe cui Deo aut Deæ hæc Sacra facta fuerunt: quum cui Deo, ex ſupra dictis clare pateſcat. Nulla autem feſta hic locum habuiſſe, in quibus hæc Sacra fierent, quoque verum; nec magis illa ad ſacra ſpectare Taurobolia, aut Criobolia, de quibus nobis nunc ſermo eſt, veriſſimum eſt.

Hac occaſione tamen non poſſum non aliquid ulterius addere de his *Mithriacis;* ut quorum aliqua ſaltem erat cum *Tauroboliis* affinitas: quod ſatis clarè ex Tertulliano perſpicitur; atque ulterius ex ſcholiis Nonni ad. I. Steleteuticum Gregorii Naz. in Julianum: ex cujus duobus locis fere eadem tradentibus, unum hunc afferam: οὐδεὶς δὲ δύναται τελεσθῆναι τὰς τοῦ Μίθρου τελετὰς, εἰ μὴ διὰ πασῶν κολάσεων παρέλθοι, καὶ δείξοι ἑαυτὸν ἀπαθῆ τινα καὶ ὅσιον. λέγονται δὲ ὀγδοήκοντα εἶναι κολάσεις, ἃς κατὰ βαθμὸν δεῖ τὸν τελεσθησόμενον παρελθεῖν· οἷον πρῶτον, διανήξασθαι ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ὕδωρ πολύ· εἶτα εἰς πῦρ ἐμβάλλειν ἑαυτὸν· εἶτα ἐν ἐρήμῳ διατηθῆναι καὶ ἀσιτῆσαι, καὶ ἄλλα τινὰ, ἄχρις οὗ, ὡς εἴπομεν, τὰς ὀγδοήκοντα κολάσεις παρέλθοι, καὶ

τότε

ἔστι λοιπὸν ἐμύουν αὐτὸν τὰ τελειότερα, ἐὰν ζήσῃ. *Nemo initiari poteſt ſacris Mithriacis, qui non ante per omnia ſuppliciorum genera pertranſierit, ac ſemet ipſum plane paſſionibus ſuperiorem, ac ſanctum oſtenderit. dicuntur autem eſſe octoginta ſupplicia, quæ per gradus pertranſire debet ille qui initiandus eſt. Veluti Primo per multos dies magnum aquæ ſpatium tranatare; poſtea ſemet ipſum in ignem conjicere; deinde in ſolitudine poſitum ibi jejunare, ut & alia quædam; donec ſicut diximus, octoginta illa ſupplicia pertranſierit; & tunc porrò initiabant eum Sacris plenariis, ſi eouſque ſuperviveret.*

Locus in quo potiſſimum μύησις ſeu conſecratio hæc fiebat, Juſtino teſte (ut vidimus) vocabatur ſpelæum ſeu ſpeleum: quamvis non ſemper revera ſpelæum, ſive *antrum* fuiſſe videatur: ſic idem quoque ex hiſce Inſcriptionibus, non obſcurum videtur.

DEO. SOLI. INVICTO MITHRAE
FL. SEPTIMIUS ZOSIMUS. V. P
SACERDVS. DEI. BRONTONTIS
ET AEKATE. HOC SPELEUM
CON STITUIT

Item

D. S. I. M
P. ACIL. PISONIANUS
PATER. PATRATUS
QUI. HOC SPELEUM. VIOL
IGNIS. ABSUMPTUM
COMPARATA. AREA. A. REPUBL
MEDIOL. PECUNIA. SUA
RESTITUIT

Quæ

Pag. 17.



Quæ de antris ſubterraneis natura aut arte factis non ita intelligi poſſunt.

Attamen, uti apud Gruterum pag XXXIV habetur, *Romæ ſub ara cœli, in ea capitolii parte, quæ aquilonem ſpectat, templum ſubterraneum eſt, ubi Mithræ ſimulacrum perelegans eſt & magnificum, ſuperiori non abſimile, licet infinitò majus, & alicubi mutilum capiteque truncatum. Stant utrinque viri duo, ſupra quos ſtellæ ſingulæ, Oriens ſcilicet & Occidens.*

*In collo tauri leguntur hæc,*

NAMA. SEBESIO.

*In ventre autem hæc,*

DEO. SOLI. INVICTO. MITHRAE

*In infimo ſolo Majuſcularum literarum fragmenta.*

:-:-:-:-:-:-: NAR :-:-:-:-:-:-:-:-:-:-: NE. CS :-:-:-:-:-:-:-:-:-:

Mithræ illud ſimulacrum *ſuperius*, de quo hic Gruterus loquitur, eſt illud quod celeberrimus Jacobus Gronovius nobis in iterata anno 1694. editione *gemmarum* &c. *Leonardi Auguſtini* exhibet; cujuſque deſcriptionem Gruterianâ longe accuratiorem dat. Quod ſimulacrum quoque, & cætera quæ ibi N. 1. habentur, hic exhibere volui.

Deſcriptionem vero, ſi quis illam deſiderat, petat ex iſta ad L. Auguſtinum eruditiſſima Gronovii præfatione, memoratæ jam editioni præfixa.

Inſcriptio autem, quam Gruterus ait huic ſimulacro, cæteriſque ei adjunctis ſubeſſe, hæc ſequens eſt:

C D DEO

D DEO INVICTO D

| | |
|---|---|
| MARCI | MATTI |
| FORTUNA | ET ALEXANDER |
| TUS | ET PAPDUS |
| | ET EFICAX |

PER. FL. ALEXANDRO. PATRE

Signa igitur, uti in alia videmus & hiſce ſpelæis conſecrata Deo huic Mithræ: ſicut id etiam patet ex ſequenti dedicatione; quæ quoque per modo exhibita illuſtratur.

SOLI. INVICTO. MITHRAE
TIBERIUS. CLAUDIUS. TIBERIUS. F. THERMODORUS
SPELEUM. CUM. SIGNIS. ET. . . . CETERISQUE
VOTI. COMPOS. DEDIT

Erat itaque (ut pergamus) alia affinitas hujus Sacri Mithriaci cum Sacro Taurobolio ob taurum. Unde & apud Luctatium Statii ſcholiaſtem, ad finem libri primi Thebaidis, hæc ſequentia habemus: *Perſæ in ſpelæis coli ſolem primi inveniſſe dicuntur. eſt enim in ſpelæo Perſico habitu cum thyara utriſque manibus bovis cornua comprimens; quæ interpretatio ad Lunam dicitur, &c.*

Quale ſimulacrum, quamvis non in ſpelæo, atque unica tantum manu, dextrum tauri cornu comprehendens, comparet in



Digitized by Google



in gemma, quæ in L. Auguſtini parte ſecunda N. 33. exhibetur; quæque ob alia multa obſervanda (quorum explicationem lector ab ipſo hoc Auguſtino petat) a me huc etiam afſertur.

Spelæum vero, de quo Statii vetus interpres loquitur, comparet in iſta figura, quam dictus Gronovius nobis ibidem N. 3. exhibet; quamque ipſe in reditu ex Italia deſcripſit; cujuſque explicatio in eadem præfatione reperiri poteſt. Quare hic ſolam exhibeo figuram; ne ſic nimis extra oleas vagari videar.

Non ita tamen comparet ſpelæum in illa figura, quam ſecundam numero exhibet idem celeb. Gronovius, communicatam ſibi ab eruditiſſimo Evaldo Rulæo, quam hic quoque repræſentari curavi.

Profert & Gruterus, eâdem Theſauri ſui Pagina XXXIV. hanc ſequentem inſcriptionem.

S· I· M TYRRANUS. MARCELLINUS
ET.ANT.SENECIO. JUNIOR.CONDUCTORES.ARMAMEN
EX. VOTO. POSUERUNT

Additque: *ſubtus exprimitur vir chlamyde ſubducta ſub brachium; tauri jacentis tergum premit genu dextro; pede ſiniſtro ejus pedem. Manu dextra complectitur rictum tauri, ſiniſtram admovet parizonio. Canis erectus invadit taurinam gulam, ſerpens ventrem.* Quæ a Bongarſio Gruterus habet.

Ad affinitatem illam accedit & illud, quod (ut circa ſacerdotia Magnæ Matris Ideæ oſtendam) hic & viri Sacerdotes

 eſſent

eſſent, & fœminæ: modo *Mater Sacrorum*, quæ in hac ſequenti inſcriptione comparet, eò referenda ſit:

GEMINA. TITULLA
ARAUSIENSIS. MATER
SACRORUM. HIC
ADQUIESCIT

Cui firmando tamen facere videntur etiam hæc Vopiſci de Aureliano verba: *Matrem quidem ejus Callicrates Tyrius Græcorum longe doctiſſimus Scriptor, ſacerdotem Templi Solis, in eo vico, quo habitabant parentes, fuiſſe dicunt.*

*Patres* certe *Sacrorum* hîc erant; unde & Eunapius, Ἅμα τι γὰρ Θεσπιῶν ἐγένετο πατὴρ ὢν τῆς Μιθριακῆς τελετῆς. *Pater cum eſſet Initiationis Mithriacæ*. Sic in inſcriptionibus ſupra allatis habemus quoque P. P. ſeu *Pater Patrum*; (ita enim hæc P. P. ſunt interpretanda;) ac quidem *Pater Patrum Dei Solis invicti Mithræ*: uti in illa, quæ infra integra exhibenda erit:

DIS
MAGNIS
MATRI. DEUM. ATTIDI. SE
XTILIUS. AGESILAUS. AEDESIUS &c.

Atque etiam in alia adhuc etiam adducenda:
PATER SACRORUM INVICTI MITHRAE

alibi vero videbimus, hæc PATER. SACRORUM. DEI. INVICTI. MITHRAE; alibi denique PATER. ET.

ET. HIEROKORAX. D. S. I. M. Dei Solis invicti Mithræ.

De quo *Hierocorace* (pro quo, ex errore, *Hierceryx* Marmoris hujus primus exſcriptor exceperat) jam Salmaſius ac Reineſius monuerunt; & a me inferius adhuc aliquid dicetur.

Erant igitur hi *Patres*, teſtante id etiam Porphyrio, lib. 4. περὶ ἀποχῆς &c. οἱ πατέρες ὄντες τῆς Μιθριακῆς τελετῆς, qui præerant *Initiationibus Mithriacis*. Matres vero erant, ut conjicio, quales fere *Reginæ Sacrorum* apud Athenienſes ac Romanos; vel ſaltem fæminæ iſtæ, quæ Sacerdotes *Matris Deum*, ſeu M. D. M. *Magnæ Deum Matris*, eſſent: de quibus amplius adhuc infra loquendum erit; *Claudia Acropolis*, nempe, & *Salonina Euterpe*, ſimileſque.

Hos autem *Patres*, fuiſſe *Leones*, ſeu qui ſingulari præterea ex munere, aut repræſentatione, *Leonticis* appellationem dedere, dum *Sacerdotes Mithræ* eſſent, ipſorumque uxores vocatas fuiſſe *Hyænas*, patere videtur ex jam modo nominato atque allato Porphyrio; qui ita, τοὺς μὲν μετέχοντας τῶν Μίθρου ὀργίων Λέοντας καλεῖν, τὰς δὲ γυναῖκας Ὑαίνας. Niſi hæc de initiatis etiam, non vero de ſolis Sacerdotibus capienda ſint. quod tamen minus verum puto. *Coraces* interim, & *Hierocoraces*, erat quoddam miniſtrorum genus Mithriacis Sacris inſerviens: unde idem Porphyrius ait, τοὺς δὲ ὑπηρετοῦντας κόρακας fuiſſe nominatas.

At pluria nomina erant tum initiantium tum initiatorum; uti ex Hieronymi epiſtola ad Lætam, hoc modo diſcimus: *Ante paucos annos propinquus veſter Gracchus nobilitatem patriciam ſonans nomine, cum præfecturam gereret urbanam, nonne ſpecum Mithræ & omnia portentuoſa ſimulacra (vel Sacra) quibus Corax, Gryphius, Miles, Leo, Perſes, Helios, Bromius, Pater initiantur, ſubvertit, fregit & exuſſit?* Ubi *Pater* tamen a *Leone* diſtingui-

 tur:

tur: niſi velimus hîc Hieronymum quidem omnia (aut fere) *ſacrorum miniſtrorum* nomina huc attuliſſe, verum illa inter ſe confudiſſe: cum quandoque unus idemque ſacerdos, aut miniſter diverſis nominibus, pro ratione Sacri, aut partium ipſius, adminiſtrandi, gauderet.

Obſervandum interim quoque, Romanos hæc atque ſimilia Sacra (ut ſic tandem ad noſtra *Taurobolia* redeamus) apud ſe, in melius aliquatenus, reformaſſe. Quod conſtare videtur cum ex ſequentibus inſcriptionibus, tum ex Dionyſio Halycarnaſſæo jam modò quoque adducendo. Prima harum habet:

MATRIS. DEUM. MAGNAE. IDEAE. PALATI
NAE. EJUSQ. M. RELIGIONIS. AD. FANOR
NAVIUS JANUARIUS

Secunda vero:

C. CAMERIUS
CRESCENS
ARCHIGALLUS. MATRIS
DEUM. MAGNAE. IDEAE ET
ATTIS. POPULI. ROMANI
VIVUS. SIBI. FECIT. ET
C. CAMERIO. EYCRATIANO. LIB, &c.

Denique tertia:

DIANAE. SOSPITE
L SEPTIMIUS. L. F. TROM
FELIX VICTOR. SACERD
MATRI. D. M. I. ET. ATTINI
POP. ROM
SUA. PECUNIA. DED

Dio-

Dionyſius igitur etiam ita de ſuo tempore loquitur: *Neque quiſpiam videat apud eos (quamvis mores jam ſint depravati) aut homines numine afflatos, aut furores Corybanticos, aut cœtus clandeſtinos, aut Bacchanalia & Myſteria occulta, aut vigilias nocturnas virorum cum mulieribus in templis mixtorum, aut ullum aliud iſtiuſmodi monſtrum, ſed videat caute omnia quæ ad deos ſpectant & fieri & dici, præter Græcarum & Barbararum gentium morem. Et, (quod omnium maxime ego ſum miratus) licet innumeræ gentes in urbem venerint, quibus omnino neceſſe eſt colere deos patrios ritu domeſtico, nulla tamen peregrina Sacra hæc civitas eſt æmulata, ita ut publice ea ſunt recepta: (id quod multis urbibus jam accidit) ſed etiam, ſi qua ſacra, Oraculis jubentibus in rempublicam introducuntur, ſuis ritibus cives ea colunt, rejectis omnibus fabuloſis ſuperſtitionibus: cujuſmodi* [NB] *ſunt ſacra Matris Ideæ. Quotannis enim Prætores ex Romanorum inſtitutis illi ſacrificia & ludos faciunt. Sacra autem ejus peragunt vir Phrygius & mulier Phrygia: & iſti per urbem ea circumferunt, Matri Deorum ſtipem cogentes, ut mos eorum fert, de pectore pendentes imagines geſtantes, & ad modulos eorum qui tibiis ludentes ipſos ſequuntur, & matris magnæ carmina canunt, incedentes, & tympana pulſantes. Nullus enim eſt Romanus indigena qui matri magnæ ſtipem cogat, aut qui ad ſonum tibiarum per urbem incedat indutus veſte varia, aut Phrygiis ceremoniis deam colat, idque ex lege & Senatus conſulto. Adeo prudenter ab omnibus externis deorum ritibus ea civitas ſibi cavet, & ab omni vana ſuperſtitione, in qua nihil decori ineſt, abhorret.*

Quæ jam temporibus magis antiquis circa *Sabazii Jovis*, circa *Iſidis* atque *Serapis* fana ac ſacra, uti & circa *Bacchanalia*, ſimiliaque fecerint veteres Romani, ex Livio, Vale-

rio Max. & aliis diſcimus; quantum vero poſtrema Imperii tempora ab iis mutata fuerint, ex pluribus exemplis, ac quidem circa ſacra Taurobolia ex ſolius Heliogabali diſcimus; qui, teſte Lampridio, ipſe *Matris etiam Deum ſacra accepit, & tauroboliatus eſt.*

---

## CAPUT II.

*Primum, qui inter Chriſtianos Scriptores Taurobolii Criobolii que ſacri exſertè meminit, fuiſſe Jul. Firmicum: neque ipſum Auguſtinum ejus mentionem, niſi perobſcuram (ſi modo id fecerit) feciſſe. Oſtenditur porrò cui Deæ, cuique Deo, hæc Taurobolia ſacrata fuerint;* Matri *nempe* Deorum, *aut ſoli aut ſimul cum* Attide; *atque ita* Telluri *ac* Soli: *neque unquam aut* Jovi, *aut* Minervæ, *(ut prætenditur,) aut* Dianæ, *(quamvis illa* Ταυροπόλος *quandoque dicta fuerit) hac Sacra fuiſſe facta.*

HActenus igitur nullus inter Chriſtianos horum meminit Sacrorum; (ſicuti, præter Inſcriptiones, nemo ex Gentibus) niſi eò trahamus Origenem, atque Auguſtinum: quorum primus lib. 6. contra Celſum, ita loquitur: Τὶ δὲ (μάλλον εἴπερ βαρβαρικὰ ἐβούλετο μυστήρια ἐκτίθεσθαι, μετὰ τῆς διηγήσεως αὐτῶν) οὐ μάλλον τὰ Αἰγυπτίων, ἐν οἷς πολλοὶ σεμνύνονται, ἢ τὰ Καππαδοκῶν περὶ τῆς ἐν Κομάνοις Ἀρτέμιδος, ἢ τὰ Θρακῶν, ἢ καὶ τὰ Ῥωμαίων, αὐτῶν τελούντων καὶ τοὺς εὐγενεστάτους τῆς ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς. *Quod ſi Barbarica memorare placuit, quin potius Ægyptiorum adduxit a multis venerata, aut Cappadocum Dianæ Sacra in Comanis, aut Thracum, aut Romanorum, quibus initiantur etiam Senatores nobiliſſimi.*

Quod

Quod poſtremum, ubi de initiantibus atque initiandis, ratione perſonarum ac dignitatis loquar, de Romanis clarè patebit; ac circa *Sacra Taurobolia* clarius, quam id circa *Mithriaca* ex jam præcedentibus liquet.

Auguſtinus autem paulo obſcurius, atque ita ut illius verba magis ad *ſtipem Magnæ Matri* petentes, ac quidem utriuſque ſexus ejusmodi homines trahas, loquitur, lib. VII. c. 26. de Civit. Dei: *De mollibus eidem Matri Magnæ contra omnem VIRORUM MULIERUMQUE verecundiam CONSECRATIS, qui uſque in heſternum diem madidis capillis, facie dealbata, fluentibus membris, inceſſu fæmineo, per plateas vicoſque Carthaginis etiam a populis, unde turpiter viverent, exigebant.*

Verum cum illa quæ præcedunt, tum iſta quæ ſequuntur, nihil, ne umbram quidem, *Sacri Taurobolii* oſtendunt. Undè & credo, hujus Auguſtini tempore hoc nondum in Africam penetraſſe; quum quoque nullæ huc ſpectantes Inſcriptiones illius in Africa celebrati meminerint: quamvis in Italia, in Hiſpania, atque Gallia (maxime in Narbonenſi) permultos huic Sacro initiatos liqueat. Quare & Tertullianus, minus commode (quod tunc primum hæc Sacra exorta fuerant) illorum meminiſſe poterat; ſicut nec ipſorum meminit; atque eruditiſſimus Reineſius, hîc Tertullianum minus bene intellexit.

Primus itaque inter Chriſtianos, qui hujus Sacri exſertè meminit eſt, Julius Firmicus Maternus V. C. Is enim libro de Errore Profanarum Religionum, ita loquitur, dum Chriſti ſanguinem horum Sacrorum, Taurobolii ac Criobolii ſanguini opponit: *Pro ſalute hominum agni iſtius venerandus ſanguis effunditur, ut Sanctos ſuos filius Dei profuſione precioſi ſanguinis redimat: ut qui Chriſti ſanguine liberantur, majeſtate prius immortali ſanguinis* CONSECRENTUR. *Neminem apud idola profuſus ſanguis juverit.*

*Et ne cruor pecudum miſeros homines aut decipiat aut perdat*, POLLUIT *ſanguis iſte non* REDIMIT, *& per varios caſus homines premit in mortem. Miſeri ſunt qui* PROFUSIONE SACRILEGI SANGUINIS CRUENTANTUR. TAURIBOLIUM VEL CRIOBOLIUM SCELERATA TE SANGUINIS LABE PERFUNDIT. *Laventur itaque ſordes iſtæ quas colligis. Quære fontes ingenuos, quære puros liquores, ut illic te poſt multas maculas, cum Spiritu Sancto Chriſti ſanguis incandidet.*

*Taurorum* & *Arietum* ſanguini heic opponit ſanguinem *Chriſti*; ac baptiſmum per Chriſti ſanguinem ac mortem, ut redemptionem ac regenerationem, opponit prætenſæ iſti redemptioni ac regenerationi per *Sacra Taurobolia* ac *Criobolia.*

Nihil Sane eſt quod ſignantius horum Sacrorum finem ac ſcopum, adeoque & Cacozeliam Gentilium exprimere poſſit, ac confirmare id, quod poſt eruditiſſimum Reineſium, qui id primus vidiſſe videtur) in initio hujus opuſculi aſſerui.

Quod autem Auguſtinus de *Madidis capillis* loquatur; quamvis id de *Madidis ſanguine capillis* intelligi queat; atque in *Taurobolii*s (de quorum ritu ſtatim loquar) etiam *Capilli* Sanguine madeſcerent; id minime nos cogit, ut illud de *capillis* ex *taurobolii Sacro* madidis capiamus. cruentabant ſe enim Galli, ſicut id eruditis notiſſimum eſt, per plateas, ſive ſtipem *Magnæ Matri* colligerent, ſive furore, quaſi, fanatico acti, mala ac quidem horrenda reipublicæ vaticinarentur: unde Lucanus lib. . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . *Crinemque rotantes*
*Sanguineum populis ulularunt triſtia Galli.*

Nec ſolos lacertos ipſos laceraſſe, verum & caput, quoque ex his Statii verſibus (Lib. x. Thebaidis) apparet:

*Sic Phryga terrificis genitrix Idæa cruentum*
*Elicit ex adytis, conſumptaque brachia ferro*

Scire

*Scire vetat.. quatit ille ſacras in pectora pinus,*
*Sanguineoſque rotat crines, ac vulnera curſu,*
*Exanimat.*

Hi igitur Galli ut ſemetipſos cruentabant, ſic ipſam *Magnam Matrem* (quæ alias & *Cybele* erat) in Almonis fluvio; ſicut & alii Sacerdotes ſuos Deos Deaſque, lavabant aqua: nec tamen ipſi in ſeſe aquæ lotionibus parcebant, iiſque in regenerationem myſticam (qui finis ac ſcopus *Tauroboliorum* erat) utebantur. Veruntamen neque hi diſſecti cultro lacerti, neque capilli cruenti, neque lotiones in regenerationem factæ, ad Sacra noſtra *Taurobolia* pertinent: quantumvis in honorem *Magnæ Matris Ideæ* inſtituerentur; cui, & *Attidi*, *Taurobolia* dicata erant.

Ut autem me nunc totum ad *Sacra Taurobolia*, convertam, dicata illa erant, vel ſoli *Deorum Matri*, vel ſimul etiam *Attidi*. Dedicatorum *ſoli Matri Deorum* hæc ſequentia ſunt exempla:

MATRI. DEUM
POMP. PHILUMENE
Q. PRIMA. LACTOR
TAUROBOLIUM
FECIT

MATRI DEUM
TAUROBOLIUM. IMI . . . . .
ACCEPIT. LIGURIA. TYMELE
A. M. SACRIS POST

Sic & pluribus in Inſcriptionibus, quæ ſuo loco adducentur; in quibus hi tituli habentur, MAGNAE MATRI. DEORUM MATRI. S. M. D. ſeu *Sacrum*

*Matri Deorum*, S. M. M. ſeu *Sacrum Magnæ Matri*, vel M. D. M. I. *Magnæ Deorum Matri Ideæ*, vel M. D. M. *Magnæ Deorum Matri*, vel IMPERIO. D. M. ſeu *Deorum Matris*, ſeu denique MATRI. DEUM. MAGNAE IDAEAE, aut etiam D. M. IDAEAE. MATRI.

At ex ſequenti inſcriptione, videri poſſet etiam *Jovi Optimo Maximo* hæc Sacra dicata fuiſſe

I. O. M
VERINUS. SEVERINUS
ALBUCIUS
CRIOBOLIUM
RESTITUIT

Verum nullibi patet hæc Sacra *Jovi* fuiſſe facta, vel dicata. Quare unde ille talis inſcriptionis titulus ortus fuerit breviter diſquirendum. Credo igitur errorem hic irrepſiſſe, ex vitioſa hujus inſcriptionis deſcriptione: quum, nempe, vetuſtate exoletum, ſeu partim deletum D, amiſſis corroſione, aut alliſione, apicibus in O mutatum ſit; adeoque legendum, *Ideæ Deorum Matri*; vel ex ſcriptoris ſive feſtinatione, ſive alia ablepſia O pro D fuiſſe deſcriptum: niſi, tandem, id vitium lapidarii aut ablepſiâ, aut ignorantiâ irrepſit. Namque alias, meo judicio legendum foret *Ideæ Optimæ Matri*. quod de hac Dea minus mirum videri debet.

Quæ autem Gutherius habet de Tauroboliis *Dianæ Matri*, & *Matri Dianæ* & *Matri Magnæ Dianæ* Sacris ex literis D. M. & S. M. D. & M. M. D. quæque porro de triplici Taurobolio, 1 *Iſidi*, 2 *Dianæ*, 3 *Cereri*, factis, tribuſque aris ipſis inſtructis Sacrum hoc peractum fuiſſe affirmat;

mat; illa, ut Celeberrimi Grævii verbis (in Prolegomenis ad V. Theſauri tomum) utar, *Omnia falſa ſunt*; ne ego addam ridicula: quæque a ſolo Grævio, verbis ibi lectu digniſſimis, refutantur.

At nec ſoli *Deorum Matri* hæc ſacra fiebant; verum & *Attidi*, ſive *Atti* vel *Attini*, ſimul. Quod ex ſequentibus inſcriptionibus manifeſtum fit, ut:

M. D. M. I<br>
ET ATTIDI. SANCTO<br>
MENOTYRANNO.<br>
Q. CLODIUS. FLAVIANUS<br>
V. CL. PONT. MAIOR<br>
XV. VIR. S. F. SEPTEM<br>
VIR. EPULONUM<br>
TAUROBOLIO. CRIOBO<br>
LIOQUE. PERCEPTO

Item hac ſequenti:

M. D. M. I<br>
D.D. N.N. CONSTANTIO. ET. MAXIMIANO<br>
NOBB. CAESS. CONSS. KAL MAII<br>
JULIUS. ITALICUS. V.C. XV. VIR<br>
SAC FAC<br>
TAUROBOLIUM. PERCEPI<br>
FELICITER

Tum & hac Græca:

ΜΗΤΕΡΙ ΤΗ ΠΑΝΤΩΝ ΡΕΙΗ ΤΕΚΕΩΝ ΤΕ ΓΕΝΕΘΛΩ
ΑΤΤΕΙ Θ ΤΨΙΣΤΩ ΚΑΙ ΣΥΝΙΕΝΤΙ ΤΟ ΠΑΝ
ΤΩ ΠΑΣΙΝ ΚΑΙΡΟΙΣ ΘΕΜΕΡΩ ΤΕ ΑΠΑΝΤΑ ΘΥΟΝΤΙ
ΚΡΙΟΒΟΛΟΥ ΤΕΛΕΤΗΣ ΗΔΕ ΤΙ ΤΑΥΡΟΒΟΛΟΥ
ΜΥΣΤΙΠΟΛΟΣ ΤΕΛΕΤΩΝ ΤΟΥΤΟΝ ΣΥΝΘΗΚΑΤΟ ΒΩΜΟΝ
ΔΩΡΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΘΕΙΟΝ ΕΧΩΝ ΕΠΙΚΛΗΝ

Quæ ſane inſcriptio ita ex magni Scaligeri correctione reformanda eſt: verſu 3. in fine pro θύοντι ponendum φύοντι. v. 4. pro τελέτων ponendum τελέθων. namque ita is: τελεθῶν i. e. ὢν, ὑπάρχων, ut pueri ſciunt. μυσπόλος τελέθων κριοβόλου, ὁ ὢν ἱεροφάντης τοῦ κριοβόλου. In tertio autem pro θεμερώτερα optime legit θερμερώτερα, *coctiora maturiora.* Unde & Græca hæc ita vertit:

*Omnium Opi matri, prolique illius & Atti*
*Summo, cui rerum eſt omnia noſſe datum,*
*Cuncta potens natura ſuo qui tempore profert*
*Crioboli Antiſtes Taurobolique Sacri,*
*Iſtam devotus Sacratam ſuſcitat aram,*
*Qui trahit a dono nomen Apollineo.*

Sic quoque:

M. D. M. IDAEAE. ATTID. MINOTAURANO
NOBILIS. IN. CAUSSIS. FORMA. CELSUSQUE. . . . .
HIC. PATER. INVICTI. MYSTIKA. VICTOR. HABET
SERMO. DUOS . . . . . . . . . . . . RESERVAT
ET. VENERANDA. MOVET. CYBELES. TR . . . . . .
AUGENTUR. MERITIS. SYMBOLA. TAUROBOLI
RUF. CEIONI. COE. SABINI F. V. C
PUL. PR. Q. PATER. SACRORUM. INVICTI. MITHRAE
TAUROBOLINUS
M. D. M.

M. D. M. IDEAE ET ATTIDI MINOTAURO

NOBILIS :-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-
:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-
:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-
:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-
ET. VENERANDAM :-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-
AUGENTUR. MERITIS SIMBOLA TAUROBOLI
RUF. CAEON. CAESABINI :-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-
PUB.P.R.Q.PATER.SACROR.INVICTI.MITHRAE.TAUROBOLINUS
M.D.M.ID.ET ATTIDI.MINOTYRANI.ET ARAM.IIII. ID. MART
GRATIANO. ET. MEROBAUDE. CONSULIBUS DEDICABIT
ANTIQUA. GENEROSE. DOMO. CUI. REGIA. VESTAE
PONTIFICI. FELIX. SACRATO. MILITAT. IGNE
IDEM. AUGUR. TRIPLICIS. CULTOR. VENERANDE. DIANAE
PERSIDICI. Q. MITHRAE. ANTISTES. BABYLONIE. TEMPLI
TAUROBOLIQ. SIMUL. MAGNI. DUX. MYSTICE. SACRI

Quæ in duabus hiſce poſterioribus (ex eodem tamen, ut credo, lapide exceptis) aut vitioſe expreſſa ſunt (quod perſæpe in inſcriptionibus ſculptorum ignorantia, vel aliter, occurrit) aut male deſcripta, ſunt *Menotaurano*, *Minotauro*, & *Minotyrani.* iſta ex præcedenti illa, quæ pag. 29. a Q. CL. FLAVIANO dicata eſt, ſunt corrigenda. *Menotyrannus* igitur ubique (ſeu *Menotyranno*, ac *Menotyranni*) eſt ſubſtituendus: quod & olim ad Hiſtorias Auguſtas obſervavit magnus ille Cl. Salmaſius. Quæ porro alia in hiſce 4. inſcriptionibus obſervanda veniunt, etiam inferius Paulo tractabuntur.

Hoc interim non omittendum, perhibere nonnullos non tantum

tantum *Dianæ*, verum etiam *Minervæ* hæc Sacra fuiſſe dicata ac peracta. At qui talia viderunt, certe hîc nihil viderunt. Ac ridicula ſane ſunt quæ de *Minerva* confingunt, ex his Suidæ verbis, ταυροβόλος ἡ Ἀθηνᾶ. *Dianæ* quidem tam eidem Suidæ quam etiam Heſychio vocatur ταυροπόλη: ſed longe alia ex cauſa. Toto quoque cælo errat Carolus Stephanus, qui in Dictionario Poëtico aſſerit, *Tauripolium fuiſſe ſacrum, in quo Marti ac Dianæ, non humano, ſed taurino ſanguine ſacrificabatur. Et Tauropoliam Dianam dictam, quod illi taurino ſanguine ſacrificaretur.* Sicut & Camdenus, qui in Britannia ſua ita loquitur: *Tauropolia in Dianæ honorem fuiſſe celebrata norunt eruditi.*

Præterea mirari ſubit, Seldenum quoque (qui alias de his Sacris, ex Grutero ac Salmaſio, bene ac recte locutus fuerat) Prudentii verſum (lib. 1. contra Symmachum) *Taurobo-liis ſacris* applicare; hunc nempe

> *Incaſſum arguere jam Taurica Sacra ſolemus,*

Sequuntur enim ſtatim, quæ iſtum clare explicent, nempe:

> *Funditur humanus Latiali in munere ſanguis,*
> *Confeſſuſque ille ſpectantum ſolvit ad aram*
> *Plutonis fera vota ſui*, &c.

Quod autem *Dianæ* Sacra Taurobolia attribuant, fit ex lapidariorum vitiis: ut qui pro *Tauroboliis*, B in P mutantes *Tauropolia* nobis confingunt. Pertinent illa, igitur, ad *Matrem Deorum* & *Attidem*. Qualia vero ſub hiſce nominibus numina intellecta fuerint, docet ſequentibus his verbis non inconcinne Macrobius (Lib. I. cap. 21.) *Quis enim ambigat Matrem Deum terram haberi? Hæc Dea leonibus vehitur validis impetu ac fervore animalibus; quæ natura cœli eſt, cujus ambitu aër continetur qui vehit terram. Solem vero ſub nomine Attinis ornant fiſtulâ & virgâ. Fiſtula*

*ſtula ordinem ſpiritus inæqualis oſtendit: quia venti in quibus nulla æqualitas eſt, propriam ſumunt de ſole ſubſtantiam. Virga poteſtatem ſolis aſſerit qui cuncta moderatur, &c.*

---

## CAPUT III.

*Quibus ritibus peractum fuerit hoc Sacrum, ex Prudentio, potiſſimum, oſtenſum. Sicut & error ſuper prætenſa* Conſecratione Pontificis Maximi Romanorum, *cum Baronii, tum J. Cæſaris Bulengeri, tum Th. Reineſii, tum Onuphri Panuvini, tum & aliorum, oſtenditur. Porro (2.) quibus animalibus mactatis hæc Sacra perficerentur; atque inde quotuplicia, nempe* Taurobolia *ſola, vel* Taurobolia *&* Criobolia ſimul, *vel denique* Criobolia *&* Ægibolia. *Denique quæ animalia, tum & alia inſtrumenta, in* lapidibus *Taurobolitis, ſive* aris *(locis talibus ſuperſtructis) dedicata, ac quomodo, inſculpta fuerint.*

SI jam tandem conſiderenus quibuscum *ceremoniis* ſeu *ritibus* hæc Sacra fuerint adminiſtrata atque accepta ſeu ſuſcepta, hìc facem nobis maxime præfert Prudentius; qui in Martyre Romano, verſibus his quantivis pretii nobis prior pro plurima parte, hoc ſacrum deſcribit.

*Agnoſcis illum, quem loquar, miſerrime*
*Pagane veſtri ſanguinem ſacri bovis,*
*Cujus litatâ cæde permadeſcitis?*
*Summus Sacerdos nempe ſub terram ſcrobe*
*Actâ in profundum conſecrandus mergitur,*

E *Mirè*

*Mirè inſulatus, ſecta vittis tempora*
*Nectens, corona tunc repexus aureâ,*
*Cinctu Sabino ſericam fultus togam.*
*Tabulis ſupernè ſtrata texunt pulpita*
*Rimoſa rari pegmatis compagibus,*
*Scindunt ſubinde vel terebrant aream,*
*Crebrove lignum perforant acumine,*
*Pateat minutis ut frequens hiatibus.*
*Huc taurus ingens fronte torvâ, & hiſpidâ,*
*Sertis revinctus, aut per armos floreis,*
*Aut impeditus cornibus deducitur,*
*Nec non & auro frons coruſcat hoſtiæ,*
*Setaſque fulgor bractealis inficit.*
*Hic ut ſtatuta eſt immolanda bellua*
*Pectus ſacrato dividunt venabulo,*
*Eructat amplum vulnus undam ſanguinis*
*Ferventis, inque texta pontis ſubditi*
*Fundit vaporum flumen, & latè æſtuat.*
*Tum per frequentes mille rimarum vias*
*Illapſus imber, tabidum rorem pluit,*
*Defoſſus intus quem Sacerdos excipit,*
*Guttas ad omnes turpe ſubjectans caput,*
*Et veſte & omni putrefactus corpore.*
*Quin os ſupinat, obvias offert genas,*
*Supponit aures, labra, nares objicit,*
*Oculos & ipſos perluit liquoribus,*
*Nec jam palato parcet, & linguam rigat,*
*Donec cruorem totus atrum combibat.*
*Poſtquam cadaver ſanguine egeſto rigens*
*Compage ab illa flamines retraxerint,*
*Procedit inde Pontifex viſu horridus,*
*Oſtentat udum verticem, barbam gravem,*
*Vittas madentes, atque amictus ebrios.*

*Hunc*

*Hunç inquinatum talibus contagiis,*
*Tabo recentis ſordidum piaculi,*
*Omnes ſalutant, atque adorant eminus;*
*Vilis quod illum ſanguis, ac bos mortuus*
*Fœdis latentem ſub cavernis laverint.*

Hactenus, mi lector, Prudentius; cujus verſus & Cæſar Baronius & J. Cæſar Bulengerus, & alii, de conſecratione Pontificis Maximi, ac quidem Romani, adeoque & de Cæſaribus poſt, ſive acceptum ſive arreptum, imperium ita initiandis, cantatos fuiſſe, nimis temere, affirmant: quorumque primus ad annum Domini 361. n°. IV. ita loquitur: *Qui igitur Chriſtianitatis abdicatione palam facta, & Sacrorum Gentilium initiatione impius ſtuduit apparere, & illud addidit, ut more majorum Imperatorum unà cum Imperio ampliſſimam Sacerdotii dignitatem, ipſum ſummum Pontificatum acciperet. Non quidem (quod fecerunt qui anteceſſerunt Imperatores) nomine tenus, ut jus tantum illud contingeret omnium præſtantiſſimum: verum qui* NOVUS PROGREDITUR SACRORUM ROMANORUM GENTILIUM RESTITUTOR, *vindex & propagator; nec quid minimum paſſus eſt præteriri veteris* obſervantiæ, in re præſertim tantâ, quæ omnium potiſſima *haberetur*, *initiatione videlicet ſummi Pontificatus. Sed quibuſnam impuris & riſu dignis ritibus peragi ſoleret, occinitur a Prudentio, qui, cum hæc agerentur, puer ætate erat, ut ipſe profitetur his verſibus:*

*Principibus tamen è cunctis non defuit unus*
*Me puero, ut memini ductor fortiſſimus armis, &c.*

[in quibus tamen nihil de *Sacris Tauroboliis*, ne umbra quidem apparet] *Ritus ergo illos profanos, quibus ſummus Pontifex initiandus fuit Julianus, ab eodem graphicè deſcriptos in ignominiam perditi deſertoris, ſe tauri ſanguine, ad abſter-*

*gendum Chriſti ſignum proluentis*, *vidimus*:

*Summus Sacerdos nempe ſub terram ſcrobe*, &c. [quibus integre recitatis hæc ſuperaddit] *Hactenus Prudentius de initiatione ſummi Pontificis*, *quam his verſibus deridendam propoſuit*, &c.

Certè nullibi patet ullum hominem, nedum Imperatorem Romanum ullum, per tale Sacrum, Pontificem Maximum fuiſſe conſecratum: neque ullibi occurrit illud *Summus Sacerdos* [quem tamen poſtea & Pontificem, in his verſibus, appellat Prudentius] pro appellatione *Pontificis Maximi*: nec Prudentius huc in teſtimonium advocari poteſt; quod is de Sacro longè alio loquatur; ac ne quidem de *Pontificis Maximi* ſive conſecratione, ſive initiatione ſomniet. Quod ex ſequentibus patebit. Interim eadem affirmat J. Cæſar Bulengerus: cujus verba mihi nunc ad manum non ſunt.

Nec minus Æmylius Portus: qui ad Dionyſium Halicarnaſſeum, hæc habet: *Alii vero (quorum ſententia ad veritatem propius accedere videtur) aſſerunt Pontifices dictos a pontibus*, *quos ſacrificiorum cauſâ faciebant*, *per quos victimam immolandam deducebant*, *& ſupra quos eam jugulabant*. *Hunc autem morem & hujuſmodi pontes*, *& varias cæremonias*, *quæ a Pontificibus in ſacrificiis obſervabantur*, *Prudentius*, *inſignis poëta* ἐν τῷ περὶ ϛεφάνων *elegantiſſimis carminibus deſcribit*, *quæ omnibus rerum antiquarum ac reconditarum ſtudioſis grata fore ſpero*. *Quare hic ea ſubſcribere non gravabor*: *Summus Sacerdos nempe ſub terram ſcrobe*, &c.

At quod quis ſane magis meretur, eruditiſſimus ille, ac verſatiſſimus circa inſcriptiones, (ex quibus hæc Sacra potiſſimum eruuntur, Prudentiique verſus lucem ſuam accipiunt) Reineſius, hæc, poſtquam multa rectè de his Sacris diſſeruerat, quoque dicere ſuſtinuit. *Et quia Taurobolio initiandi auctorandique* CUICUNQUE NUMINI *Sacerdotem*,

*dotem*, ETIAM SUMMUM PONTIFICEM CONSECRANDI (ita Baron. & Buleng. L. II. de Imperio Romano c. 18. interpretantur) *ritum perfectiſſime*, *elegantiſſimis jambis*, *Prudentius Cæſar-auguſtanus*, *hymno in Romanum* A. V. 1008. *deſcripſit*, *ipſum ſpectaſſe Romæ*, *quam aliquando adiit*, *neceſſe eſt*.

Quæ ex hiſce Prudentii verſibus gratis aſſumuntur, adeóque præter omnem hiſtoriæ fidem atque auctoritatem, ſunt:

1. Cæteros, præter Julianum, Chriſtianos Imperatores tantùm nominetenus fuiſſe Pontifices Maximos: cujus contrarium ſatis clarè oſtendit Seldenus in libris ſuis de Synedriis: quò Lector ſe conferat.

2. Julianum hunc Ritum ſibi adminiſtrari paſſum fuiſſe.

3. Prudentium de tali prætenſa Pontificis Maximi conſecratione unquam ſomniaſſe, aut eam ob cauſam hæc Sacra deriſui Chriſtianis, aliiſque, exponere.

4. Verſus illos, ex Apotheoſi huc vi tractos, directè aut indirectè, tale quid indicare: videlicet dum Prudentius adhuc in pueris eſſet, Juliano hunc ritum fuiſſe adminiſtratum. Quod ut mage fiat manifeſtum, ipſius Prudentii verba paulò altius repetamus:

*Ex quo mortalem præſtrinxit ſpiritus alvum,*
*Spiritus ille Dei, Deus; & ſe corpore matris*
*Induit, atque hominem de Virginitate creavit,*
*Delphica damnatis tacuerunt ſortibus antra:*
*Non tripodas cortina tegit, non ſpumat anhelus*
*Fata Sibyllinis fanaticus edita libris.*
*Perdidit inſanos mendax Dodona vapores,*
*Mortua jam mutæ lugent Oracula Cumæ:*
*Nec reſponſa refert Libycis in Syrtibus Ammon.*
*Ipſa ſuis Chriſtum Capitolia Romula mœrent,*

 *Prin-*

*Principibus lucere Deum, deſtructaque templa*
*Imperio cecidiſſe ducum. Jam purpura ſupplex*
*Sternitur Æneadæ rectoris ad atria Chriſti,*
*Vexillumque crucis ſummus dominator adorat.*
*Principibus tamen è cunctis non defuit unus,*
*Me puero, ut memini, ductor fortiſſimus armis,*
*Conditor & legum celeberrimus, ore manuque*
*Conſultor Patriæ, ſed non conſultor habendæ*
*Religionis, amans tercentum millia Divûm.*
*Perfidus ille Deo, quamvis non perfidus urbi*
*Auguſtum caput antè pedes curvare Minervæ*
*Fictilis, & ſoleas Junonis lambere, plantis*
*Herculis advolvi, genua incurvare Dianæ,*
*Quin & Apollineo frontem ſubmittere gypſo,*
*Aut Pollucis equum ſuffire ardentibus extis.*

Quid, quæſo, hîc apparet, quod ad *Sacra Taurobolia* pertineat? Prudentio adhuc puero Julianus fœdè ad Gentiliſmum deſcivit, atque

*—— amans ter centum millia divûm:*
*Auguſtum caput ante pedes curvare minervæ:*
*Fictilis, & ſoleas Junonis lambere, plantis*
*Herculis advolvi, genua incurvare Dianæ,*
*Quin & Apollineo frontem ſubmittere gypſo*
*Aut Pollucis equum ſuffire ardentibus extis.*

Suſtinuit. Ergo *Sacris Taurobolijs* initiatus eſt. Quodnam veſtigium, quænamve umbra ejusmodi Sacri, vel initiationis (qualiscunque demum) hîc apparet? Et tamen talis initiationis ritus in Juliano peractos fuiſſe, hoc ipſo Prudentio teſtante (ut qui dum adhuc puer eſſe talia conſpexerit) ex his verſibus firmare nituntur.

Gerardus Joan. Voſſius quoque hæc Sacra minime intellexiſſe

lexiſſe videtur: quod in tanto certè viro quam maxime mireris. Ita enim ille, de Idololatriâ (lib. 2. cap. 53.) *Itidem taurus, quem in iiſdem aris videmus, nomen ſacro dedit Taurobolio, ibidem* [apud Firmicum] *memorato. Imo ut Crioboli ſic Tauroboli quoque mentio eſt apud eundem Firmicum, ſecundum certiſſimam doctiſſimorum* [Joan. Wouverii, & aliorum] *emendationem. Quare cognomen hoc* ταυροβόλȣ *variis convenit Deabus. Nam & Minerva* ταυροβόλ☉ *in Andro inſula colebatur, teſte Suida; & Diana quoque vocata eſt* ταυροβόλ☉, *quia confecerit telis ſuis taurum a Neptuno immiſſum Hippolito, ut fabulantur. Simplicius ſane dixeris, id nomen tributum Dianæ, ut Deæ venatrici.*

*Cæterum apud Heſychium & Suidam etiam* ταυροπόλ☉ & ταυροπόλιον: *atque itidem in collectione Inſcriptionum Gruteriana non ſolum Taurobolium, ſed etiam Tauropolium legitur. Quid mirum? quando & Diana non modo* ταυροβόλ☉, *ſed etiam* ταυροπόλ☉ *nuncupatur. Hoc nomen ei Iſter* [apud Suidam in ταυροπόλ☉] *in III Miſcellan. datum putabat, quia taurum illum Hippolito immiſſum in varias egerit terras. Appollodorus autem malebat ex eo eſſe nomen, quia Dea ipſa tauri inſtar cuncta circumeat: quod Græcè eſt* πολεῖν. *Simpliciſſime dixeris Lunam, quæ eſt Diana, jure vocari* ταυροπόλον, *quia corniculata, eoque tauri referens cornua, curſu ſuo diu noctuque omnem luſtrat terrarum orbem.*

Quæ ſane, omnia indicant hunc Voſſium, alias infinitæ lectionis virum, hoc Sacrum, vel etiam cuinam eſſet dicatum, planè ignoraſſe; quod tamen ſoli Inſcriptionum tituli ipſum, alioſque, docere poterant.

Neque, quod maxime notandum, a Græcis explicatio hujus Sacri petenda eſt; cum Romanæ originis ſit: ſicuti nec illa quæ de *Minerva* ac *Diana Tauropolis* afferuntur,

runtur, hîc aliquo modo ad rem faciunt.

De *Criobolio Sacro* etiam non melius loquitur idem Voſſius; ſicut ex his ſequentibus videri poteſt: *Ab ariete qui & in Vett. Lapp. conſpicitur, dictum Sacrum Criobolium: cujus in iisdem mentio fit. Is aries arbori alligabatur, Priuſquam mactaretur. Quod Julius Firmicus tractum ait ab exemplo Abrahæ Patriarchæ. Vide inquit, quid ſibi ludibrioſus hoſtis invenerit. Abrahæ immolaturo filium juſſu Dei Aries ſupponitur, & in vicinæ arboris radicibus immolatur.* Quæ tamen non uſque adeò quoque cum ipſius Firmici verbis concordant.

Ut autem permirum videtur Onuphrium Panuvinum, qui totam antiquitatem lynceis aliàs oculis perſpexiſſe videtur, multaſque inſcriptiones huc ſpectantes, in Civitate Romana, adducit, talia fugiſſe; ſic magis adhuc mirum, illos qui poſt Salmaſium ac Seldenum ſcripſere, tanta laboraſſe ablepſia, ut hîc nihil viderint; ac maxime quidem J. Saubertum; qui, in libro ſuo de Sacrificiis, ob leviculos ſæpe errores, Lipſium, aliosque magnos viros, a quibus tamen multa mutuatus eſt, *vehementer perſtringit, explodit, flagellat, exſibilat.* talibus enim verbis ille uti gaudet.

De Choulio aliisque minus loquor; quod id minime neceſſe ſit; eo, quod nemo ante Cl. Salmaſium *Taurobolia Sacra*, aliquatenus in lucem produxerit.

Nunc porro perpendendum, (ut propius ad ipſos ritûs accedamus) *quibus animalibus*, ſeu *victimis* facerent illi, qui *ſacra* hæc peragebant; aut vel per alios, vel per ſemetipſos, illa ſuſcipiebant, fierive curabant.

Erant igitur hæc primò *Taurobolia* ſola, adeóque per ſolos *tauros* facta. quod ex pluribus Inſcriptionibus, cum jam adductis, tum adhuc adducendis patet. ex. gr.

VIRIA-

VIRIATIUS
A. F. TERNI
TAUROBOLIO
PULANIVS
PRISCUS

IMP. CAES. DIVI. ANTO
NINI DIVI. (VDII. PARTH
MAXIMI. FRATRI. M. AVREL
ANTONINO. AVG. GERMANIC
SARMAT. P. M. T. P. XXX
IMP. VIII. COS. III. PP. LACTO
RAT.

S. M. D

IVNIA. DOMITIA. TAVROPOL
ACCEPIT. HOSTIIS. SUIS. SACER
DOTE. TRAIANIO. NONDI
NIO. D. N. GORDIANO. II
ET POMPEIANO. COS. VI. ID
DEC

S. M. D

POM. FLORA. TAVROPOL
ACCEPIT. HOSTIIS. SUIS
SACER. TRAIA. NUND. D. N
GORD. II. ET. POMPEI. COSS
VI. ID. DEC

S. M. D

SERVILIA. MODESTA. TAURO
POLIUM. ACCEPIT. HOSTIIS
SUIS. SACERDOTE. TRAIA
NUND. DNO. GORD. II. ET
POMP. COS. VI. ID. DEC

Vel erant, ſecundo, ſola *Criobolia*; ſicut ex exemplo liquet, quod ob titulum I. O. M. attuli.

Vel tertio erant *Taurobolia* ac *Criobolia* ſimul; quorum ſupra jam duo exempla adduxi, quibus hic ſequentes addam.

D I S
M A G N I S
MATRI. DEUM. ET. ATTIDI. SE
XTILIUS. AGESILAUS. AEDESIUS
V. C. CAVSARVM. NON IGNOBI
LIS. AFRICANI. TRIBVNALIS. ORA
TOR. ET. IN. CONSISTORIO
PRINCIPVM. ITEM. MAGISTER
LIBELLORVM. ET COGNITION
SACRARUM. MAGISTER. EPISTU
LARUM. MAGISTER. MEMORIAE
VICARIUS. PRAEFECTOR. PER
HISPANIAS. VICE. S. I. C. PA
TER. PATRUM. DEI. SOLIS. INVI
CTI. MITHRAE. HIEROFANTA
HECATAE. DEI. LIBERI. ARCHI
BUCOLUS. TAUROBOLIO
CRIOBOLIOQUE. IN. AETER
NUM. RENATUS. ARAM. SACRA
VIT. D. D. N. N. VALEN
TE. V. ET. VALENTINIANO
IUN. AUGG. CONSS. IDIB
AUGUSTIS.

L. COR-

L. CORNELIUS. SCIPIO. ORFITUS
V. C. AUGUR. TAUROBOLIUM
SIVE. CRIOBOLIUM. FECIT
DIE. IIII. KAL. MART
TUSCO. ET. ANNULINO. COSS

In qua poſtrema inſcriptione *ſive* pro *&* poſitum videtur. neque id aliter intelligi debet; cum hîc nullum ipſi dedicanti Orfito dubium hærere potuerit, an *tauro*, an vero *ariete* feciſſet hoc Sacrum. At vitio vel lapidariorum, vel etiam ipſorum dedicantium ſæpe contigit, ut orthographia minus rectè obſervaretur, vel caſus aut regimen (ut Grammatici loquuntur) confunderentur. Quod uti in voce *Tauropolium* pro *Taurobolium* de MINOTAURO, MINOTYRANI, &c. pro MENOTYRANNO, oſtendit, ſic & id ex his loquendi modis *per Sacerdote* pro *per Sacerdotem* ac *ſe vivi fecerunt*, & *ſe vivo* uti & *ſe vivus poſuit* patet, ex aliiſque pluribus ulterius oſtendi poſſet. Neque enim omnes Romæ dedicatæ fuerunt, neque ſemper ab optimè grammaticam, orthographiamve callentibus: quod non ſolum in Provinciis, verum & in ipſa Italia, imò ipſa urbe Roma locum habere potuit. Accedat hiſce & exſcriptorum feſtinatione, aut ablepſiâ, talia committi potuiſſe: quale exemplum videbimus in inſcriptionibus per diverſos exſcriptores exhibitis; in quibus unus quidem *movit*, alter vero *monuit* exhibet.


Vel denique quarto ſimul *Criobolia* atque *Ægibolia* celebrabantur, cujuſmodi Sacri exemplum habemus in ſequenti hac inſcriptione:

*T E A T E*
CRIOBOLIUM. ET
AIGOBOLIUM. MOVIT
DE. SUO. PETRONIUS. MA
RCELLUS. SACERD. VI. VIRAL
DEC IIII PRIMO. IUSTO

In Aris autem, quæ *Taurobolium* ſimul cum *Criobolio* exhibebant (quæque M. D. M. & *Attidi* dicatæ erant) cæteris Sacrificii inſtrumentis, ac pinui *Matri Deorum* ſacratæ addebantur quandoque *taurus* atque *aries*; uti Romæ, in ædicula ſancti Michaëlis, in Vaticano, non procul a domo Cæſia; ſicut ibi vidit Smetius (ut verbis Gruteri utar) *Eſt ara Cybeles, ſub altari quodam poſita: cujus prima facies, quæ inſcripta erat contra parietem verſa eſt, atque ideo legi nequit. In parte averſa ſunt faces duæ, lanx & poculum. Item lituus* (1). *& aliud inſtrumentum ad formam cochlearis* (2). *In latere dextro pinus eſt, ſub quo TAURUS, & appendent tympanum & fiſtulæ* (3). *In ſiniſtro latere item pinus eſt, ſub qua ARIES, & appendent mithra* (4). *pedum* (5). *& aliud quiddam lanci non abſimile* (6).

Iſtis autem inſcriptionibus, tam Græcæ, quam etiam Latinæ, quæ, in eadem, cum hac Græca, fuerat ara dedicata, a Petronio Apollodoro; quæque apud Gruterum, rarioribus inter Græcos literis conſcripta comparet; adjecta ſunt hæc ſequentia: *In dextro latere CYBELE turrita, cum tympano a leonibus vecta, ac prope pinus eſt, & ſubtus Taurus.*

*In ſiniſtro latere Mithratus ATTIS, bis cinctus, dextra fiſtulas & crotala, ſiniſtra pedum tenens. Superius eſt tym-*


Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 6.
Fig. 7.
pag. 45.
Fig. 8. p. 45

Digitized by Google

*tympanum: a tergo ipſius ſtat Pinus, & ſub ea ARIES, ſubtus deinde TAURUS ſeorſum. In parte adverſa ſunt tedæ (7). tranſverſæ, lituus (8). patera, guttus, ſive urceus, & ſimpuvium.*

Sic itidem, in atrio domus Cæſiæ, in ara marmorea

M. D. M. I. ET. ATTINIS

*CYBELE ſive Idæa Deorum mater, turrita in curru ſedens, a leonibus vehitur, dextra ſpicas miliumque, ſiniſtra tympanum tenens. Stat contra ATTIS puer Pinui innixus Mithratus bracchatuſque, dextra mento ſubjecta, ſiniſtra etiam tympanum tenens, & pedum illi a tergo adſtat. Subeſt autem hæc inſcriptio*

L. CORNELIVS. SCIPIO ORFITUS
V. C. AVGVR. TAVROBOLIVM
SIVE. CRIOBOLIVM. FECIT
DIE IIII. KAL. MART
TVSCO. ET ANNVLINO. COSS.

(9). *Dextro latere inciſæ ſunt faces duæ tranſverſæ cum crotalis* (10). *in ſiniſtro latere ſunt fiſtulæ hujuſmodi.*

Aliæ ſic quoque dedicationi ab ULPIO IGNATIO FAVENTINO factæ (quam Inſcriptionem, infra alia occaſione afferam) adjiciuntur hæc ſequentia; in *dextro, nempe aræ latere eſt pinus, à qua crotyla, ac fiſtulæ compactæ, pendent, & ſubtus adſtat ARIES alligatus.*

*In ſiniſtro latere etiam pinus, a qua pedum & fiſtulæ duæ pendent, & inferius [NB] ſtat taurus.*


Sic tandem (ne plura congeram) *aræ à* Cejonio Rufio Volusiano *dedicatæ*, (quam quoque infra adducam) *in dextro latere ſtat* ARIES *ſub pinu, a qua tympanum*, (11). *fiſtulæ compactæ* (12). *& crotala dependent.*

Hæc atque ſimilia erant partim inſtrumenta, partim hoſtiæ ac victimæ, hiſce Sacris dicata; imprimis ſi *Magnæ Matri* ac ſimul *Attidi* fierent. Ad quorum cultores directa eſt ſequens inſcriptio, ſeu potius Epitaphium, Romæ apud domum Cæſiam, quoque ſervata; quam ob elegentiam, minime prætermittere valeo:

QVI.COLITIS.CYBELEN ET.QVI. PHRYGA. PLANGITIS. ATTIN
DVM. VACAT. ET. TACITA. DYNDIMA. NOCTE. SILENT
FLETE. MEOS. CINERES. NON. EST. ALIENVS. IN. ILLIS
HECTOR. ET. HOC. TVMVLO. MYGDONIS. VMBRA. TEGOR
ILLE. EGO. QVI. MAGNI. PARVVS. COGNOMINIS. HAERES
CORPORE. IN. EXIGVO. RES. NVMEROSA. FVI
FLECTERE. DOCTVS. EQVOS. NITIDA. CERTARE. PALAESTRA
FERRE. IOCOS. ASTV. FALLERE. NOSSE. FIDEM
AT. TIBI. DENT. SVPERI. QVANTVM. DOMITILLA. MERERIS
QVAE. FACIS. EXIGVO. NE IACEAMVS. HVMO

## CAPUT IV.

*Quid intelligendum ſit per* Vires tauri. *ac* 1. *quidem* vires exceptas *denotare tauri ſanguinem ore, naribus, auribus, veſtimentis &c. exceptum. Hinc talia veſtimenta ut ſacro-ſancta fuiſſe conſervata. Quid porro cum veſtimentis factum poſt initiationes ſacrorum ſuſceptas: qua occa-*


Fig. 9.
Fig. 10.
Fig. 11. pag. 46.
Fig. 12. pag. 46.

Digitized by Google

*occaſione etiam aliquid de monachorum veterum veſtimentis additur.* 2. Vires conſecratas *ſpectare ad* tauri cornua. 3. Vires conditas *reſpicere tauri*, *ſeu taurorum*, (*forſan & arietum & caprarum*) teſticulos.

AT nunc pergendum in negotio nobis propoſito; adeoque notanda ſunt quæ nobis in ipſis inſcriptionibus occurrunt; ac quidem 1. de *Viribus Tauri exceptis*, vel *conditis*, vel etiam *conſecratis*.

De *exceptis* loquitur hæc ſequens:

S. M. D
VALERIA. GEMINA. VIRES
EXSEPIT. EUTYCHETIS
IIII KAL. APRIL. SACERDOTE
TRAIANO. NONDINIO
DNO. NRO. GORDIANO
ET. AVIOLA. COSS

Quæ verba, VALERIA GEMINA VIRES EXSEPIT [ubi male S litera pro C, ſive à dedicante, ſive à lapidario poſita eſt: qualia exempla in marmoribus crebro admodum occurrunt] de *Sanguine tauri* intelligenda puto: tum quod *Vires tauri*, ſicut & omnium animalium, in *ſanguine* conſiſtant; tum quod verbum *exſepit*, ſeu potius *excepit*, hîc de ſanguine ſit intelligendum inde, quod capiti imprimis ſuperfunderetur; uti & à ſic conſecrandis ore, naribus, auribus, cæteriſque corporis partibus, quin & *veſtimentis*, avide admodum exciperetur; prout ex hiſce Prudentii verbis patet:

*Tum.*

*Tum per frequentes mille rimarum vias*
*Illapſus imber tabidum rorem pluit,*
*Defoſſus intus quem ſacerdos excipit,*
*Guttas ad omnes turpe ſubjectans caput,*
*Et veſte & omni putrefactus corpore.*
*Quin os ſupinat, obvias offert genas,*
*Supponit aures, labra, nares objicit;*
*Oculos & ipſos perluit liquoribus,*
*Nec jam palato parcit, & linguam riget;*
*Donec cruorem totus atrum combibat.*

Quibus & hæc addenda, quæ de veſtibus ſubjungit,

*Poſtquam cadaver ſanguine egeſto rigens,*
*Compage ab illa FLAMINES retraxerint,*
*Procedit inde Pontifex viſu horridus,*
*Oſtentat udum verticem, barbam gravem,*
*Vittas madentes, atque amictus ebrios.*

Videmus igitur & veſtibus illos ſanguinem illum excepiſſe; quas deinde quoque ſollicite non ſolum ſervabant, verum & geſtare perdurabant. Quod ſat clare liquet ex his ſequentibus verſibus, quos hactenus ineditos, ad Hiſtorias Auguſtas Celeberrimus Salmaſius adfert:

*Quis tibi TAUROBOLUS veſtem mutare ſuaſit,*
*Inflatus dives ſubito mendicus ut eſſes,*
*Obſitus & pannis, modicis tepefactus. . . .*
*Sub terra miſſus, pollutus ſanguine tauri,*
*Sordibus infectas veſtes ſervare cruentas;*
*Vivere cum ſperas viginti mundus in annos.*

Certe hi verſus (licet non ſatis integri) hîc quantivis pretii ſunt ad Sacrum hoc, ſimulque Prudentii verſus, illuſtrandos.

dos. At neque in his ſolis initiationibus, verum & in aliis veſtes conſecrabantur; ſive illas donec perdurare valerent corpore geſtarent; ſive eas Dîs ſuſpenderent, in monumentum perpetuum. Quod & faciebant quandoque è tempeſtate ſervati: ſicut ex Ode quinta libri primi, apud Horatium ſic diſcimus:

*——— ——— ——— me tabula Sacer*
*Votiva paries indicat uvida*
*Suſpendiſſe potenti*
*Veſtimenta maris Deo.*

Id, quod de Initiatis dixi, illuſtratur non male cum ex Ariſtophanis Pluto, tum & ex Scholiaſte ipſius Ariſtophanis. Verba hæc ſunt:

Καρ.] Τὸ τριβώνιον δὲ, τί δύναται πρὸς τῶν θεῶν;
Ὃ φέρει μετὰ σοῦ τὸ παιδάριον τουτί; φράσον.
Δι.] Καὶ τοῦτ' ἀναθήσων ἔρχομαι πρὸς τὸν θεόν.
Καρ.] Μῶν οὖν ἐμυήθης δῆτ' ἐν αὐτῷ τὰ μεγάλα;
Δι.] Οὐκ ἀλλ' ἐνερρίγωσ' ἔτη τριακαίδεκα.
Καρ.] Τά δ' ἐμβάδια; Δι.] καὶ ταῦτα συνεχειμάζετο.
Καρ.] Καὶ ταῦτ' ἀναθήσων ἔφερες οὖν; Δι.] νὴ τὸν Δία.
Καρ.] Χαρίεντα γ' ἥκεις δῶρα τῷ θεῷ φέρων.

*Car.] Sed hoc detritum palliolum, quod fert tuus*
*Puerulus, quid vult ſibi? Dic obſecro.*
*Juſtus.] Pluto huic, ad quem venio, conſecrare animus eſt.*
*Car.] Numnam hæc ea veſtis eſt qua tu magnis [myſteriis]*
*Initiatus es? Ju.] Haudquaquam. Sed in ea frigui*
*Annos nunc totos tredecim; Car.] Sed calcei*
*Quid ſibi? Ju.] Iſti annos mecum hyemavere totidem.*

*Car.*] *Ergo hos quoque conſecrandos affers ? Ju.*] *Per Jovem?*

*Car.*] *Specioſa nimirum dona affers huic Deo!*

Ad duplicem ſane ritum, ſeu morem, hîc alludere videtur Ariſtophanes: ac 1. quidem ad Initiationes, ſeu conſecrationes ad magna Athenienſium myſteria [Illa enim duplicia fuiſſe, parva ac magna nemo pene inter doctos eſt qui neſciat] quibus myſteriis qui initiati erant, veſtimenta iſta, in quibus Epoptæ facti fuerant, Dis illis, Cereri & Baccho, ſicut & in Taurobolii M. D. Matri conſecrabant: templique parietibus ut appenderentur curabant. 2. verò ad illum, quo qui è tempeſtate naufragioque ſervati ſic ſalvi ad littus pervenerant, veſtimenta illa cum quibus periculum iſtud evaſerant, Dîs ſervatoribus ſuis, quibusve illa voverant, dedicabant. Quæ poſterior conſuetudo non obſcure indicatur per verba ἐνερρίγωσα, & συνεχειμάζετο. De cujusmodi conſecratione ſeu dedicatione ut Horatius loquitur, Sic & Heſychius ad illam reſpicit, dum in lexico, οἱ ἀναλιθέντες ἱμάτια κατίσχιζον αὐτὰ, ἵνα μὴ ἀρθῶσι παρά τινων; nempe, ſicut etiam ad Athenæum notat Caſaubonus, *ne manibus tagacibus eſſent obnoxia*, cum ſic nemini ut geſtarentur poſſent eſſe uſui, atque inde abſque periculo Dîs manerent ſacrata, parietibuſque templorum appenſa.

Ut autem hæc potiſſimum ad illos qui ex tempeſtate ſervati eſſent reſpicere videntur, ſic per ſequentia hæc ad illos qui myſteriis initiati fuerant, reſpicit Scholiaſtes Ariſtophanis: Ἔθος γὰρ ἦν ἐν οἷς τις ἱματίοις μυηθείη εἰς θεοῦ τινος ταῦτα ἀνατιθέναι, ὥσπερ δηλοῖ καὶ Μελάνθιος ἐν τῷ περὶ Μυστηρίων. Πάτριον ἐστι ταῖς θεαῖς ἀνιερῶν καὶ τὰς στολὰς τοῖς μύσταις ἐν αἷς τύχοιεν μυηθέντες. *Moris enim erat, ut homines veſtimenta illa quibus induti erant, dum initiarentur myſteriis alicujus Dei, huic dedicata ſuſpenderent. Sicut id quoque Melanthius, libro quem de*

*de Myſteriis conſcripſit, teſtatur: Mos jam a Patribus originem trahens eſt, ut Deabus (Cereri ac Coræ, ſeu Proſerpinæ) myſtæ conſecrent veſtimenta, in quibus initiati fuerint.*

Quod ut Athenis Cereri ac Proſerpinæ fiebat, ſic nullum dubium quoque aliis in myſteriis tradendis, illud factum fuiſſe Dîs Deabuſve, quibus hi illive myſtæ conſecrarentur.

Sicut autem nonnulli illa Dîs dedicata, ſeu conſecrata ſuſpendebant; ſic alii contra ad faſcias infantum ea reſervabant: ut ſcilicet hi iſtis involuti, aut a faſcino, liberi manerent; aut aliter, ſic quaſi etiam aliquatenus per illa ſacrati, ſub Deorum iſtorum, quibus myſtæ initiati fuerant, tutela eſſent. Ita enim idem Ariſtophanis Scholiaſtes [ſive idem cum modò allato, ſive quod potius rear, alius. Quod horum ſcholiorum non unicus numero auctor, ſed plures numero ſimul, uti etiam in aliis obſervare licet, ſymbolam ſuam contulerint] Ἔνιοι δὲ τὰς τοιαύτας στολὰς εἰς τέκνων σπάργανα φυλάττουσι. *Quidam vero ejusmodi ſtolas ad recens natorum faſcias cuſtodiunt.* Quæ autem noſtris Tauroboliatis magis quadrant ſunt iſta, quæ idem (modo is idem ſit) etiam hoc modo adnotat: ὁ δὲ μυούμενος τὸ ἱμάτιον, ὃ ἐφόρει ἐν τῇ μυήσει, οὐδέ ποτε ἐξεδύετο μέχρις ἂν τελέως ἀφανισθῇ διαῤῥυέν. *Initiatus veſtem, quam dum initiaretur geſtaverat, nunquam exuebat, donec omnino detrita, ac diſſipata, evaneſceret.*

An non talia etiam imitati fuerint nonnulli ex veteribus illis monachis Chriſtianis; nempe ut veſtes illas quibus induti Monachiſmo nomen dederant, velut per illam profeſſionem conſecratas, ſic uſque dum plane vetuſtate detritæ eſſent, geſtaverint, conſideret lector ex ſequentibus his exemplis. Hieronymus namque de Hilarione monacho (in vita ipſius, fere ſub initium) ait: *Igitur ſacco tantum membra coopertus, & pelliceum habens ependytem, quem illi beatus Antonius* (qui illum monachiſmo initiaverat) *proficiſcenti dederat, ſa-*

*gumque ruſticum*, &c. ac Paulo poſt: *Saccum quo ſemel fuerat indutus nunquam lavans, ſuperfluum eſſe dicens, mundicias in cilicio quærere. Nec mutavit alteram tunicam* (ependyten ſcilicet) *niſi cum prior penitus ſciſſa eſſet.*

Neque aliter fere de Beato Germano Antiſſiodorenſi Gericus Monachus (apud Bartium in animadverſionibus ad Rutilium.) ita enim ille:

*Sumpta ſemel jugi nunquam toga ceſſit ab uſu,*
*Tradita pauperibus niſi cum ſucceſſit in uſum,*
*Aut attrita nimis nullos deceſſit in uſus.*

An autem ipſe Rutilius, per hunc verſum,

*Infœlix putat illuvie cœleſtia paſci.*

maxime ad veſtimenta Monachorum reſpiciat, (quod olim exiſtimabam) nunc valde dubito: quod mihi, propius iſta verba conſideranti, videre videar, illum magis hic vitam Monachorum plane ſolitariam, atque ab aliorum hominum conſortio remotam in animo habere; quam *turpem latebram* vocat. Verum altius paulo ipſius verba repetamus (a verſu 517); ut id melius appareat:

*Adverſus ſcopulos, damni monumenta recentis*
*Perditus hic vivo funere civis erat;*
*Noſter enim nuper juvenis majoribus amplis*
*Nec cenſu inferior, conjugiove minor,*
*Impulſus furiis homines, divoſque reliquit,*
*Et TURPEM LATEBRAM credulus exul agit.*
*Infœlix putat illuvie cœleſtia paſci,*
*Seque premit læſis ſævior ipſe Deis.*
*Non, rogo, deterior Circæis ſecta venenis?*
*Tunc mutabantur corpora nunc animi.*

Sic

Sic jam verſu 438. quoque cecinerat, quæ his allatis facem allucent:

*Proceſſu pelagi jam ſe Capraria tollit,*
*Squallet Lucifugis inſula plena viris.*
*Ipſi ſe monachos Grajo cognomine dicunt,*
*Quod ſoli nullo vivere teſte volunt, &c.*

Eunapius certe magis ipſorum veſtimenta reſpicit, quando illis inter alia *ſordidum habitum* tribuit; illosque ad *martyrum ſepulchra ſordibus* ac *pulvere conſpurcatos* deſcribit. Verum enim vero ſic nimium extra oleas vagantur; quare nunc ad *Vires tauri* redeundum.

Habuimus igitur hic 1. *Vires Tauri exceptas* a conſecratis, ſeu conſecrandis, quos Prudentius Sacerdotes ac Pontifices inde renatos vocat: quum tamen in hac allata inſcriptione videamus & Valeriam Geminam, adeoque fœminam. Verum enim vero de Sacerdotibus infra nobis ſermo erit.

*Vires* igitur hæ in ſanguine conſiſtebant. At 2. occurrunt nobis *Vires conſecratæ*, ut in ſequentibus hic inſcriptionibus; ut in hac:

S. M. D
VIATOR. SABINI. FIL. VIRES
TAURI. QUO. PROPRIE. PER
TAUROPOLIUM. PUBLICE
FACTUM. FECIT. CONSECRAVIT

tum & hac

SEVERUS. JULII. FIL. VIRES
TAURI. QUO. PROPRIE. PER
TAUROPOLIUM. PUB. FAC. FECERAT
CONSECRAVIT

Ad quarum primam Salmaſius hæc notat: *Vires tauri cornua tauri appellat. Nam tauri vires in cornibus*, φύσις κέρατα ταύροις, *Anacreon.*

Hæ igitur inſcriptiones, quæ de *Viribus conſecratis* loquuntur, ut ut etiam de *ſanguine Tauri* in veſtimenta effuſo capi queant, quatenus ille ita ab iis imbibitus, ſic cum ipſis, per eum quoque ſanctificatis quaſi ac conſecratis, in horum numinum honorem, quamdiu perdurarent, geſtabatur, atque oſtentabatur: ſic ſane *de cornibus* illas *vires* interpretari poſſemus, quatenus illa his Dis dedicata, vel in templo, (procul dubio) *Magnæ Matris*, &c. pro anathemate ſuſpenderentur, aut aris, aliisve etiam ſacris locis affigerentur, vel appenderentur.

Non verò *vires conditæ*, meo judicio, de *cornibus* capiendæ ſunt; ſed potius de *teſticulis*, ut in quibus quoque *Vires tauri* conſiſtebant.

Inſcriptio autem, in qua, has *Vires conditas* quoque fuiſſe comparet, (quod 3. conſiderandum venit) eſt hæc ſequens: ex qua tamen, præter hæc de *viribus tauri*, multa alia obſervanda veniunt, de quibus nobis in ſequentibus amplius loquendum erit; quod hæc Sacra, ratione rituum ac circumſtantiarum, multum illuſtrent. Verum hæc ſuo loco; nunc ipſam producamus inſcriptionem, Illa igitur habet:

M. D.

M. D. M. I

SACR. TRIB. TAVR. FECER
CUM. SUIS. HOSTIS. ET. APPARAM
OMNIB. L. DAGID. MARIUS. PON
TIF. PERPET. CIVIT. VALENT
ET. VERULLIA. MARTINA. ET
VERULLIA. MARIA. FIL. EORUM
PRO. SALUTE IMP. ET. CAESAR
PHILIPPORUM. AUGG. ET. OTACI
LIAE. SEVERAE. AUG. MATRIS
CAES. ET CASTROR. PRAEEUN
TIBUS. SACERDOTIBUS. IUNI
TITO XV. VIR. ARAUSENSIS. ET
CASTRICIO. ZOSIMIONE. CI
VITAT. ALBENS. ET. BLATTIO
PATERNO. CIVITATIS. VOC
ET. FABRICIO. ORPHITO. LIBER
PATRIS. ET. CETERIS. ADSIS
TENTIBUS. SACERDOTIBUS
V. S. L. M. LOCO. VIRES. CON
DITAE. DIE. PRID. KAL. OCT
IMP. PHILIPPO AUG. ET TITI
ANO. COS

Ad hujus inſcriptionis verba LOCO VIRES CONDITAE, eruditiſſimus Jacobus Sponius (in miſcell. Erud. Antiquitates) hæc notat: *Vires tauri, ni fallor, ſunt ipſius teſticuli, qui ad imitationem ſacerdotum Cybeles, imo & Attidis ipſius amaſii, tauro abſcindebantur.* Quæ mihi ſane non præter rem dicta videntur. Nam licet & iſtæ inſcriptiones, quæ de *Viribus conſecratis* loquuntur, de *ſanguine* etiam, de *cornibus*, quin & de *teſticulis* capi queant: tamen, meo judicio, nec de *ſanguine*, nec de *cornibus* ita commode accipi poſſunt: quod ſanguis ore, naribus, auribus, cæteriſque corporis partibus, tum & veſtimentis exceptus, non conderetur; ſed contra propalam a jam conſecrato oſtentaretur; quamvis multum quoque ſanguinis in foſſam defluens, corpus iſtud præterlaberetur: tum quod *cornua*, ſive in memoriam conſecrati, ſive in honorem M. D. & Attinis, commodius, magiſque oſtentui, aut aris, aut templorum parietibus, vel poſtibus, affigerentur: cum *teſticulis* ut conſecrati conderentur revera melius conveniret. Ita ut triplex huic exſculpenda videatur *conſecratio*, pro varia aut multiplici ſuperſtitione: quamvis, fateor, iſta triplex conſecratio ita ſimul facta in inſcriptionibus marmorum non ita aperte liqueat, vel occurrat.

Certe *cornua* ita condita fuiſſe mihi non facile perſuadeam; ac crediderim tunc imprimis *cornua* illa ſic oſtentui conſecrata (ſicut veſtimenta perpetuo geſtata) cum non ſolum *Taurobolium* vel & *Criobolium*, ac forte inſuper *Ægibolium* ſive pro ſe ipſis, ſive pro aliis feciſſent: ut ſic magis omnibus pateret, quibus ſacris initiati eſſent, quibuſque hoſtiis feciſſent Sacra iſta. Quum autem, uti jam ſupra oſtenſum fuit, ubi Taurobolium ac Criobolium ſimul factum fuerat & *Taurus* & *Aries* aris, quandoque inſculpti extent (ut in illa *Ulpii Egnatii* & *L. Corn. Scipionis, Orſiti*) minus mirum videri debet, etiam tali, ut dixi, modo fuiſſe conſecrata.

Om-

Omnem tandem dubitationem removere videtur marmor illud Narbonenſe, quod *multis bonum capitibus*, miræ pulchritudinis, ornatum repertum fuit cum hac inſcriptione:

IMPERIO. D. M
TAUROPOLIUM. PROVINCIAE. NARBONENSIS
FACTUM. PER. C. BATONIUM. PRIMUM
FLAMINEM. AUGG. PRO. SALUTE. DOMI
NORUM. IMPP. L. SEPTIMII. SEVERI. PII
PERTINACIS. AUG. ARABICI. HADIABENI
PARTHICI. MAXIMI. ET. M. AVRELIANI
AUG.

Ac certè, huc facit illa ara de qua pag. XXXI. n°. I. idem Gruterus hæc habet:

*Diæ Vocontiorum in tympano, ſub quo viſitur CAPUT OPIMI BOVIS vittati ALTERUMQUE minoris NON VITTATUM; item ſeceſpita culter, lituus, pedum, tympanum, & neſcio quæ alia lanci ac cochleari non abſimilia.*

M. D. M

PRO. SAL. IMP. TAUR. FEC. TIB. FLA
MARCELLIN. ET. VALER. DECU. M. III. A
EX. VOTO. SACER. ATTIO. ATTIANI. FILIO

Occaſione autem iſtius vocis EXSEPIT, ſive EXCEPIT,

PIT, notandum, nobis ſæpius occurrere *Taurobolium*, ſive *Tauropolium* ACCEPIT, tum & PERCEPIT; tum denique *Percepto Taurobolio*, & *Perceptis Taurobolis:* ſicut & rurſus, *Tauropolium*, ſeu *Taurobolium fecit*, vel *fecerunt.*

---

## CAPUT V.

*Quid ſit illud* Taurobolium accepit, *ſeu* percepit; *quid* Taurobolium fecit. *illud* fecit *duplici*, *ſeu diverſo*, *modo accipi*, *quandoque pro* facere, *quandoque pro* facere *&* accipere *ſimul*, *in uno eodemque homine. Illos qui iſtud* Sacrum *accipiebant*, *id aut propriis*, *aut aliorum*, *ſeu publicis*, *ſumptibus accepiſſe. Per acceptum vel ſuſceptum*, *exceptumve iſtud Sacrum neminem fuiße conſecratum Pontificem Maximum*, *ac nequidem Pontificem*: *ſed homines iſto Sacro accepto*, *ſeu ſuſcepto*, *conſecratos ſolum fuiſſe*, *ſive initiatos Magnæ Deorum Matri (at longe aliter quam Galli) atque adeo* Tauroboliatos.

QUod attinet verò iſtud *accepit*; quam ridiculè Gutherius lib. 4. cap. 19. *De Veteri Jure Pontificii*, id explicet, præter alia abſurda, quæ ibi ſuper *Taurobolis* congerit, permagnus ille noſter Grævius, in Prolegomenis quinti Voluminis Theſauri Romanarum Antiquitatum, quam clarè oſtendit. Quali verò ſenſu id capiendum ſit, ex ſequentibus hic inſcriptionibus, non obſcurè, uti puto, eluceſcit.

Notabilis ſane eſt illa quæ apud Gruterum pagina XXIX. nº. 13. hoc modo occurrit:

IMP.

IMP. CAES. DIVI ANTO
NINI. DIVI. (VDII PARTH
MAXIMI. FRATRI. M. AUREL
ANTONINO. AUG. GERMANIC
SARMAT. P. M. T. P. XXX
IMP. VIII. COS. III P.P. LACTO
RAT

S. M. D

IUNIA. DOMITIA. TAUROPOL
ACCEPIT. HOSTIIS. SVIS. SACER
DOTE. TRAIANO. NONDI
NIO. D. N. GORDIANO. II
ET. POMPEIANO. COS. VI. ID
DEC

S. M. D

POM. FLORA. TAUROPOL
ACCEPIT. HOSTIIS. SUIS
SACER. TRAIA. NUND. D. N
GORD. II. ET. POMPEI. COSS
VI. ID.

S. M. D

SERVILIA. MODESTA. TAURO
POLIUM. ACCEPIT. HOSTIIS
SUIS. SACERDOTE. TRAIA
NUND. DNO. GORD. II. ET
POMP. COS. VI. ID. DEC

*Fecit* nempe hoc *Tauropolium* Ordo Lactoratenſis. Quod FECIT, quamvis hîc non exprimatur, in ſequenti tamen (ſicut & in aliis) exprimitur; ſicut & pro quorum hominum SALUTE. ut

PRO. SALUTE. IMP. M
ANTONI. GORDIANI. PII. FEL
AUG. ET. SABINAE. TRANQUILLINAE
AUG. TOTIUSQUE. DOMUS. DI
VINAE. PROQUE. STATU. CIVI
TATIS. LACTORATEN
TAUROPOLIUM. FECIT. ORDO
LACT. DNO. NRO. GORDIANO
AUG. II. ET. POMPEIANO. COS
VI. ID. DEC. CURANTIB. M
EROTIO. FESTO. ET. M
EARINO. CARO. SACERD
TRAIANIO. NUNDINIO

S. M. M

VAL. GEMINA
TAUROPOLIUM. ACCEPIT
HOSTIIS. SUIS. SACER
DOTE. TRAIANIO. NON
DINIO. DNO. NRO
GORD. II. ET. POMP
COSS. VI. ID. DEC

S. M. D

S. M. D

VERIN. SEVERA. TAURO
POLIUM. ACCEPIT. HOSTIS
SUIS. SACERDOTE. TRAIA
NIO. NONDINIO. DNO. NRO
GORDIANO. II. ET. I. POM
PEIANO. COSS. VI. ID. DEC

Ex hiſce videmus Civitatem Lactoratenſium, ordinemque ipſius *feciſſe Taurobolium* PER fœminas, quæ ſeſe conſecrandas dederant, quæque illud adeo *Sacrum acceperant:* quæque, ſi rem bene capio, eo modo ut Prudentius iſtud deſcribit, ſanguinem taurinum ore, naribus &c. *exceperant*. id enim hic pro illo *accepit* intelligendum puto.

Attamen, quod difficultatem movere videtur eſt illud *accepit*, cum *fecit* quandoque ita confundi; ut de pluribus ſimul huic Sacro initiatis, hic (vel hæc) illud *accepiſse*, ille vero (aut illa) id *feciſse* dicatur: ut exemplo nobis eſſe poſſunt hæ ſequentes conſecrationes apud eoſdem Lactoratenſes factæ

SEVERUS. IULII. FIL. VIRES
TAURI. QUO. PROP. PER
TAUROPOL. PUB. FAC. FECERAT
CONSECRAVIT

S. M. D

IUL. NICE. TAUROPOL. ACCEPIT
HOSTIIS. SUIS. SACERD. TRAIANIO
NOND. D. N. GORD. II ET. POMP
COS. VI. ID. DEC

S. M. M

MARCIANA. MARCIANI. FILIA
TAUROPOLIUM. FECIT. HOSTIIS
SVIS. SACERDOTE. ZMYNTHIO
PROCVLIANI. LIB

S. M. M

APRILIS. REPENTINI. FILIVS
ET. SATVRNIVS. TAUROPOL. ACCE
PERVNT. SACERDOTE. L. ACCIO
AFRM. HOSTIIS. SVIS

M. M

VALENTINA. VALENTIS. FILIA
TAVROPOL. FECIT. HOSTIIS. SVIS
ET. VALERIA. FLORA

Quæ

Quæ in hac inſcriptione notanda veniunt, ſunt 1. Verba iſta, TAURI. QUO. PROP (ſeu propriè) PER TAUROPOL. PUB. FAC. FECERAT. Quibus indicatur *taurus* per quem *propriè*, ſeu per quem propriè ad id deſtinatum ac mactatum, *Tauropolium* publico ſumptu, vel ex publica auctoritate, atque adeo in bonum publicum, factum fuerat: cujuſque *tauri vires* hic *Severus conſecraverat*.

Ubi itaque iſtud *fecerat* ſimul pro *facere* eo ſenſu, quo id de Civitate & Ordine Lactoratenſium ſupra dictum vidimus, capi videtur; ac ſimul pro *accipere*: iſto nimirum ſenſu, quo illud pro *initiari conſecrarive* intelligitur: quaque in conſecratione qui conſecrandos ſe tradiderant *ſub terram* (ita ut Prudentius id deſcribit) *miſſi ſanguinem tauri ore*, *naribus* &c. *exciperent* vel *acciperent*.

Porrò notandum, hîc non addi *hoſtiis ſuis*, ſive *propriis*. Quod tamen de *Julia Nice*, de *Marciana* & cæteris ſequentibus additur. Unde & conſiderari poteſt, an non hi ſinguli ſingulæve, ac bini binæve ſimul conjuncti, iſta data (per *Severum*) occaſione, ſic etiam, unusquisque pro ſeſe, illud *Sacrum acceperint*, vel in regenerationem myſticam, ut ſic mundi permanere poſſent viginti totos in annos, vel denique in æternum: aut quod ſuſciperent hanc conſecrationem ex voto, ac quaſi vicario, pro aliis; aut denique *ex Viſu*, pro ſeipſis. De quibus adhuc inferius aliquid dicam.

Veriſimile mihi videtur, illos qui publicè, adeoque & pro republica id faciebant, publica quoque impenſa feciſſe; illoſque qui quæve iſta occaſione, ſic ſeu pro republica, ſeu pro ſeipſis ita conſecrabantur, propriis ſuis impenſis, atque adeo *hoſtiis propriis* ſeu *ſuis*, accepiſſe iſtud ſacrum: atque hinc nos videre, id ipſis non ſemper ab uno eodemque, ſed quandoque (licet eodem tempore) a diverſis *Sacerdotibus* fuiſſe adminiſtratum. An

An autem hic *Severus*, nedum alii aliæque, hinc *Summi Sacerdotes*, ſeu *Pontifices*, (ut Prudentius loquitur) indè evaſerint, nunc quoque paucis diſquirendum.

Certè quod a Prudentio, in verſibus ex illo adductis, nominentur *Summus Sacerdos*, ac *Pontifex*, indè nihil tale concludi poteſt. *Summus Sacerdos* nempe, apud ipſum, *mergitur ſub terram*; idem *Sacerdos defoſſus intus tabidum rorem* (ſanguinem ſcilicet) *excipit*: idemque, alio nomine, ut ſæpe fit, appellatur *Pontifex*, &

*Poſtquam cadaver ſanguine egeſto rigens*
*Compage ab illa FLAMINES retraxerint*,

inde viſu horridus procedit, &c. Porro hinc

*Omnes ſalutant, atque adorant eminus*
*Vilis quod illum ſanguis ac bos mortuus*
*Fœdis latentem ſub cavernis laverint.*

At nullatenus teſtatur, per hæc illum factum aut *ſummum Sacerdotem*, aut *Pontificem*; nedum *Pontificem Maximum.* Quod multi eruditi tam avidè gratis aſſumunt.

Itane etiam per *ſphragitidas* ſeu *ſtigmata* corpori impreſſa, ut ſic membra iſta quibus ſtigmata impreſſa erant conſecrarentur per illa, aliquis fiebat *Pontifex* aut *Sacerdos?* Sic enim paulo poſt canit idem Prudentius:

*Quid cum ſacrandus accipit ſphragitidas?*
*Acus minutas ingerunt fornacibus,*
*His membra pergunt urere; utque igniverint,*
*Quamcunque partem corporis fervens nota*
*Stigmarit, hanc ſic conſecratam prædicant.*
*Functum deinde cum relinquit ſpiritus*
*Et ad ſepulchrum pompa fertur funeris,*

Partes

*Partes per ipſas imprimuntur bracteæ,*
*Inſignis auri lamina obducit cutem,*
*Tegitur metallo, quod peruſtum eſt ignibus, &c.*

Mirabor ſane, ſi quis hic, per talia, aliquem *Sacerdotem* aut Pontificem factum oſtendat.

Præterea videmus ex. gr. *Petronium Apollodorum*, cum *Taurobolium acciperet*, jam antea fuiſſe *Pontificem Majorem*, *XV virum*, *& Patrem Sacrorum invicti Dei Mithræ*, i.e. reverâ *Attidis*, quamvis alio ſub nomine, aliisque ritibus.

Sicuti nec minus erat *Sextilius Ædeſius Pater Patrum* eidem *Mithræ*, *Hierophanta Hecates*, & *Dei Liberi Archibucolus*, quando jam *ſacris Tauroboliis* in honorem *Matris Deûm & Attidis* initiabatur. Neque *Vettius Agorius prætextatus* qui quando Sacrum illud *ſuſcipiebat* erat jam *Pontifex Solis* (qui & *Mithra* & *Attis* eſt) & *XV vir* & *Augur* & *Curialis* & *Neocorus* & *Pater Sacrorum* (Mithræ.) Denique erat quoque *Ulpius Egnatius* jam ante *Pater* & *Hierocorax* (Mithræ) & *Sacerdos Iſidis* (quæ ſub alio nomine *Mater Deorum* erat.) Ac tandem *Fabia Aconia*, jam antea *Sacerdos Iſidis* erat, quam iſtud *Sacrum* ſuſciperet. Præterea cum viri modo nominati, tum & alii *Tauroboliati*, jam ſummis Magiſtratibus Politicis fungebantur: ſicut & ille Conſul, de quo ita Tertullianus:

*Siquis ab Iſiaco Conſul procedat in urbem*
*Riſus oris erit, quis te non rideat autem,*
*Qui fueris Conſul nunc Iſidis eße miniſtrum?*
*Quodque pudet primò, te non pudet eſſe ſecundò,*
*Ingeniumque tuum turpes damnare per hymnos,*
*Reſpondente tibi vulgo & lacerante ſenatu.*

*Teque domo patria pictum cum faſcibus ante,*
*Nunc quoque cum ſiſtro faciem portare caninam.*

Nempe, ſi rem bene capio, hoc vult Prudentius; non ſolos homines privatos, verum etiam, qui jam eſſent ſumma dignitate atque auctoritate, etiam circa Sacra; quique adeo jam *Summi Sacerdotes* ac *Pontifices* eſſent, hujuſmodi *conſecrationes accepiſſe*, ac *tauroboliatos* tales ſordes vere execrandas admiſiſſe. ſicut & Tertullianus id de Conſule Romano, poſt Conſulatum, *Iſiaco facto* oſtendit.

Utique id patet ex exemplis cæteris modo allatis virorum tantorum: de quibus minime liquet illos, ut inde Pontifices fierent id feciſſe, verum *in Regenerationem Myſticam*, in *regenerationem æternam*; utque *viginti ſaltem per annos ſic mundi permanerent*: donec, idem illud ſacrum (ſi tamdiu ſuperviverent) iterarent.

Quis autem per ſomnium cogitare queat, illos, qui *ex voto, ex viſu, pro ſalute aliorum, pro itu ac reditu* alicujus (qualia exempla adhuc infra occurrent) Taurobolium, acciperent, inde *Summos Sacerdotes*, aut *Pontifices*, nedum *Pontifices Maximos* fuiſſe factos? Quum præterea videamus apud ſolos Lactoratenſes (prout ex inſcriptionibus apud ipſos repertis, & adhucdum reliquis patet) iisdem *Coſſ. Gordiano Imp. II* & *Pompejano*, eodemque die, nempe VI. Id. Dec. quindecim numero, cum viros, tum fœminas *Taurobolio* hoc ſacro initiatos ſeu conſecratos fuiſſe; quis autem ſani capitis credat hos omnes ita ſimul *Summos Sacerdotes*, aut *Pontifices* per conſecrationem talem factos fuiſſe?

Præterquam quod plane nobis ignotum ſit, quomodo *Taurobolini*, ſeu *Sacerdotes*, aut *Duces Myſtici* hujus *Sacri Taurobolii*, electi ac creati fuerint; æque atque quibus ritibus ac cæremoniis *Patres Hierocoraces* aliique *Antiſtites*

ac

ac *miniſtri Mithriaci*, aut *Bacchanalium Sacerdotes* (ex. gr. *Minius* & *Herennius Cerinnius*) tum & aliorum, imprimis Myſteriorum, Sacerdotes electi ac ſacrati fuerint; maximéque ii qui inter illos Pontifices, aut cæterorum Sacerdotum Principes eſſent.

## CAPUT VI.

*Non tantum homines privatos, verum & totos ſimul ordines, Civitates ac Provincias ſeu Reſpublicas hoc Sacrum, pro ſalute &c. Cæſarum feciſſe. Privatos quoque vel ſolos vel etiam ſimul cum aliis id feciſſe: nec tantum viros verum & fœminas, ſive jam Sacerdotes Magnæ Matris eſſent, ſive non; attamen quandoque jam aliis aliorum Deorum Magnis Sacerdotiis præditos; aliorumve Deorum Sacris initiatos. Porro in inſcriptionibus cum apud Reineſium.* Cl. 1. n°. 220. 221. *tum apud Sponium.* pag. 200. 1 & 2. *reperiundis an* monuit *an vero* movit *legendum: iſtaque occcaſione de monitu Deorum. Quæ nomina pro eraſis in una iſtarum, reſtituenda ſint: ſicuti & pro* Æmobolium *legendum eſſe* Ægibolium. *Pro propria æque ac pro aliorum ſalute homines fuiſſe Tauroboliatos, ſeu Sacrum iſtud accepiſſe vel feciſſe: ſeque ita non mediocris tantum; ſed & ſummæ ſortis homines conſecratos atque initiatos voluiſſe.*

UT autem pergamus ulterius circa hæc noſtra *Sacra*, videmus ex jam ſupra allatis de Republica Lactoratenſi, totos Ordines, totaſque civitates hoc *Sacrum feciſſe*; ſicut & ex hiſce ſequentibus. Sic enim habemus apud Grut. Pag. 31. n°. 2.

P R O . S A L V T E . E T . I N C O
L V M I T A T E . D O M V S . D I
V I N A E . R. P . L A C T O R A T
T A V R O P . F E C I T

Sic quoque pag. 29. nº. 13.

PRO. SALVTE. IMP. ANTONINI. GORDIANI
PII. FEL. AVG. TOTIVSQVE. DOMVS. DIVINAE
PROQUE. STATU. CIVIT. LACTOR. TAU
ROPOLIUM .. FECIT. ORDO. LACT. D. N.
GORDIANO. II. ET. POMPEIANO. COS
VI. ID. DEC. CURANTIBUS. M. EROTIO
ET. FESTO. CANINIO. SACERD

De quo marmore adhuc aliquid addam, ubi de *Curantibus* hoc Sacrum loquar. nunc vero addam hoc ſequens:

TAUROPOLIUM. PROVINCIAE. NARBONENSIS
FACTUM. PER. C. BATONIUM. PRIMUM
FLAMINEM. AUGG. PRO. SALUTE. DOMI
NORUM. IMPP. L. SEPTIMI. SEVERI. PII
PERTINACIS. AUG. ARABICI. ADIABENI
PARTHICI. MAXIMI. ET. M. AURELIANI
AUG.

In quo rurſus marmore ſane (ut hoc ſic occaſione data dicam) ET M. ANTONINO mihi omnino pro M. AVRELIANO legendum videtur; quod hic optime *Antoninus* (qui Caracalla fuit) at minime AURELIA-
NUS

NUS AUG locum habere potuerit. Ex errore igitur exſcriptoris confuſa ac commixta, adeoque in unum conflata fuere hæc nomina M. AUR. ANTONINI indeque ridicule confectum M. AURELIANI.

Oſtendit hoc clare inſcriptio illa, quæ apud eundem Gruterum pag. 39. nº. 3. habetur

D I A N A E
P R O . S A L V T E
IMP . L . SEPTIMI . SEVERI
M . A V R E L I . A N T O N I N I
A V G G . E T

:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:

I V L I A E . A V G . M A T R I . C A S T R

:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:

Tum & hæc, ne plura ex lapidibus, (aut etiam nummis) huc congeram; pag. 254. nº. 4.

IMP . CAES . L . SEPT . SEVERO . PIO
PEPTIN. AUG. ARAB. ADIAB . PARTH
M. TRIB. POT. VII. IMP. XI. COS. II. ET
IMP. CAES. M. AVR. ANTONINO. AVG
TRIB . POT . DOMIN . INDULGENTISS
ORDO . P . Q . NEAPOLIT. . . . .
. . . . . . . . D. D.

Ex his jam allatis exemplis videmus, publica quandoque auctoritate, quin & impenſa, (quamvis non tam Romæ, quam quidem in Gallia, aliisque in regionibus) hæc *Tauropolia Sacra* fuiſſe facta; aut pro aliorum, aut pro propria

 ſalute

ſalute quoque: de qua re etiam ſtatim aliquid dicam.

At homines etiam privati, quatenus id non ex auctoritate publica facerent, (licet alias quandoque clariſſimi viri eſſent ac magnæ auctoritatis in Republica) id pro aliis, aut etiam pro ſemetipſis faciebant; ſicuti vidimus jam ex allatis ſupra exemplis, atque adhuc ex ſequentibus videre poterimus.

Nempe ii, vel ſoli, vel ſimul cum aliis, id pro aliis (aut etiam pro ſeſe) faciebant. Solus id fecerat *Lucius Cornelius Scipio Orfitus* ille, quem jam ſupra adduxi; ſicut & alii: tum & *Liguria Tymele*, quæ apud Gruterum pag. 29. n°. 8. in lapide mutilato, uti videtur ſic comparet,

MATRI . DEVM
TAURIBOLIUM . IMI|
ACCEPIT . LIGURIA . TYMELE
A . M . SACRIS : POST

Tum ex ſequentibus; uti ex marmoribus hiſce liquet. nempe hoc (pag. ead. n°. 11)

MATRI . DEVM
POMP . PHILVMENE
Q . PRIMA . LECTOR
TAVROBOLIVM
FECIT

Ac

Ac quod pag. 31. n°. exhibetur, hoc modo

MATRI . DEVM
TAVROBOLIVM
QVOD . FECIT
AXIA . C . F . PAVLINA
SACERD
Q . PASQIO . CHRESTO

Quibus addi poteſt & hoc ſequens, quod in agro Teatino repertum, cum a Reineſio tum a Sponio, (ſuppeditante magno Grævio) exhibetur; ac quidem ſequenti modo a jam dicto Reineſio:

PRO : SALVTE
IMP. . . . . . . . . . AVG. ET
M. . . . . . . . . . . . . CAES
TAVROBOLIVM . MONVIT
PETRONIVS . MAR
CELLVS. SACERD
DE . SVO

Sicut & hoc, (eodem ſuppeditante Grævio) ibidem repertum, afferunt:

CRIOBOLIVM : ET
AEMOBOLIVM. MONVIT
DE . SVO . PETRONIVS . MAR
CELLVS . SACERD . VI . VIRAL
DEC. IIII. PRIMO . ET . IVSTO

In

In ambabus hiſce inſcriptionibus legit Sponius *movit*, non *monuit:* ac recte quidem meo judicio. Quin & Reineſius lectionem illam movit alteri iſti à ſe exhibitæ præfert; dum ait: *Hoc loco intelligam potius Petronium ſuo ſumptu inſtituiſſe & exhibuiſſe Tauropolium; quo ducunt iſta* DE SVO.

*Æmobolium* quod hîc legitur, mutat, quamvis obſtante Holſtenio, Reineſius in *Ægobolium*; ac rectè quidem, ob rationes ab ipſo redditas. quare & ſic jam ſupra illud marmor adduxi: quod non ſolis *bobus*, verum & *Arietibus* & *capris* hoc *ſacrum* peregerint.

Prima harum inſcriptionum mutila primâ fronte apparet; ac nomina Imperatorum inde eraſa fuiſſe patet: quæ Sponius fuiſſe vult *Maximini* & *Maximi*, *quorum nomina eraſa ex Senatus Conſulto poſt eorum mortem, teſte Capitolino.* Verum illud & pluribus accidit Imperatoribus: ſicuti plus ſemel id videmus, cùm in aliis Cæſaribus, tùm & in *L. Septimio Severo* & *M. Aur. Antonino*, ſeu Caracalla (aut ſi mavis *Baſſiano*) ut apud Gruterum pag. 265. n°. 1. eraſum illud OPTIMIS FORTISSIMISQVE PRINCIPIBVS & n°. 2. in M. Aur. Antonino illa, PARTHICI & BRITANNICI. Quare & ob hæc, & ob ſpatia vacua derelicta, quæ magis nominibus *Severi* atque *Antonini* quadrant (cui neque illud M. quod in tertiæ lineæ initio ſupereſt repugnat) cum Clariſſimo Reineſio judico, hîc ſupplenda horum *Severi* atque *Antonini* nomina eſſe.

Quod autem porro ad iſtud *monuit*, aut *movit* attinet; pro lectione illa MONVIT ſtat, quod *Sacra* quandoque aut inſtituta, aut immutata, Deorum *monitis* perhiberentur. Sic enim apud Livium, Decadis quartæ libro, 9. circa *Sacra Bacchanalia*,

*Pa-*

*Pacullam Miniam Campanam Sacerdotem omnia tanquam DEUM MONITU immutaſſe. Nam & viros eam primam ſuos filios initiaſſe, Minium & Herenium Cerinnios, & nocturnum Sacrum ex diurno, & pro tribus in anno diebus quinos ſingulis menſibus dies initiorum feciſſe.*

Sic quoque de monitis per ſomnium [ne plura adducam, quæ ex viſu, Oraculo, aliove monitu Deorum dedicata aut conſecrata fuerunt] hæc ſequens *Metis*, in tabula *Clarevantiarum* reperta, a Grutero Pag. LXII. n°. 9. exhibetur: undè diſcimus ſimul, etiam Druidas *monita Deorum* per *ſommia* ſibi data perhibuiſſe:

SILVANO
SACR
ET . NYMPHIS . LOCI
ARETE . DRVIS
ANTISTITA

SOMNO . MONITA
D

uti & hæc

M. AVR. PACORVS. AEDI
TVVS. SANCTAE. VENE
RIS. IN. SALVST. HORTIS

SPEI

ARAM. CVM. PAEMENTO
SOMNIO. MONITVS. SVM
TV. SVO. D. D

Tum denique hæc ſequens, quæ certè magis ad rem facere videtur:

PONTIFICVM
MONITV

VOTO
SVSCEPTO

Cum autem hæc potius ad Aras dedicatas, quam ad conſecrationes ſive initiationes ſpectare videantur; magis accedunt quidem hæc,

SACRO
SVSCEPTO
SORTIBVS. SVBLATIS, &c.

At longè magis, illa quæ habentur in hoc marmore, adhuc infra etiam adducendo:

TAVROPOLIVM. FECIT. Q. AQVIVS
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
EX. VATICINATIONE. PVSONI. IVLIANI ARXIGALLI, &c.

Qui Archigalli ſane, uti erant capita *Scurrarum Magnæ Matris*, hic etiam ſibi partes inde arrogaſſe videntur; ac maximè circa talia ſe vates ac Deorum interpretes geſſiſſe; ſicut & ubique fere alibi. Hinc enim Juvenalis Sat. VI.

——— *Matriſque Deum chorus intrat, & ingens*
*Semivir, obſcœno facies reverenda minori, &c.*
*Grande ſonat, metuique jubet Septembris & Auſtri*
*Adventum, &c.*

Ac, quod propius accedit, Perſius, Sat. V.

*Hinc grandes Galli, & cum ſiſtro luſca ſacerdos,*
*INCUSSERE DEOS*, &c.

Hinc & ejusmodi *Scurræ*, & alii quoque *Fanatici* (quale exemplum habemus, in FANATICO AB AEDE BELLONAE) ad templa, maxime degebant: ibique

 metum

metum Deorum ſuperſtitioſum credulis hominibus incutiebant *vaticiniis* ſuis, juſſiſque ac prætenſis Deorum monitis. *Matris Deorum* aut *Attidis*, aut amborum; hincque votorum religionem in animis hominum excitabant.

Plura autem alia *Sacra* ſeu *Myſteria* ex voto ſuſcepta fuiſſe, quin & ob aliorum vota, docent iſta quæ de Sacris Bacchanalibus apud T. Livium lib. 9. Dec. 4. jam ſupra memorato, reperimus, hoc modo: *Mater adoleſcentulum appellat, SE PRO ÆGROTO VOVISSE, ubi primum convaluiſſet, Bacchis eum ſe initiaturam. Damnatam voti Deum benignitate exolvere id velle. X. dierum caſtimonia opus eſſe. decimo die cœnatum, deinde pure lautum in Sacrarium deducturam.* Ac paucis poſt hæc injectis: *Per jocum adoleſcens vetat eam mirari ſi per aliquot noctes ſecubuiſſet. Religionis ſe cauſa, ut voto pro valetudine ſuâ facto liberetur, Bacchis initiari velle.*

Hæc circa illud MONUIT ut dicere libuit, ſic plura dici poſſent: verum nunc aliquid ſuper lectione MOVIT addamus. Sequens ſane *Taurobolium, ex Voto* factum, ſeu potius acceptum vel ſuſceptum fuit, *pro ſalute & reditu.* At in eo iſtud MONUIT nullum locum habere potuit; contra optime MOVIT, quatenus pro *fecit* aut *accepit* capitur:

. . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . .
LON.TAVROP.PRO.SA
LVTE.ET.REDITV.LV
PI.ALBONI.F.CAPIAE
ALBONIAE . FRAT
A. L. V. S

i. e. *animo lubens votum ſolvit.*

Certe

Certè iſtud *PRO SALUTE*. . . MONUIT mihi planè abſurdum videtur; ſive *monuerit* aut *ex viſu*, aut *monitu*, *juſſuve Deorum*, vel ex motu proprio, *Sacerdos* [qui *viſus*, *monitus* &c. tamen locum habere poterant, ubi quis ex proprio affectu aut voluntate, ſeu religione id ſacrum ſuſciperet:] ſive aliquis ſemetipſum ſic *monuerit*, ac *monuerit* quidem *de ſuo*; quæ locutio perabſurda eſt: quoniam de ſuo hîc idem denotat quod *Hoſtiis propriis*, ſeu *ſumptu proprio*. Quare omnino *MOVIT* legendum, idque accipiendum pro *fecit*; ac quidem ita ut *pro ſalute* hujus illiusve, horum illorumve, initiandus hoc ſacrum ſuſciperet, adeoque ipſorum loco initiaretur: ſicut alii hujusmodi homines id pro ſemetipſis ita curabant: uti ex ſequentibus clarius liquebit. Hiſce accedat, quod, cum jam hæc prælo eſſent ſubjicienda, literis ſuis per occaſionem, me monuerit Clariſſimus Joannes Colius, ex Gudiano Inſcriptionum codice accuratiſſimo, non MONVIT ſed MOVIT eſſe legendum. Quod omnem dubitationem circa hanc lectionem removere videtur, quare id minime omittendum duxi.

Quod autem ad vocem AEMOBOLIVM pertinet, ſane AEGOBOLIVM hic cum Reineſio reponendum cenſeo; quum ubique quidem, ubi *TAUROBOLIUM & CRIOBOLIUM junguntur*, *Taurobolium præcedat*; neque unquam aliter illa occurrant niſi metri cauſa, ut in inſcriptione Græca mox inferius adducenda. Præterquam quod nunquam, aut ullibi, quod ſciam, AEMOBOLII mentio fiat; ſanguinisque effuſio (ſi pro illa *Æmobolium* capiendum ſit) æque in *Ariete*, ſeu κριὸς, quam in *Tauro* facta fuerit. Quare hic *Ægobolium*, ſeu capræ immolatio, poſt *criobolium*, ſicuti *criobolium* poſt *taurobolium*, ut dixi, reponendum eſt: ſicque non ſimpliciter ſanguinis effuſio poſt animalis mactationem, ſed unius animalis poſt alterius mactatio exprimenda.

Quin minime dubito *criobolium* aliquando ſub *taurobolio* minusque magnitudine animal ita ſub majori (quod tamen contra non fieri ſolet) comprehendi. ut ex. gr. apud Gruterum pag. XXVIII. nº. 5. & 6. tum & quando jam pluribus hoſtiis ſimul, iisque propriis, ſolus unus idemque ſeſe initiari curabat; tum quoque cum plures numero ſimul ſic *Sacrum* iſtud *Magnæ Deum Matris* (aut ſimul etiam Attidis) ſuſcipiebant. Quale exemplum, præter alia jam ſupra adducta, habemus in hoc ſequenti marmore, quod pag. XXIX. nº. 7. exhibetur:

D. M
IDEAE . MATRI
VALERIA . MARCIANA
VALERIA . CARMOSNE
ET . CASSIUS . PATERNUS
SACERDOS . TAUROPOLIUM . SUOM
VIVI . CELEBRAVERUNT

In qua inſcriptione, quid ulterius notandum ſit infra, meliore data occaſione, dicam.

Ut autem aut pro aliorum, aut pro propria ſalute, ſic homines privati, ſeu nullo publico munere, ſive ſacro, ſive profano, functi, ſeſe *Magnæ Deum Matri Ideæ* & *Attidi* devovebant; ita etiam iſtud Sacrum ſuſcipiebant clariſſimi viri ac fœminæ, maximæque auctoritatis, ſeu ſummis honoribus perfuncti in Republica, ut Conſules, Proconſules, Prætores, Præfecti Urbi &c. ſicut id jam; alia occaſione, ſupra pro parte oſtendi, atque ex ſequentibus exemplis adhuc clarius patebit. At

At de fœminis quidem, tum aliarum exempla extant, tum inſigne illud *Fabiæ Aconiæ Paulinæ*, in cujus honorem hæc ſequens inſcriptio, apud Gruterum pag. CCCIX. n°. 2. reperitur:

FABIAE . ACONIAE . PAULINAE . C . F
FILIAE . ACONII . CATULINI . V . C
EX . PRAEF . ET . CONSULE . ORD . UXORI
VETTI . PRAETEXTATI . V. C. PRAEF
ET . CONSULIS . DESIGNATI . SACRATAE
APUD . ELEYSINAM . DEO . IACCHO . CE
RERI . ET . CORAE . SACRATAE . APUD . AE
GINAM . DEABUS . TAUROBOLITAE . ISI
ACAE . HIEROPHANTRIAE . DEAE . HECATAE
GRAECO . SACRANEAE . DEAE . CERERIS

Cujus *Fabiæ Aconiæ* quoque mentio, ut Sacratæ, ſeu Sacraneæ Cereri, in hac ſequenti inſcriptione, apud eundem Grut. eadem pagina:

FABIA . ACONIA . PAULINA . FILIA
C. CATULINI. V. C. EX. PRAEFECTI . CONSVLIS
ORDINARII. UXOR. VETTII. ACORII. PRAETEXTATI
PRAEFECTI . ET . CONSULIS . DESIGNATI
SACRATA . DEAE . CERERI

Prima harum inſcriptionum facta eſt, ut videmus, in honorem *Fabiæ Aconiæ*; quæ & ipſa illam, quæ ſecunda numero eſt, dedicavit: quamvis nulla hîc cauſa compareat, ob quam eam dedicaverit. At cauſa, cur hanc ſequentem *Cæ-*

*liæ*

*liæ Concordiæ* ſacraverit, ex ipſa inſcriptione ſe prodit: quod nempe hæc *Cælia Concordia*, jam prior ſtatuam cum inſcriptione (ac quidem procul dubio illam quam jam ſupra adduxi, marito ſuo *Vettio Agorio Prætextato* dedicaſſet.

COELIAE . CONCORDIAE . VIRGINI
VESTALI . MAXIMAE . FAB . PAU
LINA . C . F . STATVAM . FACIEN
DAM . COLLOCANDAMQVE
CVRAVIT . CVM . PROPTER
EGREGIAM . EIVS . PVDI
CITIAM . INSIGNEMQVE
CIRCA . CVLTVM . DIVINVM
SANCTITATEM . TVM . QVOD
HAEC . PRIOR . EIVS . VIRO
VETTIO . AGORIO . PRAETEXTA
TO . V . C . OMNIA . SINGULARI
DIGNOQUE . EIUS . AB . HUIUS
MODI . VIRGINIBUS . ET . SA
CERDOTIBUS . COLI . STATU
AM . COLLOCARAT

Verum altera nobis addenda venit inſcriptio huic *Fabiæ Aconiniæ Paulinæ* quoque dicata; cum ut videamus quot quibusque Sacris hæc una ac ſola fuerit initiata, quorumque Sacrorum Antiſtes fuerit; tum ut & alia hac occaſione obſervanda, aut emendanda, notemus. Eſt autem illa, prout pag. CCCIX. nº. 3. apud Gruterum ac pag. 30. apud Aldum extat, hæc ſequens:

FABIAE

FABIAE . ACONIAE . PAULINAE . C. F
FILIAE . ACONII . CATULINI . V. C
EX . PRAEF . ET . CONSULIS . ORDIN
UXORI . VETTI . PRAETEXTATI . V. C
PRAEF . ET . CONSULIS . DESIGNATI
SACRATAE . APUD . ELEYSINAM
DEO . BACCHO . CERERI . ET . CORAE
SACRATAE . APUD . LERNAM . DEO
LIBERO . ET . CERERI . ET . CORAE
SACRATAE . APUD . AEGYNAM
DEABUS . TAUROBOLITAE . ISIACAE
HIEROPHANTRIAE . DEAE . HECATAE
GRAECO . SACRATAE . DEAE
CERERIS

Fuit, ut videmus, 1. *initiata ſacris Eleuſiniis.* 2. *Lernæis ſacris*, quæ æque ac apud Eleuſinam *Libero* ſeu Baccho, uti & *Cereri* & *Coræ*, ſeu *Proſerpinæ*, ſed duplicia, aut ſeparatim & *illis* (Baccho) & *hiſce*, Cer. ac C. fiebant. 3. *Deabus apud Æginam:* de quibus & jam ſtatim videbimus. 4. *Taurobolita*, ſive mavis, ac quod reverâ melius, *Tauroboliata*, adeoque *Sacro Taurobolio accepto Matri Deum & Attidi* ſacrata. 5. *Iſiaca* i. e. Deæ Iſidis Sacris adeoque & myſteriis initiata. 6. *Hierophantria*, ſeu Summa Sacerdos, *Deæ Hecates*, i. e. quæ initiandos illis ſacris myſteriis (ſicuti ex. gr. Minia Campana in ſacris Bacchanalibus ſacrandos) Hecatæ initiabat. 7. Fuit *Sacerdos Græca Cereris*, ſeu quæ *Cereri* GRÆCO RITU *Sacra* faceret. De quibus fere ſingulis amplius aliquid nunc addendum.

## CAPUT VII.

*Hac occaſione agitur quoque de Sacratis apud Eleuſinam* Baccho, Cereri & Coræ, *ſeu* Proſerpinæ: *De* Sacratis apud Lernam *tum* Baccho *tum & (alio Sacro)* Cereri & Coræ: *De* Sacratis apud Æginam Deabus; *qua rurſus occaſione de* Taurobolita Dea, *&* Iſiaca Taurobolita (*Dea*) *in indice magni Scaligeri ad Gruterum: tum &* de Curialibus *ac* Curionibus, *Curionibus primis, minoribus; maximis, &c. poſt quos reditus ad* Deas apud Æginam; *quæ non videntur fuiſſe* Ceres *ac* Proſerpina, *verum* Damia & Auxeſia. *denique de Sacrata ſeu* Sacranea Cereri Græco; *ſeu* Græco ritu.

QUæ itaque ſingularia admodum in hac inſcriptione occurrunt, ſunt 1. *Sacratæ apud Eleuſinam Deo Baccho, Cereri & Coræ*; quum & in fine rurſus occurrat *Sacratæ Cereri.* At notandum in Eleuſiniis, quæ *Cereri* ac *Proſerpinæ*, ſeu *Coræ* celebrabantur, *Jacchum*, ſeu *Bacchum* locum quoque habuiſſe; ipſique (præter alia) unum certe Myſteriorum diem fuiſſe ſacratum. communia enim hîc *Cereri* ac *Baccho*, ſive *Jaccho* fuere Sacra. Heſychius certè: Ἴακχον, τὸν Διόνυσον, ἢ μίαν ἡμέραν τῶν μυστηρίων, ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξάγουσι. nec minus Scholiaſtes Ariſtophanis, Μία τῶν μυστηρίων εἰκάς ἐστι, ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξάγουσι. Sicut & Plutarchus in Phocione: Εἰκάδι ἡ φρουρὰ Βοηδρομιῶνος εἰσήχθη, μυστηρίων ὄντων, ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξ ἄστεος Ἐλευσινάδε πέμπουσι. *Vigeſima Boëdromionis inductum præſidium; cum Myſteriorum eſſet dies, in qua ex urbe JACCHUM mittunt Eleuſinam:* ac Pauſanias, in Atticis, Ἴασι δὲ ἐπ' Ἐλευσῖνα ἐξ Ἀθηνῶν,

Ἀθήνηθεν, ἣν Ἀθηναῖοι καλοῦσιν ὁδὸν ἱεράν. *Cum irent Athenis Eleuſinam, quam Athenienſes ſacram viam appellant.*

Hæc autem ſacra via, quo nomine venerit, indicat nobis Harpocration, hoc modo: Ἱερὰ ὁδός ἐστιν, ἣν οἱ μύσται πορεύονται ἀπὸ τοῦ ἄστεος ἐπ' Ἐλευσῖνα. *Tera, illa via (appellata) eſt, per quam Myſtæ ex urbe (Athenis) Eleuſiam tendunt.*

Nec ſolum hîc; verum quod 2. notandum erat *ad Lernam* his numinibus communia Sacra erant: quod tam in hac inſcriptione indicatur, per verba *Sacratæ apud Lernam Deo Libero, & Cereri & Coræ*, quam ex ſequentibus Pauſaniæ verbis: Ἡ δὲ Λέρνα ἐστίν, ὡς καὶ τὰ πρότερα ἔχει μοι τοῦ λόγου, πρὸς θαλάσσῃ, καὶ τελετὴν Λερναῖα ἄγουσιν ἐνταῦθα Δήμητρι. Ἔστι δὲ ἄλσος ἱερὸν, ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ ὄρους ὃ καλοῦσι Ποντῖνον. τὸ δὲ ὄρος ὁ Ποντῖνος οὐκ ἐᾷ τὸ ὕδωρ ἀπορρεῖν τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ ἐς αὑτὸ καταδέχεται. ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς ἀπ' αὐτοῦ Ποντῖνος, . . . . . . . . . . . . . ἀπὸ δὲ τοῦ ὄρους τούτου τὸ ἄλσος ἀρχόμενον πλατάνων, τὸ πολὺ ἐπὶ τὴν θάλασσαν καθήκει. Ὅροι δὲ αὐτοῦ, τῇ μὲν ποταμὸς ὁ Ποντῖνος, τῇ δὲ ἕτερος ποταμὸς, Ἀμυμώνη δὲ ἀπὸ τῆς Δαναοῦ θυγατρὸς ὄνομα τοῦ ποταμοῦ. ἐντὸς δὲ τοῦ ἄλσους, ἀγάλματα ἔστι μὲν Δήμητρος Προσύμνης, ἔστι δὲ Διονύσου καὶ Δήμητρος καθήμενον οὐ μέγα. ταῦτα μὲν λίθου πεποιημένα. ἑτέρῳ δὲ ναοῦ Διονύσου Σαώτου ξόανον, καὶ Ἀφροδίτης ἄγαλμα ἐπὶ θαλάσσῃ λίθου. ἀναθεῖναι δὲ αὐτὸ τὰς θυγατέρας λέγουσι τὰς Δαναοῦ, Δαναὸν δὲ αὐτὸν τὸ ἱερὸν ἐπὶ Ποντίνου ποιῆσαι τῆς Ἀθηνᾶς. καταστήσασθαι δὲ τὴν Λερναίων τελετὴν Φιλάμμωνά φασι. Τὰ μὲν οὖν λεγόμενα ἐπὶ τοῖς δρωμένοις, δῆλά ἐστιν, οὐκ ὄντα ἀρχαῖα, &c. *Lerna ipſa, ut ſuperius dixi, ad mare eſt: quo in loco initia Cereri peraguntur, quæ Lernæa vocantur. Lucus in ea ſacer à monte, quem Pontinum dicunt, incipit. Mons Pontinus exceptam è cælo pluviam non aquam non effundit, ſed ipſe eam abſorbet. Profluit ab eo amnis, cui a monte Pontino nomen &c. . . . . Ab hoc igitur monte lucus ille magna ex parte*

 ad

*ad mare excurrit, platanis condenſus: terminatur una ex parte Pontino amne, ex altera Amymone; qui fluvius a Danai filia nomen accepit. In luco ſigna ſunt Cereris Proſumnæ, & Liberi: ac Cereris ſimulacrum non magnum, ad ſedentis imaginem. Hæc è marmore facta ſunt. In altero templo Liber ipſe Saotes (*i. e. *Servator) ſignum è ligno habet, ſedentis itidem forma.* . . . . . . . . *Initia vero Lernæorum Philammon inſtituiſſe dicitur. Myſteriorum effata, quod non ita priſca ſunt, perſpicua ſunt omnibus.* &c.

Tandem interjectis nonnullis (de Hydra, quæ quamvis unicum tantùm caput habuerit, a Piſandro poëta pluribus capitibus, ut ita terribilior videretur donata fuit; aliiſque) addit: Τὰ δὲ ἐς αὐτὴν Διονύσου δρώμενα ἐν νυκτὶ καθ' ἔτος ἕκαστον, οὐχ ὅσιον ἐς ἄπαντας ἦν μοι γράψαι. *Quæ circa illam quotannis Libero Patri nocturna Sacra fiunt, ea mihi nefas ſcribendo in vulgus efferre. Jam a Lerna.* &c.

Videmus hic *Bacchum*, certè, *Cereri* conjunctum, ſicut *Cereri* quoque ſæpius conjuncta erat *Proſerpina*, ſeu *Cora*, Quæ ſimul ſic appellatæ erant Δηώτη νέη, Δηώτη παλαιή. (ut in inſcriptione Herodis Attici) quæque alias ſimul junctæ quandoque αἱ θεσμοφόροι Θεαὶ atque (apud Eurip. in Phœniſſis) etiam πυρφόροι Θεαί. Sic, & in Atticis Pauſanias; ἔστι δὲ ἱερὸν ἐν ᾧ κεῖται Δήμητρος καὶ τῆς παιδὸς ἀγάλματα: ut quæ ſimul ibi colerentur. Ad omnes verò tres ſimul ſpectant iſta quæ Salmaſius ad Herodis inſcriptionem ſecundam, pag. 92. ita; *Sic enim alicubi legi:* Δημήτηρ καὶ Κοῦρος, καὶ Κόρη ubi Κοῦρος *frequentius tamen occurrit* Δημήτηρ καὶ Κόρη, καὶ Ἴακχος (qui Latinis Liber) *Sed &* Ἴακχος *&* Βάκχος *idem plane quod* Κόρος *ſignificat.* vide porrò & pag. 93.

Sequuntur 3. *Sacratæ ad Ægynam Deabus*; (quod in altera ſcribitur *Apud Æginam*) ſicuti etiam in utrâque ſequuntur, *Taurobolitæ. Iſiacæ. Hierophantriæ* [quæ alibi etiam dicuntur ἱεροφάντιδες] *Hecatæ*, &c. Ad

Ad quæ, non ſine juſta cauſa, Cl. Salmaſius reprehendit magnum illum Joſephum Scaligerum: qui ſicuti ſummo cum labore, ac ſummo ſimul cum judicio, indicem confecit; tamen in his, de quibus nobis nunc ſermo eſt, inſcriptionibus reperit *Taurobolitam Deam*; ſicut & *Iſiacam Taurobolitam* pro *Dea* aliqua habet: nec minus recte Magnus ille Grævius, in prolegomenis ad tomum quintum Theſauri Antiquitatum Romanarum: [ubi Gutherii errores circa *Taurobolia* &c. ſolide refutat.] Neque enim in iſtis Juvenalis verbis (quæ forſan eò Scaligerum induxerunt) *Iſiacæ Sacraria Lenæ*, Iſiaca Lena pro Dea habenda eſt: cum reſpiciat ibi Juvenalis ad *Iſiacam Sacerdotem Iſidis* Sacrariis, (ſeu Templo) adhabitantem, iisque miniſtrantem. Quod facillime quis perſpicere valet, modo oculos reflectat ad *fanum Iſidis & Ganymedis*, ac quantâ infamia hæc *fana* ſeu templa, aut ſi mavis *Sacraria*, Romæ laborarint: ut quorum Sacerdotes, cum viri tum fœminæ lenoniam aperte nimis exercerent: ac quidem ita, ut plus ſemel horum Sacra fuerint Urbe exacta. *Iſiaci* igitur & *Iſiacæ* qui quæve appellabantur, Sacerdotes erant Iſidis; ſeu potius Iſiacis Sacris initiati: ſicut *Iſiacum* quoque pro templo Iſidis ſumebatur.

Hinc enim illa Tertulliani,

*Si quis ab Iſiaco conſul procedat in urbem*,

& cætera jam plenius ſupra adducta. Tum & hæc Valerii Maximi, libro VII. cap. 3. *Marcus Voluſius Ædilis plebis proſcriptus, aſsumpto Iſiaci habitu, per itinera viaſque publicas ſtipem petens in Bruti caſtra pervenit.* Denique & hæc Suetonii: *Et Domitianus Iſiaci habitu velatus inter ſacrificulos vanæ ſuperſtitionis latuit.*

Verum enim verò dum ſic paululum extra oleas vagor, redit in memoriam mihi iſte *Curialis*, cujus munere, inter alia ſacra

 mune-

munera, fungebatur hujus *Aconiæ* maritus *Vettius Agorius Prætextatus*. Quare hîc etiam aliquid de *Curialibus* dicendum videtur: ut ita melius comprehendatur qualisnam *Curialis* intelligendus ſit, in iſta inſcriptione, in qua dictus Vettius Agorius Prætextatus, non tantum PONTIFEX VESTAE. PONTIFEX SOLI. XV. VIR. AUGUR. TAUROBOLIATUS. NEOKORUS. HIEROFANTA (ſicut ipſius uxor Hierophantria) PATER SACRORUM verum & CURIALIS vocatur. *Curiæ*, (ait varro lib. 4. de lingua Latina) *duorum generum. Nam & ubi curarent Sacerdotes res divinas; ut curiæ veteres: & ubi ſenatus humanas, ut curia Hoſtilia, &c.* Sic lib. 5. *Curia ubi ſenatus rempublicam curat. Illa etiam Curia dicitur, ubi Sacrorum publica: ab heis Curiones.* De quibus & alibi: *Curiones dicti a Curieis: qui fiunt, ut heis ſacra faciant.*

Ac quidem, ſic xxx. *Curiæ* erant, & unaquæque *Curia* ſuos habebat *Sacerdotes* ac *Sacrorum* cæteros *miniſtros*; ſic membra uniuscujuſque *Curiæ* dicebantur *Curiales*; pro quibus *Curiones* ſacra faciebant, ſeu curabant. Ita enim Dionyſius Halicarnaſſæus, ſub finem fere libri ſecundi: Ἀπέδωκε δὲ μίαν μὲν ἱερουργιῶν διάταξιν τοῖς τριάκοντα κουρίοισιν, οὓς ἔφην τὰ κοινὰ θύειν ὑπὲρ τῶν φρατριέων ἱερά. *Unum ſacrorum miniſtrorum ordinem aſſignavit Curionibus quos dixi publicè pro ſuis curialibus rem divinam facere.* *Curiarum* verò *Sacerdotes*, quomodo duo ex ſingulis Curiis (adeoque in univerſum LX) electi fuerint ex inſtituto Romuli; cæteraque quæ ad *Curias*, *Curiones* ac *Curiales* ſpectant, idem Dionyſius, ſub initium fere ejuſdem libri ſecundi docet: cujus ipſa Græca verba ibi eruditus lector ipſe legere poteſt: dum ego ſolam Latinam Porti verſionem, compendii cauſa, adduco. Ita autem noſter Dionyſius: *Sed legem tulit quâ juſſit ex ſingulis curiis creari duos, qui annum ætatis quinqua-*

*quageſimum jam præteriiſſent, & qui genere aliis præſtarent, & virtute eſſent inſignes, & cenſum ſufficientem haberent, & corpore eſſent integro. His autem non ad certum aliquod tempus, ſed quamdiu viverent hos honores conceſſit, eoſque militiæ ob ætatem, & negotiorum urbanorum ob legem, immunes fecit.* Ac interpoſitis nonnullis de Sacerdotiis mulieribus attributis, ita pergit. *Præterea juſſit ex unaquaque tribu vatem unum ſacris intereſſe, quem nos ἱεροσκόπον vocamus: ipſi vero Romani, exigua quædam priſcæ denominationis veſtigia retinentes, Aruſpicem appellant. Omnes autem Sacerdotes, & deorum miniſtros lege lata juſſit a curiis eligi, & confirmari ab illis qui deorum voluntatem per vaticinia interpretantur. Hiſque conſtitutis quæ ad divinum cultum pertinent, rurſus, ut dixi, valde oppoſite diviſit Sacra curiis: aſſignans ſingulis Deos ac Genios, quos perpetuò colere deberent: & certam pecuniam ad ſumptus in Sacra faciendos conſtituit, quæ ipſis ex ærario daretur. Et Curiæ cum ſacerdotibus ſacrificia ſibi attributa faciebant, & unà epulabantur diebus feſtis in curiali domo. Cœnaculum enim ſingulis curiis erat exſtructum, & præter id conſecrata erat quædam (ut apud Græcos Prytanea) domus communis omnibus curiis: ipſaque cœnacula curiæ vocabantur, & ad hanc uſque ætatem ita appellantur.*

Hos autem *Curiones* ſuum *primum Curionem* habuiſſe, nos quoque docet Livius; qui, Decadis tertiæ libro VII. ita, de illo, per occaſionem, loquitur: *Inter majorum rerum curas comitia MAXIMI CURIONIS, cum in locum M. Æmylii Sacerdos crearetur, vetus excitaverunt certamen, patribus negantibus C. Manilii Attelii, qui unus ex plebe petebat, habendam rationem eſſe; quia nemo ante eum, niſi ex patribus, id Sacerdotium habuiſſet. Tribuni appellati, ad Senatum rejecerunt. Senatus populo pote-*

*poteſtatem fecit. Ita primus ex plebe creatus MAXIMUS CURIO C. Manilius Attelius.*

Ut autem omittam *Curiones Minores* ac *Curionales*, apud Gruterum pag. 305. reperiundos, ſubjungam ſolam hanc inſcriptionem ad Curiones pertinentem:

D I S . MAN
C . NONI . C . F . VRSI
SACERDOTIS . CABESIS
MONTIS . ALBANI
CVRIONIS
C . NONIVS . IVSTINVS
ALVMNO . DVLCISSIMO
VIX . ANN . LI . M . XI . D . XIII

Uti vero videmus *Curiones* a *Curialibus* diſtinctos, ſic tamen exiſtimo *Curialem* iſtum *Vettium Agorium* fuiſſe non ſimplicem *Curialem*, ſed *Sacerdotem Curialem*; & ſi non *Maximus Curio*, certè inter majores. Videmus enim ex iſta inſcriptione quæ apud Grut. pag. 305. 4. exhibetur, *Curiones minores*, atque adeo per conſequens etiam *majores* fuiſſe. ſicuti inter *Pontifices* & *majores* & *minores* erant. Illa autem inſcriptio habet:

DIS . MANIBVS . SACRVM
C . CAESIO . Ɔ . L . TERNIOS
EX . PRIMA . ADMISSION
EX . QVATVOR . DECVRIS
CVRIO . MINOR
CAESIA . C . L . THEORIS
PATRONO
ET . SIBI

An

An autem in ſecunda linea legendum ſit pro Ͻ. L. TERNIOS, ſic Q. F. TER. NIGR. an aliter, videant eruditi. certè illud Ͻ. L. pro *conliberto*, hic minus convenire videtur cum iſto PATRONO ET SIBI. Porrò etiam videmus ex cæteris muneribus ſacris, Pontificatu, XV. viratu &c. ſat clarè, illum non ex vulgaribus iſtis *Curialibus*, fuiſſe.

Addit ibidem Salmaſius, *Taurobolitam* & *Iſiacam* Scaligero putari nomina *Dearum* quæ apud *Æginam* colebantur, [in duabus hiſce inſcriptionibus] quod certe in Scaligeri, ad Theſaurum iſtum indice, minime reperio: niſi legerit, *Sacratæ apud Æginam deabus Taurobolitæ & Iſiacæ*, abſque ulla interpunctione.

Credo tamen, permagnum illum, incredibiliſque lectionis, ac magni judicii virum, ſi ita legerit, memoriæ lapſu fuiſſe præpeditum, quo minus cogitaret de *Damia* & *Auxeſia Deabus apud Æginam:* quarum Herodotus meminit, lib. V. ubi de Æginetis hanc profert narratiunculam: Ἀπέστησαν [Αἰγινῆται] ἀπὸ τῶν Ειδαυρίων. ἅτε δὴ ἐόντες διάφοροι, ἐδηλέοντο αὐτούς. καὶ δὴ καὶ τὰ ἀγάλματα ταῦτα τῆς τε Δαμίης καὶ Αὐξησίης ὑπαραιρέονται αὐτέων. καὶ σφέα ἐκομίσαντό τε καὶ ἱδρύσαντο τῆς σφετέρης χώρης ἐς τὴν μεσόγαιαν, τῇ Οἴη μέν ἐστι οὔνομα, στάδια δὲ μάλιστά κῃ ἀπὸ τῆς πόλιος ἐς εἴκοσι ἀπέχει. ἱδρυσάμενοι δὲ ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ θυσίῃσί τε σφέα καὶ χοροῖσι γυναικηίοισι κερτόμοισι ἱλάσκοντο, χορηγῶν ἀποδεικνυμένων ἑκατέρῃ τῶν δαιμόνων δέκα ἀνδρῶν. κακῶς δὲ ἠγόρευον οἱ χοροὶ ἄνδρα μὲν οὐδένα, τὰς δὲ ἐπιχωρίας γυναῖκας. ἔσαν δὲ καὶ τοῖσι Ἐπιδαυρίοισι αἱ τοιαῦται ἱρουργίαι. εἰσὶ δὲ σφι καὶ ἄῤῥητοι ἱρουργίαι.

*Ab Epidauriis [Æginetæ] deſciverunt; factique hoſtes, ac mari potiti, cum alias clades inferebant, tum ſimulacra Damiæ & Auxeſiæ ſurripuerunt; eaque apportata in mediterraneo regionis ſuæ loco ſtatuerunt, cui nomen eſt OEæ, viginti ferme procul ab urbe ſtadiis. Hoc in loco illis erectis;*

*erectis, ſupplicabant* SACRIFICIIS ATQUE JOCABUNDIS CHORIS MULIERUM, *denis viris utrique Dæmonum aſſignatis, qui choris praeſſent. Chori autem neminem virum probris inſectabantur, ſed indigenas fœminas: quæ ceremoniæ apud ipſos quoque Epidaurios fuerant. Sunt & ipſis etiam ſacra occulta,* ſeu *myſteria.* Quam totam harum Dearum hiſtoriam, earumque primam conſecrationem, lector apud hunc Herodotum (ac quidem hoc in loco) quærat.

Hæ, igitur, *Deæ* erant *apud Æginam*; de quibus memoratæ jam, atque allatæ, inſcriptiones loquuntur; *Damia*, videlicet, & *Auxeſia*: non verò ulla *Iſiaca* vel *Taurobolita*; quales Deæ nuſquam apparent.

De hiſce Deabus etiam, duobus in locis loquitur (in Corinthiacis) Pauſanias; qui illas *Lamiam* & *Auxeſiam* appellat; ac, poſtquam lectorem ſuum ad Herodotum, ratione hiſtoriæ, &c. remiſit, hæc ſequentia de ipſis teſtatur: πλὴν τοσοῦτό γε ὅτι εἶδόν τε τὰ ἀγάλματα, καὶ ἔθυσα σφίσι κατὰ αὐτά, καθὰ ἤδη καὶ Ἐλευσίνι θύειν νομίζουσι. *Id unum addam, vidiſſe me ea ſimulacra, remque illis divinam feciſſe, eo modo, quo nunc apud Eleuſinam fiunt.* i. e. ſi quid bene judico, *more Græco*, non *Aſiatico;* ut optimè vir maximus Grævius in Prolegomenis ad Theſauri Romanarum Antiquitatum quintum, obſervat; circa illud GRAECO. SACRANEAE. DEAE. CERERIS, de qua adhuc aliquid infra attingam.

Meam conjecturam de *Deabus apud Æginam* etiam aliquatenus firmare videntur hæc Pauſaniæ verba, quibus de Trœzeniis loquitur: Ἐς δὲ τὴν Λαμίαν καὶ Αὐξησίαν (καὶ γὰρ Τροιζηνίοις μέτεστι αὐτῶν) οὐ τὸν αὐτὸν λέγουσιν οἱ Ἐπιδαύριοι καὶ Αἰγινῆται λόγον, ἀλλὰ ἀφικέσθαι παρθένους ἐκ Κρήτης, στασιασάντων δὲ ὁμοίως τῶν ἐν τῇ πόλει ἁπάντων καὶ ταύτας φασὶν ὑπὸ τῶν ἀντιστασιωτῶν καταλευσθῆναι, καὶ ἑορτὴν ἄγουσί σφισι Λιθοβολίαν ὀνομάζοντες. *De*

*La-*

*Lamia autem & Auxeſia (nam ſuus etiam illis apud Trœzenios honos eſt) longè alius eſt quam Epidauriorum & Æginetarum Sermo: veniſſe enim virgines ex Creta; cumque civitas tota ſeditionibus laboraret, a concitata multitudine ipſas etiam lapidibus obrutas. Feſtum quidem diem in ejus rei memoriam Lapidationem nominant.* Tum & hæc, in ipſius Achaicis, de Herculis ſtatua in Erythris: Τὸ δὲ ἄγαλμα οὔτε τοῖς καλουμένοις Αἰγιναίοις, οὔτε τῶν Ἀττικῶν τοῖς ἀρχαιοτάτοις ἐμφερές. *Ipſum verò ſimulacrum, non iis QUÆ ÆGINÆA vocantur, neque iis quæ inter Attica ſunt vetuſtiſſima, conſimile eſt.* Ubi, mihi, ſine dubio per *Æginæa Simulacra*, ad *Damiæ* (ſeu *Lamiæ*) & *Auxeſiæ* reſpicere videtur: ac ſic cum per *Deas apud Æginam*, tum per *Simulacra Æginæa* (non ipſis nominatis Deabus) *Damiam* atque *Auxeſiam* vulgo intellectas: niſi iſta ἀγάλματα ad αἰγιναίαν πλαστικὴν potius referenda ſint; de qua plus quam uno in loco idem Pauſanias loquitur.

Interim vir ille Maximus has *Deas apud Æginam* pro *Cerere* ac *Proſerpina* habet, dum, in iisdem Prolegomenis, ait: *Dein eandem Sacratam apud Æginam Deabus; quæ nullæ aliæ ſunt, quam mater cum filia, Ceres & Proſerpina.* ac paucis interjectis: *Non miraberis eisdem Deabus ſacratam eſſe Aconiam apud Æginam, quibus ſacrata fuit apud Eleuſinam; cum in tertia tertius locus commemoretur, ubi iisdem Deabus fuit ſacrata, ut & Baccho. hæc enim ibi leguntur*

SACRATAE . APVD . LERNAM . DEO
LIBERO . ET . CERERI . ET . CORAE

Ut autem illam tertiam paulo altius repetamus, habet illa:

SACRATAE . APVD . ELEYSINAM
DEO . BACCHO . CERERI. ET . CORAE
SACRATAE . APVD . LERNAM . DEO
LIBERO . ET . CERERI . ET . CORAE
SACRATAE . APVD . AEGYNAM
DEABVS . TAVROBOLITAE . ISIACAE
HIEROPHANTRIAE . DEAE . HECATAE
GRAECO . SACRATAE . DEAE
CERERIS

Sacrata illa apud *Eleuſinam Dis* tribus ſimul, nulla difficultate laborat. Aliquali tamen illa apud Lernam *Deo Libero*, & *Cereri*, & *Coræ*; quod ibi apud Lernam duplicia Sacra, ac quidem (quod notandum) initia, ac Sacra nocturna, πλεταὶ ſeu myſteria, obtinuiſſe videantur, ab invicem diſtincta, adeoque diverſa; unum quidem *Bacchi* ſeu *Liberi*, de quo jam ſupra hæc ex Pauſania attuli: τὰ δὲ ἐς αὐτὴν [*Lernam*] Διονύσου δρόμενα ἐν νυκτὶ κατ᾽ ἔτος ἕκαστον, οὐχ᾽ ὅσιον ἐς ἅπαντας ἦν μοὶ γράψαι. *Quæ circa illam quotannis Libero Patri nocturna Sacra fiunt, ea mihi nefas ſcribendo in vulgus efferre*: alterum autem *Cereris*; quod hiſce idem indicat Pauſanias: Ἡ δὲ Λέρνα ἐστιν, ὡς καὶ τὰ πρότερα ἔχει μοι τοῦ λόγου, πρὸς θαλάσσῃ, καὶ πλετὴν Λερναῖα ἄγουσιν ἐνταῦθα Δήμητρι. *Lerna ipſa, ut dixi ad mare eſt; quo in loco initia Cereri peraguntur, quæ Lernæa vocantur.* Quam Τελετὴν paulo poſt, ſcribit Philammona inſtituiſſe. Quæ initia etiam ad *Proſerpinam* ſeu *Coram* ſpectaſſe, inde veriſimile; quod ibi perhibeatur Pluto cum jam rapta *Proſerpinâ* terram ſubiiſſe, atque ad inferna regna penetraſſe. Atque ad hæc etiam *Lernæa* videntur ſpectare quæ in Arcadicis, ſeu lib. 8. idem Pauſanias: Ἐν δὲ τῇ Κραθίδι τῷ ὄρει Πυρωνίας ἱερόν

ἐστιν

ἐστὶν Ἀρτέμιδος. καὶ τὰ ἀρχαιότερα παρὰ τῆς θεοῦ ταύτης ἐπήγοντο Ἀργεῖοι ἐς τὰ Λερναῖα. *Eſt in Crathide monte Pyroniæ Dianæ fanum: ex quo antiquitus ad Lernæa ignem deportabant.*

Ex hiſce itaque a Pauſania dictis, apparere videtur *duplicia* apud Lernæos, ac quidem diſtincta ab invicem, ut dixi, *initia* locum habuiſſe: atque inde in allata inſcriptione legendum, quaſi diceretur, *ſacratæ Libero; ac ſacratæ Cereri & Coræ.*

Sicut autem oſtendiſſe me puto, has non fuiſſe *Deas ad Æginam* (cum præterea non conſtet ibi *Cereri* ſacrificatum, licet *Bacchi* eo locorum quoque Templum eſſet) ſic videmus quoque in fine inſcriptionis hæc, *ſacratæ Deæ Cereris:* ſolius, dico, *Cereris.* ubi tamen non additur cuinam *Cereri*, quove in loco.

Non omittenda hîc videtur *Hierophantria* illa *Deæ Hecatæ:* quæ uti in Caria eximie culta fuit, ſicut colenda ex Strabonis libro XIV. liquet hoc modo, Ἔστι δ' ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Στρατονικέων δύο ἱερὰ, ἐν μὲν Λαγίνοις, τὸ τῆς Ἑκάτης ἐπιφανέστατον, πανηγύρεις μεγάλας συνάγων καθ' ἐνιαυτόν. *In agro Stratoniceno duo ſunt templa; unum Laginis Hecatæ ſacrum, ubi quotannis magni agitantur [ſacri] conventus:* ſic & *Initia*, ſeu *Myſteria*, *Hecates* apud Æginetas celebrabantur. Ita enim Pauſanias in Corinthiacis: Θεῶν δὲ Αἰγινῆται τιμῶσιν Ἑκάτην μάλιστα, καὶ τελετὴν ἄγουσι ἀνὰ πᾶν ἔτος Ἑκάτης, Ὀρφέα σφίσι τὸν Θρᾷκα καταστήσασθαι τὴν τελετὴν λέγοντες. τοῦ περιβόλου δὲ ἐντὸς ναός ἐστι· ξόανον δὲ ἔργον Μύρωνος, ὁμοίως δὲ ἓν πρόσωπόν τε, καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα. Ἀλκαμένης δὲ (ἐμοὶ δοκεῖ) πρῶτον ἀγάλματα Ἑκάτης τρία ἐποίησε προσεχόμενα ἀλλήλοις, ἣν Ἀθηναῖοι καλοῦσιν Ἐπιπυργιδίαν. ἕστηκε δὲ παρὰ τῆς Ἀπτέρου Νίκης τὸν ναόν. *Præ cæteris verò Dis imprimis Hecaten colunt Æginetæ; cujus initia quotannis celebrant. Initiorum auctorem Thracem Orpheum perhibent. Macerâ templum ambitur; in eo ligneum*

*ſignum factum a Myrone, cujus unicum os, (ſeu facies unica) ut corporis truncus, unicus. Nam primus, ut ego exiſtimo, Alcamenes Athenienſibus triplex fecit, junctis corporibus, Hecates ſignum; quam Epipyrgidiam Athenienſes appellant, juxta Involucris Victoriæ ædem poſitam.* Quæ poſteriora Pauſaniæ verba eo lubentius affero; quod inde videamus, non ſemper aut ubique, *Hecatem* fuiſſe tergeminam, ſeu triformem; *Victoriamve* ſemper pictam aut pictam *alatam*.

Porrò apud Æginetas celebrata fuiſſe *Initia* ſeu *Myſteria Hecates*, ita quoque teſtatur Origenes contra Celſum, lib. Ο'υ γὰρ δοκεῖ παρ' Ἑ'λλησιν εἶναι ἐξαίρετα τὰ τοῦ Μίθρου παρὰ τὰ Ἐ'λευσίνια, ἢ τὰ παραδιδόμενα τοῖς ἐν Αἰγίνῃ μυουμένοις τὰ τῆς Ἑ'κάτης. *Non enim majoris exiſtimationis apud Græcos ſunt Mithriaca Sacra, quam Eleuſinia, aut illa quæ apud Æginetas Myſteria Hecates initiatis traduntur.* Ex quibus, cum Pauſaniæ tum Origenis, verbis ſat clare apparere videtur, hæc de Hierophantria Hecates, non de alia quam iſtâ apud Æginetas, ſive ad Æginam eſſe capienda.

De Hierophantis ſeu μυσταγωγοῖς τὰ ἱερὰ δεικνύουσιν, ut illos Heſychius vocat, infra adhuc amplius dicendi locus dabitur: Hierophantrias autem æque locum obtinuiſſe nonnullis in myſteriis, ſatis clare vel unus nos T. Livius docet, ubi de Bacchanalibus (lib. 39.) dum agit, ita de Hiſpala Feceniæ confeſſione loquitur: *Primo Sacrarium id fœminarum fuiſſe, nec quenquam virum eo admitti ſolitum. Tres in anno ſtatos dies habuiſſe, quibus interdiu Bacchis initiarentur. Sacerdotes invicem matronas creari ſolitas. Pacullam Miniam Campanam ſacerdotem* [*Hierophantriam*] *omnia tanquam Deum monitis immutaſſe. Nam & viros eam primam ſuos filios initiaſſe, Minium & Herennium Cerinnios, & nocturnum ſacrum ex diurno, & pro tribus in anno diebus quinos ſingulis menſibus dies initiorum feciſſe.*

*ciſſe.* Interim hæc a me ita dicta lubens, ſicut & omnia mea, hujus maximi viri judicio ſubmitto: ut cui non ego ſolus (ac quantulus ego præ illo!) verum cuncti eruditi lubenter faſces ſubmittunt.

Poſtremo notanda quoque veniunt, hac occaſione, verba iſta GRÆCO SACRATÆ [ſive ut in alia *Sacraneæ*] DEÆ CERERIS. in quibus verbis vox GRÆCO conſtanter tam apud Aldum (Orthographiæ pag. 583) quam apud Gruterum, pag. 309. habetur.

De Vetuſtiſſima iſta *Cerere*, quæ ab Enna Romam delata fuerat, ſi hæc non ſunt intelligenda; certè de iſta cui Arcades in Italia jam *Evandri* tempore templum ædificaverant, cultumque religioſum ac peculiares ritus inſtituerant, mihi capienda videntur. Quod & ſic perilluſtri Literaturæ humanioris Dictatori Grævio, (ut ſupra jam monui) veriſimile videtur: ut cui alias, æque ac mihi, id non intelligitur. Gaudeo itaque in re tam valde obſcura, me tantum virum, pro parte ſaltem invenire opinionis meæ aſtipulatorem. Ita enim ille in Prolegomenis ad tomum quintum Theſauri Romanarum Antiquitatum: *Illud GRÆCO quod interponitur, quid ſit non intelligo; huic in tertia GRÆCO punctis ſubſcriptis notatum eſt, tanquam ſuppoſititium verbum. Niſi forte dicas ſubaudiri aut excidiſſe: nam in tertia videtur eſſe lacuna Græco ritu conſecraneæ Cereris, non Aſiatico.*

Dionyſius ſane Halicarnaſſeus lib. I. de Arcadibus in Italia Templa exſtruentibus, ita loquitur: ἱδρύσαντο δὲ καὶ Δήμητρος ἱερὸν, καὶ τὰς θυσίας αὐτῇ διὰ γυναικῶν τε καὶ νηφαλίους ἔθυσαν, ὡς Ἕλλησι νόμος, ὧν οὐδὲν ὁ καθ' ἡμᾶς ἤλλαξε χρόνος. *Cereri quoque templum extruxerunt, ipſique per fœminas Sacerdotes ſacra abſtemia fecerunt MORE GRÆCO: in quorum ritu ætas noſtra nihil mutavit.*

Unde & in legibus antiquis Romanorum: *Cereri Græco Sacro*

*Sacro tantum mulieres initiato.* Quo & forſan referenda hæc ſequens inſcriptio:

CASPONIA : P. F
MAXIMA
SACERDOS . CERERIS
PVBLICA
POPVLI . ROMANI
SICVLA

*Cererem* verò *Græcam* cum *Iſide Ægyptia* eandem fuiſſe ſatis clare oſtendit G. J. Voſſius lib. 2. de Idololatria cap. 56; uti & magnam ſimilitudinem fuiſſe utriuſque Sacrorum; &c.

---

## CAPUT VIII.

*De* Sacerdote *Magnæ Matris Deorum* maxima, *tum & de Sacerdotibus maſculi ſexus ad conſecrationem tauroboliandorum adhibitis; quandoque & pluribus numero ſimul.* De præeuntibus *circa hoc Sacrum faciendum (qua occaſione iterum aliquid de titulis eraſis, publica ex auctoritate, dicitur,) qui qualesque hi* præeuntes *fuerint, cum Romæ, tum in Coloniis ac Municipiis. &c. De Sacramento circa Sacra, ac ſilentio. De* Cuſtode præeuntibus *addito. De* Curatoribus *circa Sacra, tum Taurobolia, tum alias Conſecrationes ac Dedicationes.*

Quam-

QUamvis autem alibi probare nitar, hanc *Caſponiam* minime fuiſſe *Sacerdotem Maximam*: attamen *Sacerdotes Maximas* inter haſce M. Matris Sacerdotes locum habuiſſe oſtendit ſatis inſcriptio, quæ apud Sponium ſtatuæ *Laberiæ Feliclæ* (vel, ſi mavis, *Feliciæ*) ſubſcripta eſt:

LABERIA . FELICLA
SACERDOS . MAXIMA
MATRIS . DEVM . M . I

Æque enim inter illas *Maximæ* erant quam inter *Sacerdotes Veſtales*: ſicut & circa alia Myſteria atque initiationes; qualis inter *Bacchas*, ſeu *Bacchanalium Sacerdotes*, fuerat *Paculla Minia Campana*; quæ & filios ſuos *Sacerdotes Maximos* fecerat, præter *M.* & *L. Catinios* & *Faliſcum L. Opiternium*. *Ab his enim*, ait Livius, *omnia facinora & flagitia orta*, *eos maximos Sacerdotes conditoreſque ejus Sacri eſſe.* Ex quibus Livii verbis ſimul liquère videtur, iſtius *Sacri* plures ſimul *Sacerdotes Maximos* fuiſſe. Nam ambos filios ſimul, ut ſupra vidimus, huic Sacro *antiſtites* præfecerat.

Nec de viris id obſcure patet, circa *Sacra* hæc *Taurobolia*. Sic namque provincia Narbonenſis per *C. Batonem* primum Flaminem Augg. hoc *Sacrum* pro ſalute Imperatorum fecit. niſi quis velit hunc Batonem id reipublicæ nomine *ſuſcepiſſe*. Clarius itaque id patet ex Prudentio, ubi ut jam ſupra oſtendi, *Summus Sacerdos* (Matris Deorum ut puto) id ſeu pro aliis, ſeu pro ſemetipſo, *ſuſcepit*, vel, ſi mavis, *accepit*. Quibus addi queunt iſti *Tauroboliati* Petronius Apollodorus, Sextilius Ageſilaus Ædeſius, Vettius Agorius Prætextatus aliique: quos certè hujus *Deæ*, tum

N &

& *Dei Attinis*, Sacerdotibus Summis, adnumerandos putem.

Talium igitur è numero, quandoque & ex ſimpliciter Sacerdotibus, electi fuere illi, per quos (ſeu quorum miniſterio) illi qui *Tauroboliandi* eſſent (ut ſic loquar) hæc *Sacra ſuſcipiebant*. Atque ita a *Tauroboliandorum* voluntate pependiſſe, quem ſibi eligerent crediderim inde, quod uno eodemque in marmore reperiamus hos hasve per hunc, illos illaſve per alium Sacerdotem initiatos: uti videre eſt ex marmoribus apud Gruterum pag. xxx. n°. 4. & 5. exſtantibus. Ex quarum illâ, quæ in quarto ibi marmore numero ultima habetur, corrigenda venit iſta, quæ pag. xxxi. n°. 3. venit; quæ ita, vitioſe ibi exhibetur:

AVRELIA . OPPIDANA . TAVROPOLIVM .
FECIT . HOSTIIS . . SVIS . SACERD
SMIMTHIO . PROCVLIANI . ACCIO .
AGRIPPE . APRO . $\overline{\text{II}}$ . COSS . XV . K
NOV . POLLIONE . PET

Nempe hoc modo ea, plane perturbata ordine deſcripta, reſtituenda eſt:

AVRELIA : OPPIDANA . TAVROPOLIVM
FECIT . HOSTIIS . SVIS . SACERD
SMIMTHIO . PROCVLIANI . ET . PACIO .
AGRIPPE . POLLIONE . ET . APRO . $\overline{\text{II}}$
COSS . XV . K . NOV

Illam autem, ex quâ ſic emendanda eſt (ſeu potius marmor iſtud totum; quamvis jam ſupra primam partem ex illo adduxerim) huc afferendam duco; tum quod & alia inſcriptio

ſcriptio ex iſta emendanda ſit; tum quod & adhuc alia ex ipſa explicanda veniant. Eſt igitur hæc ſequens:

S : M . D

VAL : GEMINA . VIRES
EXSCEPIT . EYTYXETIS
IIII . KAL . APRIL . SACERDOTE
TRAIANIO . NONDINIO
DNO . NRO . GORDIANO
ET . AVIOLA . COS

M : DEVM

IVL . VALENTINA . ET . HY
SCIA . SIINE . TAVROPOLIVM
FECERVNT . XV . KAL . NOVEMB
POL . ET . APRO : COSS . SACER
DOTE . ZMYNTHIO
PROCVLIANI

S : M : M

AELIA . NICE . TAVROPOLIVM
FECIT . HOSTIIS . SVIS . SACERDOTE
ZMYNTHIO . PROCVLIANI

S . M . M

SEVERA . QVARTI . FILIA
TAVROPOLIVM . FECIT . HOS
TIS . SVIS

SACR . M . M

AVF . PRIMA . TAVROPOLI . FEC
HOST . SVIS . SACERDOTIB
ZMINTHIO . PROCVLIANI . ET
PACIO . AGRIPPAE . POLLIONE
II . ET . APRO . II . COSS . XV . KAL
NOVE

Hinc certe etiam emendari debet pars illius inſcriptionis quæ n°. V. venit, & in iſta hoc ſequens:

APRILIS . REPENTINI . FILIVS
ET . SATVRNIVS . TAVROPOL . ACCE
PERVNT . SACERDOTE . L . ACCIO
AFRM . HOSTIIS . SVIS

Quæ hic emendanda veniunt ſunt hæc L. ACCIO. AFRM, pro quibus ſi non L in P mutandum ſit, aut inde quoque pro P ACCIO legendum eſt, PACIO (quod

(quod minus puto, ac potius illud PACIO in P. ACCIO mutandum) vel L. ACCIO AGRIP. abbreviate ita pro AGRIPPE; ſicuti ſupra bis illud AGRIPPE habemus: nempe ſemel PACIO AGRIPPE ſemel ACCIO AGRIPPE: ex quibus ſi non PACIO retinendum, certe id in L. ACCIO aut P. ACCIO mutandum eſt; quod poſterius ſane præferrem, quod id in lapide magis integro extet: quamvis Lectori judicium hîc (ſicut & alibi) relinquam. Porrò AFRM iſtud mutandum eſſe in AGRIP, inde quoque potius crediderim, quod videamus perſæpe literas vetuſtate, aut alia injuria, temporis aut hominum corruptas aut exoletas, ex conjectura ſæpe deſcribi ita, prout hi deſcriptores magis docti indoctive circa talia fuerint; aliosque lapides, præſertim ſimilis argumenti, magis minuſve conſuluerint: quibus etiam accedere poteſt (ſicut id etiam exempla docent) ſpatia illa magis minuſve anguſta aut latiora relinqui, quæ inter corruptas, aut deletas, & illas quæ integræ reſtant literæ, intercedunt: quod ſi hîc non acciderit, alia exempla nos ſatis docent literas corruptas perfacile male deſcribi. circa talia igitur conjecturis utendum; ac valet maxime iſtud proverbium, *Qui bene conjecerit Rex eſto*. Quod an mihi hic ſucceſſerit eruditi judicent.

Interim credo & hoc aliquid pro mea facere conjectura, quod ille ſive *P.* ſive *L. Accius* ſimul, ſeu eodem tempore cum *Trajanio*, *Nondinio & Zmynthio Proculiani* ſacerdos fuerit, idque ſacrum adminiſtraverit: ſicut tam ex hoc marmore, quam ex aliis quoque ſupra allatis clare liquet.

Præterea ex hiſce inſcriptionibus diſcimus quod, cum alii aliæve unico tantum in hac initiatione, uterentur ſacerdote, alios aliaſve contra duobus, quin & pluribus, uſos fuiſſe: (ſicuti id patet ex iſta inſcriptione, quæ apud Sponium pag. . . . . . exhibetur, quæque integra jam ſupra fuit adducta) hiſce ſcilicet *immolantibus*, illis verba *præeuntibus*, aliis de-

nique *adſtantibus*, aut in teſtimonium, aut honoris cauſa, atque ad majorem rei pompam aut celebritatem, vel ex aliis cauſis mihi incognitis. Quamvis exiſtimem, ubi unus tantum aderat, illum eundem & *verba præiviſſe*, & *immolaſse*, ſeu *Taurobolium feciſſe*: ubi verò duo adeſſent unum verba præiviſſe, alterum vero immolaſſe. Niſi forſan ubi plures eſſent conſecrandi, ex. gr. duo (uti id in inſcriptionibus quoque reperimus) illi nunc ambo per unicum, nunc ſinguli per diverſos Sacerdotes ſeſe initiari curarint: ita ut ſi tres ſimul id ſacrum acciperent, ſinguli etiam proprium ad id ſacerdotem ſibi haberent. ſic namque in illa Sponii memorata inſcriptione *tres* comparent, *Dagidius Marius*, *Verullia Martina*, & *Verrullia Maria*: quibus reſpondent *Junius Titus*, *Caſtricius Zoſimio* & *Blattius Paternus*, verba ad initiationem pertinentia præeuntes, ac ſimul poſt immolantes, ſive per immolationem initiantes. Poſt quos numerantur, *Fabritius Orphitus & cæteri ſacerdotes adſiſtentes*. Nam quod notandum duco, illud ET quod inter VOC. & FABRICIO poſitum eſt ibi ſupervacaneum eſt; ac, ſi quid judicare valeo ex errore irrepſit. Adeoque legendum VOC. ſeu *vocontiorum*. FABRICIO. ORPHITO. LIBERI. PATRIS. ET. CETERIS. ADSISTENTIBUS. SACERDOTIBUS. De cujuſmodi *Aſſiſtentibus* adhuc infra aliquid dicam.

Dum jam in ſtatu conjecturali verſor, adducendum mihi videtur marmor, quod quantumvis ſit injuria temporum miſere corruptum, tamen lucem circa hoc Sacrum nobis infra præbebit: nec forſan nunc (ubi maxime corruptum videtur) inutile erit. eſt autem hoc ſequens,

DO-

:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:
:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:DOMVSQVE DIVI
NAE. COLON. COPIAE. CLAVD. AVG. LVGD
TAVROPOLIVM . FECIT . Q . AQVIVS
ANTONIANVS . PONTIFEX . PERPETVVS
:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:
:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-
:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-
:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:
EX . VATICINATIONE. PVSONI. IVLIANI
ARCHIGALLI . INCHOATVM . XII . KAL
MAI . CONSVMMATVM . VIII . KAL . MAI
L. EGGIO . MARVLLO . CN . PARINIO . AE
LIANO . COS . PRAEEVNTE . AELIO
CTI . P . LNS . SACERDOTE . TIBICINE
A L B O . V E R I N O

Hîc equidem nonnulla ſuperaddenda ſunt de *verba præeuntibus*; tum & de *Adſtantibus:* verum enim vero in anteceſſum quoque aliquid addendum; ſub quo nempe Cæſare, ac pro cujus domo, hoc ſacrum factum fuerit: ut ita illa, quamvis miſerandum in modum, æque hominum quam temporis injuria, corrupta, parumper illuſtretur; licet in integrum minime reſtitui queat. Factum igitur fuit hoc Sacrum pro *Cæſ. Ælio Aurelio Commodo.* quod patet ex Conſulibus qui quinto anno ipſius imperii Conſules ordinarii fuere; nempe *M. Eggius Marullus* & Gn. ſeu. *Cn. Papirius*

*Ælia-*

*Ælianus;* quorum tamen prior (quamvis male) ab Onuphrio, in Chronico Eccleſiaſtico, *Marcellus* appellatur, cum & Inſcriptiones & Faſti Idatiani, &c. *Marullum* exhibeant. Sicut & poſterior, in marmore hoc male pro *Papirio* PARINIVS. Ita enim comparet *Marullus* apud Gruterum pag. XXXV. 12. hoc modo

DEDIC . XV . K . IVL
MARULLO . ET . AELIANO . COS, &c.

Tum & *Papirius* ſimul cum *Marullo*, ſeu (quod & circa alia nomina &c. accidit Y pro V poſito) *Maryllo*, in jam ſequenti inſcriptione, apud Sponium in Miſcellaneis pag. 4. nº. reperiunda, hoc modo:

M . AURELIUS
AUG . LIB . EYPREPES
SOLI . INVICTO . MI
THRAE . ARAM
EX . VISO . POSUIT
PROSIDENTIBUS . BI
CTORINO . PATRE
ET . IANUARIO . DEDICATA
IIII . NON . IUNIAS . EGGI
O . MARYLLO . ET . GN . PAPI
RIO . AELIANO . COS

Quantumvis alias lapis non ſtudio hominum ſed caſu, corruptus eſſe potuit, tamen in eo *Commodi Cæſaris* nomen, ex iſta cauſa expunctum, minime dubitem; tam quod & in aliis jam ſupra

pra id oſtendi (ſicuti & plura exempla nota ſunt) quam quod apud eundem Gruterum pag. 114. 4. in inſcriptione Græca eraſa reperiamus hæc, ΚΟΜΜΟΔΟΥ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ quam & in hac Latina quæ pag. 330. ſic extat:

M . AVR . AVG . LIB
AGILIO . SEPTENTRIO
NI . PANTOMIMO . SVI
TEMPORIS . PRIMO . SACERDO
TI . SYNHODI . APOLLINIS . PA
RASITO . ALVMNO . FAVSTINAE
AVG . PRODVCTO . AB . IMP . M
AVREL . commodo . ANTONI
NO . PIO . FELICE . AVGVSTO
ORNAMENTIS . DECVRIONAT
DECRETO . ORDINIS . EXORNATO
ET . ALLECTO . INTER . IVVENES
S . P . Q . LANVVINVS
. . . . . IBVS . COMMODO .
&. AELIANO . . . . . . COS

Ut autem clarius conſtet hanc nominis *Commodi* eraſionem publica ex auctoritate factam; addam ex Capitolino, hæc verba *Cingii* [vel ut Caſaubonus mavult, *Cinctii*] *Severi: Injuſte ſepultus eſt. Quia Pontifex dico, hoc collegium Pontificum dicit, Quoniam læta percenſui, nunc convertor ad neceſſaria, cenſeoque (quod is, qui niſi, ad perniciem civium, & ad dedecus ſuum vixit) abolendas ſtatuas: quæ undique ſunt abolendæ, NOMENQUE*

*ex omnibus privatis publiciſque monumentis* ERADENDUM, *&c.*

Neque aliter factum fuit, forſan, in hoc ſequenti marmore; quod ita reperitur.

HERCULI
SANCTO . SAC
P . POMPONIUS . NOE
TUS . VOTUM . SOL
AMICOS . AC . BENE
. . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . .
M . EGGIO . MARULLO
L . D . D . D . K . IUL

Verum ut melius hinc eluceſcit *Eggii Marulli* conſulatus: ſic quæ ad eraſa publice nomina pertinent, præter illa ex Capitolino adducta, etiam hæc, ex eodem, *de Maximino.* Ita igitur ille: *Appellato igitur Gordiano Imperatore, juvenes qui autores hujus facinoris erant, ſtatuas Maximini dejecerunt, nomen publicitus eraſerunt.* Quæ eo lubentius adduco, quod ad illa Jac. Sponius, (ad inſcriptionem, jam ſupra allatam) reſpiciat. Porro multa admodum ſuper hac materia, cum ex Suetonio (de Domitiano) tum ex noſtro Grutero (ut ex pag. 68. 1. 113. 1. 180. 7. 245. 2. & pluribus aliis) afferri poſſunt: verum iſta non hujus loci ſunt, & ad alia mihi progrediendum.

Si itaque porro conſideremus, a quibus, ac per quem, id *Taurobolium* factum fuerit, fuit illa *Colonia Copia Claudia Auguſta Lugdunenſium.* Hoc enim indicant hæc verba COLON. COPIAE. CLAUD. AUG. LUGD ſicut etiam in hoc ſequenti marmore

ET

D M

ET . MEMORIAE . AETERNAE
CULATTI. MELEAGRI. IIIIII. VIR. AUG
C. C. C. AUG. LUG. PATRONO. EIUSDEM
CORP . ITEM . PATRONO . OMNIUM
CORPOR . LUG . LICITE . COEUNTIUM
MEMMIA . CASSIANA . CONIUNX
SARCOFAGO . CONDIDIT . ET . S . A . D

Tum & in hac,

D . M
ET
MEMORIAE . AETERNAE
Q. VIREI. LAURENTINI
IIIIII. VIRI. AUG. C. C. C. AUG
LUGDUNI, &c.

Tum denique apud eundem Grut. pag. 424. 5. ubi etiam habemus; DEC. C. C. C. AUG. LUG.

De *Pontifice perpetuo*, quatenus ille iſtud fecerit Taurobolium non hîc aliquid addam: cum jam ſupra viderimus, ſummis Sacerdotiis præditos hoc Sacrum vel pro ſemetipſis, vel pro aliis ſuſcepiſſe; tum quod de illis adhuc aliquid dici poterit, ubi mihi ſermo erit de ἀρχιερέων διὰ βίου Græcorum, &c. De Archigallo idem pene Lector dictum putet. Itaque aliquid adhuc dicendum de *Præeuntibus*; ſicuti hîc habemus PREEUNTE AELIO CTI. P... p. LNS

SACERDOTE. TIBICINE. ALBO VERINO. Quodnam prænomen iſtius Ælii, qui hîc *verba præivit* fuerit nobis, ob mutilatas literas, & exoletas, latet. *Præibant*, uti jam ſupra attigimus, alii, dum alii immolarent hoſtias, *verba* ſcilicet, illa, quæ ad Sacrum, ut juramentum (ſeu Sacramentum) vel ut promiſſa, vel aliter, ad has devotiones ſpectarent.

Etenim circa publica Sacra (quandoque & privata) vota publica, Dedicationes ſeu conſecrationes, atque imprimis circa initiationes ad myſteria hujus illiuſve Dei, Deæve, ſicuti aut Leges, aut Vota, aut Promiſſa, vel Sacramenta, a dedicantibus, aut initiandis recitabantur, ita & *verba* illa *præibat* Sacerdos quiſpiam aut Pontifex; aderantque & teſtes ſeu *Cuſtodes*; de quibus etiam ſtatim aliquid addam.

De ipſo Pontifice Romanorum Maximo tale habemus exemplum, in Livii libro XLII. *In Capitolio vovit Conſul ludos fieri, donariaque dari quanta ex pecunia decreviſſet Senatus, cum centum & quinquaginta non minus adeſſent, PRÆEUNTE VERBA LEPIDO PONTIFICE MAXIMO* id *votum ſuſceptum eſt.* Sic de Metello quoque Valerius Maximus, lib. 8. c. 13. *Senex admodum Pontifex Maximus creatus, tutelam cæremoniarum per duos & viginti annos, NEQUE ORE IN VOTIS NUNCUPANDIS HÆSITANTE; neque in ſacris faciendis tremulâ manu geſſit.* Denique & de Claudio Suetonius cap. 22. vitæ ejus: *Obſervavitque ſedulo, ut quoties terra in urbe moviſſet, ferias advocatâ concione Prætor indiceret: utque ob dira aut in urbe, aut in Capitolio viſa, obſecratio haberetur: eamque IPSE jure Maximi Pontificis, commonito pro roſtris populo Romano, præiret.*

De Duumviris (qui poſtmodum decemviri, ac XV. viri, ſerius, fuere) apud Livium hoc exemplum lib. 4. Decad. I. habe-

habemus: *Obſecratio itaque a populo, Duumviris præeuntibus, facta.* Quin & alios Pontifices *verba præiviſſe* (ſub Cæſaribus) ex Tacito, in dedicatione Capitolii apparere videtur. Is enim Hiſtoriarum lib. 4. *Tum Helvidius Priſcus Prætor, præeunte Plauto Æliano Pontifice, luſtrata bove tauriſque,* &c. Niſi hic Ælianus ex XV. virorum numero fuerit, eoque referenda ſit hæc ſequens inſcriptio, quæ apud Aldum pag. 444. apud Gruterum p. 23. habetur:

AELIO. CAESARE. IMP. P. COELIO. P. F. ALBINO. VIBVLLIO. PIO. COSS
· VII. IDVS. OCTOBRIS
CNEVS.DOMITIVS.VALENS.II.VIR.I.D.PRAEEVNTE.C.IVLIO.SEVERO.PONTIFICE
LEGEM. DIXIT. IN. EA. VERBA. QVAE. INFRA. SCRIPTA. SVNT, &c.

At certe in Provinciis aut Coloniis & municipiis, id illi Pontifices præſtabant, qui ibi pro ἀρχιερέων, aut XV. *viris* erant: idque etiam ex illa inſcriptione, quam modo exhibuimus, de Colonia Copia apparere videtur. Ibi enim Ælius. . . . P. (quod P. pontificem indicare conjectarem) *verba præivit.*

Quodnam vero (ut & hoc in tranſcurſu addam) nomen Sacerdotis *adſiſtentis* (nam is procul dubio hic quoque expreſſus fuit, niſi is fuerit ille qui hoſtias immolabat) nobis plane incognitum eſt. Et tamen (quod in tanto viro merito mireris) in indice Scaligeri ad Theſaurum Gruterianum habemus *Albius Verinus Sacerd.* XXX. 2. qui numerus additus certiſſimè noſtrum *Albium Verinum tibicinem* denotat. ita enim ibi

·TIBICINE . ALBIO . VERINO

In aliis myſteriis, ſive ipſorum initiationibus, id quoque ut *Sacerdos verba præiret* locum habuiſſe, oſtendunt hæc Livii, de Bacchanalibus verba (Dec. 4. lib. 9.) *Qui tantum initiati erant, & ex CARMINE SACRO,*

*PRÆEUNTE SACERDOTE, precationes fecerant, in quibus nefanda conjuratio in omne facinus ac libidinem continebatur; nec earum rerum ullam rem, in quas jurejurando obligati erant, in ſe aut alios admiſerant, &c.*

Ex quibus ſimul videmus, iſtud *carmen* quod *præibat Sacerdos*, non ſolas preces ac devotiones, ſeu jusjurandum, verum & Leges ac ritus obſervandos, in quos juraretur, continuiſſe. Qui ritus & facinora hic nefanda erant: neque alia myſteria ab illis libera fuere; unde & tanta ſilentii obſervatio in omnibus fuit.

Hinc & tanta ſilentii juramenta, hinc propriorum, & ante perpetratorum ſcelerum (ut alibi oſtendi) ante myſteriorum initiationem, confeſſiones, &c. Quamvis illa non ita ob omnibus obſervarentur, ut non multa illorum evulgarentur, non tantum a Chriſtianis, qui ab Ethniciſmo ad Chriſtianiſmum tranſierant; verum & ab ipſis Ethnicis, ſive coactis, ſive jam eorum Apoſtatis. Neque id tantum ex memoratis jam plus ſemel *Bacchanalibus* patet: ſed & ex iſtis quæ de *Bonæ Deæ Sacris* ita Juvenalis:

> *Nota Bonæ ſecreta Deæ, cum tibia lumbos*
> *Excitat: & cornu pariter vino feruntur*
> *Attonitæ, crinemque rotant ululante Priapi*
> *Mænades. O quantus tunc illis mentibus ardor*
> *Concubitus! quæ vox ſaltante libidine! quantus*
> *Ille meri veteris per crura madentia torrens!*
> *Lenonum ancillas, poſita Saufeia corona*
> *Provocat*, & cætera nimis nefanda ut huc ulterius afferantur.

De Chriſtianorum tamen cœtibus ac myſteriis [quantumvis prioribus ſæculis neque illa ſemper æque bene audirent,

im-

imprimis pervigiliæ] longe aliter teſtabantur, etiam ipſi Chriſtianorum Apoſtatæ, teſtante ita Plinio, Epiſtolarum libro decimo: nempe illos *ſe Sacramento non in Scelus aliquod obſtringere, ſed [NB] ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum abnegarent.*

At *Cereris* illa, ſive *Eleuſinia*, ſive alia, *Sacra* (de quibus etiam ipſe Cicero tam magnificè loquitur, ut adhuc infra videbimus) quali modo a Chriſtianis, qui illa detegerent, deſcribuntur? cum interim ipſe Horatius (quod in ipſo æque atque in Cicerone mireris) de illis quaſi maxime Sacroſanctis:

*Eſt & fideli tuta ſilentio*
*Merces. Vetabo qui Cereris Sacrum*
*Vulgarit arcanæ; ſub iisdem*
*Sit trabibus, fragilemque mecum*
*Solvat Phaſelum.*

Porro ad has *verborum præitiones*, ut ſic loquar, pertinent cum hæc Juvenalis,

*—— —— Stetit ante aram, nec turpe putavit*
*Pro cithara velare caput, DICTAQUE VERBA*
*PERTULIT, ut mos eſt.*

Tum & illa Valerii Flacci, lib. I.

*—— —— Sic cum ſtabulis & meſſibus ingens*
*Ira Deum, & Calabri populator ſirius arvi*
*Incubuit, coit agreſtum manus anxia, priſcum*
*In nemus, & miſeris DICTAT PIA VOTA*
*SACERDOS.*

Verum

Verum enim vero, hæc & ſub teſtibus aliis ſacerdotibus fiebant, inde namque illa *adſtante*, *adſtantibus*, &c. Qui *aſtantes* & alio vocabulo *Cuſtodes* nominabantur: ut qui obſervabant, quid dictatum; quidque adeo aſſenſu approbatum, ab ipſis Sacrificantibus, ſeu Voventibus vel Initiandis, ab iis ita poſt *Præeuntem*, vel ſimul, proprio ore recitatum; quidque ab ipſis ita juramento, ſeu Sacramento firmatum fuiſſet: quorum teſtes itaque in rei memoriam adſtabant, verbaque illa notabant ac cuſtodiebant.

Quæ jam dicta ſane Plinii verbis ita firmantur lib. 28. cap. 2. *Vidimus certis precationibus obſecraſſe ſummos magiſtratus. Et ne quid verborum prætereatur DE SCRIPTO PRÆIRE aliquem, rurſusque aliquem CUSTODEM dari, qui attendat, alium vero præponi qui favere linguis jubeat: TIBICINEM canere, ne quid aliud audiatur, &c.*

Ex quibus ſimul diſcimus, cuinam rei inſerviendæ *Tibicines* (qui cum *Sacris Publicis*, tum & *Privatis*, præſto erant) hîc affuerint: ſicut etiam, nonnullis interjectis, docet, ſi XV. viri *verba præirent*, id per *magiſtros* (de quibus alibi loquor) factum fuiſſe.

Ad hos autem *Cuſtodes* quoque reſpicit Seneca, lib. 1. de Clementia, his verbis: *Quid pulchrius eſt, quam vivere optantibus cunctis, & vota non ſub CUSTODE notantibus?* Ubi autem (ut hoc poſtremo ad illa de XV. viris addam) Livius lib. 4. . . . . ait Obſecrationem a populo factam *Duumviris* (qui, ut omnes norunt poſt Decemviri, ac denique XV. viri, numero eorum ita adaucto, facti atque appellati) *Præeuntibus* factam crediderim & dum unus eorum *verba præiret*, alterum *Cuſtodem* adſtitiſſe: cum unus tantum, ac ſolus, verba commode præire potuerit; ut ſic clare ille qui vota faciebat, &c. iſta perciperet, ac ſubſequendo ea ſic accurate quoque recitaret.

At

At *Curatores* quoque nobis (quamvis non in eadem illa inſcriptione) ut videtur, occurrunt; ſeu *quibus curantibus*, *curamve gerentibus* hæc Sacra perficiebantur. Sic enim in illa quæ pag. 301. apud Gruterum habetur, quamque etiam jam ſupra integram (Lactoratenſium) adduxi, inter alia habet, poſt nominatos Coſſ.

CVRANTIB . M
EROTIO . FESTO . ET . M
EARINIO . CARO . SACERD
TRAIANIO . NVNDINIO

Ex quibus corrigenda certe eſt hæc ſequens quæ pag. 29. n°. 14. ita extat:

PRO . SALVTE . IMP . ANTONINI . GORDIANI
PII . FEL . AVG . TOTIVSQVE . DOMVS . DIVINAE
PROQVE . STATV . CIVIT . LACTOR . TAV
ROPOLIVM . FECIT . ORDO . LACT . D . N
GORDIANO . $\overline{\text{II}}$ . ET . POMPEIANO . COS
VI . ID . DEC . CVRANTIB . M . EROTIO
ET . FESTO . CANINIO . SACERD

Hic enim, æque ac in illa ſuperiori, reponendum eſt

CVRANTIB . M . EROTIO . FESTO
ET . M . EARINIO . CARO
SACERD . TRAIANIO . NVNDINIO.

Eodem namque die, iiſdemque Coſſ. ambæ hæ conſecrationes factæ ſunt: ac ſicut nomina *Curatorum* ſeu *Curantium* hîc,

P forſan

forſan ob lapidem injuria temporum mutilatum, aliterve corruptum, partim deficiunt, partim confunduntur ita, ut ex unico duo facti fuerint; ſic & nomen Sacerdotis, qui idem *Trajanius Nundinius* fuit, eandem ob cauſam hic deficit. Omnes enim Conſecrationes hiſce Coſſ. eodem die VI. ID. DEC. factæ (quæ ſane multæ ſunt) ab eodem *Trajanio Nundinio* adminiſtratæ ſunt.

Præterea minime comparent illi qui (ſeu virilis ſeu muliebris ſexûs) hoc Sacrum pro ſalute Gordiani &c. *acceperunt*, vel *ſuſceperunt*; quod etiam indicat, hunc lapidem non integrum fuiſſe repertum; ſaltem ita non repræſentari. Quod idem quoque judico de iſto marmore, quod pag. 31. nº. 2. hoc modo extat:

PRO . SALVTE . ET . INCO
LVMITATE . DOMVS . DI
VINAE . R . P . LACTORAT
TAVROP . FECIT

Quamvis non æque id de hoc lapide pertendere velim.

Porro hic merito dubitari poteſt, annon hæc de *Curantibus* reſpiciant potius ad illos, qui poſt *Sacra peracta*, curam gerebant, ut Ara loco ſacrificii ſuperſtrueretur, *Vireſque* eo loco conderentur: tum ut & *Hoſtiæ* antea, & ara *cum omnibus apparamentis ſuis* (vide pag. XXXV. nº. 1.) bene parata atque rite adornata ad Sacrificia ſiſterentur.

Ad ſtatuas, araſque (quin & ad alia monumenta) & ædes ponendas, aut etiam dedicandas, *Curatores* ſæpe conſtituebantur, unus pluresve: imprimis ſi Ordo aliquis, aut Civitas, aut Provincia tale quid dedicaret, aut ex Ære collato id

id fieret. Sic ſtatuam poſitam videmus in marmore nunc ſequenti,

INCLYTAE . VENERANDAEQ . MEMORIAE . VIRO
FLAVIO . THEODOSIO . GENITORI . DOMINI . NOSTRI
INVICTISSIMI . PERENNISQ . PRINCIPIS . THEODOSI
PERPETVI . AVGVSTI . CVIVS . VIRTVTE . FELICITATE
IVSTITIA . PROPAGATVS . TERRARVM . ORBIS. EST
ET. RETENTVS. STATVAM . EQVESTREM . SVBAVRATAM
APVLI . ET . CALABRI . PRO. VOTO. ET . DEVOTIONE
POSVERVNT . CVRANTE . AC . PERFICIENTE
FLAVIO . SEXINE . VIRO . PERFECTISSIMO
CORRECTORE . APVLIAE . ET . CALABRIAE

Sic & Ædis:

APOLLINI . SANCTO
MEMMIVS . VITRASIVS
ORFITVS . V . C
BIS . PRAEF . VRBI
AEDEM . PROVIDIT
CVRANTE . FL . CLAVDIO
EVANGELO . V . C . COMITE

Tum &, in hoc lapide:

MACEDO . HAVE
BENE . VALEAS . QUISQUIS . ES
FECERE . MODESTIUS . MACEDO
PATRI . PIISSIMO
ET . FORTUNATA . CONIUX
CURANTE . RUFINO . COLLIBERTO

Denique & ſtatuæ, per duos Curatores in hoc ſequenti:

L . IULIO . L . F
CLV . MARCIANO
AED . II . VIR . TUDER
VICANI . VICI . MARTIS
TUDERT . EX . AERE . COLL
OB . MERITA . EIUS . D . D . D
CURAM . AGENTIBUS
L . IULIO . PRIVAT . PATRONO
ET . L . IULIO . PRIMINO . AMICO

Quales, uti & monumenta, & *vivi* fieri curabant, ac *ſub aſcia* dedicabant, ut apud Sponium (in Miſcell.) pag. 172.

VIVAE . PONENDVM . CURA
VERUNT . ET . SUB . ASCIA . DE
DICAVERUNT

Tum & pag. 183.

ET . SIBI . VIVUS . PONEN
CURAVIT . ET
SUB . ASCIA . DEDICA
VIT, &c.

Verum plurima ejuſmodi exempla vivorum occurrunt, qui aut dedicationes per alios fieri curabant, aut aras, ſtatuas, vel monumenta per alios *curata*, ipſi dedicabant: aut adhucdum *vivi teſtamento talia per hæredes, fieri mandabant.*

Quale

Quale exemplum (præter alia alibi) apud Sponium pag. 255. Miſcellan. habemus.

Curaſſe tamen alios illa quæ ad Sacra *Taurobolia* pertinebant, dum devoti huic Sacro id *accipiebant*, mihi nullum dubium eſt: quod multa cum circa ritus, tum circa impenſas, tum circa *vires conſecrandas*, *condendas*, &c. tum & circa alia (imprimis ſi hæc conſecratio, per aliquot dies perduraret) adminiſtranda aut obſervanda eſſent, quibus ille *conſecrandus*, atque inde *conſecratus*, non æque ſufficiebat; atque ideo hæc per alios ut curarentur, ut omnia rite ac cum debita ac ſolenni pompa obſervarentur ac perficerentur, alii aliisve procul dubio mandare debuit.

## CAPUT IX.

*Per plures dies adminiſtrationem hujus Sacri quandoque duraſſe: araſque aliquando iteratò poſitas fuiſſe. De locutionibus*, ſe vivo, ſe vivus, *&c.* poſuit. *Sicut de aris poſitis: uti & uni eidemque aræ aut cippo plures unâ inſcriptiones inſculptas fuiſſe. Ipſas quoque conſecrationes, vigeſimo anno, poſt primam, præterlapſo iteratas fuiſſe: qua occaſione rurſus aliquid de initiandis Mithriacis, de* punitionibus *ac* promiſſis *circa illa; tum & de aliis regenerationibus myſticis, expiationibus, Hyſteropotbmis, ac Baptiſmo Chriſtianorum pro mortuis. Denique de iteratis* Tauroboliis, *non poſt vigeſimum annum præterlapſum, ſed parvum poſt ſpatium interpoſitum; de iisque nunc pro ſemetipſis, nunc pro aliis acceptis ſeu ſuſceptis.*

NOtavi modo per parentheſin, atque adeo indirecte, hæc *Sacra* quandoque *per plures dies duraſſe.* Quod ſatis clare etiam ex verbis, jam plus ſemel memoratæ inſcriptionis, his ſequentibus liquet, INCHOATUM. XII. KAL. MAI. CONSUMMATUM. VIII. KAL. MAI. Ita ut per quatuor dies hoc Tauropolium ab *Q. Aquio Antoniniano* acceptum duraverit. Neque enim ſemel id factum ſatis indicare videtur hæc ſequens inſcriptio.

ΕΚ . ΔΕΚΑΠΕΝΤ . ΑΝΔΡΩΝ . ΦΟΙΒΟΥ . ΣΤΕ
ΦΑΝΗΦΟΡΟΣ . ΙΡΕΥΣ
ΚΡΕΣΚΕΝΣ . ΗΓΑΘΕΟΣ . ΤΕ . ΛΕΟΝΤΙΟΣ
ΕΝΣΟΦΟΙ . ΑΝΔΡΕΣ
ΟΣ . ΜΕΝ . ΑΠ . ΑΝΤΟΛΙΗΣ . ΟΣ . ΜΕΝ . ΑΦ
ΕΣΠΕΡΙΗΣ
ΟΡΓΙΑ . ΣΥΝΡΕΞΑΝΤΕ . ΘΕΑΙ . ΠΑΜΜΗ
ΤΟΡΙ . ΡΕΙΗΙ
ΚΡΙΟΒΟΛΟΥ . ΤΕΛΕΤΗΣ . ΚΑΙ . ΤΑΥΡΟΠΟ
ΛΟΙΟ . ΦΕΡΙΣΤΗΣ
ΗΜΑΣΙ . ΜΥΣΤΟΠΟΛΟΙΣ . ΒΩΜΟΝ
ΥΠΕΡΤΙΘΕΣΑΝ

Quæ

Quæ ita ab Eruditiſſimo Reineſio, licet paulo obſcurius, vertuntur:

*Unus quinque decemque virum, Phœbique ſacerdos*
*Sub ſerto, Creſcens, Sapienſque Leontius, oris*
*Alter ab Eoïs, alter ab Heſperiis,*
*Unà cunctorum celebrantes orgia Matris*
*Rheæ, Crioboli FESTIS SACRISQUE DIEBUS*
*Tauroboli, altare hoc conſtituere ſuper.*

Ita namque verba ΗΜΑΣΙ ΜΥΣΤΟΠΟΛΟΙΣ, quæ in ultimo hujus carminis verſu occurrunt, minimè aliud ſolenne quoddam feſtum reſpiciunt; ſed dies illos, ſive plures ſive pauciores numero, per quos hoc Sacrum (ſi non ſemper, aliquando ſaltem) continuatos perdurabat, deſignant.

Uti autem hîc Ara jam iſtis Conſecrationis diebus poſita videtur, ſic id non ita ſemper locum habuiſſe, aliquis conjiciat, ex illa inſcriptione, quam nunc afferam. Quamvis minime appareat quanam de cauſa tantum temporis ſpatium inter Sacrum factum, & aræ dedicationem, intercurrerit. Eſt autem hæc:

D. D.

D.D.N.N.FLA.VALENTINIANO.ET.GRATIANO
RATORIBVS . SVIS
CEIONIVS . RVFVS . VOLV SI
ANVS . V . C . ET' . INLVSTR IS
EX . VICARIO . ASIAE . V . C
ET . ILLVSTRIS . EXPRAFECTO PRAE
TORIO . ET . EXPRAEFECTO .. VR BIS
ET . CECINAE . LOLLIANAE . CLAR ISSI
ME . ET . INLVSTRIS . FEMIN E
DEAE . ISIDIS . SACERDOTIS . FI LIVS
ITERATO . VIGINTI . ANNIS . EX . P ERCEP
TIS . TAVROPOLIIS . VI . ARAM . CONSTITV IT
ET . CONSECRAVIT . X . KAL . IVN . D . N . VALE N
TINIANO . AVG . ET . NEOTERIO . CONSS

An etiam hoc marmor, præterquam quod ab uno latere plane mutilatum eſt, ſat integre ſit deſcriptum, merito dubitari poteſt, ex illis TAUROPOLIUM. VI. ARAM, &c. ubi quid illud VI. denotet juxta cum ignariſſimis ignoro.

Iteratò hîc *aram poſitam* videmus, ac quidem *ex perceptis* iteratò, poſt XX. annos, *tauropoliis;* illamque [NB] iteratò poſitam, die ac *Coſſ.* ibi expreſſis fuiſſe conſecratam.

Poſita, aut *conſtituta* videtur, dum adhuc vivebat *Valentinianus* pater *Gratiani:* qui quamvis ſub finem vitæ *Gratianum* Auguſtium nominaverit, nunquam ſimul cum ipſo

ipſo Conſul fuit: ita ut id hiſce ſimul Coſſ. factum non fuit, quantumvis patre *Valentiniano* (ſicut ex capite inſcriptionis clare patet) adhuc vivente ac ſimul jam cum *Gratiano* imperante: quare ibi, in capite inſcriptionis illud Coſſ. addi minime poteſt, aut iſtud ſuis in Coſſ. mutari.

Præterea, quamvis ſæpe in aliis hujusmodi dedicationibus, jam ſupra, viderimus hæc VI. ID. DEC. quo menſis ac dies indicantur; ibi Conſſ. adjunguntur: quod hic minime fit: neque, prout lapis ipſe nobis repræſentatur, tantum ſpatii (licet maxime ille hîc injuria temporum corruptus quoque eſſet) ut tot literæ infarciri poſſint. Quod longe facilius fieri poſſet, ſi ſtatuamus pro VI. (quod alias hîc male irrepſiſſe videtur) vocem VIVUS reponendam eſſe; eamque in marmore olim adhuc integro extitiſſe. Licet & ſic (prout lapis ille nobis nunc repræſentatur) non ſatis ſpatii ſit. Quare potius crediderim illud VI. abbreviate pro VIVUS fuiſſe poſitum: quum & ſic ſpatium pro literis iſta linea comprehenſis ſatis auguſtum ſit. Porro admodum frequenter illud VIVUS in marmoribus occurrit; ſicut jam ſupra ex duabus inſcriptionibus, ibi ex parte allatis, oſtendi: tum & ex iſta quæ in fine habet, TAUROPOLIUM SUOM VIVI CELEBRAVERUNT. Quod maxime hîc ad rem nobis facere videtur. In aris, ſtatuis, ac monumentis dedicandis faciendisve ſæpius adſcribebant, ſi ipſi homines, adhuc in vivis, id facerent, *ſe vivo fecit*, vel *dedit*; vel etiam ſimpliciter, *ſe vivo*, *ſe vivus;* atque in plurali numero *ſe vivi*, *ſe vivos:* atque, ſive ex ponentium ſive ex lapidariorum errore, quandoque *ſe bibus*, *ſe vibi*, *ſe vibos*. At permultis quoque poſt mortem ſtatuæ aut aræ ponebantur ac dedicabantur. An non autem illæ, quæ factæ ac dedicatæ fuerunt *Fabiæ Aconiæ Paulinæ*, (quaſque ſupra adduxi) poſt mortem ipſius dedicatæ fuerint, ut non jam ſed olim *tauroboliatæ*, merito quis dubitet. Sane ego

Q ita

ita exiſtimarim. Atque idem de *Vettio Agorio Prætextato* credendum putem: cui, ſive in cujus memoriam atque honorem, Ara quoque poſita ac dedicata fuit, non ut jam modò, ſed ut olim, aut dudum *Tauroboliato.*

Quod autem iſtud *Cejonii Rufi* Taurobolium factum fuerit vivente adhuc *Valentiniano* primo, *Gratiani* patre, quantumvis poſtremo imperii anno, ac quando jam *Gratianus* ab ipſo in Imperium aſcitus, Auguſtusque appellatus erat; ex ipſius marmoris capite clare patet: ſicut & Conſecrationem factam, cum jam *Valentinianus Junior* ſimul cum *Flavio Neoterio* ac quidem IIII. ſeu quartum) Conſul eſſet; id eſt XV circiter annos poſt mortem *Valentiniani primi:* ac quidem *eodem die, iisdemque Conſulibus*, quibus *Lucius Ragonius* (de cujus *Taurobolio* jam ſupra ex Sponio locutus ſum, inſcriptionemque integram adduxi) *Taurobolio accepto* Aram ſuam conſecravit. Ita enim ibi habemus

X . KAL . IUN
D . N . VALENTINIANO
AUG . IIII . ET
NEOTERIO . CONS
ARAM . CONSECRAVIT

Illorum qui publice (i. e. ex auctoritate, ac ſumptibus, publicis) *Taurobolium* faciebant non ita reperimus *aras dedicatas*, ab iſtis qui id ſacrum ſuſceperant: quod eæ publicè ponerentur, licet *hoſtiis propriis*, ſeu *ſuis*, facerent *tauroboliandi.* Sed contrà ubi privatim, ſeu pro aliorum ſalute, ſeu pro ſemetipſis facerent, id frequenter ſatis videmus: ſicut

ſicut cum ex jam ante datis, tum ex ſequentibus conſtat exemplis. Sic namque

PETRONIUS . APOLLODORUS . V . C
PONTIFEX . MAIOR . XV . VIR . SACR . FAC
PATER . SACR . DEI . INVICTI . MITHRAE
TAUROBOLIO . CRIOBOLIOQUE . PERCEPTO
UNA . CUM . RUF . VOLUSIANA . C . F . CON
IUGE . XVI . KAL . IULIAS . D . D . N . N
VALENTINIANO. ET. VALENTE. AUGG. III . COSS
ARAM . DICAVIT

Ubi Græca inſcriptio, cujus hæc verſio (tamen in ipſo lapide) eſt, in fine habet:

ΚΡΙΟΒΟΛΟΥ ΤΕΛΕΤΗΣ ΗΔΕ ΤΕ ΤΑΥΡΟΒΟΛΟΥ
ΜΥΣΤΟΠΟΛΟΣ ΤΕΛΕΤΩΝ ΤΟΥΤΟΝ ΣΥΝΤΗΚΑΤΟ ΒΩΜΟΝ
ΔΩΡΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΘΕΙΟΝ ΕΧΩΝ ΕΠΙΚΛΗΝ.

Sic & in fine illius, ab Ageſilao poſitæ (quæ tamen mox integra ponenda erit)

ARAM . SACRAVIT . D . D . N . N . VALENTE . ET
VALENTINIANO . IUN . AUGG . CONSS
IDIB . AUGUSTIS

Talis autem Ara fuit illa, quam *Petram taurobolatam* in alia inſcriptione, apud Reineſium Claſſe I. nº. 42. nomitatam videmus, hoc modo:

AEMILIA
SERAPIAS
TAUROBOLIUM . FECIT
PETRAM . TAUROBOLATAM
POSUIT
PER . SACERDOTE
VALERIO . PANCARPIO
IDIB . MAIIS . ANULINO . II
ET . FRONTONE . COS

Nec dubito *Petram* ſeu *Aram hanc Taurobolatam*, ſive *ob Taurobolium poſitam*, illo *loco* poſitam ac conſecratam fuiſſe, ubi jam *vires conditæ* erant: ſicuti jam ſupra in alia vidimus; *loco vires conditæ*, loco nimirum, ubi hoc ſacrum ſeu ſacrificium factum fuerat.

Porro illud *per Sacerdote* dubium quonam modo aut ſcribendum aut interpretandum ſit. Eruditiſſimus Reineſius hic *PERmittente* ſive *PRAEeunte Sacerdote* legit. Ego ſane hic nihil temere mutandum cenſeo, quum ſæpius videamus talia committi, ſive a lapidariis, ſive ab ipſis dedicantibus, ſive denique ab indoctis, aut nimium feſtinantibus; ſicut in ſequentibus, (quibus plura addi poſſent) exemplis videmus, apud Gruterum pag. 312. 5. ÆDITUO AB ISEM PELAGIAM & 7. FANATICUS AB. ISIS. SERAPIS AB AEDEM BELLONAE. 315. 2. MENESTRATOR AB HERCUL. &c. Quamvis & PER SACERDOTEM legi commode queat; ſi, (quod ſæpius occurrit) M literam exeſam vetuſtate, aut aliter, ponamus.

An vero etiam ſtatuæ poſitæ fuerint talibus in locis, ubi nempe Sacrum

Sacrum hoc factum fuerat, dubitare quis merito poſſit ex ſequenti hac inſcriptione:

M. D. M. I. ET. ATTINI. SACR
FLAVIVS . RVFIVS . SABINVS . VOLVSIANVS
VIR. CLARISSIMVS. ET . ILLVSTRIS . PONTIF
MINOR. VICARIVS. ASIAE. ET. CAECINA. LOL
LIANA . CLARISSIMA . ET. ILLVSTRIS . FAEM
STAT . EX . AERE . DEDICARVNT.

Nec forte aliò hæc ſequens reſpicit; quæ quod ſoli *Attini*, non itidem *Magnæ Matri*, cujus tamen Julianus Proculus, in eâ nominatus ſacerdos fuit, dedicata ſit, non ita mirum videri debet, illum & quandoque ſolum circa *Taurobolia* nominari; quod id tam ſæpe, de ſola *Magna Matre* fiat:

ATTINI . AUG
S A C
C . IULIUS . SP . F . IULIANUS
PROCULUS . SACERDOS
M . D . M . I
AD . AQUAS . ALBULAS . D . D

Dum autem de *Aris*, &c. loquimur, obſervandum, in unâ eademque *ara*, ſeu *columna* aut *cippo* (adeoque *petra taurobolata*) quandoque comparere non ſolum plures *conſecrationes* ſimul, verum & quæ *diverſos* non tantum *per Sacerdotes*, ſed etiam *diverſis temporibus* factæ fuere: unde quis non immerito concludat meo judicio, unum eundemque locum quandoque pluribus hujuſmodi *conſecrationibus* inſerviiſſe.

Exemplum namque habemus in uno eodemque lapide, qui pag. XXX. n°. 4. apud Gruterum exhibetur, ac jam ſupra a me allatus eſt: in quo quæ prima comparet facta fuit IIII. *Calend. Aprilis*, *Gordiano & Aviola Coſs.* Secunda (inverſo temporis ordine) XV. *Calend. Novembris*, *Pollione & Apro Coſſ.* id eſt 43. annis ante primam illam ibi factam. Quam ὑστεροπρωτείαν (ut ſic loquar) crediderim inde accidiſſe, quod prima iſta, jam injuria temporum, ſeu potius hominum, corrupta, occaſione aliarum dedicationum ponendarum ſic reſtituta fuerit; atque ita ſimul aliis in uno eodemque lapide juncta ſit, nullo inter illas, ex lapidarii negligentia, temporum ordine obſervato; quin & circa alias nullis Conſulibus, aut die, additis.

Quod autem uno eodemque in loco per diverſos, ac diverſis temporibus, plures factæ fuerint *Conſecrationes*, forſan inde factum, quod loci ſemel ita conſecrati, Sacro ſancti inde haberentur. Quod, ſicut plura alia, pro conjectura tantum vendito; non uſque adeo tamen improbabili.

Porrò *aras* poſt primam dedicationem *reſtitutas* quandoque diſcimus exemplo illius *aræ*, quæ a Claudio Cæſare olim poſita in Batavis, poſt a Severo reſtituta fuit, quæque ab Antiquariis non male, meo judicio, ita reſtituitur.

IMP . CAES . M . AUREL . ANTONINUS
BRITANNIC. GERMANIC. PIUS. FELIX. AUGUSTUS
PONT. MAX. TRIB. POT. XVIII. COS. IIII. P. P. IMP. III
ARAM . A . DIVO . CLAUDIO . ET . POSTEA
A . DIVO . SEVERO . PATRE . SUO . RESTITUTAM

Ac

Ac forſan eò facit hæc ſequens,

I . O . M
VERINVS . SEVERINVS
ALBVCIVS
CRIOBOLIVM
RESTITVIT

Niſi illa ad iteratam *regenerationem per criobolium* retrahenda ſit. Si vero hic *Ara* ſub nomine *crioboli* deſignetur, illud *criobolium reſtituit* legendum eſt, quaſi diceretur *aram quæ ob Criobolium factum poſita fuit, reſtituit.*

Quod tamen, annon nimis durum, judicent eruditi: quamvis & hoc duriuſculum, ſi nempe *criobolium reſtituit* ſumamus pro *iteravit*, æque ac illud *iteratò viginti annis ex perceptis tauropoliis VI. aram conſtituit.* Sive legas *iteratò conſtituit*, ſive *iteratò viginti annis*, (pro poſt XX. annos) *ex perceptis tauropoliis.* Verum talia frequenter admodum in inſcriptionibus marmorum occurrunt.

Magis interim eò inclinarem, *reſtitutionem* hîc pro *iteratione* eſſe ſumendam: quæ iteratio *regenerationem* illam *æternam* (de qua nunc quoque loquendum) per *Sacrum* ante annos viginti ſuſceptum, ſi tandiu ſuperviverent, perficiebat. Scopus namque præcipuus eorum, qui hoc ſacrum pro ſemetipſis ſuſcipiebant, erat *regeneratio myſtica*, ac quidem talis, qua *in æternum regenerarentur.* Quod clare videmus illa ex inſcriptione, jam ſupra allata, ubi *Sextilius Ageſilaus Ædeſius V. C.* TAUROBOLIO. CRIOBOLIOQUE IN AETERNUM RENATUS dicitur.

Quæ tamen *regeneratio* per annos tantum viginti perduraſſe videtur, ſi per tantum temporis ſpatium hi *tauroboliati* ſuper-

ſuperviverent: ac repeti debuiſſe poſt annos XX. primæ *regenerationis* elapſos. Hinc enim illud.

*Sub terram miſſus, pollutus ſanguine tauri,*
*Sordibus infectus veſtes ſervare cruentas,*
*Vivere cum ſperas VIGINTI mundus IN AN-*
*NOS.*

Ac præter illa, quæ de iterante *CEJONIO RUFO VOLUSIANO* attuli, hæc ſequens:

DIS . MAGNIS
ULPIUS . EGNATIUS . FAVENTINUS
V . C . AVGVR . PVB . P . R . Q
PATER . ET . HIEROCORAX . D . S . I . M
ARCHIBVCOLVS . DEI . LIBERI
HIEROFANTA . HECATAE . SA
CERDOS . ISIDIS . PERCEPTO
TAVROBOLIO . CRIOBOLIOQ
IDIBVS . AVGVSTIS . D . D . N . N
VALENTE . AVG . ET . VALENTINIA
NO . AVG . CONSS . FELICITER

VOTA . FAVENTINVS . BIS . DENI
SUSCIPIT . ORBIS*
VT . MACTET . REPETENS . AVRATA
FRONTE . BICORNES

Splen-

* i. e. iteratò faciens, ſive accipiens.

Splendidis ſane promiſſis inniti debebant illa myſteria, quorum gratia, antequam epoptæ fierent, myſtis tam multa toleranda ac perferenda erant: nimirum (uti ad Nazianzeni I. Steleteuticam Orationem Nonnus habet) οὐ δύναται οὖν τις εἰς αὐτὸν (Mithram) τελεσθῆναι, εἰ μὴ πρότερον διὰ βαθμῶν τῶν κολάσεων παρέλθοι. βαθμοὶ δέ εἰσι κολάσεων, τὸν μὲν ἀριθμὸν ὀγδοήκοντα, ἔχοντες δὲ ὑπόβασιν καὶ ἀνάβασιν. κολάζονται γὰρ πρῶτον τὰς ἐλαφροτέρας, εἶτα τὰς δραστικωτέρας· καὶ εἶθ᾽ οὕτω μετὰ τὸ παρελθεῖν διὰ πασῶν τῶν κολάσεων, τότε τελεῖται ὁ τελούμενος. αἱ δὲ κολάσεις εἰσὶ, τὸ διὰ πυρὸς παρελθεῖν, τὸ διὰ κρύους, διὰ πείνης καὶ δίψης, διὰ ὁδοιπορίας πολλῆς, καὶ ἁπλῶς διὰ πασῶν τῶν τοιούτων. *Non poteſt itaque aliquis ipſi [Mithræ] initiari, niſi prius per gradus punitionum tranſierit. gradus autem punitionum octoginta numero ſunt, habentque adſcenſum & deſcenſum. puniuntur namque primum levioribus, poſt vero gravioribus: atque ita poſtquam per omnes gradus pertranſierit initiatur initiandus. Punitiones autem ſunt (ex gr.) tranſire per ignem, per frigus, per famem ac ſitim, per longa itinera: &, ut uno verbo dicam, per omnia hiſce ſimilia.* Atque alio loco: Οὐδεὶς δὲ δύναται τελεῖσθαι τὰς τοῦ Μίθρου τελετὰς, εἰ μὴ διὰ πασῶν τῶν κολάσεων παρέλθοι, καὶ δείξει ἑαυτὸν ἀπαθῆ τινα καὶ ὅσιον. λέγονται δὲ ὀγδοήκοντα εἶναι κολάσεις, ἃς κατὰ βαθμὸν δεῖ τὸν τελεσθησόμενον παρελθεῖν· οἷον πρῶτον διανήξασθαι ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ὕδωρ πολύ· εἶτα εἰς πῦρ ἐμβάλλειν ἑαυτόν· εἶτα ἐν ἐρήμῳ διαιτηθῆναι καὶ ἀσιτῆσαι καὶ ἄλλα τινὰ ἄχρις οὗ (ὡς εἴπομεν) τὰς ὀγδοήκοντα κολάσεις παρέλθοι· Καὶ τότε λοιπὸν ἐμύουν αὐτὸν τὰ τελεώτερα, ἐὰν ζήσῃ. *Nemo autem poteſt initiari Mithriacis Sacris, niſi per omnes punitiones pertranſeat, ſeque ita paſſionibus ſuperiorem, ac ſanctum, oſtendat. Dicuntur autem eſſe octoginta punitiones, quas per gradus initiandus (ſubire ac) pertranſire debet: ut pernatare multum aquæ, multos per dies; poſt ſemetipſum in ignem conjicere: poſt (rurſus) in ſolitudine vivere, ac jejunia perpeti: uti & alia quædam;*

*donec, ut dixi, illas octoginta punitiones pertranſierit. Poſt quæ illum initiabant, ad perfectiora (ſive ut Epoptam) ſi, videlicet, eò uſque ſuperviveret.*

Circa alia tamen *initia* tam ſævas ſive *punitiones*, ſive *proteleſmata* ſeu προκαθάρσεις, non obſervamus: quamvis de *Eleuſiniis* [ex quibus, tum ex illis Mithriacis, conjectura de cæteris fieri poteſt] ita Tertullianus cap. I. adverſus Valentinianos: *Idcirco & aditum prius cruciant, diutius initiant quam conſignant: cum & portas ante quinquennium inſtituunt, ut opinionem ſuſpendio cognitionis ædificent: atque ita tantam majeſtatem exhibere videantur, quantam præſtruxerunt cupiditatem.* Quibus tamen addere quis poſſet illa, quæ de ſe narrat libro XI. Metamorphoſeos Apulejus.

Promiſſa autem quæ apud hunc Apulejum extant ſunt: *Vives autem beatus, vives in mea tutela glorioſus. Et cum ſpatium ſeculi tui permenſus ad Inferos demearis; ibi quoque in ipſo ſubterraneo ſemirotundo, me, quam vides Acherontis tenebris interlucentem Stygiisque penetralibus regnantem, campos Elyſios incolens ipſe, tibi propitiam frequens adorabis. Quod ſi ſedulis obſequiis & religioſis miniſteriis, & tenacibus teſtimoniis numen noſtrum promerueris; ſcies, ultra ſtatuta Fato tuo ſpatia; vitam quoque tibi prorogare tantum mihi licere.* Ac poſt multa interjecta *Summus Sacerdos*, ita: *Quippe cum tranſactis vitæ temporibus, jam in ipſo finitæ lucis lumine conſtitutos, quis tamen tutò poſſint magna religionis committi ſilentia, numen Deæ ſoleat eligere, & ſua providentia quodam modo RENATOS ad novæ reponere rurſus Salutis curricula.* Quæ compendioſe magis exprimuntur cum ab Iſocrate (in panegyrica oratione) hoc modo. Τελετῆς οἱ μετέχοντες, περί τε τῆς τοῦ βίου τελευτῆς, καὶ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος, ἡδίους τὰς ἐλπίδας ἔχουσι: tum in Eleuſina ab Ariſtide: Ἀλλὰ μὴν τό γε κέρδος τῆς

πανη-

πανηγύρεως, οὐχ' ὅσον ἡ παροῦσα εὐθυμία, οὐδ' αἱ τοῦ προτέρου χρόνου δυσκολιῶν λύσεις, καὶ ἀπαλλαγαί· ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς τελευτῆς ἡδίους ἔχειν τὰς ἐλπίδας, ὡς ἄμεινον διαζήσοντας, καὶ οὐκ ἐν σκότῳ τε, καὶ βορβόρῳ κεισομένους· ἃ δὴ τοὺς ἀμυήτους ἀναμένει. *Veruntamen hujus conventus fructus, non in præſenti tantum animi tranquillitate, & priorum moleſtiarum liberatione poſitus erat; ſed & quod poſt mortem ſe melius habituros ſperabant, nec in tenebris ac luto cum profanis commoraturos eſſe.* Ad quæ proculdubio Tertullianus alludens, ait *Talia initiatus & conſignatus vives in ævum.* Quod & modo allatus Ariſtides in Panathenaicâ, fere ſub finem, ſic exprimit: τὰς δὲ ἀῤῥήτους τελετὰς, ὧν τοῖς μετασχοῦσι καὶ μετὰ τὴν τοῦ βίου τελευτὴν βελτίω τὰ πράγματα γίγνεσθαι δοκεῖ, τίς οὐκ ἂν ἐξαρκεῖν φαίη πᾶσιν ἐναντιωθῆναι; *Myſteria vero, quibus qui ſunt initiati, cum iis etiam poſt mortem lenius agi putatur, quis non dicat illa ſola fortiter omnibus opponi poſſe?*

Nec ſolum lenius cum ipſis poſt mortem agebatur. ſed & προεδρία in *Elyſiis*, ſeu *beatorum Inſulis*, inter cæteras beatas animas gaudebant. Unde ſcitum illud Diogenis ad Athenienſes reſponſum; quod ita in ipſius vita Laertius affert: Ἀξιούντων Ἀθηναίων μυηθῆναι αὐτὸν, καὶ λεγόντων ὡς ἐν ᾅδου προεδρίας οἱ μεμυημένοι τυγχάνουσι. Γελοῖον, ἔφη, εἰ Ἀγησίλαος μὲν καὶ Ἐπαμεινώνδας ἐν τῷ βορβόρῳ διάξουσιν, εὐτελεῖς δέ τινες μεμυημένοι ἐν τῶν μακάρων νήσοις ἔσονται. *Rogantibus Athenienſibus ut initiari vellet, ac dicentibus quod apud inferos ii qui initiati ſunt priori ſede, ſeu loco, gaudeant. Perridiculum eſt, (reſpondebat) ſi quidem Ageſilaus & Epaminondas cœno degent, viles autem quique initiati in beatorum inſulis erunt.*

Neque ſolum illi, qui non initiati fuerant, poſt mortem *in cœno* jacebant; verum & *in tenebris*, ſeu *caligine:* uti jam ſupra ex Ariſtide notavi. quibus accedant hæc ex Themiſtio apud Stobæum, ſermone 117. ſic reperiunda: ὅσιοι οἱ τελεταῖς μεγάλοις κατοργιαζόμενοι· διὸ καὶ τὸ ῥῆμα τῷ ῥήματι, καὶ τὸ

ἔργον τῷ ἔργῳ, τοῦ τελευτᾶν καὶ τελεῖσθαι προσέοικε. πλάναι τὰ πρῶτα, καὶ περιδρομαὶ κοπώδεις, καὶ διὰ σκότους τινὸς ὕποπτοι πορεῖαι, καὶ ἀτέλεστοι· εἶτα πρὸ τοῦ τέλους αὐτοῦ τὰ δεινὰ πάντα, φρίκη καὶ τρόμος καὶ ἵδρως, καὶ θάμβος· ἐκ δὲ τούτου φῶς τι θαυμάσιον ἀπήντησεν, ἢ τόποι Καθαροὶ καὶ λειμῶνες ἐδέξαντο, φωνὰς καὶ χορείας καὶ σεμνότητας ἀκουσμάτων ἱερῶν καὶ φαντασμάτων ἀγίων ἔχοντες: ἐν αἷς ὁ παντελὴς ἤδη καὶ μεμυημένος ἐλεύθερος γεγονὼς καὶ ἄφελος, περιιὼν ἐστεφανωμένος ὀργιάζει· καὶ σύνεστιν ὁσίοις καὶ καθαροῖς ἀνδράσι, τὸν ἀμύητον ἐνταῦθα τῶν ζώντων ἀκάθαρτον ἐφορῶν ὄχλον, ἐν βορβόρῳ πολλῷ καὶ ὁμίχλῃ πατούμενον ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ συνελαυνόμενον· φόβῳ δὲ θανάτου τοῖς κακοῖς, ἀπιστίᾳ τῶν ἐκεῖ ἀγαθῶν ἐμμένοντα. *Sicut illi qui magnis Myſteriis initiati ſunt: unde & verbo verbum, & rei ipſi res, moriendi, ac perfici (ſive ad perfectionem perduci) ſimiles inter ſe ſunt: Errores (nempe) in initio, mox circuitiones laborioſæ (ac defatigantes,) atque ob caliginem ſuſpecta itinera, neque ad finem perducta. Poſt vero ante finem ipſum, omnia horrenda, terror, tremor, ac ſudor, & conſternatio. Hinc autem lux admiranda occurrit, ſeu loci puri ac prata, ſuſcipiunt, repleta vocibus (cantibus) & choræis, venerandiſque ac jucūndiſſimis auditionibus, ſanctiſque ſpectaculis: in quibus ille, qui jam perfectè initiatus eſt, ac liber & immunis (ut Dis ſacratus) circumobambulans orgia celebrat: ac cum viris fœminiſque, jam puris ac ſanctis, inde conſpicit impuram (& non initiatam) viventium turbam in LUTO ac CALIGINE a ſe volutatam ac conculcatam, metuique mortis ob mala (perpetrata) ac diffidentiæ bonorum illic acquiſitorum, inhærentem.*

Hæc, inter alia plura, ex Themiſtio a Stobæo excerpta, huc ita afferre lubuit; ut eo faciliuś (per nebulam ſaltem) cernat Lector, quam cognata inter ſe fuerint tum Iſiacæ, tum Mithriacæ, tum Eleuſiniæ, tum denique aliæ [nam de Samothracicis aliiſque idem judicandum exiſtimo] initiatio-

nes:

nes: qualiaque ac quanta perpetienda fuerint illis, qui hujusmodi ſacris initiabantur. Plura circa hujusmodi ritus dari poſſent: aſt illa, quæ ad Eleuſinia Sacra pertinent, jam dudum occupavit magnus ille Joannes Meurſius, (quem Lector talium amans, ut ſe pleno fonte proluat, adire poteſt:) ac de aliis plura adducere hîc intempeſtivum eſſet.

Quod attinet porrò ad *Regenerationes* haſce *Myſticas*, plures ejuſmodi *regenerationes*, ſive, ut Græci illas appellabant, παλιγγενεσίαι, fuere apud Veteres. Idem enim 1. in *Mithriacis* Sacris prætendebatur: quæ (ut jam ſub initium hujus Tractatuli, ex Tertulliano oſtendi) non ſola, verum & *Peluſia*, & *Apollinaria*, in *regenerationem*, & *expiationem perjuriorum ſuorum* ethnici celebrabant.

An autem majorum virium fuerint hæ Regenerationes atque Expiationes, illis, quæ extra portam Capenam fiebant Romæ, conſideret Lector. Verſus, quos Faſtorum libro V. nobis cecinit de iſta Ovidius, digni ſunt certè, ut hîc legantur:

*Eſt aqua Mercurii portæ vicina Capenæ:*
*Si libet expertis credere numen habent.*
*Huc venit incinctus tunicas mercator; & urnâ*
*Purus ſuffita quam ferat, haurit aquam.*
*Uda fit hinc laurus, lauro ſparguntur ab udo*
*Omnia quæ dominos ſunt habitura novos.*
*Spargit & ipſe ſuos lauro rorante capillos,*
*Et peragit ſolita fallere voce preces.*
*Ablue præteriti perjuria temporis inquit:*
*Ablue præteritâ perfida verba die.*
*Sive ego te feci teſtem, falſove citavi*
*Non audituri Numina magna Jovis.*
*Sive Deum prudens alium Divamve fefelli;*
*Abſtulerint celeres improba verba Notis.*
*Et pateant veniente die perjuria nobis;*

*Nec curent ſuperi, ſi qua locutus ero.*
*Da modo lucra mihi, da facto gaudia lucro:*
*Et face ut emptori verba dediſſe juvet.*
*Talia Mercurius poſcentem ridet ab alto;*
*Se memor Ortygias ſurripuiſſe boves.*

Verum rurſus ad *Regenerationem* nos convertamus; de cujus ſpecie quadam peculiari admodum Plutarchus, in Quæſtionibus Romanis, Quæſt. V. loquitur, hoc modo: Διὰ τί τοὺς τεθνάναι φημισθέντας ἐπὶ ξένης ψευδῶς, κἂν ἐπανέλθωσιν, οὐ δέχονται κατὰ θύρας ἀλλὰ τῷ κεράμῳ προσβαίνοντες εἴσω καθιᾶσιν αὐτούς; ὁ μὲν γὰρ Βάῤῥων αἰτίαν μυθικὴν ὅλως ἀποδίδωσι. Φησὶ γὰρ, ἐν τῷ περὶ Σικελίαν πολέμῳ ναυμαχίας μεγάλης γενομένης, καὶ κατὰ πολλῶν φήμης οὐκ ἀληθοῦς, ὡς ἀπολωλότων ῥυείσης, ἐπανελθόντας αὐτοὺς ὀλίγῳ χρόνῳ πάντας τελευτῆσαι. ἑνὶ δὲ εἰσιόντι τὰς θύρας ἀπαντῆσαι κλειομένας ἀπὸ ταὐτομάτου, καὶ μὴ χαλᾶν ἐπιχειρούντων ἀνοίγειν. τὸν δὲ ἄνθρωπον αὐτοῦ καταδαρθέντα πρὸ τῶν θυρῶν ἰδεῖν κατὰ τοὺς ὕπνους ὄψιν ὑφηγουμένην αὐτῷ τὴν διὰ τοῦ τέγους εἰς τὴν οἰκίαν καθίησιν. ποιήσαντα δὲ οὕτως, εὐτυχῆ γενέσθαι καὶ γηραιόν. ἐκ δὲ τούτου τὸ ἔθος καταστῆναι τοῖς ὕστερον. ὅρα δὲ μὴ καὶ ταῦτα τρόπον τινὰ τοῖς Ἑλληνικοῖς ἔοικεν. οὐ γὰρ ἐνόμιζον ἁγνοὺς, οὐδὲ κατεμίγνυσαν ἑαυτοῖς, οὐδὲ εἴων ἱεροῖς πλησιάζειν, οἷς ἐκφορὰ γεγόνει καὶ τάφος ὡς τεθνηκόσι. λέγεται δέ τινα τῶν ἐνόχων ταύτῃ τῇ δεισιδαιμονίᾳ γεγονότων Ἀρίστινον, εἰς Δελφοὺς ἀποστείλαντα δεῖσθαι τοῦ θεοῦ, καὶ παραιτεῖσθαι τὰς παρούσας αὐτῷ διὰ τὸν νόμον ἀπορίας. τὴν δὲ Πυθίαν εἰπεῖν

Ὅσσάπερ ἐν λεχέεσσι γυνὴ τίκτουσα τελεῖται,
Ταῦτα πάλιν τελέσαντα θύειν μακάρεσσι θεοῖσι.

τὸν οὖν Ἀρίστινον εὖ φρονήσαντα παραδοῦναι ἑαυτὸν ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς τικτόμενον ταῖς γυναιξὶν σπαργανῶσαι καὶ θηλὴν ἐπισχεῖν, οὕτω τι δρᾶν καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ὑστεροπότμους προσαγορευομένους. ἔνιοι δὲ καὶ πρὸ τοῦ Ἀριστίνου ταῦτα γίνεσθαι περὶ τοὺς ὑστεροπότμους, καὶ τὸ ἔθος εἶναι πα-

παλαιόν. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν εἰ καὶ Ῥωμαῖοι τοὺς δοκοῦσιν ἅπαξ τεθάφθαι καὶ γεγονέναι τῆς τῶν φθιτῶν μερίδος, οὐκ ᾤοντο δεῖν παριέναι τὴν αὔλειον, ᾗ θύσοντες ἐξίασι, καὶ θύσαντες εἰσιάσιν, ἀλλὰ ἄνωθεν ἐκέλευον εἰς τὰ ὕπαιθρα καταβαίνειν ἐκ τοῦ περιέχοντος. καὶ γὰρ τοὺς καθαρμοὺς ἐπιεικῶς πάντας ἐν ὑπαίθρῳ τελοῦσι. *Cur quos peregre mortuos falſò fama nuntiavit, reverſos non per fores admittunt, ſed ii conſcenſo tecto ſeſe inde in domum demittunt? Fabula omnino eſt, quod Varro pro cauſa adfert. Cum bello apud Siciliam magnum navale prælium fuiſſet commiſſum, multoſque fama mentiretur periiſſe, qui erant ſuperſtites, hos domum reverſos, intra breve tempus univerſos fuiſſe mortuos: unum ex illis domi ſuæ januam forte fortuna occluſam offendiſſe, neque aperire potuiſſe: ipſum cum ante fores obdormiviſſet, per quietem ſpectrum vidiſſe, quod ei præciperet, ut ſe de tecto in domum demitteret: eumque conſilio huic paruiſſe, longamque vitam feliciter exegiſſe: atque hujus ab exemplo iſtam fuiſſe introductam conſuetudinem. Quid vero ſi ea quoque Græcis moribus eſt ſimilis? Græci enim profanos habebant, neque iis ſeſe permiſcebant, neque ad ſacrificia admittebant eos, quibus factum fuerat funus & ſepulchrum tanquam mortuis. Et relatum in commentarios reperi, Ariſtinum quendam ea ipſa obſtrictum religione* [ſeu ut Græca habent *ſuperſtitione*] *Delphos miſiſſe, qui pro ſe deprecarentur, & quo pacto difficultatibus in quas legum auctoritate compulſus erat, ſeſe extricaret, rationem oſtendi peterent: atque eis ſic a Pythia fuiſſe reſponſum:*

*His, peragit quæcumque puerpera rite peractis*
*Omnibus, ad ſuperum tua dona altaria ſiſtes.*

*eumque Oraculo probe intellecto, mulieribus ſeſe, quaſi renatum, præbuiſſe lavandum, vinciendum, lactandum; idque reliquos deinde, quos idem caſus excepiſſet, imitatos*

fuiſſe

*fuiſſe omnes, nomenque iis factum Hyſteropotmi: quod ſcilicet a credito exitio quaſi poſtliminio revertiſſent. Sunt qui hunc de Hyſteropotmis expiandis morem ipſo putent Ariſtino priorem, priſcumque fuiſſe. Non itaque mirum eſt, ſi Romani tunc quoque eos, quos ſemel ſepultos ac rebus humanis exemptos eſſe fuerat creditum, exiſtimaverunt non debere per oſtium ingredi, per quod ſacrificatum exitur, ac ſacrificatum reditur: ſed eum deorſum ex aëre voluerunt in atrium ſub dio poſitum demitti. Expiationes enim omnes ſolent fere ſub dio peragere.*

Verum hæc & ſimilia fabulis deputanda ſunt; nec ſi maxime vera eſſent, hîc aliquid ad propoſitum facerent. Uti nec iſta παλιγγενεσία, vel *regeneratio*, cujus ſic mentio fit, Authent. Collat. VI. Tit. VII. Novellâ LXXVIII. cap. 1. Διὰ τοῦτο θεσπίζομεν, εἴ τις ἐλευθερώσας οἰκέτην, ἢ θεράπαιναν αὐτοῦ, πολίτας αὐτοὺς ἀποφήνειε Ῥωμαίους (οὐδὲ γὰρ ἄλλως ἔξεστιν) ἴστω παρὰ τοῦ δε τοῦ νόμου, ὡς ὁ τὴν ἐλευθερίαν λαβὼν, ἕξει παρεπόμενον εὐθὺς καὶ τὸ τῶν χρυσῶν δακτυλίων, καὶ τὸ τῆς παλιγγενεσίας δίκαιον, *Propterea ſancimus, ſi quis manumittens ſervum aut ancillam ſuam, cives denuntiaverit Romanos, (neque enim aliter licet;) ſciat, ex hac lege, quod qui libertatem acceperit, habebit ſubſequens mox & aureorum annulorum & REGENERATIONIS jus*, Sic per datam libertatem ancillæ, quæ uxor liberi hominis, ſeu Civis Romani, facta fuerat, atque inde ita *regenerata*, etiam *regenerabantur* filii filiæve a Domino ex iſtâ jam ante conjugium procreati; æque atque illi qui poſt illud naſcebantur: uti cap. V. habetur.

Propius accedit ille *Baptiſmus pro mortuis*, qui inter nonnullos hæreticos, ac quidem jam Apoſtolorum tempore, apud Chriſtianos locum habebat; cujuſque mentio (ne adducam hîc Apoſtoli Pauli verba cap. XV. ex prima ad Corinthios epiſtola) fit apud Tertullianum,

num, Epiphanium, Theophylaſtum; & (a quo Theophylactus, ut plurima alia hæc hauſit) Chryſoſtomus: qui in cap. XV. v. 29. Apoſtoli Pauli ad Romanos, ita loquitur: Ἐπειδὰν γὰρ τις κατηχούμενος ἀπέλθῃ παρ᾽ αὐτοῖς [Marcionitis] τὸν ζῶντα ὑπὸ τὴν κλίνην τοῦ τετελευτηκότος κρύψαντες, προσίασι τῷ νεκρῷ, καὶ πυνθάνονται εἰ βούλοιτο λαβεῖν τὸ βάπτισμα. εἶτα ἐκείνου οὐδὲν ἀποκρινομένου, ὁ κεκρυμμένος κάτωθεν ἀντ᾽ ἐκείνου φησὶν, ὅτι δὴ βούλοιτο βαπτισθῆναι· καὶ οὕτω βαπτίζουσιν αὐτὸν ἀντὶ τοῦ ἀπελθόντος, καθάπερ ἐπὶ τῆς σκηνῆς παίζοντες. *Poſtquam Catechumenus aliquis apud eos exceſſerit, ſub lecto mortuus abſconſo aliquo, qui vivit, accedunt ad mortuum, & alloquuntur, & rogant, velitne baptiſmum accipere. Deinde illo nihil reſpondente, is qui eſt abſconditus inferius, pro illo dicit, ſe velle baptizari: & ſic eum baptizant pro eo qui exceſſit, quaſi in ſcena luderent.* Quæ tamen magis accedunt ad *Taurobolia* pro aliis ſuſcepta.

Dum autem adhuc de iteratis *Taurobolii* cogito, occurrit aliquid quod notandum duco ſuper *Valeria Gemina*, cujus mentio fit pag. xxx. cum in marmore ibi n°. 1. comparente, tum & in illo quod n°. 4. extat. In primo, ubi pro ſalute Gordiani &c. Taurobolium factum, habemus.

S . M : D
VAL . GEMINA
TAUROPOLIUM . ACCEPIT
HOSTIIS . SUIS . SACER
DOTE . TRAIANIO . NON
DINIO . DNO . NRO
GORD . II . ET . POMP
COS . VI . ID . DEC

In altero vero, ubi non patet illas, quæ ibi *Sacrum* iſtud

*accepere*; id pro Cæſarum ſalute accepiſſe, prima numero hæc Valeria ſic comparet:

S . M . D

VAL : GEMINA . VIRES
EXSCEPIT . EUTYCHETIS
IIII . KAL . APRIL . SACERDOTE
TRIANIO . NONDINIO
DNO . NRO . GORDIANO
ET . AVIOLA . COSS

Prima inſcriptio dedicata fuit, anno poſt N. Chr. 240. (vel ut Faſti Idatiani 239.) *Imp. Cæſare M. Antonino Gordiano, & M. Acilio Aviola* Coſſ. altera ad 242. (vel 241.) eodem *Gordiano II. & Ti. Claudio Pompejano Coſſ.* adeoque hæ ambæ Conſecrationes in una eademque fœmina factæ fuere intra ſeſquianni ſpatium.

Ut autem prima facta fuit *pro Salute Imp. M. Antonini Gordiani & Sabinæ Tranquillinæ totiuſque domus Divinæ*; ſic poſterior facta videtur *pro ſalute*, cujusdam *Eutychetis*; qui quisnam ac qualis fuerit mihi plane ignotum eſt. *Eutychetes* quidem aliquot apud Gruterum occurrunt: non tamen video ad ullum horum hoc *Sacrum ſuſceptum*, ſeu *vires exceptas*, pertinere.

Interim videmus a *Valeria Gemina vires exceptas* non ipſius Eutychetis, ſed *tauri* pro Eutychete immolati: ac proculdubio ipſius ſumptibus; quod minime hîc addatur illud *Hoſtiis ſuis*, Val. Geminæ ſcilicet; uti in illo ſacro, quod *pro ſalute Imp. Gordiani* ſuſceperat. Certe pro aliis quam Cæſaribus, pro amicorum nempe ſalute, etiam talia vota ac Sacra ſuſcepta fuiſſe, nos alia exempla, jam ſupra deprompta docent.

Ex

Ex hiſce igitur comprehendimus, ſi *Tauroboliandi* id ſacrum pro ſeſe, atque in *regenerationem myſticam* acciperent, poſt viginti annorum interſtitium eos illud, ſi tamdiu ſupervive-rent, iteraſſe: ſin vero pro aliis, ſive propriis, ſive illorum ſumptibus, nullum annorum certum interſtitium obſervaſſe; ac ſicut illud ab hac *Valeria Gemina* bis factum videmus, ſic ab aliis proculdubio quoque plus ſemel, ac forſan pluries factum fuiſſe; ſive id motu animi proprio, ſive pretio conducti, ſive aliter perſuaſi, præſtiterint.

## CAPUT X.

*Rurſus de* Sacerdotibus *hac Sacra adminiſtrantibus, ac quales* Magnæ Matris *Romæ tolerati fuerint: hos tam viros quam fœminas, ac quidem conjugatos maritataſque fuiſſe. Eos autem Taurobolos quoque & Taurobolinos appellatos: interque hos quidem M. M. Sacerdotes, Maximos Maximaſque fuiſſe, at non Gallos. Attin, ſive Atyn, vocatum fuiſſe* Menotyranum *ac quare; ſicut & M. Deorum appellatam* Hertham: *de cujus Sacris apud Germanos ex Tacito. Quæ cognatio inter* Matrem Deorum, & Iſidem *fuerit; quamvis diverſa ipſarum Sacra; quænamque diſcrepantia inter Iſidis ac M. Matris Sacerdotes.*

DE *Sacerdotibus* his Sacris Tauroboliis inſervientibus ut aliquid adhuc addamus; videmus illos in marmoribus hæc ſacra exhibentibus fere ſimpliciter *Sacerdotes* appellatos; quamvis nullum dubium ſit illos fuiſſe *Sacerdotes Magnæ Matris Ideæ*, quin & *Attidis* ſive *Attinis*. Sic namque videmus in lapidibus & virilis ſexus illos fuiſſe, nec

minus fœminas quoque Sacerdotes: licet ſoli *Sacerdotes maſculi ſexus* huic *Sacro* inveniantur *miniſtraſſe.* De utroque ſexu loquitur Dionyſius Halicarnaſſæus, libro ſecundo, hunc in modum: ἱερᾶται δὲ αὐτῆς ἀνὴρ Φρὺξ, καὶ γυνὴ Φρυγία, καὶ περιάγουσιν ἀνὰ τὴν πόλιν οὗτοι μητραγυρτοῦντες, ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος, τύπους τε περικείμενοι τοῖς στήθεσι, καὶ καταυλούμενοι πρὸς τῶν ἑπομένων τὰ μητρῷα μέλη, καὶ τύμπανα κροτοῦντες. Ῥωμαίων δὲ τῶν αὐθιγενῶν οὔτε μητραγυρτῶν τις, οὔτε καταυλούμενος πορεύεται διὰ τῆς πόλεως, ποικίλην ἐνδεδυκὼς στολὴν, οὔτε ὀργιάζων τὴν θεὸν τοῖς Φρυγίοις ὀργιασμοῖς, κατὰ νόμον ἢ ψήφισμα βουλῆς. οὕτως εὐλαβῶς ἡ πόλις ἔχει πρὸς τὰ οὐκ ἐπιχώρια ἔθη περὶ θεῶν· καὶ πάντα ὁρρωδεῖται τῦφον, ᾧ μὴ πρόσεστι τὸ εὐπρεπές. *Sacra autem ejus* [Matris Ideæ] *peragunt vir Phrygius & mulier Phrygia: & iſti, per urbem ea circumferunt, Matri Deorum ſtipem cogentes, ut mos eorum fert, de pectore pendentes IMAGINES geſtantes; & ad modulos eorum qui tibiis ludentes ipſos ſequuntur, & Matris Magnæ carmina canunt, incedentes, & tympana pulſantes. Nullus enim eſt Romanus indigena qui Matri Magnæ ſtipem cogat, aut qui ad ſonum tibiarum per urbem incedat veſte VARIA, aut Phrygiis cæremoniis Deam colat, idque ex lege vel ſenatus conſulto.* Sic maſculos Sacerdotes habemus in ſequentibus inſcriptionibus: ac quidem apud Reineſium Claſſe I. nº. 280,

A T T I N I . A U G.
S A C.
C . IULIUS . SP . F . IULIANUS
PROCULUS . SACERDOS
M . D . M . I.
AD . AQUAS . ALBULAS . D . D.

Et

Et 281.

DIANAE . SOSPITAE
L . SEPTIMIUS . L . F . TROM
FELIX . VICTOR . SACERD
MATR . D . M . I . ET . ATTINI
POP . ROM.
SUA . PECUNIA . DED

Tum & Cl. V. n°. 3.

V : F.
C . CASSIUS . BASSUS . MAGID . SACERDOS
ROMAE . SIBI . ET . ADIUTAE . MAG
ID . SACERD . ET . AUG

Sic & apud Gruterum pag. 308. n°. 8.

MARCUS . PLAETORIUS . HERCULANIUS
SACERDOS . M . D . M . I
FECIT . OLLAR . N . XXXIIII
CUM . SARCOPHAGO . MARM

Quin, ut etiam ad fœminas deveniamus ibidem n°. 6.

CLAUDIA
ACROPOLIS
AUGUSTI . LIB
SACERDOS
MATRIS . DEUM
FECIT . SIBI . ET . PERENN
CONIUGI . SUO.
CLAUDIANO
LIBERTIS . LIBERTABUS . POSTE
RISQUE . EORUM
H . M . H . N . SEQ

Ita & numero II. habemus:

SALONIAE . EVTERPE
SACERDOTI . M . D . M . PORI
AVG . ET . TRAIANI . FELICIS

cui adjungatur *Salonia Euterpe*, quæ n°. 10. eodem modo dicitur *Sacerdos M. D. M. Pori*, &c.

Nec tantum reperimus *Sacerdotes fœminas*, verum & *Sacerdotes Maximas* [qualia alibi & in Sacerdotibus Veſtalibus noto] cujusmodi *Sacerdotis Maximæ* effigiem, ex Sponii Miſcellan. (pag.) hîc repræſentare volui; quod in illa obſervemus iſtas *de collo ac pectore pendentes imagines*, quarum meminit jam ſupra allatus Dionyſius Halicarnaſſæus: apud quem ille Vir Phrygius ac Mulier Phrygia, omni dubio procul, ambo *Summi Sacerdotes*, hic Virorum, illa mulierum, capita ac principes fuere. Mirum ſane ita loqui magnum illum Reineſium Cl. I. ad inſcr. 40. (pag. 74) *Quin & iſtius* [Attidis] *Sacerdotes mares omnes; Matris Deorum fæminæ:* ut patet e. 6. 10. & 11. CCCVIII.
Vocat


LABERIA FELICLA
SACERDOS MAXIMA
MATRIS DEVM. M.I.

Digitized by Google

Vocat quidem paulo poſt iſtud de *fœminis M. D. Sacerdotibus* aliquatenus in dubium, ob marmor diffractum ac plane obſcuratum (apud Grut.) ibidem CCCVIII. 9. At claram lucem ipſi præbere potuiſſent, cum illud CCCVIII. nº. 8. tum illa tria modo ex ipſius Cl. I. nº. 280. & 281. ac Cl. V. nº. adducta.

Notum ſatis eſt omnibus Eruditis, cuncta *Sacerdotum Collegia*, ſuos ſibi *primos ſummoſve Sacerdotes*, adeoque *principes* ſeu *capita* habuiſſe, quibus reliqui ſuberant. Quod itaque & inter *M. D. Matris* Sacerdotes locum habuit, ſicut clare ex fœmina *Sacerdote Maxima* liquet. Tales autem etiam *Duces myſticos* vocatos fuiſſe, (ut qui præcipue Sacris M. M. I. initiarent, Duceſque & capita cæterorum eſſent) minimè dubitandum; atque huc reſpicere illud *Magni dux myſtice Sacri*, in fine modò adducendæ inſcriptionis.

Nam quamvis & illi qui ſimpliciter erant *Taurobolini*, ſeu *Tauroboli* (uti ex hoc ſequenti verſiculo liquet, *Quis tibi Taurobolus veſtem mutare ſuaſit*, &c.) vocari poſſent hújus *Taurobolii Sacri* duces, quatenus ad illa ſuaſores eſſent: tamen hîc illud *Dux Myſticus*, ſeu *Dux Myſticè*, ad ſummum ſeu primum inter *Sacerdotes Taurobolos* reſpicere puto: tum quod ſimul & *Pater Sacrorum invicti Mithræ*, & *Antiſtes templi Mithræ Perſidici* nominatus fuerit: tum & ob iſtud PVB. P. R. Q. ſeu *Publicus populi Romani Quiritium*, quod alibi etiam vocem *Augur* ſequitur (ut latius ſtatim infra oſtendetur) ac legi debet, non diſtinctis per puncta literis P.V.B. (ut tamen plus uno loco male) ſed ſimul conjunctis ita PVB. De hac autem inſcriptione, quæ jam pag. 31. a me allata fuit; uti & iſta quæ ipſam (pag. 30.) proxime præcedit, atque apud Aldum pag. 165. Orthographiæ ipſius exhibetur, ita ut illam attuli, ſi judicium ferre licet, firmiter credo, eas non duas, [in ſuperiori ſal-

tem

tem parte, uſque ad verba iſta, ANTIQUA GENEROSE, &c. ubi ſecunda, vel, ſi mavis, epigramma ipſi ſubjunctum, incipit] ſed unam eandemque, at varie excerptam, reverâ eſſe. Quum & Aldus & Gruterus quiſque ſuam Romæ in ædibus Colotianis extare aſſerant, eaſque inde deſcriptas producant. Quamvis ille, qui iſtam, quæ apud Aldum exſtat deſcripſit, ad primam ſolam partem; is vero, qui alteram a Grutero exhibitam inde excepit, ad poſteriorem, ſeu inferiorem, potius partem, priori neglecta, attendiſſe videatur. Niſi acciderit, inter illud ſpatium temporis, quo is, qui Aldo ſuam ſubminiſtravit, & iſtud quo alius ſuam Grutero, inſcriptionem illam ita (ac quidem ſuperiori, ac media parte) fuiſſe, ſive temporum, ſive hominum injuria, aliave quavis ruina, corruptam, literaſque ita, pro parte obſcuratas atque abolitas, ut plane amplius non legi, aut ſic legi, ac deſcribi ut quidem opportuerat, non potuerint: aut inde quoque poſterior deſcriptor laborem illas penſiculatius conſiderandi ſumere noluerit. Quamobrem operæ pretium mihi videtur, ex iſtis deſcriptionibus (quod ipſum marmor oculis perluſtrare mihi non liceat) eam, pro mea poteſtate, aliquatenus integritati ſuæ reſtituere; ſimulque aliquantisper illuſtrare: licet credam primam, poſt illa M. D. M. IDEAE &c. lineam (forſitan & plures) nobis periiſſe; tum forte & inſcriptionem, in ipſo marmore (ſeu primitus) ita fuiſſe diviſam, ut poſtremæ quinque lineæ, ſeu verſus, in alio marmoris latere inſculptæ fuerint; vel ſaltem, ſi in eodem, majori tamen aliquo interſtitio a ſuperioribus ſeparatæ. Hincque eas eo facilius aut prætervifas, aut pro alia inſcriptione habitas fuiſſe. Quare autem iſtæ duæ lineæ, quæ & aræ dedicationem & Conſules continent, ab Aldi excerptore omiſſæ fuerint, fateor me plane ignorare. Sic itaque illam repræſentare volui: lector interim illas pag. 30. & 31. exhibitas, cum ea conferat:

M. D. M.

M. D. M. IDEAE. ET. ATTIDI. MINOTAVRO

NOBILIS. IN. CAVSIS. FORMA. CELSVSQ:-:-:-:-:-
HIC. PATER. INVICTI. MYSTICA. VICTOR. HABET
SERMO. DVOS :-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:- RESERVAT
ET. VENERANDA. MOVET. CYBELES. TI*-:-:-:-:-:-
†AVGENTVR. MERITIS. SIMBOLA. TAVROBOLI
RVF. CAEONius. CAEonii. SABINI. F. V. C. Augur
PVB.P.R.Q.PATER.SACRORVM. INVICTI. MITHRAE
TAVROBOLINVS
M.D.M.ID.ET.ATTIDI.MINOTYRANI.ET.ARAM.IIII.
ID. MART.
GRATIANO. ET. MEROBAVDE. CONSVLIBVS. DEDICABIT

ANTIQVA. GENEROSE. DOMO. CVI. REGIA. VESTAE
PONTIFICI. FELIX. SACRATO. MILITAT. IGNE
IDEM. AVGVR. TRIPLICIS. CVLTOR. VENERANDE. DIANAE
PERSIDICIQVE. MITHRAE. ANTISTES. BABILONIE. TEMPLI
TAVROBOLIQVE. SIMVL. MAGNI. DVX. MISTICE. SACRI

Undenam verò conjectem, unam alteramve lineam in principio hujus inſcriptionis deeſſe, in cauſa ſunt tam illud CELSVSQ quam iſtud SERMO DVOS: tum etiam, quod inter quintam & ſextam lineam verſus deeſſe videatur. Quæ tamen mera, fateor, mea conjectura eſt. Certius ſubſtituitur in ſeptimæ fine vox AVGVR, cum ſtatim ſubſequatur PVB. P. R. Q. Namque ita illa legenda

T

* Forſan TAVROBOLA.
† Forſan & hîc linea deeſt.

genda atque interpungenda ſunt; quantumvis & apud Gruterum P. V. B. legatur, & apud Aldum, perabſurde, PVL. PR. Quod cuivis, ob illud ſupra, in inſcr. pag. 9. exhibitâ, AVGVR. PVBLICVS. P. R. Q. uti & iſtud, quod pag. 433. 4. ita apud Gruter. exprimitur AVGVRI. PVBLICO. P. R. QVIRITIVM; uti & ob alia exempla, innoteſcere poteſt. Tum & illud TRIPLICIS CVLTOR DIANAE denotat *Hierophantam Deæ Hecates*: quam omnes triformem norunt. In DEDICABIT autem V. pro B. legendum (qualia ſæpiſſime occurrunt) admonitione nulla opus eſt. Poſtremo (ut id adhuc ſemel obiter moneam) pro MINOTAVRO, & MINOTYRANI (ſicut & apud Aldum MINOTAVRANO) MENOTYRANNVM legendum eſſe, tam ex illa patet, quæ pag. 29. allata, quam quæ hic, ex eodem Reineſio deprompta ſequitur [TAVROBOLI autem metri cauſa pro TAVROBOLII poſitum eſſe unusquiſque videre poteſt:]

MATRI . DEVM . MAGNAE<br>
IDEAE . SVMMAE . PA<br>
RENTI. HERMAE. ET. ATTIDI<br>
MENOTYRANNO . INVICTO<br>
CLODIVS . HERMOGENIANVS<br>
CAESARIVS . V . C.

Hîc namque (cum eruditiſſimo Reineſio) pro HERMAE reponendum HERTHAE: quod nullus *Hermæ*, ſeu *Mercurio*, inter *Magnam Deorum Matrem* & *Attidem Menotyrannum* locus competat: atque *Hertha* hic, quaſi interpretationis gratia, quod *Magna* iſta mater *Terra* ſit, interveniat: ſicut ſimili modo *Menotyrannus* de Attide (ſeu

ſole)

ſole) quod ille, ut *Rex anni*, ita & Rex ſeu Dominus menſium ſit. Nec dubito apud Tacitum *Hertham* pro *Herthum* eſſe legendum: niſi illa apud Germanos ſicuti *Lunus* & *Luna*, aliaque præterea numina, quaſi duplicis ſexus culta fuerit. Quæ interim Tacitus de hoc numine tradit, libro de Moribus Germanorum cap. XL. (de Suevis) hæc ſequentia ſunt: *Nec quid notabile in ſingulis, niſi quod in commune HERTHUM, id eſt TERRAM, colunt; eamque intervenire rebus hominum, invehi populis, arbitrantur.* Porro de ipſius Sacris, atque horrendis ſane myſteriis, idem & hæc ſubjungit: *Eſt in inſula Oceani Caſtum nemus: dicatum in eo vehiculum veſte contectum, attingere uni Sacerdoti conceſſum. Is adeſſe penetrali Deam intelligit, vectamque bubus fœminis multa cum veneratione proſequitur. Læti tunc dies, feſta loca, quæcunque adventu hoſpitioque dignatur. Non bella ineunt, non arma ſumunt, clauſum omne ferrum. Pax & quies tunc tantum nota, tunc tantùm amata; donec idem Sacerdos ſatiatam converſatione mortalium Deam templo reddat. Mox vehiculum & veſtes, &, ſi credere velis, numen ipſum ſecreto lacu abluitur ſervi miniſtrant, quos ſtatim idem lacus haurit. Arcanus hinc terror, ſanctaque ignorantia, quid ſit illud quod tantùm perituri vident.*

Ut autem Cluverius *Hertham*, ſic Lipſius, ad Tacitum, Ærthum legit. Ita enim ille: *Ego veram vocem cenſeo ÆRTHUM. Ita enim noſtratem eam vocem efferimus ſcribimuſque.*

Non nego equidem illos quoque *Mercurium* coluiſſe. Id enim idem Tacitus ita teſtatur: *Deorum maxime Mercurium colunt; cui certis diebus humanis QUOQUE hoſtiis litare fas habent. Herculem & Martem conceſſis animalibus placant. Pars Suevorum & Iſidi Sacrificant, &c.*

 Porrò

Porrò *Hermæ* nomine *Mercurium* apud Germanos veniſſe, nemo ſanus facile dixerit; quum propriis ſuæ genti nominibus ſua numina appellarent: quod ex iſtò *Hertha*, tum & ex nominibus *Thoth* Alexandrinorum, *Theuth* Ægyptiorum, *Teutates* Gallorum, & *Wodan* Germanorum, quæ omnia *Mercurii* nomina ſunt; non quatenus ſtella, ſed quatenus cum *Sole* convenit, liquet. Neque enim Ægyptii iisdem numinibus eadem, quæ Græci aliive, imponebant nomina. Oſtendunt namque hoc *Theuth* modò allatum & *Oſiris* & *Anubis* & *Iſis* & alia plura. Ac quidem quæ de *Iſide* Apulejus (ipſius *Iſidis* ex perſona) narrat, hæc ſatis ſuperque confirmant. Ita enim ille libro XI, Metamorphoſeos: *Cujus numen unicum, multiformi ſpecie, RITU VARIO, nomine multijugo, totus veneratur orbis. Inde me primigenii Phryges Peſſinunticam nominant Deum Matrem, hinc autochtones Attici Cecropiam Minervam, illinc fluctuantes Cyprii Paphiam Venerem; Cretes ſagittiferi Dictymnam Dianam; Siculi trilingues Stygiam Proſerpinam; Eleuſinii vetuſtam Deam Cererem; Junonem alii, alii Bellonam, alii Hecaten, Rhamnuſiam alii: & qui naſcentis diei Solis inchoantibus radiis illuſtrantur Æthiopes, aliique priſcâque doctrina pollentes Ægyptii, ceremoniis me prorſus propriis percolentes, appellant vero nomine Reginam Iſidem.*

Itaque & *Mater Deorum* & aliæ jam ſupra nominatæ Deæ, atque *Iſis* (quantumvis alias revera idem ſub diverſis nominibus numen eſſent) ſub aliis appellationibus, quin & alio ritu, ſeu cæremoniis, quaſi alia numina, colebantur; atque ut non eadem, ſed diverſa ab invicem, invocabantur; ut ſatis ſupra indicat Apuleius.

Aparet

Aparet hoc præterea ex ſequenti inſcriptione:

MATRI . DEVM . ET . ISIDI
C . MENATIVS . C . FIL . FAB
SEVERVS . FANVM . REFECIT
ET . PRONAVM . DE . SVO . FECIT
EX . VOTO.

---

## CAPUT XI.

*Gallos non fuiſſe revera Sacerdotes M. D. M. ſed de triviali fece* Agyrtas, ſcurras *ac* mendicabula *ſub religionis prætextu; ſicut erant etiam* Bellonarii: *unde hi ſæpe ſimul junguntur.* Galli *quomodo fierent.* capillatos *illos fuiſſe, cum* Iſiaci *eßent* calvi. *De* Sacerdotibus Synodi, *ac cujuſnam. De* Allectoribus Collegiorum: *de* Paraſitis Apollinis *&* Herculis: *de* pueris puelliſque alimentariis Fauſtinianis, Fauſtinianis Novis, (*non tamen Sacerdotibus*) Plotinianis, Mammæanis, *&c. Hos quoque appellatos fuiſſe* Pueros Curiæ; *eoſque procul dubio* Patrimos Matrimoſque *fuiße, hincque Sacrorum miniſteriis adhibitos. Hinc reditur denuo ad* Sacerdotes M. D. Matris; *ſeu potius* miniſtros: *qui, ſicut* Iſiaci *in triplicem ordinem digeſti fuerant; ita & illi* in Summum Sacerdotem (*utriuſque ſexus*) *in* communes Sacerdotes, *ac tertiò in* Tibicines *ſeu* Fiſtulatores *&* Gallos *&c. quorum caput* Archigallus: *porrò, qui ille, qualiſque fuerit. Denique quænam moderatio circa talia apud Romanos obtinuerit · ac tandem quæ diſtinctio inter μηναγύρτας ac μητραγύρτας facienda ſit.*

UT autem *Mater Deorum Idæa*, ſeu *Cybele* diverſa erat nomine ac ritu ab Iſide, ſic etiam ipſorum Sacerdotes: quamvis *Iſidis* etiam & viri & fœminæ ſacerdotes erant. Ita enim videmus non ſolum *Ulpium Egnatium Faventinum Sacerdotem Iſidis* & pag. 83. 14. Theſauri Gruteriani, *Cn. Domitium Cn. F. Firmum Sacerdotem Iſidi Triumphali*, verùm & pag. VI. n°. 1. videmus hanc ſequentem inſcriptionem

IOVI . IVNONI . HERCVLI
SACRVM
CN . DOMITIVS . CN . F . SERE
NVS . SACERDOS . ISIDIS . ET
DOMITIA . VXOR . V . S . L . M

Utriuſque igitur numinis Sacerdotes erant uxorati aut maritatæ, tam Iſidis, quam Magnæ Matris.

Quin & *Cejonius Rufus*, & uxor ejus *Cæcina Lolliana*, Iſidis Sacerdos, comparent Tauroboliati: ſic *Petronius Apollodorus* cum uxore *Ruf. Voluſiana*; ſic demum *Vettius Agorius*, aliique: cum alias *Galli* nec uxorati, nec viri quidem eſſent ſed *ſemiviri* & exſecti, adeoque *obſcœno facies reverendæ minori.*

Quum itaque nec *Sacerdotes Magnæ Matris*, nec ſimpliciter *Tauroboliati* eſſent exſecti ſeu Genitali membro mutilati, ſequitur *Gallos M. D. Matris* non fuiſſe *Sacerdotes*: ſaltem Sacra *Matri Deorum* facientes: quantumvis eò nomine, (joco magis quam ſeriò) venirent; ut apud Apulejum lib. IX. *Vaticinationiſque crebris mercedibus ſuffarcinati puiſſimi* [ſeu puriſſimi] *illi Sacerdotes.* qui alias (libro VIII.) Phi-

Philebum *Gallum* vocat *unum de triviali popularium fece, qui per plateas & oppida cimbalis & crotalis perſonantes, Deamque Syriam circumferentes mendicare compellunt.*

Hinc *Scurræ Magnæ Matris*, decipiendiſque mulierculis maxime apti, circumvagabantur per pagos, vicos ac fora; atque ita ex *Circumforaneorum* numero erant.

Hinc quoque ita Plutarchus, libello, *Cur nunc Pythia non reddat Oracula.* Πλείστης μέντοι ποιητικῆς ἀνέπλησεν ἀδοξίας τὸ ἀγυρτικὸν καὶ ἀγοραῖον, καὶ περὶ τὰ Μητρῷα καὶ Σεράπεια βωμολόχον καὶ πλανώμενον γένος. *Maximam Poëſi infamiam paraverunt AGYRTÆ illi ac CIRCUMFORANEI, & SCURRÆ MAGNÆ MATRIS & SERAPIDIS, ſceleſti ac vagi.*

Hos & in Dionyſio Juniori repræſentat Athenæus, cum de ipſo libro 12. ita loquitur: Αὐτὸς δὲ Διονύσιος τέλος μητραγυρτῶν καὶ τυμπανοφορούμενος, οἰκτρῶς τὸν βίον κατέστρεψε. *Dionyſius vero ſub extremum ætatis tempus, Matri Deum [male hic CERERI vertit* Dalechampius] *ſtipem emendicando cogens, ac tympana pulſans cum morte vitam commutavit.* Ac de illis hoc modo loquitur Menander Comicus, apud Clementem Alexandrinum. Ita enim is in protreptico: Μένανδρος γοῦν ὁ κωμικὸς, ἐν ἡνιόχῳ, ἐν ὑποβολιμαίῳ τῷ δράματι·

Οὐδεὶς μ' ἀρέσκει (φησὶ) περιπατῶν ἔξω θεὸς
Μετὰ γραὸς, οὐδεὶς ἐς οἰκίας παρεισιὼν
Ἐπὶ τοῦ σανιδίου Μητραγύρτης.

Τοιοῦτοι γὰρ οἱ Μητραγύρται· ὅθεν εἰκότως ὁ Ἀντισθένης ἔλεγεν αὐτοῖς μεταιτοῦσιν, οὐ τρέφω τὴν μητέρα τῶν θεῶν, ἣν οἱ θεοὶ τρέφουσιν. Πάλιν ὁ αὐτὸς κωμῳδοποιὸς, ἐν Ἱερείᾳ τῷ δράματι, χαλεπαίνων πρὸς τὴν συνήθειαν, διελέγχειν πειρᾶται τὸν ἄθεον τῆς πλάνης τῦφον, ἐπιφθεγ-

φθεγγόμενος ἐμφρόνως: εἰ γὰρ ἕλκει τὸν θεὸν τοῖς κυμβάλοις ἄνθρωπος εἰς ὃ βούλεται, ὁ τοῦτο ποιῶν ἐστὶ μείζων τοῦ θεοῦ: ἀλλ' ἔστι τόλμης, καὶ βίου ταῦτ' ὄργανα εὑρημένα ἀνθρώποισιν. *Menander certe Comicus in Auriga (dramate quod ſuppoſititium eſt.)*

*Nullus, inquit, mihi placet Deus foris vagans,*
*Anu cum ſodali quaslibet adeuns domos,*
*Aut Metagyrtes cum tabella.*

*Tales enim erant Metragyrtæ. Unde eis mendicantibus merito dicebat Antiſthenes: Non alo Matrem Deorum, quam Dii alunt. Rurſus idem Comicus in dramate cui titulus Sacerdos [fœmina] ægre ferens conſuetudinem impiam, erroris arrogantiam conatur refellere, ſapienter eloquens . . . . . Nam ſi Deum quò cuique libitum eſt quiſque cymbalis trahit, hoc qui facit certe is Deo eſt potentior. Audaciæ hæc vitæque ſed reperta ſunt hominibus inſtrumenta.* Quamvis igitur Plinius lib. 35. c. 12. eos *Sacerdotes* vocet, his verbis, *Samia teſtâ Matris Deum Sacerdotes, qui Galli vocantur, virilitatem amputant*; nulla auctoritate publicâ nixi ſunt; ac *vates* fuerunt ſponte currentes, *& inertes, & inſani, & quibus egeſtas imperabat*; ut bene de ipſis, horumque ſimilibus, Ennius. Ut ut namque Plinius loco modò citato: *Matris Deum ſacerdotes, qui Galli vocantur,* eos alibi tamen ſimpliciter *Matris Deum Gallos* vocat: quamvis & ſubinde Templis affuerint, iisque non uno loco ſervierint. qui tamen & a vulgaribus ſcurris ac mendicabulis eatenus diſtingendi videntur: ſicut & a multis veterum hinc inter Sacerdotes videntur fuiſſe numerati; quum ipſorum tantum miniſtri eſſent.

Hiſce autem ſeſe intermiſcuiſſe *Anus* ſeu *Vetulas* nequaquam melioris commatis, videmus, cum ex modo allato Menandro, tum ex hiſce Clementis Alexandrini verbis, *Pædagogi*

gogi libro tertio, cap. 4. ubi de fœminis nimis petulantibus loquitur: περιφέρονται δὲ αὗται ἀνὰ τὰ ἱερὰ ἐκθυόμεναι, καὶ μαντευόμεναι ἀγύρταις καὶ μητραγύρταις καὶ γραίαις βωμολόχαις, οἰκοφθορούσαις, ὁσημέραι συμπομπεύουσαι, καὶ τοὺς παρὰ ταῖς κύλιξι ψιθυρισμοὺς γραϊκοὺς ἀνεχόμεναι, φίλτρα ἄττα καὶ ἐπῳδὰς παρὰ τῶν γοήτων, ἐπ' ὀλέθρῳ γάμων, ἐκμανθάνουσαι. *Circumvagantur autem per templa expiationibus ac Vatibus ſeſe tradentes; & cum Agyrtis & Metragyrtis, & vetulis ſceleratis,* [vox βωμολόχαις hîc longe majorem emphaſim habet] *quæ domibus (ſeu familiis) exitium afferunt, quotidie unà pompam ſequentes: & aniles ſuſurros ad pocula ſuſtinentes, (quaſi vaticinatricum) ac quædam amatoria, carminaque in matrimoniorum perniciem a præſtigiatoribus ediſcentes.* Quibus verbis & iſti cum *Agyrtæ*, tum *Metragyrtæ*, tum & Vetulæ *expiatrices* ac *initiatrices*, ut ſic loquar, (e quarum numero & Æſchinis Oratoris mater, teſtante ita Demoſthene, fuit) graphice ſatis deſcribuntur.

Unde & Romani (ut infra latius oſtendam) hæc Sacra, non niſi valde, reformata; neque horum, harumque ſcurrarum turbam ita, ut Græci, admittebant. Hincque Cicero lib. 2. de Legibus, ex Legibus XII. Tabularum hanc Legem allegat: *Præter Ideæ Matris famulos, eoſque juſtis diebus, ne quis ſtipem cogito.* Quibus addenda illa, quæ jam ſupra ex Dionyſio Halicarnaſſæo attuli. At temporibus magis corruptis (ut ex Juvenale videmus) hæc colluvies magis magiſque Romæ redundabat. Quin eſt ipſe Cæſar Heliogabalus (at quale monſtrum!) *Matris etiam Deum Sacra accepit, & tauroboliatus eſt, ut typum eriperet: & alia ſacra quæ penitus habentur condita. Jactavit autem caput inter præciſos fanaticos, & genitalia ſibi devinxit, & omnia fecit quæ Galli facere ſolent.* Verum hæc ac ſimilia, ut extremæ inſaniæ facinora in ipſo notantur, modo lectio hæc *Tauroboliatus* hic valere debeat; & non illa reti-

nenda *adeo debacchatus* eſt. De qua re adhuc infra aliquid à me dicendum erit.

*Vates* itaque erant ac *Fanatici*, æque atque illi *Bellonæ*. Hinc itaque Juvenalis Sat. VI.

*—— —— —— —— Ecce furentis*
*Bellonæ Matriſque Deum chorus intrat, & ingens*
*Semivir, obſcœno facies reverenda minori,*
*Mollia qui rupta ſecuit genitalia teſta*
*Jam pridem; cui rauca cohors, cui tympana cedunt*
*Plebeja, & Phrygia veſtitur bucca tiara:*
*Grande ſonat, metuique jubet, &c.*

De quibus & Perſius, Sat. V.

*Hinc grandes Galli & cum ſiſtro luſca Sacerdos*
*Incuſſere Deos inflantes corpora, ſi non*
*Prædictum ter mane caput guſtaveris alli.*

Nempe & *Bellonæ* fanaticis (qui ſeſe maxime ad *ædem Bellonæ* oſtentaſſe videntur, prout ex Grut. pag. 312. 7. & 313. 1. apparere videtur) & Gallis, junguntur, ut ejuſdem commatis, *Iſiaci.* unde & Juvenalis, rurſus Satyra ſextâ: *qui grege linigero circumdatus, & grege calvo Plangentis populi, currit deriſor Anubis.* Quin & ipſæ Deæ Diique inter ſe quandoque confunduntur: ut ex Faſtor. 4.

*Ecquis ita eſt audax qui limine cogat abire*
*Jactantem Phrygiâ tinnula ſiſtra manu?*
*Ante Deum Matrem cornu Tibicen adunco*
*Cum canit, exiguæ quis ſtipis æra neget?*
*Scimus ab imperio fieri nil tale Dianæ,*
*Unde tamen vivat vaticinator habet.*

Con-

Confunduntur quippe hic inter ſe & *Iſiaci* & *Metroici* (ut ſic loquar) & *Bellonarii;* ut Tertullianus eos appellat. Quod apud Apuleium, ut jam ſupra vidimus, *Diana*, *Juno*, *Venus*, *Bellona*, *Deum Mater*, ſeu *Cybele*, & *Iſis* &c. unum idemque numen ſint. Atque inde, quamvis ſub diverſis nominibus diverſo cultu homines illas venerarentur; tamen *Fanatici* & *Bellonæ*, & *Iſidis*, & *Deæ Syriæ*, & *Dianæ*, & *Cybeles*, quaſi unius ejuſdemque numinis vates haberentur; ut qui omnes numine afflatos ſe ſimularent, omneſque ſtipem corrogando, ac vaticinando, vilem plebeculam ac mulierculas emungerent. Et tamen hæc differentia intercedebat, quod hi eſſent calvi, [nempe *Iſiaci*] iſti contra capillati; hi rurſus ſibi genitalia demeterent, illi contra lacertos ſecarent; indeque crinem ſanguineum circumrotarent.

Ut autem illi *Bellonarii*, dum ſic brachia cruentabant, per id non initiabantur; aut Sacerdotes conſecrabantur; ita nec illi qui ſe Gallos faciebant, inde Sacerdotes Cybeles fiebant.

Et hoc, & illa quæ modo dixi, docet nos Lucianus, ubi de Dea Syria (quæ alio nomine Magna Deorum mater Cybele erat) loquitur; atque inter alia hæc ſequentia habet: Ἐν ῥητῇσι δὲ ἡμέρῃσι, τὸ μὲν πλῆθος ἐς τὸ ἱρὸν ἀγείρονται. Γάλλοι δὲ πολλοὶ, καὶ τοὺς ἔλεξα, οἱ ἱροὶ ἄνθρωποι τελέουσι τὰ ἔργια· τάμνονταί τε τοὺς πήχεας, καὶ τοῖς νώτοισι πρὸς ἀλλήλους τύπτονται. Πολλοὶ δὲ σφίσι παρεστεῶτες, ἐπαυλέουσι· πολλοὶ δὲ τύμπανα παταγέουσι· ἄλλοι δὲ ἀείδουσι ἔνθεα καὶ ἱρὰ ᾄσματα· τὸ δὲ ἔργον ἐκτὸς τοῦ νηοῦ τόδε γίγνεται· οὐδὲ ἐσέρχονται ἐς τὸν νηόν. ὁκόσοι τάδε ποιέουσι, ἐν ταύτῃσι τῇσι ἡμέρῃσι καὶ Γάλλοι γίγνονται. ἐπεὰν γὰρ οἱ ἄλλοι αὐλέωσί τε καὶ ὄργια ποιέωνται, ἐς πολλοὺς ἤδη ἡ μανίη ἀπικνέεται, καὶ πολλοὶ ἐς θέην ἀπικόμενοι, μετὰ δὲ τοιάδε ἔπρηξαν. καταλέξω δὲ καὶ τὰ ποιέουσι. Ὁ νεηνίης ὅτῳ τάδε ἀποκέαται, ῥίψας τὰ εἵματα, μεγάλῃ βοῇ ἐς μέσον ἔρχεται, καὶ ξίφος ἀναιρέεται (τὰ δὲ πολλὰ ἔτια, ἐμοὶ δοκέει, διὰ τοῦτο ἔστηκε) λαβὼν δὲ αὐτίκα τάμνει ἑαυτὸν, θέει τε διὰ τῆς πόλιος,

λιθος, καὶ τῇσι χέρσι φέρει τὰ ἔταμε. ἐς ὁκοίην δὲ οἰκίην τάδε ἀποῤῥίψει, ἐκ ταύτης ἐσθῆτά τε θηλέην, καὶ κόσμον τὸν γυναικήϊον λαμβάνει. *Diebus autem certis multitudo in templum congregatur; & Galli frequentes, hominesque illi Sacri, quos dixi, orgia celebrant, cubitoſque incidunt, tergiſque mutua verbera excipiunt. Multi autem adſtantes ipſis tibiâ canunt & tympana pulſant: alii divinitus inſpirata, & ſacra, carmina cantant. Atque hæc fiunt extra ædem: quod qui faciunt in eam non ingrediuntur. His diebus etiam Galli fiunt. Poſtquam enim alii tibia cecinerint, ac ſacramento ſeſe obſtrinxerint, ad multos jam venit furor, multique qui ad ſpectaculum venerunt poſtea talia fecerunt. Ea autem referam quæ faciunt. Adoleſcens cui hæc parata ſunt, abjectis veſtibus, magno clamore in medium prodit, atque enſem diſtringit (hæc jam per multos annos ita conſtituta ſunt)* [ſic namque vertendum, niſi in Græco textu, uti conjicio legendum ſit ἔγχεα, idque ad gladios in eum uſum ſervatos ſpectet] *quo protinus accepto, ſemetipſum caſtrat, curritque per urbem, & manibus portat ea quæ reſecuit. In quamcunque autem domum ea projicit, inde fœmineam veſtem, & muliebrem ornatum accipit. Atque hæc quidem in caſtrationibus faciunt.*

Hos utique *Gallos* Apulejus *de triviali popularium fæce homines* vocat: iique multum diſcrepaſſe gradu dignitatis atque honoris videntur ab iſtis, qui illorum *Antiſtites* & *Archigalli* erant: ut quorum *comites* hi tantum eſſent ac *miniſtri*. Ut enim Feſtus ipſos *Magnæ Matris comites* appellat, ſic & Ovidius lib. 4. Faſtorum.

> *Ibunt* [ac quidem Romæ] *ſemimares, & inania tympana tundent,*
> *Æraque tinnitus ære repulſa dabunt.*

Ipſa

*Ipſa ſedens molli COMITUM cervice feretur*
*Urbis per medias exululata vias.*

Ac paulo poſt:

*Venit in exemplum furor hinc, molleſque MINISTRI*
*Cædunt jactatis vilia membra comis.*

Hinc & *religioſi* nominabantur; ut in hac inſcriptione

D . M
VETTIO . SYNTROPHO
RELIGIOSO
A . MATRE . MAGNA
CAPILLATO
VETTIA : AMOR
DE . SUO . FECIT
POSTERISQ. EORUM

Nec certe omnes initiati, myſtæve, ſive *Cereris*, ſive *Hecates*, ſive *Iſidis*, ſive *Magnæ Matris Ideæ* vel *Attidis* (ne ipſi quidem Tauroboliati) inde quod initiati aut conſecrati eſſent, *Sacerdotes* erant. Ejusmodi namque initiati ac myſtæ, ſua tantum habebant collegia Sacra ac Synodos. Ita enim videmus ex. gr. apud Reineſium Claſſe. XIV. nº. 171. Collegium *Serapis*, ſicut & Iſidis

L . CASSIO . HERMO
DORO . NAVCLERO
QVI . ERAT . IN . COLLEG
SERAPIS . SALON . PER
FRETA . PER . MARIA . TRA
IECTVS . SAEPE . PER . VND
QVI . NON . DEBVERAT
* OBITVS . REMANERE
IN . AETERN . SET . MECVM
CONIVNX . SI . VIVERE
NOLVERAS . AD . STYGA
PERPETVA . VEL . RATE
FVNEREA . VTINAM
TECVM . COMITATA
FVISSEM . VLPIA . CANDI
DA . DOMVS . SALON
M . P.
AETERN . QVE . FVIT . IN . COLL . YSID

Sic & apud Gruterum, (pag. 83. n°. 83. 14.) habeinus

CN . DOMITIVS . CN . F . FIRMVS
SACERDOS
ISIDI . TRIVMPHALI
BASIM
S . P . S . D
ADLECTOR . COLLEGII . IPSIV

Sicut

* OBLITVS hic legendum credo.

Sicut *Adlectores* erant, ita & inde *adlecti* in hoc illudve collegium: ut patet ex ſequenti inſcriptione pag. 330. 1. exhibita

LAVDATVS. POPVLO. SOLITVS. MANDATA. REFERRE
ADLECTVS. SCAENAE. PARASITVS. APOLLINIS. IDEM
MVLTARVM. IN. MIMIS. SALTANTIBVS. VTILIS. ACTOR

Ita enim recte ſuppletur hujus marmoris fragmentum. Ex quo quoque notandus magni illius Scaligeri, in indice Gruteriano, error; ibi namque habetur *Sacerdos Synhodi Apollinis:* quum in ipſa inſcriptione (quam alia occaſione jam ſupra adduxi) habeatur ac legendum ſit, *PANTOMIMO SUI TEMPORIS PRIMO, SACERDOTI SYNHODI, APOLLINIS PARASITO, ALUMNO FAUSTINÆ, &c.*

Cujusnam verò *Synodi* hic Sacerdos fuerit incertum eſt. *Synodum* ξυστικὴν in ſequentibus videmus, ac quæ Herculi Sacra erat, ſicut ipſe ξυστὸς. At *Synodi* quoque aliæ erant aliis Dîs Deabuſve Sacræ; ſicut ex ſequenti hac inſcriptione videre licet:

Η ΣΥΝΟΔΟΣ . ΤΩΝ . ΜΥΣΤΩΝ . ΤΗΣ . ΜΕΓΑΛΗΣ
ΘΕΑΣ . ΘΕΣΜΟΦΟΡΟΥ . ΔΗΜΗΤΡΟΣ . ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΝ
ΕΡΜΟΓΕΝΟΥΣ . ΤΟΥ . ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ . ΜΑΤΡΩΟΝ
ΣΥΜΜΑΡΤΥΡΑΣ . ΤΟΝ . ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΝ

*Conventus Sacerdotum Magnæ*
*Deæ legiferæ Cereris Metrodorum*
*Hermogenis filii Metrodori (Filium) M. Matris*
*Deûm (Sacerdotem)*
*Pronuntians Stephanephorum.*

Quæ

Quæ inſcriptio Venetiis extat in lapide togatam ſuſtinente ſtatuam: in quo rurſus idem Scaliger vocem ΜΑΤΡΩΟΝ, quæ ΜΗΤΡΩΟΝ legi debet, in nominato indice pro nomine appellativo, non Sacerdote M. Matris, habet. Interim plura *Collegia*, ſeu *Synodos*, cum *Sacerdotales* tum alios, reperire eſt: de quibus forſan alibi latius.

Porro non ſolius *Apollinis*, verum & *Herculis Paraſitos* reperimus apud Athenæum lib. VI. hoc modo, ex emendatione magni Iſ. Caſauboni: Τὸ δὲ παρασίτου ὄνομα νῦν μὲν ἄδοξόν ἐστι, παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις εὑρίσκομεν τὸν παράσιτον ἱερόν τι χρῆμα, καὶ τῷ συνθοίνῳ παρόμοιον. ἐν Κυνοσάργει μὲν οὖν ἐν τῷ Ἡρακλείῳ στήλη τίς ἐστιν, ἐν ᾗ ψήφισμα μὲν Ἀλκιβιάδου, γραμματεὺς δὲ Στέφανος Θουκυδίδου. λέγεται τ' ἐν αὐτῷ περὶ τῆς προσηγορίας οὕτως. τὰ δὲ ἐπιμήνια θυέτω ὁ ἱερεὺς μετὰ τῶν παρασίτων· οἱ δὲ παράσιτοι ἔνα τῶν ἐκ τῶν νόθων, καὶ τῶν τούτων παίδων, κατὰ τὰ πάτρια, ἀναγκαζόντων. ὃς δ' ἂν μὴ θέλῃ παρασιτεῖν εἰσαγέτω καὶ περὶ τούτων εἰς τὸ δικαστήριον. ἐν δὲ τοῖς κύρβεσι τοῖς περὶ τῶν Δηλιαστῶν, οὕτως γέγραπται· καὶ τὼ κήρυκε ἐκ τοῦ γένους τῶν κηρύκων τοῦ τῆς μυστηριώτιδος. τούτους δὲ παρασιτεῖν ἐν τῷ Δηλίῳ ἐνιαυτόν. ἐν δὲ Παλληνίδι τοῖς ἀναθήμασιν ἐπιγέγραπται τάδε, Ἄρχοντες καὶ παράσιτοι ἀνέθεσαν, οἱ μὲν ἐπὶ Πυθοδώρου Ἄρχοντος στεφανωθέντες χρυσῷ στεφάνῳ. ἐπὶ δὲ Φυλῆς ἱερείας παράσιτοι ἐπὶ Λυκοστράτου Γαργήττιος, Περικλῆς Περικλείτου Πιτθεύς. Χαρῖνος Δημοχάρους Γαργήττιος. Κἀν τοῖς τοῦ βασιλέως δὲ νόμοις γέγραπται θύειν τῷ Ἀπόλλωνι τοὺς Ἀχαρνέων παρασίτους. Κλέαρχος δ' ὁ Σολεὺς, εἷς δ' οὗτος τῶν Ἀριστοτέλους ἐστὶ μαθητῶν, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν βίων οὕτω γράφει· Ἔτι δὲ παράσιτον, νῦν μὲν τὸν ἕτοιμον, τότε δὲ τὸν εἰς τὸ συμβιοῦν κατηλλαγμένον. ἐν γοῦν τοῖς παλαιοῖς νόμοις αἱ πλεῖσται τῶν πόλεων, ἔτι δὲ καὶ σήμερον, ταῖς ἐντιμοτάταις ἀρχαῖς συγκαταλέγουσι παρασίτους. Κλείδημος δ' ἐν τῇ Ἀτθίδι φησί, καὶ παράσιτοι δ' ᾑρέθησαν τῷ Ἡρακλεῖ. καὶ Θεμίσων δ' ἐν Παλληνίδι, ἐπιμελεῖσθαι δὲ τὸν βασιλέα τὸν ἀεὶ βασιλεύοντα, καὶ τοὺς παρασίτους οὓς ἂν ἐκ τῶν δήμων προαιρῶνται, καὶ τοὺς γέροντας καὶ τὰς γυναῖκας τὰς πρωτοπόσεις. ἔχεις δὲ κἀν τούτων κα-

λέμου

λέ μου Οὐλπιανὲ ζηλεῖν, τίνες αἱ πρωτοπόσεις γυναῖκες, ἀλλὰ μὴν, περὶ γὰρ παρασίτων ὁ λόγος, κἀν τῷ Ἀνακείῳ ἐπί τινος στήλης γέγραπται· τοῖν δὲ βοοῖν τοῖν ἡγεμόνοιν τοῖν ἐξαιρουμένοιν, τὸ μὲν τρίτον μέρος εἰς τὸν ἀγῶνα, τὰ δὲ δύο μέρη τὸ μὲν ἕτερον τῷ ἱερεῖ, τὸ δὲ τοῖς παρασίτοις. Κράτης δ' ἐν δευτέρῳ Ἀττικῆς διαλέκτου φησὶ, καὶ ὁ παράσιτος νῦν ἐπ' ἄδοξον μὲν κεῖται πρᾶγμα, πρότερον δ' ἐκαλοῦντο παράσιτοι, οἱ ἐπὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ σίτου ἐκλογὴν αἱρούμενοι. καὶ ἦν ἀρχεῖόν τι παρασίτων. διὸ καὶ ἐν τῷ τοῦ βασιλέως νόμῳ γέγραπται ταυτί. ἐπιμελεῖσθαι δὲ τὸν βασιλεύοντα τῶν τε Ἀρχόντων, ὅπως ἂν καθιστῶνται, καὶ τοὺς παρασίτους ἐκ τῶν δήμων αἱρῶνται κατὰ τὰ γεγραμμένα. τοὺς δὲ παρασίτους ἐκ τῆς βουκολίας ἐκλέγειν ἐκ τοῦ μέρους τοῦ ἑαυτῶν ἕκαστον ἑκτέα κριθῶν. δαίνυσθαι τοὺς ὄντας Ἀθηναίους ἐν τῷ ἱερῷ κατὰ τὰ πάτρια. τὸν δὲ ἑκτέα παρέχειν εἰς τὰ ἀρχεῖα τῷ Ἀπόλλωνι τοὺς Ἀχαρνέων παρασίτους ἀπὸ τῆς ἐκλογῆς τῶν κριθῶν. ὅτι δὲ καὶ ἀρχεῖον ἦν αὐτῶν, ἐν τῷ αὐτῷ νόμῳ τάδε γέγραπται. εἰς τὴν ἐπισκευὴν τοῦ νεὼ τοῦ ἀρχείου, καὶ τοῦ παρασιτίου, καὶ τῆς οἰκίας τῆς ἱερᾶς διδόναι τὸ ἀργύριον, ὁπόσου ἂν τῶν ἱερέων ἐπισκευασταὶ μισθώσωσιν. Ἐκ τούτου δῆλόν ἐστιν, ὅτι ἐν ᾧ τὰς ἀπαρχὰς ἐτίθεσαν τοῦ ἱεροῦ σίτου οἱ παράσιτοι, τοῦτο παρασίτιον προσηγορεύετο. Ταυτὰ ἱστορεῖ καὶ Φιλόχορος, ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Τετραπόλει, μνημονεύων τῶν καταλεγομένων τῷ Ἡρακλεῖ παρασίτων. Καὶ Διόδωρος ὁ Σινωπεὺς κωμῳδοποιὸς, ἐν Ἐπικλήρῳ, οὗ τὸ μαρτύριον ὀλίγον ὕστερον παραθήσομαι. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ Μεθωναίων πολιτείᾳ, παράσιτοι, φησὶ τοῖς μὲν Ἄρχουσι δύο καθ' ἕκαστον ἦσαν, τοῖς δὲ Πολεμάρχοις εἷς· τεταγμένα δὲ ἐλάμβανον παρ' ἄλλων τέ τινων καὶ τῶν ἁλιέων ὄψον.

Quæ ita vertenda poſt Dalechampium puto:

. *Paraſiti quidem appellatio fuit olim & Sancta & venerabilis. Polemon igitur (ſive Samium ſe, ſive, Sycionium, ſive Athenienſem malit nominari* [& quandoque unus idemque plurium urbium ſimul erat civis ut alibi oſtendo] *ut inquit Heraclides Mopſeates, qui eum ab aliis etiam civitatibus cognominat: nam Stelocopas is quoque dictus*

 *eſt,*

*eſt, ut ſcribit Herodicus Crateterus, de Paraſitis hæc memoriæ tradidit; nomen id, nunc ſordidum & infame, apud antiquos invenitur ſanctum; & perinde ac ſi dixiſſent συνθοίνην* i. *e. coëpulonem. Itaque in Cynoſargis Herculeo templo columnam extare (ſcribit) in qua exſculptum eſt decretum Alcibiadis, ſcribâ Stephano Thucididis filio, in quo de hac nuncupatione ita promulgatum eſt. Epimenia Sacra cum Paraſitis ſacerdos ſacer operator. Paraſiti unum quempiam ex ſpuriis hominibus, ac eorum liberis, ſecundum leges (ſeu conſuetudinem) patrias paraſitum eligant: nolentem vero ſacerdos, ſuper hac re trahat in judicium. In publicis tabulis legum quæ latæ ſunt de Deliaſtis, ita ſcriptum eſt: Caduceator (ſeu Ceryces,* vel *precones) duo ſunto, ex Cerycon familia Myſteriotide; per anni ſpatium in Delo paraſiti ſunto* [nempe Apollinis, non Herculis.] *In Pallenide (tribu) donariis hæc inſcripta ſunt: Archontes & Paraſiti poſuerunt; illi quidem ſub Archonte Pythodoro corona aurea coronati; Paraſiti vero cum Sacerdos (fœmina) Tribus. . . . . . . . . .*

*. . . . . . eſſet, ac dum Archon Lycoſtratus Gargettius eſſet, Pericles Pericliti F. Pitheus, & Charinus Demochari F. Gargettius. Quin & in legibus Regiis mandatur Acharnenſium paraſitis ut Apollini ſacrificent. Clearhus vero Solenſis, unus ex Ariſtotelis diſcipulis, ſcribit libro primo Viarum, Paraſitum olim dictum promptum paratumque hominem, nunc autem immutata ſignificatione, victûs ſocium. Itaque in antiquis legibus, quin & hodie, plurimæ civitates, in honoratiſſimorum magiſtratuum conſortium paraſitos quoque aſſumunt. Cleidemus autem ita, in Attide, ſcribit: Herculi quoque paraſitos creavere. Themiſon, in Pallenide: Rex, cujus perpetuum regnum ſit, Paraſiti e tribubus electi, ſenes, & fœminæ, quas appellant πρωτοπόσεις (quaſi dicas* PROPINATRICES*)*

cu-

*curam gerunto. In his ô bone Ulpiane, ſciſcitare potes quæ ſint illæ fœminæ πρωτοπόσεις. Verum de paraſitis nunc nobis ſermo. In Anaceio columnæ cuidam hoc inſcriptum legitur: E bobus præcipuis, tertia ludis celebrandis impendatur; e duabus reliquis altera tribuatur Sacerdoti, altera Paraſitis. Crates libro ſecundo proprietatis Attici ſermonis ait: Paraſitus nunc ſane rem fœdam & inhoneſtam ſignificat, olim vero ſic vocabantur quos colligendis ſacris frumentis eligebant. Paraſitorum quoque (collegium &) curia quædam erat. Itaque in regis legibus hoc ſcriptum eſt: Regi curæ ſit, ut magiſtratus creentur, (ſive Archontes:) utque ſicut legibus cautum eſt, e tribubus paraſiti eligantur: utque hi paraſiti ex Bucolia.* [de qua alibi aliquid dicitur] *unusquiſque pro ſua parte, hordei ſextaria ſeligant ut inde patrio more ii qui vere Athenienſes ſunt epulentur: ex collecta vero hordei quoque ſextarium Acharnenſium Paraſiti præbeant Apollini in CURIAM* [ſive, ut Dalechampius, *ad priſcos epulorum & ſacrorum ritus.*] *Curiam autem paraſitis fuiſſe, in eadem ſic lege ſcribitur: Ad inſtaurandum reſarciendumque vetus templum, & PARASITIUM, (ſeu paraſitorum curiam) tantum pecuniæ detur, quantâ faciundum opus locaverint ſacrorum ædificiorum inſtauratores. Hinc manifeſtum eſt Paraſitium dictum fuiſſe locum iſtum in quo primitias frumenti ſacri recondebant Paraſiti. Eadem refert & Philochorus, in opere cui titulus Tetrapolis; eos recenſens, qui in Paraſitorum Herculis cœtum cooptati fuerant. Sicut & eadem tradit comicus Diodorus Sinopenſis, in Epiclero: cujus teſtimonium infrà citabo. Ariſtoteles, in Methonenſium republica, paraſitos duos ſcribit Archontibus ſingulis aſſignatos fuiſſe, Polemarchis vero unum; eoſque & a piſcatoribus, & ab aliis certum ac præſtitutum accepiſſe obſonium.* Videmus hîc igitur æque *Apollinis Paraſitos* quam *Herculis.*

Hos autem *Paraſitos* fere fuiſſe apud Athenienſes, quod *Epulones* apud Romanos, optime meo judicio, obſervat Caſaubonus: cujus animadverſiones in hunc Athenæi locum conſulat Lector; ſicut & Heſychium. Quamvis autem ad propoſitum noſtrum hîc id nihil faciat, tamen occaſione hac data aliquid de *Alumnis Fauſtinæ* adjiciendum jam præcedentibus puto: quod iſta non uſque adeo vulgaria ſint. Apud Spartianum videmus pueros ac puellas in id electas ut a Cæſarum nomine appellati, ipſorum Cæſarum ſumptu alimenta caperent, ſeu publice alerentur: id enim is exemplo Trajani, in Hadriani vita ita oſtendit: *Pueris ac puellis, quibus etiam Trajanus alimenta detulerat, incrementum liberalitatis adjecit.* Hos autem a Trajano primùm nomen traxiſſe docet ſequens, apud Gruterum, pag. 1084. 7. inſcriptio:

IMP . NERVAE . TRAIAN . AUG
GERM . P . MAX . TRIB
POTEST . COS . IIII . P . P
NOMINE . PUERORUM
PUELLARUMQUE
ULPIANORUM

Sic; teſte Capitolino, Antoninus Pius *Fauſtinianas puellas inſtituit*, in honorem uxoris *Fauſtinæ*, quam tertio imperii anno amiſerat: ita enim ille: *Puellas alimentarias in honorem Fauſtinæ Fauſtinianas conſtituit.* Ac hujus exemplo poſtea (eodem teſtante Capitolino) M. Antoninus Philoſophus *Novas puellas Fauſtinianas inſtituit in honorem uxoris mortuæ.* Quin & de *Mammæanis pueris puelliſque* ab Alexandro Severo inſtitutis adhucdum viventi matri, ita Lam-

Lampridius: *Puellas & pueros, quemadmodum Antoninus Fauſtinianas inſtituerat, Mammæanas & Mammæanos inſtituit.*

Hos autem & alio nomine *pueros curiæ* appellatos fuiſſe, ab illiſque diſtinctos *pueros plebeios* docet non obſcure nos inſcriptio quæ Theſ. Grut. pag. 461. extat, ubi inter alia habemus ITEM. PUER. CURIAE. INCREMENT. alimenti ſcilicet: ſicut paulò inferius PUER. PLEBEIS. SINE. DISTINCTIONE. LIBERTATIS. NUCUM. SPARSION. &c. *Puellas* autem has *Fauſtinianas* (ſicut & pueros procul omni dubio *Alimentarias* dictas fuiſſe, nos ſupra allatus Capitolinus, in Antonino Pio, his verbis quoque ſupra adductis, docet: *Puellas Alimentarias* &c. unde clare eluceſcit, eas etiam vocatas *alumnas*; ſicut id de pueris videmus, in inſcriptione jam ſupra integrè, ac modò etiam pro parte allata, in *Alumno Fauſtinæ* Agilio Septentrione poſt *allecto inter juvenes*. Hujusmodi *Pueros puellaſque* patrimos ac matrimos potiſſimum, (ſi non omnes) fuiſſe crediderim, perſuaſus iſtis apud Vopiſcum Aureliani verbis, ubi de inſpiciendis libris Sibyllinis loquitur: *Patrimis Matrimiſque pueris carmen indicite*; quod tales pueri pueræque (ſicuti antiquis temporibus *Camilli* ac *Camillæ*, quæ etiam *Patrimi* ac *Matrimi* erant) maxime ſacris miniſtrandris (de quibus Aurelianus porro loquitur) adhiberentur.

Non reperio tamen hos haſve *Alimentarias Fauſtinianas* Sacerdotes Fauſtinæ fuiſſe: quod tamen aſſerit Magnus ille literatorum princeps Ezechiel Spanhemius, dum Antonium eò provectum adulatione in mortuam uxorem dicit, pag. 290. a. *de luy ordonner neuf Pretreſſes, appellées de ſon nom Puellæ Fauſtinianæ*, niſi *NOVEM* pro *NOVAS* legerit apud Capitolinum; quod tamen illas non facit *Sacerdotes*. At paucis interjectis ille demum de æde *Fauſtinæ* lo-

 quitur,

quitur, non tamen Romæ exſtructa. *Fœminas Sacerdotes* tamen & Romæ fuiſſe *Fauſtinæ*, illiſque, ſicut & Flaminicis, has *Fauſtinianas* inſerviiſſe circa Sacra facienda, crediderim plane. *Fauſtinas* namque *Sacerdotes* reperimus apud jam toties allatum Gruterum pag. 321. 5.

SAENIAE : CN . FIL
BALBILLAE
SACERDOTI . DIVAE
FAUSTINAE . DECURI
ONES . AERE . COLLA
TO . OB . MERITA . EIUS

Sic & eadem pagina *Plotinæ Sacerdotem* habemus:

AEMILIAE
C . F
AEQUAE
SACERD . DIVAE
PLOTINAE
COLL . CENT
TITULO . USA

Quin & nº. 2. *Flaminicam Plotinæ*, ſit

CANTIAE
L . F . SATURNINAE
PATRON . COLON
FLAMINICAE
SACERD : DIVAE : PLOTINAE
HIC . ET . FORO : SEMPRONII
D . D

Sic

Sic quoque *Sacerdotes* ibidem, *Divæ Marcianæ.* ac pag. 1088. 11. *Fauſtinæ* ſimul ac *Matidiæ.*

LEPIDIAE . L . F
PROCULAE
SACERDOTI . DIVAE
FAUSTINAE
AUG . ET
DIVAE . MATIDIAE
AUG . D . D . P
PECUNIA . AB . EA
REMISSA

Nullas tamen reperimus *Puellas Plotinianas*, aut *Marcianas:* quamvis ipſarum Sacerdotes, ac *Flaminicas* inveniamus. Quod licet ita eſſet, non inde ſequeretur *Puellas* iſtas, ſive *Fauſtinianas*, ſive *Mammæanas*, ſive & *Plotinianas* aut *Marcianas* Sacerdotes iſtarum Divarum fuiſſe.

Verum enim vero redeundum nobis tandem eſt ad *Gallos* noſtros M. D. M. Ideæ, quos dixeram, non fuiſſe hujus *M. M. Sacerdotes*, ſed ſolum *collegiatos*, qui *Archigallis* ſuis (ut monachi hodie ſuis Abbatibus) ſuberant. An vero hi Galli in ipſa Peſſinunte Sacerdotes fuerint incertum quidem; nec mihi uſque adeo credibile. De *Gallis* ad Seſtum Livio occurrentibus nihil tale apparet. Ita enim Titus Livius Dec. 4. lib. 7. *Jam ſubeuntibus armatis muros fanatici Galli primum CUM SOLENNI HABITU ante portam occurrunt. Juſſu ſe Matris Deum FAMULOS Deæ venire memorant, ad precandum Romanum, ut parceret mœnibuss urbique.* Neque de illis Peſſinunticis, qui proculdubio cum Archigallo ſuo, occurrebant Conſuli Romano; ac de quibus idem Titus Livius Dec. 4. lib.

lib. 8. *Transgreſſis ponte perfecto flumen, præter ripam euntibus Galli Matris Magnæ a Peſſinunte occurrere, CUM INSIGNIBUS SUIS, vaticinantes fanatico carmine, Deam Romanis viam belli & victoriam dare, imperiumque ejus regionis. Accipere ſe omen cum dixiſſet Conſul, caſtra eo ipſo loco poſuit.*

Nec magis patet id ex Lactantio, ubi lib. 1. De Sacris cum Matris Deorum, tum Bellonæ, ita loquitur: *Quorum* [ſacrorum] *alia ſunt Matris Deum, in quibus homines ſuis ipſi virilibus litant: amputato enim ſexu nec viros ſe nec fœminas faciunt: alia Virtutis, quam eandem Bellonam vocant: in quibus IPSI SACERDOTES non alieno, ſed ſuo cruore ſacrificant.* ubi ipſos *Bellonarios Sacerdotes* a *triviali Gallorum turba* diſtinguit; cum & hos ſe proprio ſanguine cruentaſſe indicet. Sicut nullo modo negare velim *Archigallos* minus ſe quam cæteros *Gallos* caſtraſſe: quod putem ex iſtis vulgaribus *Gallis* jam dudum aliquem caſtratum in Archigallum eligi ſolenne fuiſſe; atque ita in reliquorum caput, præſidem ac Sacerdotem.

*Iſiaci* autem (ut hæc rurſus interponam) & *Sacerdotem* ſibi *Summum* habebant, & alios minores Sacerdotes; tum tertio ordine erat vulgus Iſiacorum, *Grex* ſcilicet *liniger* & *calvus*; atque adeo *Sacricolæ* ſeu religioſi, aut vulgares myſtæ: qui tamen Sacerdotes non erant. Oſtendit hoc ſatis clare Apulejus lib. XI. per hæc Sequentia: *Tunc influunt turbæ Sacris Divinis initiatæ, viri fœminæque omnis dignitatis, & omnis ætatis, linteæ veſtis candore puro luminoſi: illæ limpido tegmine crines madidos obvolutæ; hi capillum deraſi funditus, vertice prænitentes: magnæ religionis terrena ſidera, æreis & argenteis, imò vero aureis etiam, ſiſtris argutum tinnitum conſtrepentes. Sed* [NB] *Antiſtites* [a quibus *Summus Sacerdos*, quem ſubinde nominat, ipſi diſtinguitur] *ſacrorum, proceres illi, qui candido lintea-*

*mine*

*mine cinctum pectorale aduſque veſtigia ſtrictim injecti, potentiſſimorum Deûm proferebant inſignes exuvias.* Per quæ Apuleji verba & Valerius Maximus & Appianus Alexandrinus, de *Voluſio*; & Suetonii ac Taciti, de *Domitiano* diſtingui atque explicari debent; dum de *Iſiaco habitu*, de *Sacrificulis*, ac *Sacricolis*, ſeu religioſâ cohorte, aut *vulgaribus Iſiacis* loquuntur.

Idem porro Apuleius alio loco: *At cum ad ipſum jam templum pervenimus, SACERDOS MAXIMUS* [qui Græcis ἀρχιερεὺς vocabatur] *QUIQUE DIVINAS EFFIGIES PROGEREBANT, & QUI VENERANDIS PENETRALIBUS PRIDEM FUERANT INITIATI, intra cubiculum Deæ recepti, diſponunt rite ſimulacra ſpirantia: Tunc ex his unus, quem cuncti GRAMMATEA dicebant, pro foribus aſſiſtens, COETU PASTOPHORORUM (quod ſacroſancti collegii nomen eſt) velut in concionem vocato*, &c.

Et hæc quidem ille de *Iſiacis*. De *Sacerdotibus* vero *Magnæ Matris*, ſeu Syriæ Deæ, ita Lucianus, Ἱρέες δὲ αὐτέοισι πολλοὶ ἀποδεδέχαται· τῶν οἱ μὲν τὰ ἱρήϊα σφάζουσι· οἱ δὲ σπονδὴν φορέουσι· ἄλλοι δὲ πυρφόροι καλέονται, καὶ ἄλλοι παραβώμιοι. ἐπ' ἐμεῦ δὲ, πλείονες καὶ τριηκοσίων ἐς τὴν θυσίην ἀπικνέοντο. ἐσθὴς δὲ αὐτέοισι πᾶσα λευκή. καὶ πῖλον ἐν τῇ κεφαλῇ ἔχουσι. ἀρχιερεὺς δὲ ἄλλος ἑκάστου ἔτεος ἐπιγίγνεται. πορφυρέην δὲ μοῦνος οὗτος φορέει, καὶ τιάρῃ χρυσέῃ ἀναδέεται. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο πλῆθος ἀνθρώπων αὐλητέων τε, καὶ συριστέων, καὶ Γάλλων. καὶ γυναῖκες ἐπιμανέες τε, καὶ φρενοβλαβέες. *Sacerdotes autem ipſis multi admittuntur, quorum alii hoſtias mactant, alii libamina ferunt, alii vocantur igniferi, alii aræ miniſtri. Mea autem ætate plures etiam quam trecenti ad victimam venire ſolebant. veſtis ipſis tota eſt candida, pileumque in capite geſtant. SUMMUS autem SACERDOS* [ἀρχιερεὺς] *quo-*

*quotannis alius ſurrogatur: qui ſolus purpuream veſtem gerit, & aurea tiara redimitur. Alia* [*NB*] *eſt hominum ſacrorum multitudo, tibicinum videlicet & fiſtulatorum & GALLORUM: ſunt & mulieres inſanæ & mente captæ, &c.* Per quæ videmus, ſi quid ego videre valeo, *Gallos* a *Sacerdotibus* clare diſtingui; illoſque, ut minoris ordinis ac dignitatis, cum tibicinibus ac fiſtulatoribus &c. conjungi, ſed *Vatum* hîc locum potius occupaſſe. Nec fruſtra illos a Tertulliano non Sacerdotes, ſed *M. Matri conſecratos* appellari. vide pag. 25.

*Gallorum* vero, ut dixi, Caput, Præſes, ac Princeps, Sacerdoſque illius turbæ, erat *Archigallus*. non tamen eatenus numerandus inter *Tauroboliatos;* quamvis & *Iſiaci* ac *Mithriaci Sacerdotes* quandoque & huic *Sacro Taurobolio* initiarentur: ut patet ex. gr. tum ex *Cecina Lollianâ*, & ex *Ulpio Egnatio*, *Iſidis* Sacerdotibus; tum ex *Vettio Agorio Prætextato*: qui *Pater Sacrorum* erat, *Mithræ* Dei ſcilicet; minime vero *Pater Sacrorum Achaiæ;* ut perabſurde aſſerit Gutherius, de *Veteri Jure Pontificio*, lib. I. cap. 7. his verbis: *Vettius Prætextatus Pontifex Veſtæ, idem PATER SACRORVM ACHAIÆ* nominatur. At cur non ſimul eum facit *Neocorum Luſitaniæ*, & *Hierophantam Proconſulem?* Nempe columnas diverſas, licet juxta ſe poſitas, confundit: ut ex ipſa inſcriptione jam ſuprà adductâ luce clarius perſpicitur. Interim ſubjungit: *Fuit Pater Patrum Dei Solis*, quaſi hic ab illo (Vettio) diverſus fuiſſet: ac reſpicit proculdubio ad Sextilium Ædeſium Ageſilaum, qui *Pater Patrum Solis invicti Mithræ* dicitur: ſicut idem quoque videmus in *Rufo Cejonio Cæſabino.*

Ut vero de *vulgaribus* ac *trivialibus Gallis* loqui videtur Lucanus, dum canit lib: 1. v. 565, . . . . . . .

. . . . . . . . . *crinemque rotantes*
*Sanguineum, populis cecinerunt triſtia Galli,*

Sic

Sic de *Archigallo* ut *Sacerdote* loquitur, Tertullianus Apologetici cap. 25. in hunc modum: *Cum Marco Aurelio apud Syrmium reipublicæ exempto, die decimo Sexto Kalendarum Aprilium, Archigallus ille ſanctiſſimus die nono Kalendarum earundem, quo ſanguinem impurum, lacertos quoqué caſtrando libabat pro ſalute Imperatoris Marci jam interempti, ſolitaque imperia mandavit*; votorum ſcilicet. Illorum nempe erat, inter Gallos ſaltem, vota mandare facienda pro ſalute aliorum. Quomodò autem *Taurobolium* alii ex ipſorum *Vaticinatione* acceperint, mihi obſcurum eſt. Interim habemus *Taurobolium* factum *ex Vaticinatione Puſoni Juliani Archigalli*: circa quam rem major lux, nobis affulgere poſſet, ſi marmor illud miſere mutilatum, magis integrum ad noſtra tempora perduraſſet.

Romani difficulter, aut non, (publice ſaltem) admittebant Sacra peregrina: ac ſi id facerent, illa aliquatenus reformabant. Oſtendit hoc Dionyſius Halicarnaſſæus lib. II. ubi, poſt alia prægreſſa, hanc quidem ad rem facientia, at nimis multa quam ut huc afferantur, ait: Ἑορτή τε παρ' αὐτοῖς οὐδεμία μελανείμων ἢ πένθιμος ἄγεται, κοπετοὺς ἔχουσα καὶ θρήνους γυναικῶν ἐπὶ θεοῖς ἀφανιζομέναις, ὥσπερ Ἕλλησιν ἐπιτελεῖται περί τε Περσεφόνης ἁρπαγὴν, καὶ τὰ Διονυσίου πάθη, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα· οὐδὲ ἂν ἴδοι τις παρ' αὐτοῖς, καὶ τοι διεφθαρμένων τῶν ἐθῶν ἤδη, οὐ θεοφορήσεις, οὐ κορυβαντιασμοὺς, οὐκ ἀγερμοὺς, οὐ βακχείας καὶ τελετὰς ἀπορρήτους, οὐ διαπαννυχιασμοὺς ἐν ἱεροῖς ἀνδρῶν συν γυναιξὶν, οὐκ ἄλλο τῶν παραπλησίων τούτοις τερατευμάτων οὐδὲν, ἀλλὰ εὐλαβῶς ἅπαντα πραττόμενά τε καὶ λεγόμενα τὰ περὶ τοὺς θεοὺς, ὡς οὔτε παρ' Ἕλλησιν οὔτε παρὰ βαρβάροις. καὶ ὃ πάντων μάλιστα ἔγωγε, τεθαύμακα, καίπερ μυρίων ὅσων εἰς τὴν πόλιν ἐληλυθότων ἐθνῶν, οἷς πολλὴ ἀνάγκη σέβειν τοὺς πατρίους θεοὺς τοῖς οἴκοθεν νομίμοις, οὐδενὸς εἰς ζῆλον ἔλυθε τῶν ξενικῶν ἐπιτηδευμάτων ἡ πόλις δημοσίᾳ· ὃ πολλαῖς ἤδη συνέβη παθεῖν. ἀλλὰ καὶ εἴτινα κατὰ χρησμοὺς ἐπεισηγάγετο ἱερὰ, τοῖς ἑαυτῆς αὐτὰ τιμᾷ νόμοις, ἅπασαν ἐκβάλλουσα τερθρείαν μυθικὴν, ὥσπερ τὰ τῆς Ἰδαίας ἱερά. θυσίας μὲν

γὰρ αὐτῇ καὶ ἀγῶνας ἄγουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος οἱ στρατηγοὶ κατὰ τοὺς Ῥωμαίων νόμους· ἱερᾶται δὲ αὐτῆς ἀνὴρ Φρύξ, καὶ γυνὴ Φρυγία. &c. *Et nullus dies feſtus apud ipſos atratus aut lugubris agitur, habens planctus & luctus muliebres, ob deos raptos; ut a Græcis fit in Proſerpinæ raptu, & in Bacchi caſibus, & aliis hujusmodi. Neque quiſpiam videat apud eos (quamvis mores jam ſint depravati) aut homines numine afflatos, aut furores Corybanticos, aut cœtus clandeſtinos, aut Bacchanalia, & myſteria occulta, aut vigilias nocturnas virorum cum mulieribus in templis mixtorum, aut ullum aliud iſtiuſmodi monſtrum, ſed videat caute omnia quæ ad deos ſpectant, & fieri & dici, præter Græcarum & Barbararum gentium morem. Et (quod omnium maxime ego ſum miratus) licet innumeræ gentes in urbem venerint, quibus omnino neceſſe eſt colere deos patrios ritu domeſtico, nulla tamen peregrina Sacra hæc urbs eſt æmulata ita, ut publice ſint recepta: (id quod in multis urbibus jam accidit) ſed etiam ſi qua ſacra, oraculis jubentibus in rempublicam introducuntur, SUIS RITIBUS CIVES EA COLUNT, rejectis omnibus fabuloſis ſuperſtitionibus: cujuſmodi ſunt Sacra MATRIS IDÆÆ. Quotannis enim Prætores, EX ROMANORUM INSTITUTIS illi ſacrificia & ludos faciunt. Sacra autem illius peragunt* vir Phrygius & mulier *Phrygia*, &c. quæ jam ſuprà à me allata ſunt, atque inde repeti poſſunt.

Inde eſt quod apud Reineſium Claſſe 1. n°. 281. habemus.

DIANAE . SOSPITAE
L . SEPTIMIUS . L . F . TROM
FELIX . VICTOR . SACERD
MATR . D . M . I . ET . ATTINI
POP . ROM
SUA . PECUNIA . DED

Ac

Ac ratione Archigalli, ſeu viri iſtius Phrygii, (ſi rem bene capio) hanc ſequentem apud Gruterum pag. 308. nº.

C . CAMERIVS
CRESCENS
ARCHIGALLVS . MATRIS
DEVM . MAGNAE . IDEAE . ET
ATTIS . POPVLI . ROMANI
VIVVS . SIBI . FECIT . ET
C . CAMERIO . EVCRATIANO . LIB
SVO . CETERIS . AVTEM . LIBERTIS . VTRI
VSQVE . SEXVS . LOCA . SINGVLA
SEPVLTVRAE . CAVSA . H . M . H . E . N . S

Addenda hiſce cenſeo illa, quæ eruditiſſimus Reineſius, poſtquam de Sacerdotibus *Matris Deorum* locutus fuerat (Claſſe I. nº. 40. pag. 74) ita addit: *Annon. . . . . Galli vero, ſub uno Archigallo miniſtri Deæ imberbes, corpus religioſum, Deæ ſacratum è voto, quod certis cujusvis menſis diebus jejunia & caſtimonias* οἷον ἄνοδον τῶν ψυχῶν καὶ ἀνάδυσιν *ſibi indicebat, & circulando cum ſimulacro Deæ in ædicula aſino impoſitâ per vicos, ſtipem mendicabat, dicti ideo* μητραγύρται μηναγυρτοῦντες? *Ita videntur hi ab illis* [ſacerdotibus ſc] *diſtingui debere. Suidas* Μητραγύρτης ὁ τῆς Ῥέας ἱερεύς. ὁ κατὰ μῆνα ἀγείρων καὶ ἀθροίζων, *unus è religioſa cohorte.* Ipſe tamen Suidas ita habet: Μηναγύρτης· ὁ ἀπὸ μη-

νὸς συνάγων. ἢ μηλεαγύρτης ὁ τῆς Ῥέας ἱερεύς. ὁ κατὰ μῆνα ἀγείζων καὶ συναθροίζων. At quovis pignore decertare velim, hæc male deſcripta ac tranſpoſita ita eſſe legenda, Μηναγύρτης ὁ ἀπὸ μηνὸς συνάγων, καὶ ὁ κατὰ μῆνα ἀγείρων καὶ συναθροίζων· Μητεαγύρτης ὁ τῆς Ῥέας ἱερεύς; ac quidem Archigallus. Ad quem quoque hæc ſpectare puto: Μηλεαγύρτης. ἐλθών τις εἰς τὴν Ἀττικὴν, ἐμύει τὰς γυναῖκας τῇ μητρὶ τῶν θεῶν ὡς ἐκεῖνοι φασίν. &c. Interim hos *μητεάγυρτας*, ſicut ad *Archigallos* referendi ſunt, ita tamen ad *Sacerdotes Matris Deorum* non eſſe referendos, indicant ſatis illa, quæ ſupra ex lib. 3. Pædagogi Clementis Alexandrini attuli, ſicut & iſta apud eundem:

Οὐδείς μ' ἀρέσκει περιπατῶν ἔξω θεὸς
Μετὰ γραὸς, οὐδ' εἰς οἰκίας παρεισιὼν
Ἐπὶ τοῦ σανιδίου Μηλεαγύρτης.

DIS-

# DISSERTATIO SECUNDA
## DE
# Pontifice Maximo, Vicario Pontificis, Rege Sacrorum, Archontibus, &c.

## CAPUT I.

*Qualinam fundamento ſuperſtruantur illa, quæ ex Prudentio de* Summo Sacerdote, *ut* Pontifice Maximo *Romanorum, ac per Taurobolium in id munus conſecrato, adducuntur.* Summos Sacerdotes *pluribus in locis, extra Romam, tum viros, tum fœminas; quin & inter Chriſtianos (viros nempe) obtinuiſſe. Diſquiritur porrò, an Flavius Julianus Cæſar, per id Sacrum, unquam* Pontifex Maximus *fuerit conſecratus: qua occaſione & Gregorii Nazianzeni verba expenduntur; hacque rurſus occaſione Sacra* ἔντομα. *Probatur denique, Gratianum revera* Pontificem Maximum *fuiſſe, tam ex Inſcriptionibus, quam ex Auſonio, &c.*

SIcut, dum de *Sacris Tauroboliis* egi, vidimus *Summum Sacerdotem* Prudentii (in ipſius Martyre Romano) minime denotare *Pontificem Maximum* Romanorum, iſtumque *Pontificem* minime per tale Sacrum, ſeu conſecrationem, factum fuiſſe *Pontificem Maximum*; nullamque plane per hoc *Sacrum* cujuſcunque demum factam fuiſſe creationem aut conſecrationem; ac multo minus ullum Imperatorem aut Cæſarem, hoc ſacrum ſuſcepiſſe, ut per iſtud fieret *Pontifex*

*tifex Maximus:* ſic de nullo Cæſare conſtat, eum (niſi id de Heliogabalo ſtatuamus) huic Sacro fuiſſe initiatum. Et tamen illius Prudentii ibidem allatis verſibus, in iiſque nomini *Summi Sacerdotis* ac *Pontificis*, innituntur cum Baronius tum alii eruditi, ut talia de ipſis affirment.

At non animadvertunt iſti viri, Apuleium lib. XI. Archierea Iſiacorum talibus appellare nominibus. ut quem eo loco vocat *Primarium Sacerdotem*, alio *Præcipuum Sacerdotem*, alio rurſus *Summum Sacerdotem*, alio denique *Sacerdotem Maximum.* Sic enim ille: *Summus Sacerdos tæda lucidâ, & ovo, & ſulphure ſolemniſſimas preces de caſto præfatus*, &c. atque iterum: *Sacerdos Maximus, quique divinas effigies progerebant, & qui venerandis penetralibus pridem fuerant initiati*, &c.

Nec cogitaſſe videntur, non ſolum inter viros Sacerdotes ipſorumve Collegia, Summos *Sacerdotes*, ſive ἀρχιερέας obtinuiſſe, ſed etiam inter fœminas: ſicut inter virgines, ſeu Sacerdotes, veſtales, *Virgo Maxima;* prout ſequentes inſcriptiones indicant; ut:

COELIAE . CLAUDIANAE
V . V . MAXIMAE, &c.

Item

COELIAE . CONCORDIAE
VESTALI . MAXIMAE, &c.

Tum &

TARPEIAE . VALERIANAE
VIR . VEST . MAXIMAE, &c.

Atque

Atque inter Sacerdotes fœminas M. D. Matris hæc: LABERIA . FELICLA (vel ut alii habent FELICIA) SACERDOS . MAXIMA . MATRIS . DEUM . M . I. quam jam alia occaſione ſupra adduximus: Quin & ipſum hunc Præfectum Aſclepiadem a Romano appellatum fuiſſe *Summum Pontificem.* Ita enim eum alloquitur:

*Tu cur piaclum tam libenter lectitas?*
*Cur in Theatris te vidente id plauditur?*
*Cygnus ſtuprator peccat inter pulpita.*
*Saltat tonantem tauricornem Ludius;*
*Spectator horum PONTIFEX SUMMUS ſedes*

[forſan ad *Syriarchem* reſpicit]

*Rideſque & ipſe, nec negando diluis.*
*Cur tu SACRATE per cachinnos ſolveris*, &c.

Quin & primis Chriſtianiſmi Seculis Chriſtiani ſuos Epiſcopos hoc nomine honorabant; uti id ex ſolo Tertulliano conſtare poteſt. Sic enim ille, libro de Baptiſmo cap. 17. *Dandi quidem* [Baptiſmi] *habet jus Summus Sacerdos, qui eſt Epiſcopus, de hinc Preſbyteri, &c.* Nec longo tempore pòſt; cum jam Metropolitani ac Primates (quorum nulla adhuc mentio tempore Tertulliani) ſibi ſolis eum titulum, atque exinde majus quoddam imperium ſuper alios Epiſcopos & Clericos, arrogarent; in Concilio 3. Carthaginienſi, (A°. poſt natum Chriſtum 397.) canon, qui eſt 26. numero, hic factus eſt: *Ut primæ ſedis Epiſcopus non appelletur PRINCEPS SACERDOTUM aut* [NB] *SUMMUS SACERDOS, aut ali-*

Z

*aliquid hujuſmodi; ſed tantum PRIMÆ SEDIS EPISCOPUS.*

De Fl. Juliano Cæſare interim aſſerit Illuſtriſſimus Baronius, eum per iſtud *Sacrum* a Prudentio deſcriptum factum fuiſſe *Pontificem Maximum;* nempe ex his verſibus:

*Principibus tamen e cunctis non defuit unus, &c.*

Quibus interim nihil minus quam iſtud indicatur. id namque ſolum dicitur:

*Perfidus ille Deo, quamvis non perfidus urbi,*
*Auguſtum caput ante pedes curvare Minervæ*
*Fictilis, & ſoleas Junonis lambere, plantis*
*Herculis advolvi, genua incurvare Dianæ.*
*Quin & Apollineo frontem ſubmittere gypſo,*
*Aut Pollucis equum ſuffire ardentibus extis.*

Cuncta ſane extrema ac viliſſima ſuperſtitionum ipſi exprobrat: at nullam de hoc Sacro mentionem injicit: quod Baronius tamen ipſi, ut impurum ac riſu dignum (ac vere quidem, nec tamen magis quam cætera hîc enumerata) objicit. At majori cum veriſimilitudinis umbra alii afferunt hæc, ex Nazianzeni Stelteutico primo, ut videatur is Julianus iſtud Sacrum ſuſcepiſſe: Αἵμαλι μὲν οὐχ ὁσίῳ τὸ λουτρὸν ἀπορρύπτεται, τῇ καθ' ἡμᾶς τελειώσει τὴν τελείωσιν τοῦ μύσους ἀντιτεθεὶς. *Sanguine impuro lavacrum extergit, initiationi quæ apud nos uſurpatur execrandam initiationem opponens.*

Hic namque videmus initiationem initiationi oppoſitam. Verum enim vero alia cruenta Sacra initiationeſque inter Gentiles (præter hæc tum adhuc recentia Sacra Taurobolia) obtinuiſſe, docet idem ipſe Prudentius nos his ſequentibus:

*Sunt*

*Sunt Sacra, quando voſmetipſi exciditis,*
*Votivus & cum membra detruncat dolor.*
*Cultrum in lacertos exſerit fanaticus,*
*Sectiſque Matrem bracchiis placat Deum,*
*Furere ac rotari jus putatur myſticum.*
*Parca ad ſecandum dextra fertur impia,*
*Cœlum meretur vulnerum crudelitas.*
*Aſt hic metenda dedicat genitalia,*
*Numen reciſo mitigans ab inguine,*
*Offert pudendum ſemivir donum Deæ*
*Illam revulſa maſculini germinis*
*Vena effluenti paſcit auctam ſanguine.*
*Vterque ſexus ſanctitati diſplicet,*
*Medium retentat inter alternum genus:*
*Mas eſſe ceſſat ille, nec fit fœmina.*
*Felix Deorum Mater imberbes ſibi*
*Parat miniſtros lævibus novaculis.*
*Quid quum SACRANDVS accipit ſphragitidas, &c.*

Quamvis igitur dicat Nazianzenus Julianum initiationi, ſeu conſecrationi (per quam Baptiſmum Chriſtianum intelligit) initiationem ſeu conſecrationem gentilem & ſordidam ac quidem per ſanguinem, oppoſuiſſe; non tamen ideo dicit ipſum Baptiſmo Chriſtiano Baptiſmum per Taurobolium oppoſuiſſe: ſed tantùm Sacra illum Sacris oppoſuiſſe, & quatenus illa per ſanguinem effuſum fierent: ac ſiquidem ad *Taurobolia* Sacra reſpexerit, patet Nazianzenum minime indicare, hunc ipſum Julianum iſtud Sacrum ſuſcepiſſe; multoque minus eum per illud Pontificem Maximum fuiſſe factum.

Neque ullus eorum qui contra Julianum, poſt mortem ipſius, ſcripſere, hanc, eive ſimilem ſive initiationem, ſive

conſecrationem (quamvis alias ipſi longe pejora, ſordida, ac ſcelerata exprobrent) memorarunt ab ipſo fuiſſe ſuſceptam; non hic Nazianzenus, non Cyrillus, non alii. quare iſtis ex Nazianzeno ſupra allatis verbis ſubjungit (libro de Pontificatu Maximo cap. 11.) eruditiſſimus Boſius: *Sed Prudentii verba fortaſſis aptiſſime referas ad Taurobolium & Criobolium, Matri Deum fieri ſolitum.*

Ad quæ *Sacra* tamen Nazianzenum minime reſpicere ipſa hujus verba, paulo altius repetita, clariſſime oſtendunt. Ita igitur illa habent: Καὶ τὸ μὲν πρῶτον αὐτοῦ τῶν τολμημάτων, ὡς οἱ τοῖς ἀπορρήτοις ἐκείνου καλλωπιζόμενοι (εἰς οἵους ἐμπίπτειν ἀναγκάζομαι λόγους;) αἵματι μὲν οὐχ ὁσίῳ τὸ λουτρὸν ἀπορρύπτεται, τῇ καθ' ἡμᾶς τελειώσει τὴν τελείωσιν τοῦ μύσους ἀντιτιθείς, ὗς ἐν βορβόρῳ κυλισθεὶς κατὰ τὴν παροιμίαν· καὶ τὰς χεῖρας μιαίνεται, τῆς ἀναιμάκτου θυσίας ἀποκαθαίρων δι' ἧς ἡμεῖς Χριστοῦ κοινωνοῦμεν καὶ τῶν παθημάτων καὶ τῆς θεότητος, ἐντόμοις δὲ καὶ θυσίαις καθιστᾷ τὰ βασίλεια, κακοῖς συμβούλοις κακῆς ἀρχῆς χρώμενος. Ἀλλ' ἐπειδή γε ἐντόμων ἐμνήσθην, καὶ τῆς περὶ ταῦτα τοῦ ἀνδρὸς δεισιδαιμονίας, &c. *Ac quidem primum ipſius facinorum, ut illi qui ipſius opertaneis gloriabantur dicunt [verum ad qualem ſermonem me delabi neceſſe eſt?] ſanguine impuro ac nefando lavacrum (Baptiſmi) detergit, dum ita initiationem impiam atque abominandam noſtræ initiationi opponit, ut ſus in luto volutatus, ſicut proverbium habet. & manus commaculatur dum ab incruento ſacrificio, per quod nos Chriſto, & paſſionibus ipſius, & divinitati communicamus, illas quaſi abſtergit: ac contrà ſacrificiis, quæ Dis Manibus fiunt, regnum ſuum, quaſi conſtituit ac firmat, uſus pravis conſultoribus pravi regiminis.*

Notanda hic, in Græco textu, vox ἔντομα; quam (licet alias & ἐνόρκια, apud Heſychium, denotet) Scholiaſtes *Sacrificia manibus* ac *Dis inferis* facta explicat, ad Apollonii

Ar-

Argonauticor. lib. I. v. 582. & ſequentibus

. . : . . ἔδυνε δὲ Σηπιὰς ἄκρη·
Φαίνετο δ' εἰναλίη Σκίαθος, φαίνοντο δ' ἄπωθεν
Πειρεσιαὶ, Μάγνησά θ' ὑπεύδιος ἠπείροιο
Ἀκτὴ, καὶ τύμβος Δολοπήϊος. ἔνθ' ἄρα τοίγε
Ἑσπέριοι ἀνέμοιο πάλιν πνοιῇσιν ἔκελσαν.
Καὶ μιν κυδαίνοντες ὑπὸ κνέφας ἔντομα μήλων
Κεῖαν, ὀρινομένης ἁλὸς οἴδματι.

*. : . . & Sepias intentus mari mons ſubſidebat,*
*Contraque marina oriebatur Sciathus, oriebantur procul*
*Pireſiæ, & Magneſæ continentis non ita ventoſa*
*Crepido, buſtumque DOLOPIS, quo iſti*
*Die præcipiti appulerunt iterum, ventorum uſi flatibus.*
*Illum igitur honorantes SUB NOCTEM pecudum parentalium inciſa*
*Cremarunt, mari in tumorem excito.*

Nempe ita is habet, ad verba Καὶ μιν κυδαίνοντες. Τὸν Δόλοπα. ὁ δὲ Δόλοψ Ἑρμοῦ υἱὸς, ὃς ἐν Μαγνήσῃ τῇ πόλει ἀπώλετο, καὶ αὐτόθι τάφον παρὰ τῷ αἰγιαλῷ ἔχειν· ὡς Κλέων ἐν πρώτῳ τῶν Ἀργοναυτικῶν. τοῖς μὲν οὖν κατοιχομένοις ὡς περὶ ἡλίου δυσμὰς ἐναγίζουσι, τοῖς δὲ οὐρανίδαις ὑπὸ τὴν ἕω, ἀνατέλλοντος τοῦ ἡλίου. Ἔντομα δὲ τὰ σφάγια κυρίως τὰ τοῖς νεκροῖς ἐναγιζόμενα, διὰ τὸ ἐν τῇ γῇ αὐτῶν ἀποτέμνεσθαι τὰς κεφαλάς. οὕτω γὰρ θύουσι τοῖς χθονίοις. τοῖς δὲ οὐρανίοις ἄνω ἀναστρέφοντες τὸν τράχηλον σφάζουσιν. Ὅμηρος, αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα. ἄλλοι δὲ ἔντομα, φασὶν, τοῖς τεθνεῶσιν ἐνάγιζον, ὡς ἄγονα τοῖς ἀγόνοις. τοῖς δὲ οὐρανίοις θεοῖς ἔνορχα ἔθυον.

*Dolops Mercurii filius erat, qui in urbe Magneſia periit, atque ibi ad littus ſepulchrum habuit: ſicut Cleo, primo Argonauticorum, narrat. Illis igitur qui ad inferos abiere ſub noctem ſacrificant: Dis ſuperis vero ſub auroram, jam ex oriente ſole.* ἔντομα *autem ſacrificia ac victimæ propriè illæ ſunt, quæ demortuis ſacrificantur; eò quod illarum capita ſub terra deſecentur. Ita enim ſacra faciunt Dis Manibus. Cœleſtibus vero, colla ſurſum vertentes victimas jugulant. Unde Homerus* αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα . . . . . . . . . . . *Alii dicunt* ἔντομα *Dis Manibus illos ſacrificaſſe, ut ſterilibus ſterilia: cùm Cœleſtibus Dis victima teſticulos habentes ſacrificent.*

Hæc igitur ἔντομα Nazianzeni nihil commune habent cum *Sacris Taurobolitis*. Ut autem ab hiſce *Taurobolius* ad alia trânſeam, hoc poſtremùm conſideret lector, quam belle nempe in Imperatore, ſeu Cæſare Romano, convenire potuerint Veſtimenta illa, in quibus per *Sacra* hæc M. D. Matri initiati erant *Tauroboliati*, quæque tamdiu geſtare debebant donec Vetuſtate. obtrita dilacerata ac conſumpta eſſent, cum *Sacrâ* iſta Purpurâ in qua Cæſares adorabantur, ac cum *Stola* iſta *Pontificali*, quæ ipſis ut *Pontificibus Maximis* offerebatur. Quam *ſtolam* tamen non omnibus oblatam fuiſſe, cum per acceptum aut invaſum, ſive vi ſive dolo, imperium ſimul Pontifices Maximi eſſent facti, ex ſequentibus non obſcure liquebit. Sicuti nec credendum eſt, (quod hic etiam addendum) Heliogabalum, veſtes illas, in quibus *Taurobolium* acceperat (modo lectionem illam *Tauroboliatus* apud Lampridium, quam Cl Salmaſius tuetur conſtanter tueri queamus) perpetuo, atque adeo eouſque geſtaſſe. Nam ſane iſta vetus lectio, quam Caſaubonus retinet, *Matris Deum Sacra accepit, & adeo debacchatus eſt, ut typum eriperet* [quæ poſteriora verba ut per parentheſin dicta legi poſſunt] *& alia etiam Deûm Sacra, quæ penitus*

***tus habentur condita*** [myſteria videlicet] ad hæc, quæ ſtatim ſubſequuntur, referri poſſunt: *Jactavit autem caput inter præciſos fanaticos, & genitalia ſibi devinxit* [quaſi abſciſſa eſſent] *& omnia fecit quæ Galli facere ſolent.* Ita ut *Sacerdos*, ac procul dubio *Summus* ſeu *Maximus* M. D. Matris factus, forſan & *Archigallus*, in *penetrale* ipſius irruperit *typumque* (ſeu Sacrum Deæ ſignum) eripuerit; (ſicut & in *Veſtæ Deæ penetrale* irruperat, & *Penetrale Sacrum auferre conatus fuerat*) *ablatumque Sanctum numen in penetrale Dei ſui tranſtulerit; cum omnes Deos ſui Dei* [Alagabali] *miniſtros eſſe diceret.* Hæc enim Lampridius de ipſo, in ipſius vita, narrat.

Nemo itaque ſibi hic Imperatores in Sacra iſta purpura, ac ſimul pannis ac pediculis obſitos, ut Auguſtos, ac Pontifices Maximos a ſubditis fuiſſe adoratos, fingat. Verum jam convertamus nos potius ad ſtolam illam Pontificiam de qua modò aliquid dixi, & de qua Zoſimus lib. quinto, loquitur; ac videamus ſimul an non Gratianus fuerit revera Pontifex Maximus. Ita igitur ille loquitur: Τοῦτο παραλαβόντες ἀφ' Ἑλλήνων Ῥωμαῖοι, τοὺς πρώτην τὴν παρ' αὐτοῖς ἱερατικὴν ἔχοντας τάξιν Ποντίφικας προσηγόρευσαν. εἰς συναριθμεῖσθαι τοὺς βασιλέας, διὰ τὸ τῆς ἀξίας ὑπερέχον, ἐνομοθέτησαν. καὶ ἔτυχε τούτου Νουμᾶς Πομπίλιος πρῶτος, καὶ πάντες ἑξῆς, οἵ τε λεγόμενοι Ῥῆγες, καὶ μετ' ἐκείνους Ὀκταβιανός τε αὐτὸς, καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον τὴν Ῥωμαίων διαδεξάμενοι μοναρχίαν. ἅμα γὰρ τῷ παραλαβεῖν ἕκαστον τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν, ἡ ἱερατικὴ στολὴ παρὰ τῶν Ποντοφίκων αὐτῷ προσεφέρετο· καὶ παραχρῆμα Πόντιφιξ Μάξιμος ἀνεγράφετο. ὅπερ ἐστὶν ἀρχιερεὺς μέγιστος. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες αὐτοκράτορες, ἀσμενέστατα φαίνονται δεξάμενοι τὴν τιμὴν καὶ τῇ ἐπιγραφῇ χρησάμενοι ταύτῃ, καὶ δὴ καὶ Κωνσταντῖος, ἐπειδὴ εἰς αὐτὸν ἦλθεν ἡ βασιλεία, καὶ ταῦτα τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ τῆς περὶ τὰ θεῖα τραπεὶς καὶ τὴν Χριστιανῶν ἑλόμενος πίστιν· καὶ μετ' ἐκεῖνον ἑξῆς οἱ ἄλλοι καὶ Οὐαλεντινιανός τε καὶ Οὐάλης. τῶν οὖν Ποντιφίκων, κατὰ τὸ σύνηθες προσαγαγόντων Γρατιανῷ τὴν στολὴν, ἀπε-

ἀπεσείσατο τὴν αἴτησιν, ἀθέμιτον εἶναι Χριστιανῷ τὸ σχῆμα νομίσας. τοῖς τε ἱερεῦσιν τῆς στολῆς ἀναδοθείσης, φασὶ τὸν πρῶτον ἐν αὐτοῖς τεταγμένον εἰπεῖν, εἰ μὴ βούλεται Πόντιφιξ ὁ βασιλεὺς ὀνομάζεσθαι, τάχιστα γενήσεται Πόντιφιξ Μάξιμος.

*Hoc à Græcis accepto, Romani eos qui Sacerdotum in Collegiis apud ipſos locum principem obtinerent, Pontifices appellarunt: ſimulque ſanxerunt ut eorum in numero etiam Reges, propter dignitatis excellentiam, cenſerentur. Primus quidem Numa Pompilius hunc honorem adeptus eſt: omneſque deinceps qui Reges appellati ſunt: ac poſt illos Octavianus ipſe, quique poſt eum Romano in Imperio ſucceſſerunt. Simul enim atque ſummum Imperium quiſque conſequebatur, amictus ei Sacerdotalis offerebatur à Pontificibus; & continuò Pontificis Maximi titulus ei tribuebatur. Ac cæteri quidem Principes univerſi lubentiſſimis animis hunc honorem accepiſſe, & hoc uſi titulo, videntur; adeóque Conſtantinus etiam potitus Imperio; licet is à recta ſacris in rebus viâ deflexerit, & fidem Chriſtianorum amplexus ſit. Itemque poſt illum reliqui ordine ſecuti, & Valentinianus & Valens. Quum igitur Pontifices, ex more, talem Gratiano amictum detuliſſent, averſatus eſt id quod petebant; ratus non eſſe FAS EJVSMODI HABITV CHRISTIANVM VTI. Quumque ſtola flaminibus reddita fuiſſet, ajunt eum qui dignitate princeps inter eos erat, dixiſſe: Si Princeps non vult appellari Pontifex, admodum brevi Pontifex Maximus fiet.*

Videmus hic ex verbis Zoſimi Gratianum Aug. renuiſſe Stolam Pontificalem; at non videmus ipſum renuiſſe Titulum aut munus Pontificatus.

Ac quidem ſtolam rejecit, ea de cauſa quod exiſtimaret, *non eſſe fas ejuſmodi habitu Chriſtianum uti:* neque ullo modo ipſum rejecit Pontificatum; quem jam per circiter XV. annos Imperium obtinuerat. Allata enim ipſi ſtola fuit,

fuit, cum jam Maximus in armis eſſet contra Gratianum, Auguſtique nomen aſſumpſiſſet. Hinc enim iſtud dicterium ex ambiguo, *Si princeps non vult appellari Pontifex, admodum brevi Maximus Pontifex fiet*; ſeu *Pontifex Maximus fiet;* dum illi procul dubio ſperarent Maximum *Stolam* iſtam non rejecturum, ſeque apud ipſum majori in gratia fore, majoribuſque emolumentis fruituros, majorique auctoritate, ac libertate gaviſuros: cum jam undecumque Ethniciſmus in interitum rueret; illique inde Imperatores adulatoriè demereri vellent.

Namque revera Gratianum *Pontificis Maximi* titulo uſum fuiſſe, ex ſequentibus inſcriptionibus ſat clare conſtat. Harum prima extat apud Gruterum pag. 159. n°. 7. ipſius Theſauri, atque ita habet:

IMP . CAES . GRATIANVS
PIVS . FELIX . MAX . VICT
AC . TRIVMPH . SEMPER . AVG
PONT . MAX . GERM . MAX
ALAMANNVS . MAX . FRANC
MAX . GOTH . M . TR . P . III.

IMP . II . COS . IIII . PRIM . P . P . P
RESTITVIT
C . XI.

Nec vero aliter hæc ſecunda, quæ pag. 1082. n°. 13. habetur: niſi quod illud IIII. poſt COS (quod irreptitium videtur, ut jam alii monuere,) in ultima linea non compareat

FL . GRATIANVS . PIVS . FELIX . MAXIMVS
VICTOR. AC. TRIVMPH. SEMPER. AVG. PONT
MAX . GERMANIC . MAX . ALAMAN . MAX
FRANC. MAX. GOTHICVS. MAX. TRIB. POT. VI
IMP . II . COS . PRIMVM . P . P . P

In quibus inſcriptionibus, ut bene conſtet iſtud PONT. MAX. eſſe legendum PONTIFEX MAXIMVS, ſolam addam hanc ſequentem, quæ apud eundem Gruterum pag. 160. n°. 4. licet alia linearum forma (quæ ſat commode hîc exprimi nequit) iisdem verbis habetur:

DOMINI NOSTRI IMPE
RATORES . CAESARES

FL : VALENTINIANVS . PIVS . FELIX
MAX . VICTOR . AC . TRIMF
SEMPER : AVG . PONTIF . MAXIMVS
GERMANIC . MAX : ALAMANN
FRANC . MAX . GOTHIC . MAX . TRIB
POT . VII . IMP . VI . CONS . II . P.P.P . ET

FL . VALENS . PIVS . FELIX . MAX . VIC
TOR . AC . TRIVMF . SEMPER . AVG
PONTIF . MAXIMVS
GERMANIC : MAX : ALAMANN . MAX
FRANC . MAX . GOTHIC . MAX . TRIB
POT . VII . IMP . VI . CONS . II . P . P . P . ET

FL.

FL . GRATIANVS . PIVS . FELIX . MAX
VICTOR . AC . TRIVMF . SEMPER . AVG
PONTIF . MAXIMVS
GERMANIC . MAX . ALAMANN . MAX
FRANC . MAX . GOTHIC . MAX . TRIB
POT . III . IMP . II . CONS . PRIMVM . P . P . P.

PONTEM . FELICIS . NOMINIS . GRATIA
NI . IN . VSVM . SENATVS . AC . POPVLI . ROM
CONSTITVI . DEDICARIQVE . IVSSERVNT

Si quis dicat hoc marmor poſitum fuiſſe, cum adhuc puer eſſet Gratianus, primumque Conſul factus, indeque conjiciat poſtea eum iſtum titulum repudiaſſe; is legat verba Auſonii, qui in Gratiarum actione pro Conſulatu, quo tribus annis ante Gratiani necem ab ipſo honoratus fuit, ita loquitur: *Unus in ore omnium Gratianus, poteſtate Imperator, virtute victor, Auguſtus Sanctitate, Pontifex religione, indulgentia pater, ætate filius, pietate utrumque ſuperat.* Ac nonnullis, in eadem oratione, interjectis: *Sic potius vocentur, quæ tu Pontifex Maximus Deo participatus habuiſti.*

Præterea conſideret, Cæſares Chriſtianos adhuc diu pòſt ſe pro Pontifice Maximo geſſiſſe inter Chriſtianos ipſos, (ut exemplo ſuo ipſe Conſtantinus præiverat) Quod iſte titulus (quo tamen non tam, quam munere utebantur) includeret ſummum in Chriſtianorum Eccleſias regimen atque imperium; quod & ultra Juſtiniani imperium adhuc exercuere: ſicut omnes Cæſares Gentilium religionibus dediti id ab uſque Auguſto aſſumpſerant. Docet ſane id ſatis clare nos Socrates: qui, in procemio libri quinti, ita loquitur:

Συνεχῶς δὲ καὶ τοὺς βασιλεῖς τῇ ἱστορίᾳ περιλαμβάνομεν, διότι ἀφ' οὗ χριστιανίζειν ἤρξαντο, τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα ἤρτητο ἐξ αὐτῶν, καὶ αἱ μέγιστοι σύνοδοι τῇ αὐτῶν γνώμῃ γεγόνασί τε καὶ γίνονται. *Idcirco Imperatores in hiſtoria complexus ſum, quia ex quo tempore cœperunt eſſe Chriſtiani, Eccleſiaſtica negotia pendent ab illis, & maxima Concilia de illorum ſententia & facta ſunt & fiunt.* Hoc eſſe veriſſimum oſtendunt. 1. 2. 3. 4. 5. & 6 tus titulus libri primi Codicis Juſtinianæi (ne de Theodoſiano quoque loquar:) ex quibus clare patet, pene omnia ad Eccleſiam Chriſtianam ſpectantia, per Auguſtos, fuiſſe ſtatuta, correcta, &c. Nam quæ ad S. S. Trinitatem & Fidem Catholicam, quæ ad Eccleſias & ipſarum privilegia, quæ ad Epiſcopos & Clericos, quæ ad Epiſcopalem audientiam, quæ ad Hæreticos &c. denique quæ ad S. S. Baptiſma, ad ſepulturas, atque ad alia plura, pertinebant, a Chriſtianis Imperatoribus dirigebantur, corrigebantur, jubebantur aut vetabantur, jure Pontificatus Maximi; quod ad ipſos, per poteſtatem Cæſaream, cui is Pontificatus annexus erat, devolvebatur.

---

## CAPUT II.

Pontificatum Maximum *Cæſarum Chriſtianorum ejuſdem naturæ, ſeu juris ac poteſtatis, circa Chriſtianiſmum, fuiſſe, ac* Pontificatus *ille Cæſarum Gentilium circa Gentiliſmum. Quâ ratione, ac quibus occaſionibus, Epiſcopus Romanus jura ac titulum Pontificis Maximi invaſerit. Plures quandoque Cæſares ſimul (tam inter Gentiles, quam pòſt inter Chriſtianos) Romanorum fuiſſe* Pontifices Maximos; *omnes tamen abſque ulla prævia Conſecratione.* De Vicario, *porrò*, Pontificis Maximi *diſſe-*

*diſſeritur. Denique & aliqua adduntur de Pontificibus Majoribus ac Minoribus, adeoque & Collegio Pontificum.*

QUam maxime autem hic Cæſarum Chriſtianorum Pontificatus, juſque ejus atque auctoritas, cum Gentilium Pontificatu Maximo convenerit, oſtendit comparatio facta eorum, quæ jam recitavi, cum iſtis, quæ Dionyſius Halicarnaſſæus, quæ Cicero, ac quæ Livius tradunt. Quæ Livius de iſta re lib. primo tradit, hæc ſunt: *Numa Pontificem deinde [Maximum] Marcium M. F. ex patribus legit, eique Sacra omnia exſcripta exſignataque attribuit, quibus hoſtiis, quibus diebus, ad quæ templa Sacra fierent, atque unde in eos ſumptus pecunia erogaretur. Cætera quoque omnia publica privataque Sacra Pontificis ſcitis ſubjecit, ut eſſet, QUO CONSULTUM PLEBS VENIRET; ne quid Divini juris negligendo patrios ritus, peregrinoſque aſciſcendo, turbaretur. Nec cæleſtes modo cerimonias, ſed juſta quoque funebria, placandoſque Manes, ut idem Pontifex edoceret; quæque prodigia fulminibus, alioque quo viſo miſſa ſuſciperentur, atque curarentur: ad ea elicienda ex mentibus Divinis Jovi Elicio aram in Aventino dicavit, Deumque conſuluit Auguriis, quæ ſuſcipienda eſſent.*

Quæ Dionyſius Halicarnaſſæus de Pontificibus in genere diſſerit (lib. 2. Antiq. Rom.) Pontifici Maximo, ut ipſorum Principi peculiari modo tribuenda ſunt: ut comparatis modo ex Livio allatis: cum hujus Dionyſii verbis eluceſcit. Ille igitur (cujus verſionem ſolam huc adducam) ita habet: *Ultima vero Numæ Inſtitutorum pars continebat ſacra quæ ſortiti erant ii qui apud Romanos ſummum Sacerdotium, & ſummam poteſtatem habent. Iſti eorum Lingua ab uno opere quod faciunt, a reficiendo ligneo ponte, Pontifices*

 *appel-*

*appellantur. Res autem maximi momenti ſunt penes eos. Etenim hi cognoſcunt de omnibus cauſis ad Sacra pertinentibus, & inter privatos & magiſtratus, & Deorum miniſtros. Et leges ferunt de Sacris quæ non ſunt ſcripta, aut quæ moribus non ſunt recepta: & ipſimet arbitratu ſuo leges & conſuetudines eligunt, quas omnium optimas judicarint. Et omnes magiſtratus, quorum curæ ſacrificia, & Deorum cultus eſt commiſſus, & omnes ſacerdotes examinant. Iſti etiam cavent, ne quid eorum famuli & miniſtri, quorum opera in ſacris utuntur, contra ſacratas leges admittant: privatiſque hominibus, qui Deorum vel geniorum cultum ignorant, ſunt enarratores & interpretes; & ſi quos animadvertant ſuis mandatis non parere, pro cujuſque delicti magnitudine eos mulctant: ipſique nulli judicio, nullique mulctæ ſunt obnoxii, neque Senatui neque populo dictorum factorumve rationes reddunt. Hos igitur Sacerdotes, ſive quis vocarit,* ἱεροδιδασκάλους, *ſeu ſacrorum doctores, ſive* ἱερονόμους, *ſeu Sacrorum adminiſtratores, ſive* ἱεροφύλακας, *ſeu Sacrorum cuſtodes, ſive, ut nos* [Græci ſcilicet] *cenſemus,* ἱεροφάντας, *ſeu Sacrorum interpretes, a veritate non aberrabit. Defuncto autem aliquo eorum, in ejus locum ſufficitur alius, non a populo delectus, ſed ab illis ipſis, qui omnium civium maxime idoneus viſus fuerit: qui autem probatus fuerit, ita demum Sacerdotium accipit, ſi fauſta auguria illi contigerint.*

Hactenus Dionyſius; cui ſubjungam Ciceronem, qui de *Pontifice Maximo* [de quo Sextus Pompejus ita: *Pontifex Maximus* (eſt) *judex atque arbiter rerum Divinarum atque humanarum*] illiſque quæ ad ipſum ſpectant, ita loquitur, lib. III. de Oratore: *Meminerant illi S. Ælium; M. vero Manilium nos etiam vidimus tranſverſo ambulantem foro: quod erat inſigne, eum qui id faceret, facere civibus omnibus conſilii ſui copiam: ad quos olim & ita ambulanteis,*

*teis, & in ſolito ſedenteis domi, ſic adibatur, non ſolum ut de jure civili ad eos, verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omnium denique aut officio, aut negotio referretur. Hæc fuit P. Craſſi illius veteris, hæc T. Coruncani, hæc proavi generi mei, Scipionis, prudentiſſimi hominis, ſapientia; qui omnes Pontifices Maximi fuerunt, ut ad eos de omnibus divinis, atque humanis rebus referretur: iidemque & in Senatu, & apud populum, & in cauſis amicorum, & domi, & militiæ, conſilium ſuum & fidem præſtabant.*

Hocce in cunctos Chriſtianos Imperium (quod ſub iſto titulo Chriſtiani Imperatores exercebant) invadere ut poſſent Epiſcopi Romani (ſicut jam ſibi Primatum, quantumvis repugnantibus Græcis atque Africanis Eccleſiis, ſuper omnes alios Patriarchas, Metropolitanos, ac Primates Eccleſiarum arrogaverant) optima ipſis obtingebat occaſio ex diviſione Imperii in Orientale atque Occidentale, ac potiſſimum ex Imperii ſede Româ aliò tranſlatâ.

Hinc jam diſſciſſo continuo in partes diverſas per bella, per rebelliones, per Tyrannos, ſeu potius duces, qui ſibi id occupare (partem ſaltem aliquam inde abſcindere atque abripere) tentabant, imperio; hi Romani Epiſcopi, primùm quidem ſolicitabant ab Imperatoribus Concilia (ut ex Simplicii, ac Felicis aliorumque exemplis patet:) poſtea vero iſtam ſibi auctoritatem ut propriam uſurpabant, eaque ſic ipſi, proprio nomine convocabant: nihilque hîc Imperatoribus perpetuò per alia diſtractis, opiſque quandoque horum Epiſcoporum indigis relinquebant: cum & jam antea tum Ambroſius (qui & ipſum Imperatorem Theodoſium excommunicare auſus fuit) tam magna ac ſtupenda de Sacerdotali dignitate, jactari cœpiſſet, ut vix aliquid ſuperaddi poſſet: ſicut ex his ipſius verbis (libro de Sacerdotali dignitate cap. 2.) videri poteſt: *Honor igitur, fratres, & ſublimitas Epiſcopalis nul-*

*lis*

*lis poterit comparationibus adæquari. Si Regum fulgori compares & Principum diademati, longe erit inferius, quam ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares. Quippe cum videas Regum colla & Principum ſubmitti genibus Sacerdotum, & exoſculatis eorum dextris, orationibus eorum credant ſe communiri*, &c.

Interim populus quoque per reliquiarum aliaque conficta miracula ſuperſtitionibus, Sacerdotumque Hierarchiæ, magis magiſque ſubjiciebatur: ſicut & Imperatorum auctoritas ab iſtis magis magiſque conculcabatur; dum & ipſos ſuperſtitioni quantumpote ſubjicere conabantur.

Hinc, cum tamen antea a titulo *Pontificis Maximi* Imperatores omni conamine abſterruiſſent, ipſi jam *titulum* illum, ſeu nomen & *munus Pontificis Maximi* ſibi aſſumebant, ac ſuperbe arrogabant; cæteræque Eccleſiæ Antiſtitibus (Patriarchis, Metropolitanis &c.) dominari abſolute cœperunt; ſibique & ipſos Imperatores (jam ante annum 500. a nato Chriſto) ſubjicere tentarunt. Ac quidem ita, ut Gelaſius Papa [quod *Papæ* nomen olim & Africanis & aliis Primatibus, cum Epiſcopo Romano commune erat] ad Anaſtaſium Imperatorem ſcribere non veritus ſit: *Duo quippe ſunt, Imperator Auguſte, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas Sacra PONTIFICUM, & regalis poteſtas. In quibus tanto gravius eſt pondus ſacerdotum, quanto etiam pro ipſis hominum, in Divino reddituri ſunt examine rationem. Noſti enim FILI clementiſſime, quod licet præſideas humano generi dignitate rerum, tamen Præſulibus Divinarum devotus colla ſubmittis, atque ab eis cauſas ſalutis tuæ exſpectas, inque ſumendis cæleſtibus ſacramentis eiſque ut convenit diſponendis, ſubdi te debere cognoſcis religionis ordine potius quam præeſſe. Itaque inter hæc illorum te pendere judicio. Non illos ad tuam velle redigi voluntatem*, &c.

Quem

Quem ſecutus Anaſtaſius Papa, ad eundem Imperatorem Anaſtaſium, ita ſcribit: *Glorioſiſſimo & clementiſſimo FILIO Anaſtaſio Auguſto, Anaſtaſius Epiſcopus. Exordium PONTIFICATUS mei, primitus oblata populis pace, pronuntio*, &c.

Plura ac longe vehementiora afferri poſſent; ſed quæ tædio forſan eſſent lectori. Sufficiunt hæc, in tranſitu dicta; ut videamus qualinam ſpiritu hi Epiſcopi jam tum ducti fuerint: ac quomodo Pontificatus Maximus ad Eccleſiaſticos tranſierit.

Verum enim vero tandem ab hiſce Pontificatus Maximi uſurpatoribus (quibus tamen ipſi Imperatores, tum malis ſuis moribus, tum ſocordia ac negligentia ſua, tum denique & aliquando ſuperſtitioſo ſuo animo, ſæpius, ſi non pene perpetuò, anſam dederunt) revertamur ad *Pontifices Maximos Gentilium*, de quibus nobis hîc propriè ſermo eſt.

Hi igitur *Pontifices Maximi Gentilium* non ſemper ipſi (uti nec ipſi *Pontifices Maximi Chriſtiani* ſeu Imperatores; unde & melior occaſio naſcebatur Epiſcopis Romanis illa jura invadendi) hæc munera implebant: & ſive ipſi per ſeſe illa adminiſtrarent ſive per alios, æque erant ac manebant, *Pontifices Maximi*. Accedit quod, ſicut in Chriſtianis id vidimus (in Valentiniano, ex. gr. in Valente & Gratiano) plures ſimul eſſent quandoque *Pontifices Maximi*. Cujus rei exemplum etiam jam ante fuerat, in *Maximo* & *Balbino*: Imperatoribus Gentilibus; de quibus Capitolinus hoc modo id teſtatur: *Decretis igitur omnibus Imperatoriis honoribus atque inſignibus, percepta Tribunitia poteſtate* (quam æque ac Pontificatum ſimul cum ſummo imperio aſſumebant) *Pontificatu Maximo, Patri etiam Patriæ nomine, meruerunt Imperium.*

De duobus Philippis, Patre ac filio, id quoque in una eademque Inſcriptione exprimitur (apud Sponium pag. 244) hoc modo:



IMP.

IMP.CAESAR.M.IULIUS.PHILIPPUS.PIUS.FELIX.AUG.
PONTIF.MAX.TRIB.POT.IIII.COS.III.DES.P.P PROC.ET
IMP.CAES.M.IULIUS.PHILIPPUS.PIUS.FELIX.AUG
PONT.MAX.TR.POT.IIII.COS.II.DESIGNAT.P.P
IIS.QUI.MILITANTES.&c.

Ex quibus liquet (ut id etiam aliæ Inſcr. docent) hæc munera in Imperatoribus poſt Auguſtum (qui id ſibi primus, poſt Lepidi tamen mortem aſſumpſerat) ſemper dignitati ac poteſtati Imperatoriæ fuiſſe conjuncta; ſicut id Zoſimus optime animadvertit.

Senatus quidem aliquando, ex adulatione, hunc illumve Cæſarem, magis vi coactus quam ſponte ſua, ſimul Pontificem Max. appellavit; ut de Macrino illud habemus apud Capitolinum: *Senatus Macrinum, cum Scriba Pontificum fuiſſet, quos hodiè Pontifices minores vocant, Pontificem Maximum appellavit:* verum hîc id non magis ipſorum ſponte fiebat, quam circa appellationem Imperatoris vel Auguſti: quod de hoc & aliis quibuſdam Cæſaribus etiam maxime exoſis, ac vi obtruſis per milites, clarum fit legentibus Dion. Caſſium, Herodianum, Capitolinum, alioſque.

Quod de pluribus Imperatoribus ſimul hic ex Capitolino &c. liquet; id & pro certo habendum eſt de aliis, qui vel duo, vel tres, vel quatuor ſimul vaſtum illud imperium, ſive ex voluntate, ſive ex neceſſitate inter ſe diviſerant; ſicut & illi qui violenta uſurpatione id invaſerant, ſtatim cum imperio, Pontificatum aſſumebant, vel potius rapiebant.

Nec de ulla (quod notandum eſt) hîc *Conſecratione* legimus; quamvis de oblatione ſtolæ, vel veſtimenti, Pontificalis; iſtius ſcilicet quod, in ſolemnibus feſtis vel pompis, Pontifici

ifici Maximo, ut Dignitatis inſigne, proprium erat. Iſtis tamen qui, dum cum Imperio eſſent, ſeu poſtquam illud adepti eſſent, nunquam urbem adibant, veſtis illa non, (quod ſciam) offerebatur. Appellatio quippe Pontificis Maximi, ſicut illa Imperatoris, vel Auguſti (poſtquam nomen Imperatoris ſolis Cæſaribus reſervabatur) hîc ſufficiens erat: uti ex modo nominati *Macrini*, *Gordianorum*, *Nigri*, *Decii*, aliorumque exemplis unicuique notum eſſe poteſt.

Si vero quis regerere velit, Cæſares iſtos, qui in provinciis alibive extra urbem electi fuerant, quantumvis a Senatu approbati eſſent, nominetenus tantum fuiſſe Pontifices Maximos; cum Sacris ad Pontif. Max. ſpectantibus, ſive bellis, ſive aliter impediti præſentes adeſſe non poſſent, veſtemque Pontificalem accipere, Conſecrationemque a Prudentio deſcriptam: ea tamen locum habuiſſe in iis qui præſentes in urbe aderant. Sciat iſte, quod (præter illa, quæ jam de Taurobolio Sacro ut huc plane nihil ſpectante, oſtendi) de iſtis Cæſaribus qui plurimum Romæ degebant, vel ſemper aderant, id nullibi, vel obſcuriſſime eluceat: ac notet, illos Cæſares qui ita Romæ ut plurimum degebant, raro, imo rariſſime, per ſemetipſos ſolemnia illa ac ritus (vel aliquid eorum) quæ ad Pontificem Maximum, ut Pontif. Max. ſpectabant, adminiſtraſſe.

Illi enim æque ſuos *Vicarios* habebant, quam iſti, qui contra hoſtes, extra urbem, perpetuo in armis, vel alias ob cauſas, aberant. Quod tum ex iis, quæ de munere Pontificio adduxi, ſatis eluceſcit, tum ex nunc ſuperaddendis.

Etenim de Marco Antonino, hoc ut ſingulare quoddam, ac raro admodum contingens, Capitolinus narrat: *Nec ullum* (ait) *Sacrificium per VICARIUM fecit, niſi cum æger fuit.* ac de Adriano Cæſare: *Sacra Romana diligentiſſime curavit; peregrina contempſit. PONTIFICIS MAXIMI officium peregit;* quin etiam de Alexandro *Se-*

*vero* Lampridius: *Accepit prætextam etiam cum Sacra faceret: ſed loco PONTIFICIS MAXIMI, non Imperatoris.* Priores enim Cæſares (uti bene notat Caſaubonus) titulo contenti rem negligebant: quamvis aliquando videantur, in ſingularibus caſibus præſentes adſuiſſe & judicaſſe; ut Domitianus (Plin. lib. IV. Epiſt. x i.) ut Heliogabalus, ac jam diu ante Claudius; qui inter alia, (teſte Suetonio) *obſervavit ſedulo, ut quoties terra in Urbe moviſſet, ferias advocata concione Prætor indiceret: utque dira avi in urbe, aut in Capitolio viſa, obſecratio haberetur, eamque IPSE jure Max. Pont. commonito pro Roſtris populo PRÆIRET*, &c.

Impèratores Romani, in multis, ſuos habebant *Vicarios*. Sic enim erant qui *Vice Sacra*. i. e. Cæſarum, Imperatorumve loco, judicia publica exercebant, iisve præſidebant. Unde in Inſcriptionibus, apud Gruterum pag. 170. n°. 5. 193. & pluribus aliis in locis, *Sacra vice*, vel *Vice Sacra judicans;* uti & pag. 256. 3. 273. 5. *Vice Sacra cognoſcens.* & de Provinciarum gubernatione; pag. 164. 4. *Vice M. Aurel. Imp. Sacra Bœticam gubernans.* Quibus addi poſſunt illæ quæ tam apud Gruterum pag. 18. 5. & 399. 3. quam Reineſium Tit. I. 279. & VI. 92. comparent *Vicarii Aſiæ*, *Africæ*, imo & *Italiæ.* Sic denique reperimus *togatam Statuam* poſitam *Tarrutenio*, *Maximiliano*, *Vicario urbis Romæ*, *& legato ampliſſimi Senatus.*

Neque (ut ad Pontif. Maximum revertar) ipſi *Pontifices Majores*, *Minoreſve*, aut XV viri, ſemper *Sacra* quibus faciendis electi erant, faciebant: cum ſcilicet in Provincias miſſi, vel alias extra urbèm ſive publicis, ſive privatis muneribus aut negotiis implicati erant.

Solus *Flamen Dialis*, quod ſciam, ab urbe abeſſe non poterat, *aut Rex Sacrificulus:* de quo nunc dicendum.

*Ponti-*

*Pontifex* igitur *Vicarius* qui vice Imperatoris, ut *Pontificis Maximi*, Sacra huic aſſignata ac propria peragebat, vocabatur quoque *Pontifex Sacrorum*, ac *Sacerdos Præfectus Sacrorum*; uti & forſan *Pontifex Minor Publicorum P. R. Sacrorum.* Quod videre eſt ex ſequentibus hic inſcriptionibus.

P . AELIO . P . F . FABIANO
PATRI . AED . II . VIRO
PRAEFECT . C . CAESARIS
PRAEF . ITERUM . PONT
SACRORUM . FLAMINI
DIVI . AUGUSTI.

Item

T. FL. T. FL. CLV: ISIDORO. EQ
ROM. PATRI. DUORUM. EQ. PUB
OMNIBUS. HONORIBUS. HONESTE
FUNCTO. QUINQ. II. AUGURI
SACERD. PONT. PRAEF. SACROR
&c.

Item

T. STATVLENVS. IVNCVS. FLAMEN. AVGVSTALIS
PONTIF. MINOR. PVBLICORVM. P. R. SACRORVM

Item

MARTI . GRADIVO
D . D
L . PLVSTIVS . PIVS
AEDILIS . MONITOR
AVGVR . PRAEF . SACROR

Ne vero *Pontifex Minor* P. P. R. SACRORVM hic interturbare quid videatur; notandum, quod Cicero *Regem Sacrorum* inter *Pontifices cæteros*, poſt enumeratos undecim alios, ac quidem *inter Pontifices Minores* nominet. Nam quamvis in nonnullis ſolemnibus, ſive Epulis Sacris ſupra Pontific. Max. videatur accubuiſſe, tamen ipſi circa Sacra ſubjectus erat. Ac Cicero, dum (de collegio Pontificum locutus) omnes Pontifices enumerat, qui domum ipſius religione ſolverant enumerat; eoſque frequentiores ibi affuiſſe aſſerit; atque ita frequentes quidem, ut neget, *unquam poſt Sacra conſtituta, quorum eadem eſt antiquitas quam urbis, ulla de re; ne de capite quidem virginum (Veſtalium, tam frequens collegium judicaſſe) Regem Sacrorum* inter *Pontifices Minores*, ſi quid bene judico, enumerat.

Quæ enim ille, in Oratione, de Haruſpicum Reſponſis adfert, hæc ſequentia ſunt: *At meam domum P. Lentulus Conſ. & Pontifex, P. Servilius, M. Lucullus, Q. Metellus, M. Glabrio, M. Meſſalla, L. Lentulus Flamen Martialis; P Galba. Q. Scipio. C. Fannius, M. Lepidus. L. Claudius Rex Sacrorum; M. Scaurus. M. Craſſus. C. Curio, Sex. Cæſar, Flamen Quirinalis; Qu. Cornelius P. Albinovanus, Q. Terentius Pontifices Minores, &c.*

Integrumne hîc Collegium Pontificum adfuerit, merito dubitari queat; quod teſtetur Cicero *frequentius quam* unquam Colleg. Pontif. adfuiſſe; non vero totum ſeu integrum numero adfuiſſe. Unde mihi videtur (quod pace aliorum eruditorum dixerim) jam per illud interſtitium a Syllæ conſtitutione ad hoc Clodii facinus, ſenſim (uti ulterius ſub Cæſaribus,) numerum iſtorum Pontificum fuiſſe adauctum. ut cum primis temporibus ſolum IV. poſt vero VIII. ac Sylla denique numerum adaugente, XV. eſſent; hunc numerum accre-

creviſſe; æque pene, ut Collegii XV. viror. Sacris faciendis: Quod (ſicut & Collegium Augurum) quoque per Syllam ad XV. viros numero adauctum, tamen Servii tempore uſque ad LX. numero excreverat. Ita enim ille ad hæc Virgilii:

. . . . . . . . *Lectoſque Sacrabo*
*Alma viros.* . . . . . . . . .

*Primo fuerunt duo librorum Sibyllinorum cuſtodes, inde decem, inde quindecim; uſque ad Syllana tempora. Poſt crevit numerus uſque ad LX. Sed remanſit XV. virorum vocabulum.*

Error certe hîc in Servii verbis: quod Sylla numerum uſque ad XV. adauxerit; poſtque ejus tempora is, jam hujus Servii ævo, uſque ad LX. increviſſet: ſicut idem quoque accidit & *Augurum* & *Pontificum*, uti & *Haruſpicum* Collegiis: quæ tandem quoque ad numerum LX. accreverunt; uti ex inſcriptionibus antiquis liquet: quæque etiam per Syllam adaucta fuêre; cum jam non tantùm *Volcani*, & *ædium Sacrarum* pontifices perpetui; verum & Pontifices Quinquennales eſſent (ut itidem ex inſcriptionibus patet) & *Solis* & *Veſtæ*, & alii: Pontificumque numerus, ſub Cæſaribus in immenſam multitudinem, & intra, & extra Romam, adaugeretur: noſque inde obſervemus *Pontifices Auguſtorum*, *Cæſarum*, *Domus Auguſtæ*, ac *Flaviales* adeo, & *Laurentinos*, & *Albanos:* & multo plures alios: uti id circa *Flamines*, ac *Sacerdotes* quoque, quam maximè locum obtinuit: cum Cæſares circa nova Sacerdotia, flamines, ac Pontifices, aliquando tam maxime inſanirent, ut C. Caligula equum ſuum ſui Sacerdotem fecerit.

Ita ut minime mirum videri debeat, intra ſpatium XXV. annorum (quod a Syllæ conſtitutionibus circa hanc rem, uſ-

que

que ad Ciceronis orationem ad Haruſpices, pro domo ſua excurrit) ac quidem in tam turbulento Reipublicæ ſtatu, quo pene omnes in munera Sacra & profana, quin & ipſum principatum Reipublicæ, involabant, Pontificum numerum ita fuiſſe tum adauctum, ut hic Cicero novendecim Pontifices ſimul præſentes, nec tamen integrum Collegium enumeraverit. Quod ſi integrum numeravit, certe tum numerus jam quatuor ſaltem Pontificibus adauctus erat.

Condonabit mihi Lector, ut ſpero, ejuſmodi excurſus; quod per illos non ita vulgaria, aut omnibus eruditis nota, vel animadverſa, ſubinde producam.

---

## CAPUT III.

*De* Rege *ac* Regina Sacrorum *apud Romanos; tum & de iisdem apud Athenienſes; a quibus iſti* Rex *ac* Regina *Romanorum originem traxere. Hinc obiter nonnulla de* Hierophantis, *&* Cerycibus; *tum & de* ἐπιμεληταῖς *ac* γεραίραις *Regis ac Reginæ Sacrorum, apud Athenienſes, miniſtris. Denique de* φυλοβασιλεῦσι, *de* βασιλείῳ, θόλῳ, πρυτανείῳ, βουλευτηρίῳ, βουκολείῳ; *de pompa intra urbem, licet extra Acropolim, adornata.*

SEd redeamus denique ad *Pontificem Vicarium Pontificis Maximi;* qui ſub Conſulibus aut *Sacrificulus Primus* aut *Rex Sacrificulus*, aut denique *Rex Sacrorum* appellabatur: ſicut & ipſius uxor, ob Sacra peculiaria per ipſam ſolenniter peragenda (quod tamen & in Flaminica locum habuit) *Regina Sacrorum* vocabatur. Quod (præterquam ex aliis) ex Macrobio liquet: qui ut [N B] *Regem Sacrorum, Pontificem Minorem* vocat, etiam *Reginæ Sacrorum* ita memi-

meminit: *Romæ quoque Kalendis omnibus, præter quod PONTIFEX MINOR in curia Kalabra rem Divinam Junoni facit; etiam REGINA SACRORUM porcam vel agnam in regia Junoni immolat.* Qui locus quoque omne dubium circa *Regem Sacrificum*, ut *Pontificem Minorem* aufert. De Regina Sacrorum, interim extat quoque, in inæſtimabili illo, eruditis, Gruteri Inſcriptionum Theſauro, hæc ſequens inſcriptio pag. 1037. n°. 8.

. . . . . . . . . . . . . . . . .

C . VA . . . . . . . . . . . .
REX . SACRORVM . AVGVR
CVM. MANLIA. L. F. FADILLA
REGINA . SACRORVM
PATRI . CARISSIMO

Poſtremo de *Regis Sacrifici*, vel *Sacrorum* munere, quoque aliquid dicendum reſtat: de quo apud T. Livium hæc ſequentia reperimus (libro 2.) *Regibus exactis, & parta libertate, rerum deinde divinarum habita cura. Et quia quædam publica Sacra per ipſos Reges factitata erant; nec ubi Regum deſiderium eſſet, Regem Sacrificulum creant. Id Sacerdotium Regi ſubjecere; ne additus nomini honos, aliquid libertati, cujus tunc prima erat cura, officeret.*

Dionyſius quoque Halycarnaſſæus ſub initium libri quinti, ita de hoc eodem munere loquitur. Ἐπειδὴ γὰρ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀγαθῶν αἴτιοι γενόμενοι τοῖς κοινοῖς πράγμασιν ἔδοξαν οἱ βασιλεῖς, φυλάττειν τοὔνομα τῆς ἀρχῆς, ὅσον ἂν ἡ πόλις διαμένῃ χρόνον βουλόμενοι, τοὺς ἱεροφάντας τε καὶ οἰωνομάντεις ἐκέλευσαν ἀποδεῖξαι τὸν ἐπιτηδειότατον τῶν πρεσβυτέρων, ὃς οὐδενὸς ἤμελλεν ἕξειν

ἑτέρου, πλὴν τῆς περὶ τὰ θεῖα σεβασμάτων, τὴν προστασίαν, ἁπάσης λειτουργίας πολεμικῆς ἀφειμένος, ἱερῶν καλούμενος βασιλεύς. καὶ καθίσταται πρῶτος ἱερῶν βασιλεὺς Μάνιος Παπίριος, ἐκ τῶν πατρικίων ἀνὴρ ἡσυχίας φίλος. *Sed quemadmodum multorum magnorumque bonorum auctores fuiſſe Reipublicæ viſi erant Reges, cuſtodire volentes nomen* [cujus rei tamen longe alia cauſa mihi videtur] *hujus imperii per omne tempus, donec urbs eſſet; juſſere PONTIFICES & AUGURES unum eligere ex ſenioribus maxime idoneum, nullius ipſum alterius rei, præterquam eorum quæ ad divinos cultus pertinent, præſidentiam habiturum, & ab omni alio miniſterio civili bellicoque liberum, Regem Sacrorum vocatum. Creatuſque eſt Rex Sacrificulus primus Manius Papirius ex patriciis, vir quietis ſtudioſus, &c.*

Quod autem id nomen *Regis Sacrorum* non ultra Auguſtum Cæſarem perduraverit; neque ultra mortem Lepidi; cui, ob rationes politicas, munus Pontificis, ac dignitatem, donec is vixerit adimere noluerat; ac poſt ipſius mortem *Regis Sacrorum* nomen ac munus abrogaverit, cum ipſe jam *Pontificem Maximum* ſe gereret, idque ſummo imperio annecteret, oſtendit, meo judicio, non obſcure Dion Caſſius; qui libro 54. ita loquitur: οὔτ' οἰκίαν τινὰ δημοσίαν ἔλαβεν, ἀλλὰ μέρος τι τῆς ἑαυτοῦ, ὅτι τοὶ ἀρχιερέα ἐν κοινῷ πάντως οἰκεῖν ἐχρῆν, ἐδήμωσε. τὴν μὲν τοι τοῦ βασιλέως τῶν ἱερῶν ταῖς ἀειπαρθένοις ἔδωκεν, ἐπειδὴ ὁμότοιχος ταῖς οἰκήσεσιν αὐτῶν ἦν. *Neque domum publicam accepit: ſed quum omnino publicam eſſe Pontifici Maximo habitationem oporteret, ſuarum ædium partem ipſe publicam eſſe juſſit: ac REGIS SACRIFICULI domum Virginibus Veſtalibus dedit, quoniam earum ædibus contigua erat.*

Certe nullos eo nomine (Regis Sacrificuli) gaviſos fuiſſe Pontifices poſt Auguſtum (qui *Regis* ac Domini nomen, ut invidioſum nimis, poſt J. Cæſaris exemplum infauſtum, reje-

rejecit, & in aliis ferre noluit) exinde ulterius patere videtur; quod nullæ inſcriptiones poſt iſta tempora factæ, nullique ſcriptores, excepto hoc unico Dione Caſſio, iſtius ullibi meminerint: cum tamen *Vicarii* Pontificis nomen (ut jam ſuprà vidimus) apud ſcriptores, qui de temporibus ac geſtis Auguſto poſterioribus ſcripſerunt, reperiatur.

Munus autem *Regis Sacrorum* apud Romanos, a Græcis, ac quidem Athenienſibus originem trahere (ſicut plurima alia a Græcis eos deſumpſiſſe notiſſimum eſt) oſtendunt dilucide illa, quæ de *Rege* ac *Regina Sacrorum*, eodem plane modo eaſdemque ob cauſas, reperimus apud Athenienſes. Quod ut Lectori, indubium fiat, hunc locum ex Demoſthenis oratione contra Neæram adducere mihi viſum: Τὸ γὰρ ἀρχαῖον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δυναστεία ἐν τῇ πόλει ἦν, καὶ ἡ βασιλεία τῶν ἀεὶ ὑπερεχόντων, διὰ τὸ αὐτόχθονας εἶναι. τὰς δὲ θυσίας ἁπάσας ὁ βασιλεὺς ἔθυε, καὶ τὰς σεμνοτάτας καὶ ἀῤῥήτους ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐποίει. εἰκότως βασίλισσα οὖσα. ἐπειδὴ δὲ Θεσεὺς συνῴκισεν αὐτοὺς, καὶ δημοκρατίαν ἐποίησε, καὶ ἡ πόλις πολυάνθρωπος ἐγένετο, τὸν μὲν βασιλέα οὐδὲν ἧττον ὁ δῆμος ᾑρεῖτο ἐκ προκρίτων, κατ᾽ ἀνδραγαθίαν χειροτονῶν. τὴν δὲ γυναῖκα αὐτοῦ νόμον ἔθετο ἀστὴν εἶναι, καὶ μὴ ἐπιμεμιγμένην ἑτέρῳ ἀνδρὶ, ἀλλὰ παρθένον γαμεῖν, ἵνα κατὰ τὰ πάτρια θύηται τὰ ἄῤῥητα ἱερὰ ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ τὰ νομιζόμενα γίγνηται τοῖς θεοῖς εὐσεβῶς, καὶ μηδὲν καταλύηται μηδὲ καινοτομῆται. καὶ τοῦτον νόμον γράψαντες ἐν στήλῃ λιθίνῃ, ἔστησαν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διονύσου παρὰ τὸν βωμὸν ἐν λίμναις. *Olim, viri Athenienſes, dominatu Reſpublica regebatur, & regnum eorum erat quibuſque temporibus, qui præ cæteris eminebant, propterea quod indigenæ eſſent. Sacra autem Rex obibat; eorumque religioſiſſima & arcana uxor ejus curabat: idque meritò, cum Regina eſſet. Poſtquam autem Theſeus cives in unum congregavit liberamque Rempublicam inſtituit, & urbs multitudine incolarum frequentari cœpit; populus nihilominus Regem creabat, delectu è viris præſtantiſſimis habito.*

*Uxorem autem ejus lege ſanxit eſſe civem, & non alteri commiſſam viro, ſed virginem ducendam: ut patrio ritu arcana Sacra pro Republica immolarentur, & juſta Diis perſolverentur: utque nec deſereretur, nec innovaretur quicquam, &c.* Quæ ut clare ac perſpicue admodum oſtendunt ab hiſce Athenienſibus Regem ac Reginam Sacrorum apud Romanos originem traxiſſe; ea adhuc magis perſpicuè patebunt, ſi conſideremus, hunc Athenienſium Regem *Sacrorum* judiciis quoque Sacrorum præfuiſſe. Quod ex ejuſdem Demoſthenis Oratione contra Lacritum docemur. Ibi enim, dum rogat, quorum judicium ſeu tribunal, in iſta cauſa, eſſet adeundum, inter alia ſic interrogat: Ἀλλὰ, νὴ Δία, παρὰ τῷ βασιλεῖ; ἀλλὰ οὐκ ἐσμὲν γυμνασίαρχαι, οὐδὲ ἀσεβείας οὐδένα γραφόμεθα. *An* (provocandum) *ad Regem Sacrificum? At neque reum quenquam facimus impietatis.*

Nec tantùm Sacrificiis, judiciiſque *Sacrorum* præerat, adeoque de rebus ad Sacra ac religionem Deorum pertinentibus judicabat; verum & Sacrorum miniſtros miniſtraſque eligebat, cæteraque illa adminiſtrabat, quibus claret eum Athenis fuiſſe, quod Pontifex Maximus Romæ erat.

Ita enim ille a Polluce, in Onomaſtico, deſcribitur: Ὁ δὲ βασιλεὺς μυστηρίων προέστηκε μετὰ τῶν ἐπιμελητῶν, καὶ Ληναίων, καὶ ἀγώνων τῶν ἐπὶ λαμπάδων, καὶ τὰ περὶ τὰς πατρῴας θυσίας διοικεῖ. δίκαι δὲ πρὸς αὐτὸν λαγχάνονται ἀσεβείας, ἱεροσύνης, ἀμφισβητήσεως, καὶ τοῖς γένεσι, καὶ τοῖς ἱεροῖς πᾶσιν αὐτὸς δικάζει, καὶ τὰς τοῦ φόνου δίκας εἰς Ἄρειον πάγον εἰσάγει, καὶ τὸν στέφανον ἀποθέμενος, σὺν αὐτοῖς δικάζει. προαγορεύει δὲ τοῖς ἐναντίοις ἀπέχεσθαι μυστηρίων, καὶ τῶν ἄλλων νομίμων. δικάζει δὲ τὰς τῶν ἀψύχων δίκας. τὴν δὲ συνοικοῦσαν αὐτῷ βασίλισσαν καλοῦσιν. *Rex vero Myſteriis præerat, ſimul cum (ipſorum) curatoribus. Et Lenæis feſtis, & Agonibus quæ ad lampada celebrantur; adminiſtratque illa quæ ad patria ſacrificia pertinent. Judicia illa*

*illa quoque coram illo exercentur, quæ ad impietatem (ſuper iis) ſpectant, & ſuper familiis & omnibus in univerſum Sacris judex ſedet; liteſque ſuper cæde ad Areum pagum refert: ac depoſitâ corona* [quod Sacerdotii inſigne erat] *cum ipſis judicat. Indicatque adverſantibus* [iis, ſi bene rem capio, qui Sacris ſive publicis, ſive privatis adverſarii ſunt, ut Epicurei, &c.] *ut ſeſe abſtineant a Myſteriis, aliiſque lege conſtitutis. Judicat & lites inanimatorum. Uxoremque ipſius Reginam appellant.*

Quibus addere operæ pretium eſt illa, quæ de hoc Rege Sacrorum Ariſtoteles habet, lib. 7. Politicorum: Ἐχομένη δὲ ταύτης ἡ πρὸς τὰς θυσίας ἀφωρισμένη τὰς κοινὰς πάσας, ὅσας μὴ τοῖς ἱερεῦσιν ἀποδίδωσιν ὁ νόμος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς κοινῆς ἑστίας ἔχουσι τὴν τιμήν. καλοῦσι δὲ οἱ μὲν ἄρχοντας τούτους, οἱ δὲ βασιλεῖς, οἱ δὲ πρυτάνεις. αἱ μὲν οὖν ἀναγκαῖαι ἐπιμέλειαί εἰσι περὶ τούτων, ὡς εἰπεῖν κεφαλαιωσαμένους, περί τε τὰ δαιμόνια, &c. *Huic proxima ea curatio eſt, quæ ad ſacrificia publica excepta ac reſervata eſt; ea dico, quæ non Sacerdotibus a lege aſſignantur, ſed iis qui hunc honorem a communi civitatis foco, & totius urbis lare conſequuntur. Appellant hos alii Principes, ſeu Prætores, alii Reges, alii PRYTANES, &c.*

Sic idem, de Republica Athenienſium, hoc modo: Ὁ δὲ βασιλεὺς πρῶτον μὲν τῶν μυστηρίων ἐπιμελεῖται, μετὰ τῶν ἄλλων μελετῶν. οὓς ὁ δῆμος ἐχειροτόνει τέσσαρες ἦσαν· δύο μὲν ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων· εἷς δὲ ἐξ Εὐμολπιδῶν, καὶ εἷς ἐκ Κηρύκων. *Rex primum myſteria procurabat, cum aliis* [ita appellatis Curatoribus ſive ἐπιμεληταῖς] *Quos populus eligebat quatuor erant; duo quidem ex univerſis Athenienſibus, unus ex Eumolpidis, & unus ex Cerycibus.* De quibus antequam aliquid ulterius dicam, hæc de Regibus Lacedæmoniorum, ex Xenophonte, interſerere volui. Nempe, is ubi de Lycurgo Rempublicam Lacedæmoniorum conſtituente loquitur: Ἔθηκε γὰρ θύειν μὲν βασιλέα πρὸ τῆς πόλεως τὰ δημόσια

*ἅπαντα ὡς ἀπὸ τῶ θεῶ ὄντα, καὶ ϛρατιὰν ὅποι ἂν ἡ πόλις ἐκπέμπη ἡγεῖσθαι. Sanxit igitur ut Rex pro ſalute civitatis omnia publica ſacrificaret Sacrificia; veluti qui ortus a Deo eſſet: utque exercitum duceret (adeoque ducis munere fungeretur) quocunque civitas copias mitteret.* Sicut & alibi dicit, *Regem divinorum reſpectu Sacerdotem, humanum vero imperatorem apud illos fuiſſe.* Quo & revocandum illud Virgilii, *Rex Anius, Rex idem hominum Phœbique Sacerdos.*

Verum ut ad Regem Athenienſium revertar, atque ad ipſius, ordine ſequentes, ἐπιμελητὰς, adeoque & Eumolpidas ac *Ceryces*: de Eumolpidis (quos primos nominaverat Ariſtoteles) ita loquitur Heſychius, quantum ad ipſorum originem: Εὐμολπίδαι, ὅτως οἱ ἀπὸ Εὐμόλπε ἐκαλῶντο, τῶ πρώτε ἱεροφαντήσαντος. πολλοὶ γὰρ γεγόνασιν ὁμώνυμοι Εὔμολποι. *Eumolpides ſic ab Eumolpo nominabantur, qui primus Hierophanta fuerat. fuerunt autem plures Eumolpi nomine appellati.* Unde & Sophoclis, ad Aedipum Coloneum, Scholiaſtes: Ἀνδροτίων μὲν ὅν γράφει, ὅ τὸν Εὔμολπον εὑρεῖν τὴν μύησιν, ἀλλὰ ἀπὸ τότε Εὔμολπον πέμπτον γεγονότα. Εὐμόλπε γὰρ γενέσθαι Κήρυκα· τῶ δὲ Εὔμολπον· τῶ δὲ Ἀντίφημον· τῶ δὲ Μεσαῖον, τὸν Ποιητήν· τῶ δὲ Εὔμολπον τὸν καταδείξαντα τὴν μύησιν, καὶ Ἱεροφάντα γεγονότα. *Androtion equidem ſcribit non Eumolpum initiationes inveniſſe, ſed alium Eumolpum, qui quintus ætate ex ejus poſteris erat. Eumolpi enim filium fuiſſe Ceryca, hujus autem Eumolpum; hujus iterum Antiphemum; cujus rurſus filius fuerit Muſæus Poëta. Atque ex hoc natum fuiſſe Eumolpum iſtum qui initiationum Sacra oſtendit, atque inde Hierophanta factus fuit.*

De *Hierophantis* hiſce adhuc alia occaſio erit aliquid dicendi. Qui vero qualeſve *Ceryces* ſeu Κήρυκες fuerint Pollux & alii nos docent. Ex Heſychio autem videmus (uti & ex Suida) ſicuti Eumolpidarum, ita & Κηρύκων quandam fami-

familiam Sacram Athenis fuiſſe, ex qua *Hierocer yces* eligebantur. Qui *Hierocer yces Reginæ Sacrorum* (ut Demoſtenes contra Neæram indicat) circa Sacra quædam magis veneranda atque occulta, ſubſerviebant. Ad hos autem κηρύκας, meo judicio ſpectat inſcriptio illa, quæ apud Sponium itinerarii. . . . . . . . ut & apud Wheler pag. 518. ita habet:

ΔΗΜΤΡΙ ΚΑΙ ΚΟΡΗΙ
Η ΙΕΡΑ ΓΕΡΟΥΣΙΑ Μ. ΑΥ
ΡΗΛΙΟΝ ΛΙΘΟΦΟΡΟΝ ΠΡΟ
ΣΔΕΚΤΟΝ ΠΙΣΤΟΚΡΑ
ΤΟΥΣ ΚΕΦΑΛΗΘΕΝ ΠΡΕΣ
ΒΕΥΟΝΤΑ ΠΡΟΙΚΑ ΤΙΜΗ
ΘΕΝΤΑ ΔΕ ΥΠΟ ΘΕΟΥ
ΚΟΜΜΟΔΟΥ ΤΗ ΡΩΜΑ
ΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑ ΑΡΞΑΝ
ΤΑ ΤΟΥ ΚΗΡΥΚΩΝ ΓΕ
ΝΟΥΣ ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΗΣ ΙΕ
ΡΑΣ ΓΕΡΟΥΣΙΑΣ ΕΥΣΕΒΕ
ΙΑΣ ΕΝΕΚΑ

ΑΤΤΙΚΟΣ ΕΥΔΟΞΟΥ ΣΦΗΤ
ΤΙΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕ

Si quid video hîc, iſta κηρύκων familia ſuum habebat ἄρχοντα ſeu caput; ac præſidem: qui an major ætate fuerit in iſta fami-

familia, an vero ſorte aut electione in id creatus, incertum omninò eſt.

Hos autem κήρυκας alio nomine ἱεροκήρυκας appellatos fuiſſe ex Demoſthene in Neæram, non obſcure pateſcit. Pollux de illis hæc ſequentia tradit, lib. 8 Κήρυξ, ὁ μὲν ἐς τῶν Μυστικῶν ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ καὶ Πανδρόσου τῆς Κέκροπος. ὁ δὲ περὶ τοὺς ἀγῶνας· οἱ δὲ περὶ τὰς πομπὰς ἐκ τοῦ Εὐνοειδῶν γένους: *Ceryx, aliquis quidem ex initiatis, a Ceryce Mercurii filio, & Pandroſæ Cecropis filiæ. Quorum & iſti circa certamina; illi autem circa pompas, ex Eunoidarum genere erant.* Qui poſtremi in ἐπιμελητῶν numerum allecti videntur.

Ut autem ἐπιμεληταὶ *Regi Sacrorum* inſerviebant (qui & ipſe ἐπιμελητὴς a Polluce & Harpocratione vocatur; ut ἐπιμελητὴς τῶν μυστηρίων παρ' Ἀθηναίοις ὁ λεγόμενος Βασιλεύς) ſic αἱ Γεραιραὶ *Reginæ Sacrorum* ad Sacra miniſtræ erant. De quibus quoque Harpocration: Γεραραὶ αἱ τῷ Διονύσῳ ἱερωμέναι γυναῖκες: quæ numero e quatuordecim erant, & a Rege conſtituebantur; ut Pollux his verbis indicat: Αὗται ἄρρητα ἱερὰ Διονύσῳ ἔθυον μετ' ἄλλης θεωρίας· καθίστη δὲ αὐτὰς ὁ βασιλεὺς οὔσας τεσσαρεσκαίδεκα.

De ipſis quoque porro Heſychius ita: Γεραιραὶ κοινῶς· ἰδίως δὲ αἱ τῷ Διονύσῳ τῷ ἐν Λίμναις τὰ ἱερὰ ἐπιτελοῦσαι, τῷ ἀριθμῷ δεκατέσσαρες. Adde hiſce quoque Etymologicum, ubi reperies: Γεραραὶ παρὰ Ἀθηναίοις γυναῖκές τινες ἱεραί, ἃς βασιλεὺς καθίστησιν ἰσαρίθμους τοῖς βωμοῖς τοῦ Διονύσου, παρὰ τὸ γεραίρειν τὸν θεόν. οὕτω ὁ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεύς. *Geraræ (erant) apud Athenienſes mulieres aliquæ Sacratæ, quas Rex [Sacer.] conſtituit pares numero, inſerviendis Liberi aris: a* γεραίρειν. *i. e. Ornare & honorare, Deum iſtum. Ita Dionyſius Halicarnaſſæus.*

Juramentum vero quod ipſæ præſtare tenebantur erat: Ἁγιστεύω, καὶ εἰμὶ καθαρὰ, καὶ ἁγνὴ ἀπό τε τῶν ἄλλων οὐ καθαρευόντων, καὶ ἀπ' ἀνδρὸς συνουσίας· καὶ τὰ Θεοίνια, καὶ Ἰοβάκχεια

γεραίρω

γεραίρω τῷ Διονύσῳ κατὰ τὰ πάτρια καὶ ἐν τοῖς καθήκουσι χρόνοις. *Pura & munda ſum a cæteris immundis, & a viri congreſsu; & Bacchanalia & Jobacchica patrio more celebro, & legitimis temporibus.* An autem huc referendæ ſint *Nebrides* illæ, de quibus Arnobius contra Gentes libro quinto, mihi incertum eſt. Ita interim ille: *Eleuſinia autem illa myſteria, cujus memoriam continent? Nonne illius erroris, quo in filiæ conquiſitione Ceres feſſa oras ut venit ad Atticas triticeas attulit fruges, Nebridarum familiam pellicula cohoneſtavit binnulæ?*

Talia certe æmulata fuit Meſſalina, quæ (teſte Corn. Tacito lib. Ann. ) *adulto autumno ſimulacrum vindemiæ per domum celebrabat: urgeri præla, fluere lacus, & fœminæ pellibus accinctæ aſſultabant, ut Sacrificantes vel inſanientes Bacchæ. Ipſa crine fluxo thyrſum quatiens; juxtaque Silius hedera vinctus, gerere cothurnos, jacere caput, ſtrepente circùm procaci choro.*

Ad *Regem* autem apud Athenienſes, (quod debito ſibi loco inſerere oblitus fueram) ſpectat hæc inſcriptio, apud Sponium, parte ſecunda pag. 485. invenienda:

Η . ΒΟΥΛΗ
ΝΕΙΚΙΑΝ . ΕΡΜΕΙΟΥ
ΒΑCΙΛΕΥCΑΝΤΑ
ΑΡΕΤΗC . ΧΑΡΙΝ

Hæc inſcriptio, ut puto, de βασιλεῖ, ſeu Rege Sacrorum, capienda eſt: licet aliàs plures ſimul βασιλεῖς Athenis eſſent; nempe οἱ Φυλοβασιλεῖς, qui unicuique Tribui præerant: quem autem in finem nos docet hiſce Heſychius: Φυλοβασιλεῖς ἐκ τῶν φυλῶν αἱρετοὶ, οἱ τὰς θυσίας ἐπιτελοῦντες. Illorum namque unusquiſque pro ſua Tribu πρυτανευούσῃ Sacra

faciebat. Erantque tot numero, quot Tribus erant, atque aſſid·bant τῷ βασιλεῖ, qui ſecundus ordine ex Archontibus erat, & alia Sacra (ut jam ſupra vidimus) pro civitate curabat. Patet hoc ex Polluce, qui lib. 8. Οἱ φυλοβασιλεῖς ἐξ εὐπατριδῶν ὄντες, μάλιστα τῶν ἱερῶν ἐπιμελοῦντο, συνεδρεύοντες ἐν τῷ βασιλείῳ· τῷ (ᾗ) παρὰ τὸ βουκολεῖον. *PHYLOBASILEIS, ſeu Tribuum Reges ex patriciis cum eſſent, maxime Sacrorum curam gerebant, & Aſſeſſores erant in Baſileo*, (ſeu Stoa Baſilicâ ubi Rex ſedem habebat) *id autem erat prope Boucoleum.*

Quamvis igitur è numero πρυτανευόντων eſſent, ac forſan ſecundi ordine poſt ἐπιστάτην (ſic Rex ille qui ordine ſecundus inter ἄρχοντας) tamen non tam ipſis ἡ τῆς πόλεως πολιτεία, quam θυσίαι curæ erant; id enim per illud μάλιστα denotari videtur. An autem inter hos φυλοβασιλέας illud Sacrificandi &c. munus in orbem ita redierit, ut unusquiſque eorum pro ſua Tribu nunc πρυτανευούσῃ, id faceret, an vero omnes ſimul pro unaquâque Tribu, mihi plane incognitum eſt. Crediderim tamen τῆς πρυτανευούσης φυλῆς φυλοβασιλέα tunc ſaltem cæterorum πρόεδρον fuiſſe, ac Sacra præcipue, ſi non ſolum, curaſſe. cæteroſque fuiſſe hic, illius (ſicut ille alias cum cæteris ἐν τῷ βασιλείῳ, ſeu στοᾷ βασιλικῇ, τοῦ βασιλέως ἐπωνύμου) συνέδρους.

Certe τὴν στοὰν βασιλικὴν eandem fuiſſe, ſatis indicant, præter alia, hæc Pauſaniæ verba: Πρώτη δέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ [τοῦ Κεραμεικοῦ ſc.] καλουμένη στοὰ Βασίλειος· ἔνθα καθίζει βασιλεὺς ἐνιαύσιον ἄρχων ἀρχὴν, καλουμένην βασιλείαν. *Prima eſt, in dextra Ceramici parte, porticus, quæ nominatur Regia; ubi conſidet Rex, dum annuum regimen regit.* Tum & Suidæ hæc in voce Ἄρχων, ἀλλ᾽ ὁ μὲν βασιλεὺς καθῆστο παρὰ τῷ καλουμένῳ βουκολείῳ· τὸ δὲ ἦν πλησίον τοῦ πρυτανείου. *Sed Rex ſedebat prope Bucoleum, ita nominatum quod erat vicinum Prytaneo.*

*Por-*

*Porticus Regia* igitur erat, prope *Bucoleum*; *Bucoleum* vero prope Prytaneum. Nec mirum τοὺς φυλοβασιλέας ſedem ſuam habuiſſe (quatenus φυλοβασιλεῖς eſſent) prope Prytaneum: quod pro Tribu prytaneas munere gaudente, ac ſic quidem pro omnibus, ſacra facerent; ac ſimul membra eſſent, unusquiſque ſuæ Tribus: quodque præterea in Prytaneo Sacra facerent; ita enim Pauſanias: θύουσι καὶ ἐνταῦθα, nempe in θόλῳ, quod cum πρυτανείῳ unum idemque fuiſſe non improbabili conjectura, meo judicio, quis conjecerit.

Quod ut aliquatenus elucescat, hæc de Tholo breviter dicenda. Θόλος iſta (quæ & aliàs Σκιὰ) erat ἐν ᾗ (teſte Polluce lib. VIII. cap. 15.) συνεδείπνουν ἑκάστης ἡμέρας πεντήκοντα τῶν πεντακοσίων βουλῆς, καὶ ἡ πρυτανεύουσα φυλή. *Simul convivabantur ſingulis diebus quinquaginta eorum, qui ſenatum quingentorum componebant: ac quidem illa Tribus quæ* (tunc temporis) *prytaneiæ munus implebat.* Sic Pauſanias, lib. I. Τοῦ βουλευτηρίου τῶν πεντακοσίων πλησίον θόλος ἐστὶ καλουμένη καὶ θύουσί τε ἐνταῦθα πρυτάνεις, &c. *Prope curiam quingentorum eſt Tholus, ita appellata, ubi Prytanes ſacrificant.*

Tholum vero hanc idem cum τῷ πρυτανείῳ fuiſſe Oſtendunt; tum id, quod in illa juxta Harpocratem ἔνθα ἐδείπνουν οἱ πρυτάνεις: ſicut id firmat Heſychius hoc modo: Θόλος, ὅπου οἱ πρυτάνεις καὶ ἡ βουλὴ συνειστιῶντο; tum quod & in utroque judicia agitarentur; ac quidem non ſolum ſuper inanimis, eorumque prætenſis homicidiis, aliiſve criminibus; verum & ſuper aliis; ut oſtendunt hæc Platonis verba, in Apologia Socratis; ubi ita is Socrates loquens inducitur: Ἐπειδὴ δὲ ὀλιγαρχία ἐγένετο, οἱ τριάκοντα αὖ μεταπεμψάμενοί με πέμπτον αὐτὸν εἰς τὴν θόλον προσέταξαν ἀγαγεῖν ἐκ Σαλαμῖνος Λέοντα τὸν Σαλαμίνιον, ἵνα ἀποθάνοι. *Poſtquam verò oligarchia facta eſſet, miſſis qui me in Tholum accerſerent cum aliis quatuor; juſſerunt adducere è Salamine Leonem Salaminium, ut interficerent.*

Eadem autem de *Prytaneo* Scholiaſtes Thucididis, nempe: πρυτανεῖον ἐστιν οἶκος μέγας ἔνθα αἱ σιτήσεις ἐδίδοντο τοῖς πολιτευομένοις· ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως ἐπειδὴ ἐκεῖ ἐκάθηντο οἱ πρυτάνεις, οἱ τῶν ὅλων πραγμάτων διοικηταί. Porro Suidas (ut inde clarius liqueat τὸν θόλον cum *Prytaneo* unam eandemque domum fuiſſe) ait: Πρυτανεῖον, θεσμοθέσιον, θόλος. Addit & Scholiaſtes Thucididis, ratione nominis: ἄλλοι δέ φασι ὅτι τὸ πρυτανεῖον πυρὸς ἦν ταμεῖον ἔνθα καὶ ἦν ἄσβεστον πῦρ, καὶ ηὔχοντο. *Alii dicunt* [inde id ita nominatum fuiſſe] *quod eſſet ignis reſervatorium: ita ut ibi eſſet ignis inextinguibilis, ibique vota facerent.* Unde & idem videri queat cum Veſtæ, ſive Ἑστίας templo, ſeu τῇ Βουλαίᾳ Ἑστίᾳ: ubi Theramenem rhetora Iſocrates, cum omnes conturbati eſſent contra triginta tyrannos defendere auſus eſt: ut in vita X. Rhetorum. ita Plutarchus:

Curiam autem ſeu βουλευτήριον τὸ πρυτανεῖον fuiſſe ita ex Thucidide diſcimus: Ἐπὶ γὰρ Κέκροπος καὶ τῶν πρώτων βασιλέων ἡ Ἀττικὴ ἐς Θησέα ἀεὶ κατὰ πόλεις ᾠκεῖτο, πρυτανεῖά τε ἔχουσα καὶ ἄρχοντας· καὶ ὁπότε μή τι δείσειαν, οὐ ξυνῄεσαν βουλευσόμενοι ὡς τὸν βασιλέα, ἀλλ' αὐτοὶ ἕκαστοι ἐπολιτεύοντο καὶ ἐβουλεύοντο. καί τινες καὶ ἐπολέμησάν ποτε αὐτῶν, ὥσπερ καὶ Ἐλευσίνιοι μετ' Εὐμόλπου πρὸς Ἐρεχθέα. ἐπειδὰν δὲ Θησεὺς ἐβασίλευσε, γενόμενος μετὰ τοῦ ξυνετοῦ καὶ δυνατός, τά τε ἄλλα διεκόσμησε τὴν χώραν, καὶ καταλύσας τῶν ἄλλων πόλεων τά τε βουλευτήρια καὶ τὰς ἀρχὰς, ἐς τὴν νῦν πόλιν οὖσαν, ἓν βουλευτήριον ἀποδείξας καὶ πρυτανεῖον. *Nam ſub Cecrope, illiſque priſcis ad Theſeum uſque Regibus, Attica ſemper oppidatim incolebatur, curias* [*prytanea*] *& MAGISTRATUS habens. Et quum nihil timebant, ad Regem non conveniebant* [de Republica] *conſultaturi: ſed per ſe quiſque ſuam Rempublicam adminiſtrabant, & conſultabant. Quin etiam eorum nonnulli, ut Eleuſinii, cum Eumolpo bellum adverſus Erechteum olim geſſerunt. Theſeus vero, poſtquam regnare cœpit, cum eſſet vir non ſolum prudens,*

*ſed*

*ſed etiam potens, cum aliis in rebus hanc regionem excoluit, tum etiam cæterorum oppidorum CURIAS & magiſtratus ſuſtulit, & unam curiam & Prytaneum conſtituit.*

In quibus Thucididis verbis & Curia, ſeu Senatus ac Prytaneum inter ſe confunduntur, ac pro uno eodemque loco ac ſenatu habentur. Prytaneum tamen, ac recte, Plutarchus, jam Theſei tempore; quamvis ſenatus eſſet, a Senatu Areopagitico diſtinguit, amboſque illos Senatus jam ante Solonem extitiſſe oſtendit. At Thucididi, cui Senatus Areopagiticus minime ignotus erat, ibi de eo loqui non conſtitutum erat ſed de iſto Senatu populari, qui poſtea Quingentorum erat; at demum a Theramene expulſus fuit.

Plutarchus autem, in Theſeo, ita loquitur: Συστησάμενος δὲ τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν ἐκ τῶν κατ' ἐνιαυτὸν Ἀρχόντων, ἧς διὰ τὸ ἄρξαι, καὶ αὐτὸς μετεῖχεν, ἔτι δὲ ὁρῶν τὸν δῆμον οἰδοῦντα καὶ θρασυνόμενον τῇ τῶν χρεῶν ἀφέσει δευτέραν προσκατένειμε βουλὴν, ἀπὸ φυλῆς ἑκάστης, τεττάρων οὐσῶν, ἑκατὸν ἄνδρας ἐπιλεξάμενος, οὓς προβουλεύειν ἔταξε τοῦ δήμου, καὶ μηδὲν ἐᾶν ἀπροβούλευτον εἰς ἐκκλησίαν εἰσφέρεσθαι. τὴν δὲ ἄνω βουλὴν, ἐπίσκοπον πάντων καὶ φύλακα τῶν νόμων ἐκάθισεν οἰόμενος ἐπὶ δυσὶ βουλαῖς, ὥσπερ ἀγκύραις, ὁρμοῦσαν, ἧττον ἐν σάλῳ τὴν πόλιν ἔσεσθαι, καὶ μᾶλλον ἀτρεμοῦντα τὸν δῆμον παρέξειν. οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν (ὥσπερ εἴρηται) Σόλωνα συστήσασθαι φασὶ, καὶ μαρτυρεῖν αὐτοῖς μάλιστα δοκεῖ τὸ μηδαμοῦ τὸν Δράκοντα λέγειν μηδ' ὀνομάζειν Ἀρειοπαγίτας, ἀλλὰ τοῖς Ἐφέταις ἀεὶ διαλέγεσθαι περὶ τῶν φονικῶν. ὁ δὲ τρισκαιδέκατος ἄξων τοῦ Σόλωνος τὸν ὄγδοον ἔχει τὸν νόμον οὕτως αὐτοῖς ὀνόμασι γεγραμμένον, Ἀτίμων ὅσοι ἄτιμοι ἦσαν πρὶν ἢ Σόλωνα ἄρξαι, ἐπιτίμους εἶναι, πλὴν ὅσοι ἐξ Ἀρείου πάγου, ἢ ὅσοι ἐκ τῶν Ἐφετῶν, ἢ ἐκ Πρυτανείου καταδικασθέντες ὑπὸ τῶν βασιλέων ἐπὶ φόνῳ ἢ σφαγαῖσιν ἢ ἐπὶ τυραννίδι ἔφυγον, ὅτε θεσμὸς ἐφάνη ὅδε. Ταῦτα δὲ πάλιν, ὡς τῆς Σόλωνος ἀρχῆς καὶ νομοθεσίας τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν

ἕσαν ἐπιδείκνυται. &c. *Porro concilium Areopagitarum, quum conſtituiſſet ex illis qui Archontes annui fuerant, inter quos & ipſe erat, quod Archon fuiſſet, & populum quoque videret ex alieni æris remiſſione inflatum ac ferocientem, alteram inſuper curiam conſcripſit, legitque ex ſingulis quatuor tribubus* [pòſt ex decem ſingulis Tribubus quinquaginta aſſumpti ſunt, hincque Senatus ille quingentorum] *centenos viros; qui ut decretum facerent, ante concionem, ſanxit, neque quicquam niſi ex ſenatus conſulto populus rogaretur. Supremum ſenatum omnium arbitrum & cuſtodem conſtituit legum, arbitratus quaſi in anchoris curiis duabus ſtantem minus fluctuaturam civitatem, plebemque præſtaturam tranquilliorem. Plurimi igitur Areopagitarum curiam ad Solonem (ut diximus) referunt auctorem, Quibus aſtipulari videtur, quod nuſquam meminerit Draco Areopagitarum vel eos appellaverit, ſed ubique cum Ephetis agat de rebus capitalibus. At tabula Solonis tertia decima octavam legem ita ad verbum habet deſcriptam: QVI ANTE SOLONEM ARCHONTEM NOTATI INFAMIA FVERVNT, INTEGRA FAMA SVNTO, EXTRA QVAM QVI IN AREOPAGO, VEL QVI APVD EPHETAS, VEL IN PRYTANEO A REGIBVS* [Rege Archonte, & φυλοβασιλεῦσι, ſeu Regibus Tribuum] *DAMNATI HOMICIDII, AVT LATROCINII, AVT AFFECTATÆ TYRANNIDIS, SOLVM EXILIO VERTERVNT, QVVM LEX HÆC FVIT PROMVLGATA. Hæc verò contrà Areopagitarum conſilium præcurriſſe Solonem Archontem ejuſque leges, ſunt argumento*, &c.

Videmus itaque ex hiſce, τὸ πρυτανεῖον quidem a Theſeo; at quadringenti πρυτάνεις, cum ſuis φυλοβασιλεῦσι, (qui primi-

primitus quatuor numero, poſt decem, ob ita adauctum Tribuum numerum, &c. fuêre) Solonis inſtituto originem debere.

Verum enim vero, cùm illa quæ ad Areopagum ſpectant, tum illa quæ ulterius ad πρυτανεῖα & Prytanes, Lector talium curioſus ex Meurſio & ex Ez. Spanhemio, viris perilluſtribus haurire abunde poteſt. Quibus addi poterunt illa, quæ in ſequentibus de Prytanibus, non tam Athenienſium, quam aliarum Græciæ Aſiæque civitatum (quæque illi minus attigêre) mihi adhuc dicenda ſunt.

Quantumvis autem ſic a propoſito magis adhuc divagari videar, non poſſum tamen non & hæc præcedentibus modò adjungere. Si ſequimur Athenarum deſcriptionem a D. La Gulletjere factam, ex *Bucoleo* ibatur ad *Porticum Regiam*, atque inde ad *Ceramicum;* ita ut, licet *Prytaneo* vicinum eſſet *Bucoleum*, hoc tamen nequaquam eſſet junctum *Ceramico.* Attamen, ut ex jam ſupra dictis liquet, & *Porticus Regia*, ſeu ἡ βασιλεῖος στοά, in *Ceramico erat*, ut clare oſtendit Pauſanias, & *Prytanæum*, ſicut & τὸ βουκολεῖον. Quod ſane recte a Meurſio traditur: quamvis eo in loco, ubi id ſe oſtendiſſe, (lib. 3. cap. 6. *Athen. Attic.* & in indice ad Ceramicum Geminum) aſſerit, iſtud minime oſtendat; nec de *Bucoleo* ibi loquatur. Qualis error, ex memoriæ lapſu, & mihi quandoque contigit, & facile contingere poteſt. Certe θόλος, uti dictum, erat in *Ceramico*, eaque θόλος ſi non unum & idem ædificium erat cum πρυτανείῳ; ſaltem pars iſtius admodum conſiderabilis, eique ſi non continua, ſaltem contigua: quod hæc quandoque pro illo, illud rurſus pro iſta capiantur. Prytaneum autem idem erat cum τῷ βουλευτηρίῳ, ſeu Curia quingentorum, aut Tribus πρυτανευούσης, &c. Huicque rurſus vicinum erat (idque quidem neceſſarium fuit ob Archiva) τῷ Μητρῴῳ namque ut Suidas & alii, ἐχρῶντο ἀρχείῳ καὶ νομοφυλακείῳ Sicuti

cuti & Æſchines: ἐν τῷ Μητρῴῳ, παρὰ τὸ βουλευτήριον. Ex hiſce autem quis dubitare poſſet, an non pene idem τὸ Μητρῷον cum τῷ βουλευτηρίῳ fuerit: Πλησίον δὲ πρυτανεῖόν ἐστιν, ἐν ᾧ νόμοι τε Σόλωνος εἰσὶ γεγραμμένοι. Quum τὸ Βουκολεῖον adeo vicinum eſſet τῷ πρυτανείῳ; illudque idem Βουκολεῖον vicinum τῷ βασιλείῳ, ſeu Stoæ Regiæ; patet clare τὸ Βουκολεῖον fuiſſe, non extra, ſed intra Ceramicum, ejuſdemque & muro & portis, tum Διπύλῳ, tum aliis, incluſum. Hoc autem Βουκολεῖον idem fuiſſe cum τῇ Βουκολίᾳ Athenæi (de qua is lib. VI. loquitur) mihi quoque perſuadeo: atque inde, iſtud Bucoleum ταμεῖον fuiſſe, quod cùm Prytaneo, aliiſque in eo veſcentibus, tùm forſan & aliis uſibus, inſerviebat. Verba hæc Athenæi eo me ducere videntur, ſeu legis ab ipſo adductæ: Ἐπιμελεῖσθαι δὲ τὸν βασιλεύοντα τῶν τε Ἀρχόντων, ὅπως ἂν καθιστῶνται, καὶ τοὺς παρασίτους ἐκ τῶν δήμων αἱρῶνται κατὰ τὰ γεγραμμένα. τοὺς δὲ παρασίτους ἐκ τῆς Βουκολίας ἐκλέγειν ἐκ τοῦ μέρους τοῦ ἑαυτῶν ἕκαστον ἑκτέα κριθῶν δαίνυσθαι τοὺς ὄντας Ἀθηναίους ἐν τῷ ἱερῷ κατὰ τὰ πάτρια. *Regem vero curam gerere & Archontum, ut crearentur; & ut Paraſitos ex populo crearent, juxta leges patrias. Paraſitos autem ut legerent ex Bucoliâ (pro parte ipſorum competente) ſinguli ſextarium hordei; atque ita inter ſe epularentur juxta leges patrias.*

Vide reliqua, quæ, ubi de paraſitis hiſce amplius loquor, adduco. Suſpicabatur hîc magnus ille Caſaubonus, βουκολίαν hanc denotare vel *jugerum*, vel *alium agri modum, ex quo fas fuit Paraſito cuique hordei hecteum exigere.* Aſt opinionem quam foveo, mihi ſuggeſſit Ampliſſimus G. Cuperus; qui in epiſtola ad me data: *Putabamque nonnunquam paraſitos* ἐκ τῆς βουκολείας *dici a loco, vel porticu, vel ædificio, in quo alebantur, quod forte fuit porticus Regius: cujus ædificii pars* βουκολεία *potuit dici, eo in vico, cui nomen Bucolium erat.* Crediderim tamen (at

pro

pro merâ id conjectura vendito; ac qui bene conjecerit Rex eſto) Bucolium ac Bucoliam, unum eundemque locum ſeu ædificium fuiſſe; quod tamen *Stoæ Regiæ* ſeu βασιλείῳ vicinum, aut connexum erat; ſicut & Prytanneo; iſtudque Bucolium ſeu βουκολεῖον, etiam βουκολίαν dictum fuiſſe, ſicut ἡ στοὰ βασιλεῖος etiam τὸ βασιλεῖον.

Ut autem bene, meo judicio, de *Bucolio* obſervavit Meurſius; ſic minus bene intellexiſſe videtur locum iſtum Thucididis, quem e lib. VI. ipſius, *Ceramico* extra urbem applicat: cum revera ad id quod intra urbem erat *Ceramicum* ſpectet. Verba illa Thucididis affert initio cap. XIX. Ceramici gemini; ubi de *Ceramico extra urbem* loqui incipit. Καὶ ὡς ἐπῆλθεν ἡ ἑορτὴ, Ἱππίας μὲν ἔξω, ἐν τῷ Κεραμεικῷ καλουμένῳ, μετὰ τῶν δορυφόρων διεκόσμει, ὡς ἕκαστα ἔδει τῆς πομπῆς προϊέναι. *Cum autem feſtum adveniſſet, Hippias quidem extra* [*urbem*, hoc de ſuo addit; ſicut id Vallæ ac Stephani verſioni infarcit Portus, quum & Scholiaſtes ita explicat,] *in Ceramico appellato* (ſeu *loco, qui Ceramicus vocatur*) *cum Satellitibus* (*ſuis*) *pompam, ut procedere ſingula ejus oporteret, inſtruebat.* Thucididis ait ἔξω, non ἔξω τῆς πόλεως. namque ἔξω iſtud extra ἀκρόπολιν ſive *arcem* intelligendum eſt; quod in ea ſe aliàs Hippias contineret, ibique ſuum haberet domicilium: hancque arcem Piſiſtratus ſtratagemate occupaverat.

Docet id nos Herodotus, ubi libro primo ita loquitur: ὁ δὲ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων ἐξαπατηθεὶς ἔδωκεν οἱ τῶν ἀστῶν καταλέξας ἄνδρας τούτους οἳ δορυφόροι μὲν οὐκ ἐγένοντο Πεισιστράτου, κορυνοφόροι δέ· ξύλων γὰρ κορύνας ἔχοντες εἵποντό οἱ ὄπισθεν. συνεπαναστάντες δὲ οὗτοι ἅμα Πεισιστράτῳ, ἔσχον τὴν ἀκρόπολιν. ἔνθα δὲ ὁ Πεισίστρατος ἦρχεν Ἀθηναίων. *Populus igitur Athenienſis, ita deceptus, dedit ei quoſdam e civibus delectos pro ſatellitibus, non qui haſtas ſed clavas ferrent, Piſiſtratum ſectantes. Cum quibus ille impetu facto arcem occupavit. Ubi* [vel

 *unde,*

*unde*, ut Valla & Stephanus, quaſi ἔνθεν legendum] *Piſiſtratum Athenienſes regebat.*

Hanc tamen *Acropolin* & olim πόλιν ſeu urbem fuiſſe nominatam, his verbis Pauſanias, libro I. indicat: Ἱερὰ μὲν τῆς Ἀθηνᾶς ἐστὶν ἥ τε ἄλλη πόλις, καὶ ἡ πᾶσα ὁμοίως γῆ. καὶ γὰρ ὅσοις θεοὺς καθέστηκεν ἄλλους ἐν τοῖς δήμοις σέβειν, οὐδέν τι ἧσσον τὴν Ἀθηνᾶν ἄγουσιν ἐν τιμῇ. Τὸ δὲ ἁγιώτατον ἐν κοινῷ πολλοῖς πρότερον νομισθὲν ἔτεσι συνῆλθεν ἀπὸ τῶν δήμων, ἔστιν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἐν τῇ νῦν ἀκροπόλει, τότε δὲ ὀνομαζομένῃ πόλει. *Et Sacra quidem Minervæ cum urbs tum regio eſt univerſa. Curiæ enim & ſuos quæque Deos privatim colunt & Minervæ communiter divinam rem faciunt. Omnium vero Sanctiſſimum Minervæ ſignum illud eſt, quod multis ante annis de communi omnium* (δήμων) *oppidulorum conſilio, cum in unam omnes urbem coirent, dedicatum eſt in eo loco qui nunc Acropolis (id eſt arx) tunc vero Polis (id eſt urbs) nominabatur.*

Videmus itaque ex hiſce, ut puto, Hippiam non extra urbem, verum extra Arcem, ſive Acropolim, pompam adornaſſe in Ceramico quidem, atque ſimul & intra urbem; ac loco quidem non admodum procul ab Arce disjuncto.

---

## CAPUT IV.

De Archontibus; *ac primo quidem de* Archontibus *Athenienſium, quatenus illi etiam Sacra curabant.* Principes, *quin &* Cæſares, *quandoque hoc munus ſibi dedecori non duxiſſe exemplo* Druſi, Hadriani Cæſaris, Gallieni, *aliorumque oſtenditur: ſicut & adulatio Athenienſium turpiſſima in Antigonum ac Demetrium Reges. Tranſitur porrò ad aliarum quoque gentium civitatumve* Archontes;

chontes; *qui & nonnullis in locis plures ſimul numero erant (unde &* Primi Archontes;) *cum aliis in locis tantum unicus numero Reipublicæ præfuiſſe videatur: dum ubi plures ſimul, unus* πρῶτος ἄρχων *eſſet; ut apud Theræos alioſque. Hunc quoque, ſicut alii, non tantum bis terve plurieſve* ἄρχοντα *verum & bis, ter, plurieſve* πρῶτον ἄρχοντα *ſeu Primum* Archontem *fuiſſe. Diſcutitur denique, an in Inſcriptione Theræorum M. Aur. Iſocles Aſclepiades Archon, an vero* Αρχιερεὺς *ſeu Pontifex, fuerit.*

DUm de Athenienſium *Rege*, qui ordine ſecundus inter *Archontes* erat (iſtaque occaſione & aliquid de φυλοβασιλεῦσι) locutus ſum, opinabar me non male facturum, ſi & de *Archontibus* illis (ſaltem de ἐπωνύμοις) quatenus Sacrorum cura ad ipſos quoque ſpectabat; tum & de aliarum Civitatum *Archontibus*, aliquid adderem, licet aliàs illi non incommode *Prytanibus*, στρατηγοῖς, ac γραμματεῦσι, magis ad magiſtratum politicum, quam ad Sacra ſpectantibus, adjungi poſſent: ut quorum nomina etiam ac munera, cùm in nummis, tum in lapidibus, tum & in actis, aliiſque publicis monumentis, expreſſa reperiuntur. Eo lubentius vero eos hic locavi, quod ἄρχοντες cum ἀρχιερεῦσι in nummis ſæpe, ab Antiquariis, etiam verſatiſſimis, confundantur; dum qui ab uno horum ἄρχων legitur, ob abbreviatam ſcripturam ab alio contrà ἀρχιερεὺς legatur. ad quos Ἀρχιερεῖς mihi ſequenti Diſſertatione tranſeundum eſt.

Antiquis temporibus, uti quibuſvis ſatis notum eſt, ſumma Sacerdotia ſummis connexa erant Imperiis, non ſolum apud Græcos, verum & multos Barbarorum. Unde & optimus ille antiquarius Maro, libro III. de Anio Rege:

*Rex Anius Rex idem hominum Phœbique Sacerdos.*

 Ubi

Ubi namque Regium obtinebat imperium, ibi in uno eodemque homine ſummum Sacerdotium (jus ſaltem in cæteros Sacerdotes) vigebat; iidemque & Reges, & Sacerdotes, ſeu Pontifices ſummi vel Maximi, erant. Hinc & præcipua Sacra, ſeu ſacrificia, per ipſos Reges, eorumve vicarios (Regum juſſu ac directione) adminiſtrabantur: atque illa, quæ ad Sacra pertinebant, per illos conſtituebantur. Quæ quali modo ſeſe tam apud Athenienſes, quam apud Romanos quoque habuerint, tum ex aliis, tum & ex iis quæ jam ſuperius dicta ſunt, ſatis perſpici poteſt: ſicut &, quomodo apud Lacedæmonios, tam permanentibus ipſorum Regibus, quam poſt illos, obtinuerit uſus, forſan in ſequentibus aliquatenus declarabo.

In Athenienſi autem Republica, poſt abrogatos Reges, ſummi iſtius Sacerdotii adminiſtratio, pro parte quoque *Archontibus*, imprimis vero τῷ ἐπωνύμῳ (non ſolis *Regi* ac *Reginæ Sacrorum*) ceſſit. Unde & illi quoque peculiaria ſibi Sacra curabant.

*Eponymorum* primus, poſt Reges, Medon per 300. circiter annos ſibi ſucceſſores ſingulos, cum perpetuo imperio, habuit. Poſt quas, mutato regiminis eatenus ſtatu, *decennales* aliquot ſubſecuti ſunt: donec tandem rejecto iſto ſingulorum regimine, ad novem *annuos Archontas* imperium Reipublicæ tranſlatum fuit. De quorum *Primo*, ordinis ac dignitatis ratione, atque inde ἐπωνύμῳ (ut de cujus nomine annus ſignabatur) ita Pollux, lib. 8. loquitur: ὁ δὲ Ἄρχων διατίθησι Διονύσια καὶ Θαργήλια, μετὰ τῶν ἐπιμελητῶν. *Archon Dionyſia, ſeu Bacchica Sacra; uti & Thargelia, ſimul cum Curatoribus* (ita appellatis) *curat*, ſeu *diſponit*.

De *Regis Sacrorum* munere jam ſupra locutus fui. Nunc aliquid ſolùm addam de Polemarcho, qui tertius ordine inter *Archontes* erat, *Regemque* proxime ſequebatur: quamvis alias minus hic ad rem faciat; ſicut & reliqui. Eum vero

ita

ita Pollux deſcribit: ὁ δὲ πολέμαρχος θύει μὲν Ἀρτέμιδι ἀγροτέρᾳ καὶ τῷ Ἐνυαλίῳ· διατίθησι δὲ τὸν ἐπιτάφιον ἀγῶνα τῶν ἐν πολέμῳ ἀποθανόντων· καὶ τοῖς περὶ Ἁρμόδιον ἐναγίζει. δίκαι δὲ πρὸς αὐτὸν λαγχάνονται, &c. *Polemarchus quidem ſacrificat Dianæ Agrotheræ, & Marti* [Enyalio dicto.] *Diſponit quoque certamen epitaphium illorum qui in bello occubuerunt: ſicut & Hermodio atque Ariſtigitoni parentat*, &c.

Ex quibus videmus iſtos ἄρχοντας (primos ſaltem ordine inter ipſos) Sacris fere æque ac profanis præfuiſſe. Hic verò *Eponymi* magiſtratus, ut ut ſolis civibus ſemper (nec de cæteris quoque aliter conſtat) tribuebatur; attamen exteris Principibus ac Magnatibus, ut inde Reipublicæ honor accederet, etiam quandoque tributus fuit, atque ab illis acceptatus, aliquatenuſque adminiſtratus. Quod tam in ipſo Cæſare Hadriano, quam in Druſò Tiberii filio, videmus. Druſi namque meminit hæc ſequens inſcriptio:

ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΚΑΙ ΙΕΡΕΩΣ ΔΡΟΥΣΟΥ ΥΠΑΤΟΥ ΞΕΝΩΝ ΜΕΝΝΕΟΥ ΦΛΥΕΥΣ, &c.

De Hadriano hoc modo loquitur Spartianus: *Per Latina oppida Dictator & Duumvir fuit; apud Neapolim Demarchus; in patria Quinquennalis, & item Hadriæ Quinquennalis, quaſi in alia patria. Et* [*NB*] *Athenis Archon fuit.* De Gallieno hæc Trebellius Pollio: *Quum tamen ſibi milites dignum principem quærerent, Gallienus apud Athenas* ἄρχων *erat, id eſt ſummus magiſtratus, vanitate illa, qua & civis adſcribi deſiderabat & Sacris omnibus intereſſe: quod neque Hadrianus in ſumma felicitate, neque Antoninus in adulta FECERAT pace: cum tanto ſtudio Græcarum docti fuerint literarum, ut raro aliquibus doctiſſimis magnorum arbitrio ceſſerint virorum.*

Quæ poſtrema ejus verba: *Quod neque Hadrianus*, &c. Sat bene capere nequeo. Etenim de ἄρχοντος magiſtratu *Hadriani* jam contrarium ex Spartiano vidimus: ac quod ad illa attinet, *Sacris omnibus intereſſe* (quod Caſaubonus μυεῖσθαι τὰ Ἐλευσίνια interpretatur) id falſum apparet de Hadriano, cum ex Spartiano, tum & ex Dione; quorum prior habet, in Hadriani vita; *& Eleuſinia Sacra exemplo Herculis Philippique ſuſcepit*; poſterior vero: Ἀφικόμενος δὲ ἐς τὴν Ἑλλάδα, ἐπώπτευσε τὰ μυστήρια. De Marco autem Antonino Capitolinus hæc tradit: *Athenis fuit*; *& inter alia Cereris templum adiit, ut ſe innocentem probaret, & ſacrarium ſolus ingreſſus eſt.* Quæ verba, *Cereris templum adiit*, hiſce verbis explicat, in ipſius vita, Dion Caſſius (libro LXXI.) Ὁ δὲ Μάρκος ἐλθὼν ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ μυηθεὶς, ἔδωκε μὲν τοῖς Ἀθηναίοις τιμὰς, &c. *Marcus poſtquam Athenas venit, INITIATUSQUE fuit, (magnos) honores tribuit Athenienſibus.*

At *Athenienſes* iſti, ut in adulationes Principum (poſt Philippi atque Alexandri tempora) ſæpius maxime propenſi, turpiſſima ſane adulatione demereri cupientes *Antigonum* ac *Demetrium Reges*, intermiſſis *Archontibus* ἐπωνύμοις, *Sacerdotem*, ſive ἱερέα τῶν Σωτήρων, Deorum ſcilicet, in horum *Archontum* locum ſubſtituerunt. Ita enim in vita Demetrii Plutarchus: Μόνοι δὲ Σωτῆρας ἀνέγραψαν θεοὺς, καὶ τὸν ἐπώνυμον καὶ πάτριον Ἄρχοντα καταπαύσαντες, ἱερέα Σωτήρων ἐχειροτόνουν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν· καὶ τοῦτον ἐπὶ τῶν ψηφισμάτων, καὶ τῶν συμβολαίων προέγραφον, &c. *Soli eos Servatores (Deos) in acta retulerunt; abrogatoque ARCHONTE vetere magiſtratu, a quo denominabatur in faſtis annus, Servatorum Sacerdotem quotannis creaverunt, quem plebiſcitis contractibuſque præſcripſerunt; ſciveruntque, ut eorum cum Dis nomina peplo intexerentur.* At poſt mutatam horum Regum fortunam, mutatus quoque eatenus fuit Reipublicæ

ſtatus,

ſtatus, qui ſic per 18. annos perduraverat; ac rurſus illi ad ἐπωνύμους ἄρχοντας reverſi ſunt. Ita enim de ipſis idem Plutarchus: Ἀθηναῖοι ἀπέστησαν αὐτοῦ, καὶ τὸν τε Δίφιλον, ὃς ἦν ἱερεὺς τῶν Σωτήρων ἀναγεγραμμένος, ἐξ ἐπωνύμων ἀνεῖλον, ἄρχοντας αἱρεῖσθαι πάλιν, ὥσπερ ἦν πάτριον ψηφισάμενοι. *Athenienſes defecerunt ab eo* [Demetrio] *ac Diphilum, qui in acta relatus, Servatorum ſacerdos erat, ex faſtis expunxerunt: ſciveruntque ut Archontes denuo, quod de more iis erat, crearentur.*

Sed nec Soli Athenienſes ſuos ſibi habebant ἄρχοντας ἐπωνύμους; verum & aliæ Civitates; ſive urbes iſtæ coloniæ eſſent inde olim deductæ, ſive non inde originem trahentes. Sic etenim de Lebadiis in Bæotia, id oſtendit inſcriptio hæc, quæ a Geor. Whelero, in Itinerario ſuo, ita exhibetur: ΧΑΡΟΠΙΝΩ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΒΟΙΩΤΟΙΣ ΛΕΒΑΔΕΙΟΙΣ, &c. Quemadmodum & Bithyni ab Hadriano conſtitutos *Archontas* habuerunt. Tum & in lapidibus, ac maxime in nummis eos reperimus; ut Ἄρχοντας Ἀβυδηνῶν, Ἀγκεραίων; Ἁλικαρνασσέων, Βυζαντίων, Δαλδιανῶν, Κῴων, Μαιόνων, Μυνδίων, Ἰουλιέων, Σαρδιανῶν, Φιλαδελφέων, pluriumque aliarum civitatum; quarum ulterior enumeratio, mihi non neceſſaria videtur, quod hæc exempla abunde ſufficiant.

Interim ex hiſce aliquæ ſub unius *Archontis* regimine conſtitutæ erant, aliquæ vero ſub duorum aut etiam plurium: ſicut ejus rei exemplum habemus apud Sponium (Miſcellaneorum Eruditæ Antiquitatis pag. 341.) in hoc *Theræorum* marmore:

ΑΥΤΟ-

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ ΜΑΡΚΟΝ
ΑΥΡΕΛΙΟΝ ΑΝΤΟΝΕΙΝΟΝ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ
Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ
Ο ΘΗΡΑΙΩΝ
ΤΗΝ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝ ΚΑΙ ΤΗΝ
ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ ΠΕΠΟΙΗΜΕΝΩΝ
ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ . Β.
ΚΑΙ ΚΟΙΗΤΟΥ Β . ΚΑΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΕΥΦΡΟΣΥΝΟΥ ΙΕΡΑΣΑΜΕΝΟΥ
ΠΟΛΙΟΥΧΟΥ Β.

Qui Dii Deæve πολιοῦχοι hîc quidem Jupiter (ex. gr.) illic [nempe Athenis] Minerva, alibi Diana, aut Venus; aut alius aliave ex Deorum Dearumve numero, hujus illiuſve civitatis Præſides, ac tutores tutatriceſve erant.

Sic in nummis quoque plures, ſeu duo ſimul, ἄρχοντες comparent; qui & ita ambo ſimul alibi (ſicut hîc ſupra apud *Theræos*) ἐπώνυμοι ſunt, atque annum ſuo nomine ſignant: ut in nummo Caracallæ, ΕΠ . ΑΡΧ . Γ . ϹΑΛΛ . ΑΡΙϹΤΑΙΝΕΤΟΥ ΚΑΙ ΑΙΛΙΔΟϹ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ; atque in aliis eorundem Byzantinorum ſub Alexandro Severo, ΕΠ . ΦΡΟΝΤΩΝΟϹ ΚΑΙ Α . ΦΗϹΤ . ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ: uti &, ΕΠΙ Μ . ΑΥΡ . ΦΡΟΝΤΩΝΟϹ ΚΑΙ ΑΙΛ . ΦΗϹΤΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ.

Quantumvis autem duo eſſent Byzantiis ſimul ἄρχοντες, non tamen ſemper ambo in nummis comparebant; ſicuti in hoc, in quo ſolus extat Caracalla (qui honoris cauſa quoque ibi *Archon* fuit) ΕΠ . ΑΡΧ . ΑΥΡ . ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ ΒΥΖΑΝ-

ΒΥΣΑΝΤΙΩΝ, & ΕΠ. ΑΡΧ. ΑΙ. ΚΑΠΙΤΩΛΕΙΝΟΥ ΒΥΣΑΝΤΙΩΝ.

Quin & ſimpliciter quandoque, non addita voce ἀρχ. vel ἄρχοντος: ut, ΕΠΙ ΠΟΝΤΙΚΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ, & ΕΠΙ ΤΙΤ. ΑΙΛΙΟΥ ΚΑΠΙΤΩΛΕΙΝΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ: Vel ubi ſecunda vice quis ἄρχων eſſet, ΕΠΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟ Β. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ, & ΕΠΙ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟ Β. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. Quod & in ipſo Cæſare *Trajano* (qui ibi plus ſemel *Archon* fuit) locum habuit; prout ex hic ſequentibus eorundem Byzantiorum nummis liquet, ΕΠΙ ΤΡΑΙΑΝΟΥ Β. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ, atque ΕΠΙ ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΚΑΙ [i. e. *Cæſaris*] ΤΟ Γ. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. *Sub Trajano Cæſare tertiùm Archonte Byzantiorum.* Qualia & ex Sardianorum nummis æque oſtendi poſſent, atque ex aliarum urbium. Sed hæc exempli cauſâ ſuffecerint.

Interim notandum quoque, dum plures numero ſimul *Archontes* eſſent, illum fuiſſe πρῶτον, qui inter iſtos prior dignitate vel auctoritate erat; ſive quod inter ſimul eodem tempore electos, aliquid prærogativæ (vel ætatis, vel alia ratione) diſcrimen eſſet; ſive quod primus ille eſſet, qui jam anno præterito functus illo munere fuerat, ſic πρώτου, ſeu *Primi* nomine appellaretur, atque in nummis, publice cuſis, ſignaretur: ſive ex quacunque demum alia cauſa id factum fuerit: atque ita πρωτεία ſive nominis, ſive auctoritatis ratione inter ipſos obtinuerit. Ex harum una itaque pluribuſve cauſis, exempla habemus (ut de Sardianis quoque unum alterumque adducam) non tantum hoc ſequens, ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΡΧ. ΤΟ Β. CΑΡΔΙΑΝΩΝ, verum & ΕΠΙ ΑΝ. ΡΟΥΦΟΥ ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. CΑΡΔΙΑΝΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. & ΕΠΙ CΟΥΛ. ΕΡΜΟΦΙΛΟΥ ΑΡΧ. Α ΤΟ Β. CΑΡΔΙΑΝΩΝ ΤΡΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Cujuſmodi inſcriptiones quoque ſæpius in aliarum urbium nummis oc-

occurrunt. Sicuti non tantum illud Β, & Γ; ſeu *Bis* & *ter*. i.e. *Secunda*, ac *tertia vice*: verum (niſi me memoria fallit) *octava vice* me de Hadriano Cæſare, apud Harduinum legiſſe memini.

Ne vero aliquis (ut eo rurſus redeam) anxius hæreat, ac dubitet, an iſtud ΑΡΧ. Α. vere ἄρχοντα πρῶτον deſignet; reflectat oculos ad nummum ſub M. Aurelio Cæſare apud Aphrodiſienſes cuſum; ut in quo hæc exprimuntur: ΤΙ. ΖΗΛΟΥ ΠΡΩΤΟΥ. ΑΡΧ. ΑΦΡΟΔΙCΙΕΩΝ. Quæque [quod pace J. *Vaillantii*, qui me aliàs, circa talia longe magis ſane eruditus, ac verſatiſſimus, eſt] recte minus vertuntur, *Tito Zelo Primo PONTIFICE Aphrodiſienſium*, in Lydia. Cum ipſe vir Celeberrimus agnoſcat, Aphrodiſienſes ab Archontibus fuiſſe gubernatos; indeque ipſe alium nummum ſub *Severo* cuſum cum hac inſcriptione: ΕΠΙ ΑΡΧ. CΚΡΕΙΒΩΝΙΑΝΟΥ ΑΦΡΟΔΕΙCΙΕΩΝ vertat, *Sub Archonte Scriboniano;* atque alium denique ita inſcriptum ΕΠ. ΑΡΧ. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΦΡΟΔΕΙCΙΕΩΝ *Sub Archonte Juliano Aphrodiſienſium in Lydia* interpretetur.

Fateor equidem in iſta abbreviatura ΑΡΧ. aliquando incertum eſſe, an ἀρχιερεὺς, an vero ἄρχων legendum ſit: unde & quandoque illi magni viri, ac rei numiſmatariæ peritiſſimi, nec inter ſe concordant, nec ſibimetipſis ſatis conſtant. Quod ſane minime mirandum; cum ob hoc, quod ἀρχιερεῖς tam pene ubique locum obtinerent, ſicut etiam ἄρχοντες; tum quod in nummis literæ, quibus clarius hi ab invicem diſcriminari poſſent, quandoque injuriâ temporum exeſæ ſint.

Quod porrò ad πρῶτον ἄρχοντα attinet, clare is exprimitur in hac ſequenti inſcriptione; ubi & is ſecundùm quoque, ſeu ſecundâ vice, regimine iſto functus exhibetur, hoc modo:

ΑΥΤΟ-

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ Μ. ΑΥΡΕΛΙΟΝ
ΣΕΒΗΡΟΝ ΑΝΤωΝΕΙΝΟΝ ΕΥΣΕΒΗ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΑΡΑΒΙΚΟΝ ΑΔΙΑΒΗΝΙΚΟΝ
ΠΑΡΘΙΚΟΝ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΜΕΓΙΣΤΟΝ
Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΘΗΡΑΙωΝ
ΑΡΧΙΣ. Μ. ΑΥΡ. ΙΣΟΚΛΕΟΥΣ ΑΣΚΛΕΠΙΑΔΟΥ ΤΟ. Β. ΚΑΙ ΑΥΡ.
ΚΛΕΟΤΕΛΟΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΥ ΚΑΙ ΑΥΡ . ΦΙΛΟΞΕΝΟΥ
ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΥ, ΤΗΝ ΠΡΟΝΟΙΑΝ ΤΗΣ ΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ
ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΝΑΣΤΑΣΕωΣ ΤΟΥ ΑΝΔΡΙΑΝΤΟΣ ΠΟΙΗΣΑΜΕΝΟΥ
ΤΟΥ ΠΡωΤΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΑΥΡ . ΙΣΟΚΛΕΟΣ ΤΟ Β.

Quam Celeberrimus Sponius, Miſcellaneorum Eruditæ Antiquitatis pag. 341. ita vertit: *Imperatorem. . . . . Sub Archontibus Marco Iſocle Aſclepiade ſecundùm, & Aurelio Cleotele Tyranno, & Arelio Philoxeno Abaſcanto, curam impenſarum & erectionis ſtatuæ gerente PRIMO ARCHONTE Aurelio Iſocle Secundùm.* Aſt primam difficultatem mihi hic creat iſtud ΑΡΧΙΣ quod initio lineæ ſextæ legitur, quodque a Sponio legi videtur ΑΡΧΟΝ, abbreviate pro ΑΡΧΟΝΤΩΝ. Sed tot ἄρχοντας numero, quaſi ἐπωνύμες, hîc nominari, quum Athenis tantum unus ἐπώνυμ(ος) eſſet, neque aut in nummis alicubi aut lapidibus (ne quidem apud ipſos, hos Theræos) plus quam duo ſimul compareant, [quamvis negare nolim ullibi plures, quam duo numero obtinuiſſe] minus veriſimile ſit; quando & præterea hîc poſtremo loco πρῶτ(ος) ἄρχων ſubjungatur, atque an ille πρῶτος ἄρχων Αυρέλι(ος) Ἰσόκλης idem ſit cum illo priori loco (ac linea 5.) nominato, incertum, imò minus probabile ſit. quodque is ſeparatim ita *erectionis* curam geſſerit; hîcque tantum πρώτε appellatione gaviſus

 ſit,

ſit, quum ubi ut ἄρχων annuus affertur, ubique maxime iſtud epitheton πρῶτος locum obtinere debuerat, ſimpliciter ἄρχων vocetur.

Nominantur quidem plures ἄρχοντες in illa, quam ſupra, ante hanc adduxeram *Theræorum* inſcriptionem, nempe duo, illiſque ſubjungitur tertius, non ἄρχων, ſed *Sacerdos* πολιέχου, ſive Dianæ, ſive Minervæ (vel ut Ariſtophanes in *Equitibus*, Παλλάδος) ſeu cujuscunque demum numinis. Ac videmus, ubi duo ſimul ut *annui* nominantur, illud πρῶτος abeſſe. Quum aliàs id πρῶτος locum habeat, ubi is, qui primus dignitate erat, ut ἐπώνυμος in nummis exprimitur: quod fere ſemper fit.

Quare eo fere inclinarem, quod ΑΡΧΙΣ pro ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ non pro ΑΡΧΟΝΤΩΝ ſit legendum; quodque ob detritam aut exeſam vetuſtate literam Ε Doctiſſimus J. Sponius hîc Σ legerit: qui lapſus in exſcribendo, circa talia, facillime accidere poteſt; ac, ſi ullibi, hîc maxime venia dignus eſt: tum & 2°. pene crediderim aliquid ſupplendum eſſe poſt iſtud ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΥ in octava hujus inſcriptionis linea: vel ſi non, legendum eſſe. . . . . . . . ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΥ ΤΗΝ ΠΡΟΝΟΙΑΝ ΤΗΣ ΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ (ſubintellige) ποιησαμένων: ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ΤΟΥ ΑΝΔΡΙΑΝΤΟΣ ΠΟΙΗΣΑΜΕΝΟΥ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ, &c. Neque exempla, ſi bene memini, deſunt, ubi ex auctoritate publica ſtatua, aliudve monumentum erigebatur, alios fuiſſe qui impenſarum, alios rurſus qui erectionis, ſeu ſtatuæ ponendæ, vel dedicandæ curam gererent. Unde verterem, *Pontifice Marco Aurelio Iſocle Aſclepiade Secundùm; Aurelio Cleotelo Tyranno, & Aurelio Philoxeno Abaſcanto impenſarum* [ac quæ porrò eo pertinent] *curam gerentibus: erectionis vero ſtatuæ* [ac dedicationis] *Aurelio Iſocle ſecundùm Primo Archonte.* Fateor ſane hæc duriuſcula nimis mihi ipſi videri:

videri: nec facile ita aliquid inſcriptionibus infarciendum. Interim hoc aliquid meis conjecturis favere videtur, nos, nempe, in nummis ΑΡΧΙ & ΑΡΧΙΕ pro ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ vel ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ſæpiuſcule invenire. exemplo ſit hoc ΕΠΙ ΑΡΧΙΕ ΚΛΑΥ. ΒΙΑΝΤΟΣ quod in alio Domitiani nummo plenius ita exhibetur ΕΠΙ ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΚΛΑΥ. ΒΙΑΝΤΟΣ ΚΙΑΝΩΝ. tum & illud in Philippi Senioris nummo ΕΠ. ΦΛ. ΦΙCΙΚΟΥ ΑΡΧΙΕ. ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΑΧΑΙΩΝ: ac minus plene in alio ejuſdem Cæſaris, ΕΠ. Μ. ΑΥΡ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΑΡΧΙ. ΑΠΑΜΕΩΝ. *Sub Marco Aurelio Alexandro Pontifice Apamenſium.*

# DISSERTATIO TERTIA
## DE
# Pontificibus, ſive ΑΡΧΙΕΡΕΥΣΙ Græcorum, Aſiarchis, &c.

## CAPUT I.

*Sequuntur ἀρχιερεῖς, ſeu Pontifices; diſquiriturque quibus in locis illi ut ἐπώνυμοι locum obtinuerint. tum porrò de ἀρχιερεῦσι tam aliorum Numinum quam* Auguſtorum: *tum & de ἀρχιερεῦσι, cum ſolarum Civitatum, tum & totarum Regionum, ſeu Provinciarum, alioſque ἀρχιερέας (civitatum nempe) conſtituentibus. Iſta occaſione de* Metropolibus *ac* Metropolitis *cum Gentilium, tum Chriſtianorum agitur: atque illâ rurſus obiter, de vocibus Latinis quæ inſcriptionibus Græcis ſæpius immiſcentur: hincque ſuper inſcriptione Sponii, de Lucio Julio Bonnato, diſquiritur an ibi* ΔΙΑΡΙΩΝ, *an vero* ΔΙΑΣΙΩΝ, *an verò aliter ſit legendum; atque adeo an iſta vox (hincque & ipſa inſcriptio) ad* Gladiatores, *an vero ad* annonam, *an denique ad Feſtum aliquod* Diaſia *appellatum, pertineat.*

INter Ἐπωνύμυς eminebant quoque οἱ Ἀρχιερεῖς ſeu *Pontifices*; quos in pluribus regionibus atque urbibus Græciæ (& maxime quidem inſularis, atque Aſiæ Minoris) obtinuiſſe reperimus: ut apud Epheſios, Athenienſes, Apamenſes, Daldianos, Nyſæos, Byzantias, plureſque alios, cum civitates, tum populos,

pulos, qui procedente noſtro contextu ſe ſponte ſatis oggerent. Hi autem *Pontifices*, licet nonnunquam ſimplici ἱερέως appellatione exprimantur, tamen revera ἀρχιερεῖς fuere; quorumque inde *nomina* in nummis ac lapidibus ita (ac quidem frequenter) occurrunt, ut per illa anni ac tempora ſignentur.

Hinc enim in marmore iſto perinſigni, quo fœdus inter Smyrnæos ac Magneſios ictum deſcribitur, habemus: ΕΠΙ ΙΕΡΕΩΣ ΗΓΗΣΙΟΥ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ ΔΕ ΠΥΘΟΔΩΡΟΥ ΜΗΝΟΣ ΛΗΝΑΙΩΝΟΣ ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ, &c. Ac licet minorum urbium ſoli utplurimùm *Sacerdotes*, ſive ἱερεῖς ſacrorum ceremoniis, adminiſtrationique præeſſent; majorum tamen ἀρχιερεῖς & Flamines (qui propriè Latinorum erant) ſic quoque, ut dixi, aliquando, vel ἱερέων, vel ἱερασαμένων nomine veniebant. Unde in marmore, apud Sponium (Miſcell. pag. 341. n°. 64, quodque ſuprà integre attuli) habemus: ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΕΥΦΡΟΣΥΝΟΥ ΙΕΡΑΣΑΜΕΝΟΥ ΠΟΛΙΟΥΧΟΥ Β̄. ſicut & in hoc ſequenti:

ΠΟΝΤΙΚΟC : ΑCΚΛΕΠΙΟΥ
ΔΙC . ΦΥΛΑΡΧΟC . ΦΥΛΗC. . . . Ν
ΑΤΗ . ΑCΤΥΝΟΜΗCΑC. . . . ΙΡΕΑ
CΑΜΕΝΟC . ΤΗ . ΠΑΤΡΙΔΙ . ΒΟ
. . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . .
ΑΕ. . . . ΤΟΝ . ΠΡΟΓΟΝΙΚΟΝ
ΒΩΜΟΝ . ΕCΚΕΥΑCΕΝ
ΧΑΙΡΕ ΠΑΡΟΔΕΙΤΑ

Sic alibi habemus unum eundemque hominem (ut infra videbimus) & ἀρχιερέα. . . . . . & ἱερέα Τιβερίου Καίσαρος: quum interim & Cæſares ſuos ſibi, non tantum *Sacerdotes*, ſive ἱερέας, verum & *Pontifices*, ſive ἀρχιερέας haberent:

berent: unde plus ſemel occurrit illud ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ. Ita etiam occurrit in inſcriptione adhuc infra adducenda, ΙΕΡΕΥΣ ΚΑΤΑ ΤΟ ΕΞΗΣ ΔΙΣ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΤΟΥ ΚΑΘΗΓΕΜΟΝΟΣ ΔΙΟΣ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ Μ. ΑΥΡΕΛΙΟΥ ΑΝΤωΝΕΙΝΟΥ, &c. Quin apud Athenienſes habemus hoc, ΕΠΙ ΙΕΡΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΤΟΥ ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΡΑΜΝΟΥΣΙΟΥ. Qui ſimpliciter ἱερεῖς viderentur fuiſſe, niſi additum eſſet iſtud ΕΠΙ. Illos interim ἱερεῖς, ſeu *Pontifices*, quorum mentio fit apud Demoſthenem (in Orat. pro Corona,) in pſephiſmatum initiis, ac I. quidem, Ἐπὶ ἱερέως Κλιναγόρου ἐιαρινῆς Πυλαίας, ἔδοξε Πυλαγόραις, καὶ τοῖς συνέδροις τῶν Ἀμφικτυόνων, &c. 2°. vero, Ἐπὶ ἱερέως . . . . . . . . . . ἔδοξε τοῖς Πυλαγόραις καὶ τοῖς συνέδροις τῶν Ἀμφικτυόνων, καὶ τῷ κοινῷ τῶν Ἀμφικτυόνων, &c. illos, dico, aut revera ἀρχιερέας, ſive in *Pylis*, ſive *Delphis*, fuiſſe; aut aliàs, in iſto conventu (ejuſdem ſaltem conventus tempore) tali munere, dignitate atque auctoritate gaviſos; inter illos, qui ad iſtum conventum delegati (ἱερομνήμονες &c.) *Sacerdotum* quoque vice fungebantur: quatenus Sacrorum æque quam profanorum curam gererent. Neque omittenda mihi videtur hæc ſequens, apud Gruterum. pag. 319. 2.

ΓΑΙΟΣ ΓΑΙΟΥ
ΑΧΑΡΝΕΥΣ ΙΕ
ΡΕΥΣ ΓΕΝΟΜΕ
ΝΟΣ ΘΕΩΝ ΜΕ
ΓΑΛΩΝ ΔΙΟΣ
ΚΟΡΩΝ ΚΑΒΕΙΡΩΝ
ΕΝ ΤΩ ΕΠΙ ΔΙΟ
ΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕ
ΤΑ ΛΥΚΙΣΚΟΝ ΑΡ
ΧΟΝΤΟΣ ΕΝΙΑΥ
ΤΩ ΙΔΡΥΣΑΤΟ

Porrò

Porrò *Pontifices*, ſive ἀρχιερεῖς, *Summive Sacerdotes*, ſummæ dignitatis atque auctoritatis (niſi Flaminum loco ibi eſſent) in ſua Civitate, vel Provincia, erant. Ex hiſce enim, ut videtur, ἀσιάρχαι eligebantur, atque ejusmodi ἀρχιερεῖς, quin & μητροπολῖται, qui totis regionibus ac provinciis, ac pluribus aliis quandoque ἀρχιερεῦσι, nedum *Sacerdotibus* ſive ἱερεῦσι, præerant.

Hujusmodi autem ἀρχιερεῖς etiam in nummis æque atque in lapidibus nobis occurrunt. Sic namque in nummis, ex. gr. (nam in ſequentibus plura talia ſeſe ſponte oggerent) habemus, ſub Auguſto apud Epheſios, alioſque, hos ſequentes ita expreſſos, ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΑΣΚΛΗΠ. ΤΡΥΦΩΝ ΕΦΕ. *Aſclepius Tryphon Pontifex Epheſi*, ſive Epheſiorum. ΑΡΧ. ΚΟΥΣΙΝΙΟΣ Δ. ΕΦ. *Couſinius quartùm* (ſeu quartâ vice) *Pontifex Epheſiorum.* Sic quoque ΕΠΙ ΦΛ. ΦΙΣΙΚΟΥ ΑΡΧΙΕ. ΕΥΜΕΝΕΩΝ *Sub Pontifice Flavio Phiſico Eumenenſium in Achaja:* ſub Philippi Senioris imperio ſcilicet. Et in alio, Otaciliæ Severæ, nummo ΕΠ. Φ. ΦΙΣΙΚΟΥ ΑΡΧ. ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΑΧ. *Sub Flavio Phiſico Pontifice Eumenenſium in Achaia.* ac denique in alio, Juliæ Domnæ, ΕΠΙ Λ. ΑΥΡ. ΗΦΑΙΣΤΙΩΝΟΣ ΑΡΧΙΕΡ. ΔΑΛΔΙΑΝΩΝ. *Sub Lucio Aurelio Hephæſtione Pontifice Daldianorum.* In quibus nempe ut ἐπώνυμοι apparent, ſive ut a quibus tempora quoque ſignarentur; non ſolum ut ſimpliciter ἀρχιερεῖς.

Provinciarum, porrò, vel totarum regionum ἀρχιερεῖς habemus & in his ſequentibus marmoribus. Ita enim apud Sponium. Tomo II. pag. 410.

. . . ΤΟΥ ΑΥΤΟΚ<br>ΡΑΤΟΡΟΣ ΑΝΔ<br>ΑΝΚΡΑΤΕΡΟ. . . .<br>ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ<br>ΑΧΑΙΩΝ

Quales tamen an ſemper ceu ἐπώνυμοι in lapidibus occurrant, merito dubitari queat, ſi non præcedat τὸ ΕΠΙ.

Adjungatur autem huic præcedenti marmori hoc non mutilatum, ſed adhuc integrum, quod apud eundem Sponium, Tomo I pag. 394. & apud G. Whelerum pag. 211. reperitur ab ipſis Theatyræ excerptum:

Η ΠΑΤΡΙΣ
Μ. ΑΥΡ. ΔΙΑΔΟΧΟΝ ΙΠΠΙΚΟΝ ΤΟΝ
ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΝΑΩΝ ΤΩΝ
ΕΝ ΠΕΡΓΑΜΩΙ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΑ
ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΚΑΙΡΟΝ ΤΗΣ
ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΒΟΥΛΑΡ
ΧΟΝ ΤΙΜΗΘΕΝΤΑ ΥΠΟ ΤΟΥ
ΘΕΙΟΤΑΤΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
Μ. ΑΥΡ. ΣΕΟΥΡΟΥ ΑΝΤΟΝΕΙΝΟΥ
ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΣΥΝΑΨΑΙ ΤΑΣ
ΑΡΧΙΕΡΟΣΥΝΑΣ ΤΟΙΣ ΟΞΕ
ΣΙΝ ΦΙΛΟΤΙΜΗΣΑΜΕΝΟΝ
ΕΝΔΟΞΩΣ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΟΦΡΟ
ΝΩΣ ΑΝΔΡΑ ΕΠΙ ΗΘΕΣΙ ΚΑΙ
ΕΠΙΕΙΚΕΙΑΙ ΚΑΙ ΤΗΙ ΠΡΟΣ
ΤΗΝ ΠΑΤΡΙΔΑ ΕΥΝΟΙΑΙ, ΔΙΑ
ΠΡΕΠΟΝΤΑ

Quam Inſcriptionem ita verto:

*Patria* [*erexit hoc monumentum*] *honori Marci Aurelii Diadochi* [*Summi Sacerdotis ſui*] *Pontificis Aſiæ* [*Minoris*]

*noris*] *Templorum quæ ſunt Pergami, & Pontificis*, [ſeu *Summi Sacerdotis*] *eodem tempore Patriæ ſuæ & ad vitam primi Conſiliarii, honorati à digniſſimo Imperatore Marco Aurelio Severo Antonino Auguſto, quodglorioſè ac magnificè ſtuduerit injungere Archieroſynas in ambabus civitatibus* [Thyatiræ ſcilicet & Pergami] *acutis* [eoque munere dignis Sacerdotibus.] *Viri moribus, æquitate, ac bonâ in patriam voluntate eximiè excellentis.* Illud autem τιμηθέντα de Statua ipſi erecta eſſe intelligendum, a me alibi clarius oſtendetur.

Ex hac porrò inſcriptione [quod obiter quoque notandum] videmus quod hic *Aur. Diadochus* duplici ἀρχιερωσύνῃ gaviſus ſit, unâ τῶν Ἀσίας ναῶν ἐν Περγάμῳ, altera τῆς πατρίδος αὐτοῦ; quæ procul omni dubio Thyatira fuit.

Interim, quaſi per parentheſin, notandum duco, videri ἀρχιερέας iſtos Regionum ac Provinciarum tali honore ac poteſtate præditos fuiſſe, qualibus poſtea inter Chriſtianos Epiſcopi *Metropolitani* ſuperbierunt; hiſque illos exemplo fuiſſe, átque adeo Chriſtianos illos hinc originem traxiſſe.

Scimus, mi Lector (ut de Gentilibus, quippe qui huc magis ſpectant, prius loquar) ex antiquitatis Græcanicæ monumentis, quæ qualeſque fuerint urbes, ſeu civitates, μητροπόλεις; cum ſimpliciter ſic dictæ, tum quæ, ſive titulotenus, ſolove honore iſto dignatæ, ſive re ipſa μητροπόλεις πρῶται eſſent, indeque πρωτεῖαν inter unius ejuſdemque regionis *Metropoles* obtinerent.

Harum nempe ἀρχιερεῖς primatu ſuper cæteris ἀρχιερεῦσι gaudebant. Cujuſmodi πρῶτον ἀρχιερέαν exiſtimo fuiſſe illum *Arſacium*, ad quem *Julianus Cæſar*, ut Pontifex Maximus, ſcribit, Epiſt. 49. ex Zoſimo, in editione Petaviana pag. 202. reperiunda; quamque jam ſupra, ubi de *Sacris Tauroboliis* loquebar, fere totam adduxi.

Ut autem, ex. gr. *Bithynia* duas ſimul habebat *Metropoles*, *Nicomediam* & *Nicæam* [ne jam loquar de Aſiæ Propriæ duabus illis civitatibus *Smyrnâ* atque *Epheſo*, quæ inter ſe de πρωτεία hic æque quam circa πρωτείαν Neocoratus certabant] non æquali tamen jure fruebantur: quod *Nicomedia* reverâ *Bithyniæ* πρώτη μητρόπολις eſſet.

Idem quoque locum habuit in *Galatia*, ut in qua & *Ancyra* ſimul & *Peſſinus*, tum & *Sebaſte* Tectoſagum, fuere *Metropoles*. De priori namque & in nummis tam Commodi quam Caracallæ ac Getæ, tum & Gallieni; quam, & in inſcriptione (inferius aliâ occaſione integra adducenda) ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΓΚΥΡΑΣ; quam denique apud Ptolomæum: Ἀγκύρα μητρόπολις [ubi, notante Bertio, in Palatino codice additur ἐπίσημος.] quin & in Saloninæ nummo, Μητροπόλεως δὶς Νεωκόρων Ἀγκύρας, id patet.

Priora tamen tempore hiſce fuere, quæ de poſteriori, ſeu *Peſſinunte*, ita tradit Strabo lib. XII. Πεσινοῦς δ' ἐστὶν ἐμπορεῖον τῶν ταύτῃ μεγίστων, ἱερὸν ἔχων τῆς μητρὸς τῶν θεῶν, σεβασμοῦ μεγάλου τυγχάνον· καλοῦσι δ' αὐτὴν Ἄγδιστιν. Οἱ δ' ἱερεῖς τὸ παλαιὸν μὲν δυνάσται τινὲς ἦσαν, ἱερωσύνην καρπούμενοι μεγάλην· νυνὶ δὲ τούτων μὲν αἱ τιμαὶ πολὺ μεμείωνται, τὸ δὲ ἐμπορεῖον συμμένει. κατασκεύασται δ' ὑπὸ τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων ἱεροπρεπῶς τὸ τέμενος, ναῷ τε καὶ στοαῖς λευκολίθοις· ἐπιφανὲς δ' ἐποίησαν Ῥωμαῖοι τὸ ἱερὸν, ἀφίδρυμα ἐνθένδε τῆς θεοῦ μεταπεμψάμενοι κατὰ τοὺς τῆς Σιβύλλης χρησμοὺς· καθάπερ καὶ τοῦ Ἀσκληπιοῦ τοῦ ἐν Ἐπιδαύρῳ. *Peſſinus emporium eſt in iſtis regionibus maximum, habens templum, ſummaque cultum religione Matris Deorum, quam Agdiſtin appellant. Sacerdotes ANTIQUITUS reguli quidam erant, fructum magnum Sacerdotii percipientes. Nunc eorum quidem honores valde ſunt attenuati: emporium tamen conſtat. Locus ſacer ab Attalis regibus magnifice eſt adornatus templo, porticibuſque albi lapidis. Illuſtre id fanum Romani fecere, cum inde ſimulacrum Deæ*

*Deæ acciverunt, Sibyllæ oraculo moniti. Sicut & illud Æſculapii in Epidauro.* Ut autem *Sebaſte* Paleſtinæ urbs erat, ſicuti id cunctis notiſſimum eſt; ita etiam *Sebaſteni Tectoſagum* in Galatia erant; atque adeo Galatarum pars. Hinc namque hæc apud Gruterum, pag. 427. 8. inſcriptio:

Η. ΒΟΥΛΗ. ΚΑΙ. Ο. ΔΗΜΟϹ
ϹΕΒΑϹΤΗΝΩΝ
ΤΕΚΤΟϹΑΓΩΝ
ΕΤΙΜΙϹΕΝ. Μ.
ΚΟΚΚΗΙΟΝ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ . ΤΟΝ
ΕΑΥΤΩΝ . ΠΟΛΙΤΗΝ
ΑΝΔΡΑ . ϹΕΜΝΟΝ . ΚΑΙ ΤΗ
ΤΩΝ . ΗΘΩΝ . ΚΟϹΜΟΤΗΤΙ
ΔΟΚΙΜΟΤΑΤΟΝ

Tectoſages vero ad Ancyranam ditionem pertinuiſſe hæc Strabonis verba (lib. 4.) indicant: Τριῶν γὰρ ὄντων ἐθνῶν, ἓν ἐξ αὐτῶν τὸ περὶ Ἄγκυραν πόλιν Τεκτοσάγων λέγεται. *Nam cum tres ſint ibi gentes, una quæ eſt circa Ancyram urbem Tectoſages dicitur.* At *Sebaſten* (unde *Sebaſteni*) urbem non tantum Galatiæ, verum & Metropolim fuiſſe, oſtendit nobis hæc ſequens inſcriptio, quam aliàs adhucdum ineditam primus vulgavit, in eximiis ſuis Notis ad Lactantium *De Mortibus Perſecutorum*, Ampliſſimus G. Cuperus, pag. 210.

ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΟΝ
ΠΡΟΚΛΟΝ. ΕΚ. ΣΥΝ
ΚΛΗΤΙΚΩΝ. ΚΑΙ ΥΠΑΡ
ΧΩΝ. ΧΕΙΛΙΑΡΧΟΝ
ΕΝ. ΔΑΚΙΑ. ΛΗΓΙΩΝΟΣ
ΙΓ. ΓΕΜΙΝΗΣ. ΔΗΜΑΡ
ΧΩΝ. ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ. ΡΩ
ΜΕ. ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΑ. Ο
ΔΩΝ. ΗΓΕΜΟΝΑ ΛΗΓΙΩ
ΝΟΣ. Α. ΑΘΗΝΑΣ. . . . .
ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ. ΓΑΛ. . . . .
ΑΣ. ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ. ΚΑΙ ΑΝΤΙΣΤΡ
ΤΗΓΟΝ. ΒΕΛΓΙΚΗΣ. Η. ΜΗΤΡΟΠΟ
ΛΙΣ. ΤΗΣ. ΓΑΛΑΤΙΑΣ. ΣΕΒΑΣ
ΤΗ. ΤΕΚΤΟΣΑΓΩΝ. ΑΝ
ΚΥΡΑ. ΤΟΝ. ΕΑΥΤΗΣ. ΣΩΤΗ
ΡΑ. ΚΑΙ. ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ

Videmus ergo hîc tertiam inter Galatas *Metropolim:* quæ tamen, ſicuti ad Ancyranam pertinebat, Ancyræ, ut πρώτη Μετρόπολι ordine ac dignitate, ceſſiſſe videtur. An igitur Arſacius *Ancyræ*, an vero *Peſſinunte* fuerit *Metropolita;* (nam de Sebaſtena Metropoli id non probabile eſt) incertum eſt. Licet magis mihi veriſimile ſit, *Peſſinunta* & ob antiquitatem, & ob alias prærogativas; ac maxime ob Templum & Matrem Deorum, primas obtinuiſſe partes. Niſi hic etiam acciderit aliquando idem, (aut ſimile quid,) quod Antiochenſibus ſub Adriano acciderat. De quo ita Spar-

Spartianus, in ipſius vita: *Antiochenſibus inter hæc ita odio habuit, ut Syriam a Phœnice ſeparare voluerit, ne tot civitatum Metropolis Antiochia diceretur.* Quod quantumvis non liqueat ab Adriano factum fuiſſe, a Severo tamen poſtea factum videtur, ex hiſce ejuſdem Spartiani, de Caracalla, verbis: *Antiochenſibus interventu ſuo jura vetuſta reſtituit; quibus iratus fuerat Severus quod Peſcennium Nigrum juverant.* Verum enim vero hiſce temporibus & *Tyrus* & *Sidon* ambæ, fuere (atque id quidem Phœniciæ) Metropoles; ut nummi id clare docent.

Certius porrò eſt hunc *Arſacium* cæteris cùm ἱερεῦσι tum ἀρχιερεῦσι præfuiſſe; illoſque etiam, ubi deſiderarentur, conſtituiſſe: Sicut id videmus in *M. Aurelio Diadocho Pergamenorum* ἀρχιερεῖ, ſeu *Pontifice*; prout indicant illa, in inſcriptione Thyatiræ reperta, ac modo allata, ΤΙΜΗΘΕΝΤΑ ΥΠΟ ΤΟΥ ΘΕΙΟΤΑΤΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΟΝΕΙΝΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΣΥΝΑΨΑΙ ΤΑΣ ΑΡΧΙΕΡΟΣΥΝΑΣ ΤΟΙΣ ΟΞΕΣΙΝ ΦΙΛΟΤΙΜΗΣΑΜΕΝΟΝ ΕΝΔΟΞΩΣ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΟΦΡΟΝΩΣ.

Nempe is, dum *Aſiæ quæ ad Pergamum* pertinet, [quæ Pergamus. pars Aſiæ erat Proconſularis] præerat ut ἀρχιερεὺς, ſeu *Pontifex;* etiam reliquas ἀρχιερέας iſtius ditionis conſtituebat.

Erant autem primitus ſolæ iſtæ civitates *Metropoles*, unde aliæ originem ſuam trahebant, [ſicut id Thucidides lib. 4. docet Ἀποικία εὖ μὲν πάσχουσα τιμᾷ τὴν Μητρόπολιν, ἀδικουμένη δὲ ἀλλοτριοῦται.] ut *Athenæ* ſuarum Coloniarum, ut *Roma*, *Byzantium* quoque, ut *Epheſus*, ut aliæ. Pòſt vero obtinuit, ut quæ primariæ ſuæ regionis aut provinciæ erant Metropoleos jure ac prærogativâ, ſaltem titulo atque honore, fruerentur: atque inde ortum ut quandoque plures ſimul *Metropoles* in una eademque regione aut Provincia eſſent; licet

licet una inter illas vero *Metropoleos* jure ac prærogativâ, cæteræ magis titulo atque honore, quam re gauderent. Sic *Epheſus*, teſte Ulpiano, (ipſiuſque ætate,) *Primatum inter Metropoles* obtinebat; quamvis *Smyrna* ſe aliàs quoque *primam Metropolin* jactaret. Ita enim ille, Digeſt. lib. I. tit. IV. De officio Proconſulari, (ipſiuſque in Provinciam ingreſſu) *Antoninus Auguſtus ad deſideria Aſianorum reſcripſit, Proconſuli neceſſitatem impoſitam per mare Aſiam applicare,* καὶ τῶν μητροπόλεων Ἔφεσον, *id eſt, inter Matrices urbes Epheſum primam attingere.*

Quantumvis igitur & *Smyrna Metropolis* eſſet, non tamèn revera èrat *prima.* Itaque nonnullæ jam ſub Cæſaribus, in una eademque provincia ubi jam *Metropolis* eſſet id jus *Metropoleos*, ſive indultu Cæſarum, ſive aliter; poſt *primam* obtinebant: ſed ut plurimum ſolo nominis titulo atque honore fruebantur.

Unde (ut hæc adhuc addam) *Amaſia* in nummis M. Aurelii, Commodi, Severi, Caracallæ, & Alexandri Severi appellatûr ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ΠΡΩΤΗ ΠΟΝΤΟΥ; quum contrà Τομεύς, ſeu *Tomi* ſimpliciter, (in Commodi, Pertinacis, Caracallæ &c. nummis) vocentur ΜΗΤΡΟΠ. ΠΟΝΤΟΥ ΤΟΜΕΩC. Verum hæc alibi exactius pertractanda: quare pauca nunc ſolum addam, de Chriſtianorum μητροπόλεσιν ac *Metropolitis*; ut ſic rurſus me ad rem propoſitam convertam.

Nempe eodem pene modo ut apud Gentiles, ſic apud Chriſtianos *Metropoles* & *Metropolitas*, ſeu *Metropolitanos*, obtinuiſſe; urbeſque *Metropoles* quandoque plures numero in una eademque regione aut provincia, locum habuiſſe liquet. enim videmus primò ex Concilii Nicæni canone. 7. qui Græce habet: Ἐπειδὴ συνήθεια κεκράτηκε καὶ παράδοσις ἀρχαία, ὥστε τὸν ἐν Αἰλίᾳ Ἐπίσκοπον τιμᾶσθαι, ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, τῇ μητροπόλει σωζομένου τοῦ οἰκείου ἀξιώματος. Quæ Dionyſius Exiguus

Exiguus reddit: *Quia conſuetudo obtinuit, & antiqua traditio, ut Æliæ epiſcopus honoretur: habeat honoris conſequentiam, ſalva Metropoli propria dignitate.* At maxime ex can. XIII. Conc. Chalcedonenſis; qui illum Synodi Nicenæ. 7. illuſtrat & explicat: *Pervenit ad nos, quod quidam præter eccleſiaſtica ſtatuta facientes, convolarunt ad poteſtates, & per pragmaticam formam in duo unam provinciam diviſerunt: ita ut ex hoc facto duo Metropolitani eſſe videantur in una provincia. Statuit ergo ſancta Synodus de reliquo nihil ab Epiſcopis tale tentari, alioquin qui hoc adniſus fuerit, amiſſione gradus proprii ſubjacebit. Quæcunque vero civitates LITTERIS IMPERIALIBUS Metropolitani nominis honore ſubnixæ ſunt, honore tantummodo perfruantur, & qui eccleſiam ejus gubernat epiſcopus: ſalvis ſcilicet veræ Metropolis privilegiis ſuis.* Græca verba habent: Ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, ὡς τινὲς παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς προσδραμόντες δυναστείαις, διὰ πραγματικῶν τὴν μίαν ἐπαρχίαν εἰς δύο κατέτεμον, ὡς ἐκ τούτου δύο μητροπολίτας εἶναι ἐν τῇ αὐτῇ ἐπαρχίᾳ· ὥρισεν τοίνυν ἡ ἁγία σύνοδος, τοῦ λοιποῦ μηδὲν τοιοῦτο τολμᾶσθαι παρὰ ἐπισκόπου· ἐπεὶ τὸν τοιοῦτο ἐπιχειροῦντα ἐκπίπτειν τοῦ ἰδίου βαθμοῦ. ὅσαι δὲ ἤδη πόλεις διὰ γραμμάτων βασιλικῶν τῷ τῆς μητροπόλεως ἐτιμήθησαν ὀνόματι, μόνης ἀπολαυέτωσαν τῆς τιμῆς, καὶ ὁ τὴν ἐκκλησίαν αὐτῆς ἐπίσκοπος, δῆλον ὅτι σωζομένων τῇ κατ' ἀλήθειαν μητροπόλει τῶν οἰκείων δικαίων.

Sic namque in Novellis *Beryto* (quæ Phœniciæ civitas erat) *Metropoleos nomen ac dignitas, Salvo Tyri jure, tribuitur.* Sic quoque erant ſub Conſtantinopolitano Archiepiſcopo [ita enim & Patriarchæ cum Conſtantinopolitanus, tum Alexandrinus, tum & Antiochenus aliquando appellabantur: ſicut & Diœceſis quandoque pro tota horum unius juriſdictione capiebatur] *Metropolitani Ponticæ Diœceſeos, Aſianæ, & Thracicæ*, ut qui a Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, (ſeu Patriarcha, vel ſummo Metropolitano) ordinabantur.

 *Metro-*

*Metropolitæ* porro, ſeu *Metropolitani* Chriſtianorum Concilii Antiocheni can. XX. etiam appellantur οἱ ἐπαρχιῶντες ἐν τῇ Μητροπόλει, & οἱ πεπιστευμένοι τὰς Μητροπόλεις. Apud Africanos vero *Primates* (quod Græci rurſus πρωτεύοντες reddunt) uti ex Africanorum Conciliorum canonibus, (tum & aliunde) ſat abunde liquet. Aliquando autem & *Metropolitani* vocabantur ἔξαρχοι; at tales qui aliis *Metropolitanis* ſupereminebant, atque inde etiam ὑπέρτιμοι nominabantur, nempe ἔξαρχοι ὑπέρτιμοι; quum cæteri tantum μετροπολῖται ὑπέρτιμοι nominarentur [vide Codinum de Officiis aulæ Conſtantinopolitanæ: cui jungatur & poſterior pars canonis XVII. Concilii Chalcedonenſis.] Quin contra in medio canonis VI. Concilii Sardicenſis reperimus hæc: διὰ γραμμάτων τοῦ ἐξάρχου τῆς ἐπαρχίας (λέγω δὲ τοῦ ἐπισκόπου τῆς Μητροπόλεως) ac paulo inferius, in eodem canone VI. editionis Pariſienſis, anni D. M. D. XL, typis Regiis) χρὴ δὲ καὶ μετακαλεῖσθαι καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας ἐπισκόπους πρὸς τὴν κατάστασιν τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου. μὴ ἐξεῖναι δὲ ἁπλῶς καθιστᾷν ἐπίσκοπον κώμῃ τινὶ ἢ βραχείᾳ πόλει, &c. quæ priora ſatis illuſtrant. Quibus adde hæc Barlami de Primatu Papæ (Edit. Lugd. p. 113.) Cap. VI. Τῆς μὲν γὰρ χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων τοὺς ἐν ἑκάστοις μητροπολίτας ἔχειν τὸ κῦρος, τούτους δὲ ὑπὸ τῶν πατριαρχῶν χειροτονεῖσθαι, ὑφ᾽ ὃν ἕκαστος ἀνήκει θρόνον, οἱ νόμοι ἐθέσπισαν.

Ad *Metropolitas* Gentilium fere æque atque ad ἀρχιερέας, ſpectare videtur hæc jam ſequens inſcriptio: in qua & alia notanda veniunt; de quibus ſtatim quoque aliquid dicendum erit. Illa autem hoc modo, in Sponii Miſcellaneis, pag. 356. ita exhibetur:

ΛΕΥΚΙΟΝ ΙΟΥΛΙΟΝ ΒΟΝΝΑΤΟΝ
ΑΝΔΡΑ ΕΚ ΠΡΟΓΟΝΩΝ ΜΕΓΑΝ ΚΑΙ ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝ
ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΝΑΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΛΥΔΙΑ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ
ΚΑΙ ΙΕΡΕΑ ΜΕΓΙΣΤΟΥ ΠΟΛΙΕΟΣ ΔΙΟΣ ΔΙΣ ΑΡΧΙΕΡΕΑ
ΤΩΝ ΤΡΙΣΑΠΟΛΕΩΝ ΚΑΙ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΝ ΚΑΙ ΙΕΡΕΑ
ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ ΠΡΩΤΟΝ ΔΙΣ
ΚΑΙ ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΝ ΔΙΑΡΙΩΝ ΕΝΔΕΙΑΣ ΓΕΝΟΜΕΝΗΣ
ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΜΕΓΑΛΟΨΥΧΙΑ ΧΡΗΣΑΜΕΝΟΣ
ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΕΙΣ ΕΠΙΚΟΥΦΙΣΜΟΝ ΕΚΑΣΤΩ ΠΟΛΙΤΗ
ΕΧΑΡΙΣΑΤΟ ΜΟΔΙΟΝ ΚΑΙ ΠΑΣΑΣ ΑΡΧΑΣ ΦΙΛΟΤΙΜΩΣ
ΤΕΤΕΛΕΚΟΤΑ ΤΗ ΠΑΤΡΙΔΙ

Hîc primùm videmus *Pontificem templorum Aſiæ in Lydia quæ ad Sardianos* ſpectabat. Qui an ſimul *Aſiarcha* fuerit, quatenus ἀρχιερεὺς erat (quum & Sardiani ſuum *Aſiarchen* habuerint) conſiderabimus, ubi nobis de *Aſiarchis* ſermo erit. Videmus porro eum quoque fuiſſe Sacerdotem Jovis Poliei; ac quidem ſecunda vice: quod minori difficultate laborat, quam quod fuerit ἀρχιερεὺς, ſeu *Pontifex, Triſapoleon:* quod igitur an ita, an vero aliter legendum ſit etiam diſquirendum erit. Ut autem *Sacerdotes Cæſarum* ſive *Auguſtorum*, nobis ſæpius occurrunt; notumque eſt & Tiberium ſuos *Sacerdotes* habuiſſe ac *Flamines*, qui apud Græcos ἱερέων nomine veniebant: ſic non abſonum mihi videtur hoc, ἱέρεα Τιβερίου Καίσαρος, de *Flamine* eſſe intelligendum. Nec denique eſt quod de στρατηγοῦ πρώτῳ multum laboremus (ſicut id ex ſequenti infra diſſertatiuncula patebit) At majorem moleſtiam hîc creat ille *Agonothetes Diarium* ſeu *Diariorum* (modo ita hic legendum ac diſtinguendum

 ſit.)

ſit.) De quibus Diariis, an, quinam, ac quales, fuerint nunc inquirendum; & an hîc recte illis locus tribuatur.

Notum ſatis eſt in inſcriptionibus Græcis ſæpius nobis occurrere verba Latina; imprimis circa munera ac magiſtratus. Exemplo ſit iſta inſcriptio, quæ apud Gruterum pag. 458. nº. 1. ita exhibetur:

Τ. ΠΟΡΚΙΟΥ. ΠΡΟΚΛΟΥ. ΑΙ
ΛΙΑΝΟΥ. ΕΞΟΧΟΤΑΤΟΥ. ΑΝΔΡΟΣ
ΚΑΙ. ΠΡΟΦΗΤΟΥ. ΥΙΩ. ΚΥΡΕΙΝΑ
ΚΟΡΝΕΛΙΑΝΩ. ΙΕΡΕΙ. ΛΕΥΚΟΘΕΑΣ
ΧΕΙΛΙΑΡΧΩ. ΙΕ. ΛΕΓ. ΑΠΟΛΛΙΝΑΡ
ΧΕΙΛ. ΚΟΟΡ. Θ. ΒΑΡΑΟΝΩΝ
ΠΡΑΙΦΕΚΤ. ΣΠΕΙΡ. Β. ΟΥΑΠ... ΝΑ
ΠΡΑΙΦΕΚΤ. ΣΠΕΙΡ. Δ. ΓΑΛΛΩΝ
ΠΡΑΙΦΕΚΤ. ΣΠΕΙΡ. ΔΑΡΔΑΝΩΝ
ΕΠΙΤΡΟΠΩ: ΠΡΕΙΟΥΑΤΗΣ. ΔΙΑ
ΦΛΑΜΙΝΙΑΣ. ΑΙΜΙΛΙΑΣ. ΛΙΓΥΡΙΑΣ
ΕΠΙΤΡΟΠΩ. ΚΑΙ . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . .

Sic pag. 68. 6. reperitur ΒΕΝΕΦ. pro *Beneficiarius* pag. 595. 11. ΤΑΒΟΥΛΑΡΙΟΣ. Sic & apud G. Wheler pag. 262. habemus ΓΑΙΟΝ ΑΝΤΙΟΝ ΑΥΛΟΝ ΙΟΥΛΙΟΝ ΑΥΛΟΥ ΥΙΟΝ ΚΟΥΑΔΡΑΤΟΝ ΔΙΣ ΥΠΑΤΟΝ ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ ΑΣΙΑΣ ΣΕΠΤΕΜΟΥΙΡΟΥΝ ΕΠΟΥΛΩΝΟΣ ΦΡΑΤΡΙΜ ΑΡΟΥΑΛΕΝ, &c. At plura afferre exempla minime neceſſarium duco. Videamus igitur quinam fuerit ἀγωνοθέτης διαλίων.

Huc certe ſpectat inſcriptio quæ, ſicut apud Gruterum pag.

pag. 404. nº. 2. exhibetur, ita & a Lipſio jam Saturn. lib. I. c. 10. allata fuerat: acquidem (ut video) eundem in finem, in quem nunc a me afferenda eſt; quæque ita habet:

L . EGNATIO . INVENTO
PATRI . L. EGNATI . POLLI
RVFI . HONORATI . EQVO . P
AB. IMPERATORIBVS. ANTONINO
ET. VERO. AVG
HIC. OBLITERATO. MVNERIS. SPECTACVLO
IMPERATA. EDITIONE. AB. INDVLGEN
MAX. PRINCIPIS. DIEM. GLADIATORVM
ET. OMNEM. APPARATVM. PECVNIA. SVA
EDIDIT
COLONI . ET . INCOLAE
OB . MVNIFICENTIAM . EIVS
L. D. D. D.

Videlicet, ſi bene rem capio, hi *Gladiatores*, qui ita *die data* ex indulgentia Principis depugnabant, *DIARII appellati* ſunt; ſicut & *Agonothetes*, qui illis præerat *Agonothetes diariorum*, gladiatorum ſcilicet. Ad quos *dies* ac *diarios* quoque ſpectat, ut puto, hæc ſequens, quæ apud eundem Gruterum pag. 475. nº. 3. hoc modo exſtat:

C . TITIO
CHRESIMO . AVG . II
HVIC . ORDO . DECVRIONVM
QVOD . PRO . SALVTE . ET . INDVLGENTIA . IMPERAT
ANTONINI. PII. FELICIS. AVG. ET. EX. VOLVNTATE. POPVLI
MVNVS. FAMILIAE. GLADIATORIAE. EX. PECVNIA. SVA
DIEM. PRIVATVM. SECVNDVM. DIGNITATEM. COLONIAE
EDIDERIT. HONOREM. BIS. ILLI. QVO. QVIS. OPTIMO. EXEMPLO
IN. COLONIA. SVESSA. HABVIT, &c.

Quod attinet autem ad vocem ἀγωνοθέτης, is ille fuit, qui alias in Gloſſario appellatur ἐπιςάτης μονομάχων, & apud Gruterum pag. 333. 4. *Munerarius*. ita enim ibi CONSTANTIVS MVNERARIVS GLADIATORIBVS SVIS, &c. *familiæ* ſcilicet *ſuæ*. De quibus Gladiatorum familiis vide Lipſium Saturn. lib. 1. c. 15. ex Seneca, Cicerone aliiſque; quod operæ pretium fuerit: ſicut & conſiderare imaginem illam deſcriptam, apud dictum Gruterum pag. 335. 5. Neque hinc abludere videtur illa inſcriptio pag. 376. 3. PROCurator LVDI. FAMIL. GLAD. CAESARIS, &c. Unde & in Græca noſtra mihi intelligenda videretur *Familia Diariorum* gladiatorum; cui ut *Munerarius* & ἐπιςάτης (quales ἀγωνοθέται munere inter Athletas fungebantur) hic *Lucius Bonnatus* præfuerit.

Ut autem in hoc *Lucio Julio Bonnato*, (ſicut & in aliis Græcis) plura ſimul munera Sacra locum invenerunt; ſic id etiam in Latinis obſervamus: ut, ne procul nimio abeamus, cum in Ulpio Egnatio Faventino, tum in Sextilio Ageſilao, Ædeſio, tum denique in Vettio Agorio Prætextato; quorum poſtremus non ſolùm fuit *Pontifex Veſtæ*, verum & *Pontifex Soli*, & *Quindecimvir*, & *Augur*, & *Tauroboliatus*, & *Neocorus*, & *Hierophanta* (puta Hecates) & *Pater*, denique *Sacrorum:* ſecundus vero *Pater Patrum Dei Solis invicti Mythræ*, uti & *Hierophanta Hecatæ*, hinc *Dei Liberi Archibucolus:* primus vero *Augur* P V B. P. R. Q. *Pater & Hierocorax D. S. L. M. Archibucolus Dei Liberi*, & *Hierophanta Hecatæ* tum denique & *Sacerdos Iſidis.* Ita ut unus idemque homo (quod & in fœminis videbimus) plura ſimul *Sacerdotia* adminiſtraret; ſaltem honorem illum ac titulos gereret. Quod & hodie in Romana Eccleſia videmus.

Illis tamen quæ de *Diariis* ſupra conceperam, non poſſum non hæc ſequentia ſubjungere, poſt conſulta ſuper iſta

re

re duo clariſſima eruditionis Græcanicæ lumina, D. D. Giſbertum Cyperum, & Jac. Perizonium. Atque Ampliſſimus quidem Cuperus; qui διαρίων ἐνδείας γενομένης ſic conjunctim legit, (ut oſtendat hæc ad Gladiatores *Diarios* non pertinere) id pro *annonæ caritate* jam in Harpocrate ſuo (pag. 139.) me neſcio adhucdum, explicaverat; ulteriuſque id ex Meurſio ac Du Cange firmavit. Qui quoque, cum ipſi reponerem, exempla tam apud Meurſium, quam apud Du Cange nulla extare, præterquam infimæ (ut ſic loquar) Græcitatis; ac præterea Juſtinianum Nov. 123. cap. 30. loqui de *Diaconiſſis* cum viris ſuſpectis habitantibus; quibus fœminis interdicto non parentibus *Salaria*, (quæ διαρίων vocabulo ibi denotantur,) ob miniſterium iſtud tributa, ibi ſubtrahuntur: alterumque adeo ipſius exemplum eadem Nov. cap. 16, ad *annatas*, ſive *annua* clericorum *ſalaria* ſpectare: *quæ annatæ* ibi ἑνὸς ἐνιαυτοῦ διάρια, ſeu *ſalaria* appellantur: cumque iſtis exemplis & conferenda eſſe illa, quæ ex Baſilii Eccloga III. adducuntur (ut gemina hiſce allatis eſſe conferenda: cæteraque exempla ad Clericos ſive Eccleſiaſticos iſtorum ſeculorum, neque ullo modo (quantum ego judicare hactenus valebam) iſta *Annonam publicam* reſpicere: ille ſolita ſua, erga doctos ac diſcendi meliora cupidos, bonitate hoc reſponſo me dignatus eſt: *Diaria, Fateor, Meurſio & Du Cange ſumpta ſunt ex auctoribus infimæ Græcitatis; & agitur in iis de Perſonis vel Salariis Eccleſiaſticis ſive annatis, nec reſpiciunt annonam publicam. Neque tamen ſententiam muto: Nam Diaria Latinis, atque inde Græcis notant victum quem populus ſibi in diem, vel paucos, dies emit. Cum igitur ille deficeret, Julius Bonatus ſingulis civibus* ΜΟΔΙΟΝ *vel FRUMENTI MODIUM ad ſublevandam inopiam, & ſedandam procul dubio ſeditionem, dono dedit. Ita in genere de victu Ulp. L. 21. de Alimentis: Diariis vel cibariis relictis,*

*neque*

*neque habitationem, neque veſtiarium, neque calciarium deberi palam eſt: quoniam de cibo tantum teſtator ſentit. Ita etiam Cicero in Ep. ad Att. Cæſarem ſcribit diariis militum alacritatem acceleraſſe. Et quidem eo nomine veniebat frumentum & vilior cibus: unde apud Petronium poſt aſellum diaria non ſumo. Cum igitur Sardibus plebs ſibi comparare non poſſet vel in ſingulos, vel in pluſculos dies frumentum* ΔΙΑΡΙΩΝ ΕΝΔΕΙΑ, *annonæ caritas facta eſt; cui obviam ivit Julius Bonnatus, qui ut hoc obiter addam, fuit bis primus magiſtratus vel Archon: non autem, ut Sponius vertit, primus militiæ Dux.*

Quæ hiſce reponi poſſent (quæque interim ipſius eruditiſſimis obſervationibus, limatiſſimoque judicio ſubmitto) ſunt: *Diaria* ſolum aut de *Servorum* victu ſeu cibariis (quandoque & libertis aut ſervis, teſtamento manumiſſis, per idem teſtamentum legatis) aut etiam de militari cibo, quatenus is, vel his (ſervis) vel illis pro favore aut meritis adaugebatur vel imminuebatur; uſurpari. nullibi vero de civium annona, frumentive inter cives, per dies aut menſes diſtributione ſeu largitione. Huc enim clare ſpectare iſta quæ Cujacius cum in VI. tum in LVII. Novell. habet: quæque ex Horatio, Petronio, Cicerone, ac (ſi bene memini Cæſare ipſo) afferuntur. Hinc quoque illa, quæ idem Cujacius ex Cypriano de *Sportulis* affert, ita de Clericorum cibariis &c. eſſe interpretanda. Ita enim iſte epiſt. LXVI: *Quæ nunc ratio & forma in Clero tenetur; ut qui in Eccleſia Domini ordinatione clerica promoventur, in nullo ab adminiſtratione divina avocentur, nec moleſtiis & negotiis ſæcularibus alligentur, ſed in honore SPORTULANTIUM FRATRUM tanquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari & ſacrificiis non recedant, ſed die ac nocte cœleſtibus rebus & ſpiritalibus ſerviant.*

Cum aliàs apud Romanos & pro illis cibariis, quandoque & pecu-

& pecuniis quæ in dies clientibus ac Salutatoribus præbebantur a divitibus; & pro Salariis annuis (tum & pro pecunia ab utraque parte litigantium in judicio depoſita) ſportulæ capiantur. quæ *cibaria* & ab Ulpiano (ut vidimus ſupra) *Diaria* appellantur. Hinc namque & *unius anni diaria:* Sic ut *Diaria* in hac (de qua quæſtio eſt) inſcriptione pro annonæ ſublevatione, ſeu frumenti inter cives Sardianos diſtributione, minus commode capi queat.

Celeberrimus igitur Perizonius mihi hoc modo reſpondit: *Nec enim, ut recte obſervas, ex media aut infima Græcitate quod probari poteſt, id ad tempora Auguſti vel Tiberii, vel Caligulæ, quibus poſita videtur hæc inſcriptio, retrahere licet. Neque vero iſtic ſimpliciter pro annona aut re frumentaria ponitur; quæ ſignificatio hic requireretur. Tuæ vero interpretationi refragari videtur, quod DIARIUM & DIARIA Latinis notet non rem certi aut noti temporis, ſed quotidianam. Hinc DIARIA ACTA,* &c. *Putem ego deſignari hic Feſtum aliquod ſeu Agonem, tantò magis quia paſſim* Ἀγωνοθέτης *in inſcriptionibus jungitur genitivo talium Agonum. Sic apud Sponium Itiner.* pag. 411. Ἀγωνοθετήσαντα τῶν μεγάλων Καισαρείων Σεβαστῶν. & p. 414. Ἀγωνοθετήσαντα τῶν μεγάλων Παναθηναίων. *Fuerunt autem ejuſmodi certamina quamplurima & diverſiſſima, inque iis multa ſingularia, quæ alibi non fuerant, & quorum quotidie vix aut ſemel tantum occurrunt nobis nomina. Quapropter quum Athenienſes certe habuerint Jovis præcipuum Feſtum, quod appellarunt* Διάσια, *quod Latini dicerent DIALIA, crediderim id & habuiſſe Aſiaticos, eodem nomine inſignitum: atque ideo pro* ΔΙΑΡΙΩΝ *legendum hic* ΔΙΑΣΙΩΝ. *Niſi quis malit* Διάϊεια *vel* Διάρεια *fuiſſe feſtum & agonem in honorem Jovis ſimul & Martis: vel ſeparatim legere* ΔΙ ΑΡΕΙΩΝ *h. e. per tempus agonis Martialis, in Agonibus Martia-*

*libus. Sed difficillimum eſt verum invenire conjectando lectionem Inſcriptionum malè deſcriptarum: quum multa in iis memorentur, quæ nuſquam alibi occurrunt. Neque id mirum cum ſæpe contineant peculiares ritus variarum urbium, quarum nullam vel exiguam prorſus habemus hiſtoriam. Ea verò ipſa quia ignota ſunt ideo potiſſimum plerumque ab iis, qui deſcripſere, malè excepta ſunt, &c.*

In eadem iſta inſcriptione vexat æque fere illud ΤΡΙΣΑ-ΠΟΛΕΩΝ, quod ego, fateor, initio nimis facile immutans pro ΙΕΡΟΠΟΛΕΩΝ ſumpſeram: quæ conjectura tamen facili labore ſubvertitur. Quod quamvis diverſæ urbes ἱεροπόλεως nomine venerint (in Phrygia, in Cana, in Syria, in Creta) nulla tamen earum, vel alia quæpiam ἱεραπόλεων appellatione, adeoque plurali nomine, venerit. Unde & facillime inducor hîc (quamvis id ſit durum atque inſolens, cum hiſce Celeberrimis viris (Cupero ac Perizonio) legendum ΤΡΙΣ Δ. ΠΟΛΕΩΝ, τρὶς δέκα πολεων (licet alias τρὶς δέκα *triginta* deſignet) tum quod & δώδεκα & ἕνδεκα legamus: tum quod etiam numerus τῶν ιγ urbium Aſiæ in nummis plus ſemel per ΓΙ exprimatur; tum denique quod & communia ſacrificia per Pontificem Aſiæ urbium pro iis fierent; ſicut alibi oſtendo; taleque ſacrificium pereleganter expreſſum extet in nummo iſto eximio quem Ampliſſ. Ez. Spanhemius nobis ad Callimachum, ex Gaza regis Galliæ exhibet, pag. 479. Quemque ea propter hîc ut repræſentarem operæ pretium duxi.

CA-


ΕΠΙ · CΤΡ · ΚΛ · ΚΑΛΛΙC · ΤΟΥ·ΙΕΡΕΩΜ · ΙΩΝΩΝ · ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ
ΤΟ · ΚΟΙΝΟΝ · ΙΩ
ΝΩ
Ν

Digitized by Google

## CAPUT II.

*De Latinorum* Pontificibus *ac* Flaminibus *Coloniarum Provinciarum, Cæſarum, ſive Auguſtorum, &c. Plures quandoque extra Romam* Pontifices *ſimul, atque adeo* Collegia *eorum, uno eodemque in loco fuiſſe, interque illos* Pontificem Primum; *quamvis nullus propriè* Maximus *fuerit, niſi Romæ.* Caſponiam Maximam, *non fuiſſe* Sacerdotem Maximam: *quantumvis aliàs* Sacerdotes Maximæ *obtinerent; ſicut apud Græcos* ἀρχιερεῖς πρῶτοι; *tum &* ἀρχιερεῖς *plurium ſimul locorum Deorumve. De verbo* χρηματίζων *obiter aliquid; de* Baccho Auſpice; *de* Bacchi Novi *aliiſque hujuſmodi epithetis, quæ Cæſaribus, ſive Auguſtis, tribuebantur; de* Sacerdote Synodi, *&c. De Sacerdotibus ac Pontificibus, ſive* ἀρχιερεῦσι, *cùm temporariis, tum perpetuis, tum denique ex jure ac ſucceſſione Hæreditaria; ſicut & de* ἀρχιερεῦσι, *ſecundùm, tertiùm, quartùm (quin & pluries) munere eo fungentibus. De* Sacerdotibus Summis, *ſive* ἀρχιερείαις, fœminis, *iisdemque* ἐπωνύμοις; *ſeu per quarum æque ac per virorum nomina anni ſignabantur.*

SIcut etiam apud Græcos erant *Pontifices* & ſingularum civitatum & ſimul totarum Regionum; ita quoque apud Romanos, ſeu Latinos, id obtinebat. Hinc enim erant *Pontifices Coloniarum*, hujus nempe illiuſve coloniæ. Unde apud Gruterum pag. 305. n°. 10.

Q. FLAVIVS. Q. F
POLLINVS
PONT. COL
SVTPINAE

Et 345. 9.

P. AELIO. P. FIL. PAP
GENIALI
DEC. ET. PONTIF. COL
APVL. PATPON. COLLEG
C E N T.
P. AELIVS. EVTHYMVS
LIBERT.

Item n°. 8. ibid.

P. AEL. FLAVI. DEC. ET. II: VIR
ET. FLAMEN. ALCETIENSIVM
ITEM. DEC. ET. II. VIR. ET
PONTIF. COLONIAE. AVRELIAE
ANTONINIANAE. OVIL. &c.

Sic tandem quoque pag. 394. n°. 4. & 5. (de uno eodemque homine) ut:

D. M.

D . M.
M . COMINIVS . PONTIF
ET . BIS . Q. Q. COL. SARMIZ
METROP . EQ . R
SACERDOS . ARAE . AVG
SORORI . PIENTISSI
MAE . L . D . D . D

Quintam numero, ne nimius ſiam, non afferam.

Ut autem *Pontificum* in Coloniis, ſic *Flaminum* eadem ratio erat: niſi quod, ut erant *Pontifices Solis*, *Herculis*, *Veſtæ*, *Vulcani* aliorumve Deorum, quin & *Cæſarum* ſive *Auguſtorum*, ſic tamen & *Flamines* in Provinciis, Coloniis vel Municipiis ſolum horum poſtremorum, id eſt, hujus illiusve Cæſaris aut Auguſti; vel, quod rarius, ſimul *Flamen Divorum* & *Auguſtorum*: uti patet ex Grut. pag. 376. n°. 4. hoc modo:

L . CAECILIO
L . F . QVIRIN
CAECILIANO
DVVMVIRO . TER
FLAMINI . DIVOR
ET . AVGVSTORVM

Ita quoque n°. 6. habemus *Augurem* ac ſimul *Flaminem Divi Auguſti ac Romæ*: tandemque (ne plura congeram) pag. 389. 9. *Duumvirum & Flaminem Romæ*, *Divorum & Auguſtorum*. De quorum Auguſtorum ἀρχιερεῦσι, *Pontificibus*, ac *Flaminibus*, plura inferius.

*Plures*, quandoque ἀρχιερέας ſimul in una eademque, ſi

 non

non civitate, ſaltem provincia, fuiſſe, tam ex illis quæ jam ſupra attigimus, quam ex ſequentibus apparere poteſt. Certe id mihi videtur nummus ille maximi moduli, qui inter Vaillantii pag. 99. hac cum inſcript. exhibetur: ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΓΑΥΚΩΝΟΣ Γ.·ΝΙΓΡΟΥ ΑΡΧ. Α. ΒΛΑΥΝΔΕΩΝ ΜΑΚΕ. *Pontificis primi*; non *Pontificis primùm*; ſicut Harduinus in hac ſequenti vertit: ΕΠΙ ΑΡΧ. Α. ΑΥ. ΠΑΠΙΟΥ ΒΛΑΥΝΔΕΩΝ, (urbis Lydiæ ſcilicet) quod illi ambo, quamvis diverſis temporibus ibi ἀρχιερεῖς πρῶτοι fuerint. De quibus πρώτοις ſtatim latius.

Plures autem unico eodemque in loco, extra Romam quoque *Pontifices*, ſimul fuiſſe., ex antiquitate ſatis clarum ac certum eſt. Apparet id namque ex *Pontificibus*, *Iciditanis*, in Hiſpania; tum & ex *Pontificibus Albanis*, quorum utrorumque collegiorum apud Gruterum mentio eſt; ac priorum quidem, nempe *Iciditanorum*, pag. XXXI. nº. 8.

P . POPIL . AVITVS . P . F . INDVL
GENTIA . PONTIFI . ICIDITA
NORVM . LOCVM . SEPVL
ACCEPI . ANTE . AED . DEAE
MAGNAE . CYBELES . QVAM
IRATAM . MORTE . SENSI

Horum autem maxime notabilis mentio (ut quorum numerus ac nomina expreſſa ſunt) fit in hoc ſequenti marmore:

TI.

TI . CAISARI . DIVI . AVG . F<br>
DIVI . IVLI . N . AVGVSTO<br>
PONT . MAX . COS . V . IMP . VIII . TRIBVN<br>
POTEST . XVIII<br>
PONTIFICES . ALBANI

| | |
|---|---|
| Q . IVLIVS | Q . F . FAB . RVFVS |
| C . IVLIVS | C . F . SCA . BASSVS |
| TI . IVLIVS | TIB . F . FAB . NERVA |
| M . IVLIVS | C . F . FAB . SENECIO |

In ejuſmodi Collegio certè aliquis præſidebat; qui inde aut *caput*, aut *princeps*, aut *primus* (quocunque demum nomine eum vocare volueris, ſi non *Pontificem Maximum*, aut *ſummum*) audiebat; quod adeo inter cæteros emineret, illumque honorem aut per vices in circulum redeuntes, aut aliter annuo ſpatio, aut denique per totum vitæ ſpatium, poſſideret: quo modo id ſtatim in ἀρχιερεῦσι videbimus, atque in aliis Sacerdotibus quoque obſervabimus.

Hic igitur erat *Primus Pontifex*, ſeu *Pontifex Primus*; quemque aliquatenus *Maximum* inter ipſos appellare queas: quamquam revera nullus *Pontifex Maximus* eo modo aut ſenſu, ſeu poteſtate atque auctoritate, qualibus *Romæ* fuit caput *Collegii Pontificum*, cæterorumque omnium Sacerdotum, ac qui omnium & *maximarum rerum* quæ ad Sacra & religiones pertinebant, judex ſupremus erat, ullibi quod ſciam extra urbem Romam, ac ſimul intra iſta Rempublicam, locum habuerit.

Gutherius atque alii quidem contendunt, etiam inter *Sabinos* fuiſſe *Pontificem Maximum*, eodemque modo ut in

Urbe

Urbe Roma; rationeſque ſuas addunt, adducti eo ex inſcriptione ſequenti:

P. VERGILIO
P. FILIO
PONT: MAX
SABIN

Verum enim vero & Reineſius & Boſius ſat bene oſtenderunt, hîc errare Doctiſſimum Gutherium: cum ad iſtud *SABIN. Sabini* plane non pertineant.

Melius certè idem Gutherius a Sirmondo edoctus in hac ſequenti inſcriptione; quæ jam, ubi de Tauroboliis locutus ſum, allata fuit,

(CASPONIA. P. F.
MAXIMA
SACERDOS. CERERIS
PUBLICA
POPULI. ROMANI
SICULA)

ſtatuit illud *Maxima* non denotare *Maximam Sacerdotem*, atque ita ut id ad dignitatem Sacerdotalem reſpiciat; quaſi illa ſic fuiſſet *Pontifex Maxima*; verum denotare tantum nomen proprium, ſive agnomen. Quod ſane verum eſſe patet ex conſuetudine Romanorum, quâ filia adultior, aut primigenia inter cæteras ſorores, appellabatur ſimul *Maxima*: ſicut apud Reineſium XIV. 74. *Gavia* P. F. *Maxima* XI. 23. *Herennia P. F. Maxima* XIV. 39. *Cæſonia P. F. Maxima*. Quum ſic in filiabus quoque *Prima*,

*ma*, *Secunda*, *Tertia*, &c. priori nomini, prout prima, ſecunda aut tertia ordine nativitatis eſſent, accedebat. Unde & in inſcriptionibus reperiuntur, *Cornelia Prima*, *Cornelia Secunda*; *Cornelia Tertia*; quandoque etiam addita litera F. uti in modo allatis exemplis P. F. &c. vidimus. Atque hinc quoque Ciceronis ille, apud Macrobium (lib. 2. cap. 11.) locus ex ambiguo: *Equidem quo melius emptum ſciatis, comparavit Servilia hunc fundum, tertia deductâ. Filia autem Serviliæ Junia Tertia.*

*Primas* tamen *Sacerdotes* inter mulieres (Sacerdotes) locum obtinuiſſe oſtendunt, cum ἀρχιέρειαι, ſeu *Sacerdotes ſummæ*, apud Græcos, tum *Virgines Veſtales Maximæ* (adeoque *Sacerdotes Maximæ*) apud Latinos; tum denique & *Sacerdotes primæ*; quæ æque in lapidibus occurrunt; ut apud Gruterum pag. CLXXIV. 8.

IVNIA. D. F. RVSTICA. SACERD. PERP ET. PRIMA.IN.MVNICIPIO.CARTAMITANOR. &c. Quæ tamen ἀρχιέρεια πρώτη non fuit. Verum de hiſce, ut puto, jam alibi locutus ſum.

Ad viros autem quod attinet; ne de καθηοστικῶν ἀρχιερεῖ πρώτῳ nimium dubitemus, faciunt, meo judicio, hæ ſequentes nummorum inſcriptiones, ut illa *Sardianorum ſub Caracalla:* ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΕΠΙ. ΔΗ. ΡΟΥΦΟΥ ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. tum & illa, ΕΠ. ΑΥΡ. ΡΟΥΦΟΥ ΑΡΧ. Α. ΤΟ Γ. *Pontifice Primo tertiùm.* Quæ ratione ἀρχιερέως (quatenus ita vere legendum ſit) illuſtrantur ex hac ſequenti: ΝΙΚΟΜΑΧΟϹ ΑΡΧΙΕΡ. Α. ΤΟ Β. ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΥϹΙΝ, *Nicomachus Primus Pontifex, ſecundâ vice*, ſeu ſecundùm, *Temenothyrenſium.* Ex quibus ſimul diſcimus, illos, qui non per totam vitam Pontifices eſſent, munere iſto plus ſemel, ac quidem ter, quater, pluriesve (ut forſan adhuc ulterius alibi oſtendetur) perfunctos fuiſſe. Ex talibus itaque inſcriptionibus, tum marmo-

rum, tum nummorum, videtur, uti dixeram, conſequi, inter ἀρχιερέας, ſive regionum, ſive civitatum [ac quidem ſingulari modo in Jonia, ubi Aſiarcha ſimul ἀρχιερεὺς, ſaltem hujus illiuſve civitatis erat, ſi non totius Aſiæ propriæ, aut τοῦ Πανιωνίου] aliquem ſemper fuiſſe ἀρχιερέα πρῶτον; eumque, ſæpiuſcule fuiſſe ſimul ἀσιάρχην. Sicut (ut aliunde liquet) etiam iſte ἀρχιερεὺς πρῶτος, ſeu *Pontifex Primus*, vel *Primarius* non ſemper unius ejuſdemque civitatis fuit, verum (ſicut & de ἀσιάρχαις in ſequentibus patebit) nunc ex hac, nunc ex illa civitate (ex gr. Joniæ) eligebatur.

Ut igitur denuò propius ad *temporarios*, atque etiam ad *perpetuos* ἀρχιερέας accedamus; *perpetuorum* exempla habemus in nunc ſubſequentibus inſcriptionibus, apud eruditiſſimum J. Sponium reperiundis, quarumque prima (Miſcell. pag. 335.) ita habet:

Τ. Β. Δ

ΤΗΝ ΑΞΙΟΛΟΓΟΤΑΤΗΝ ΚΑΙ ΠΑΝΤΑ ΑΡΙCΤΗΝ ΑΥΡ. ΛΕΙΤΗΝ ΘΕΟΔΟΤΟΥ ΓΥΝΑΙΚΑ ΔΕ ΠΡΩΤΟΥ ΤΗC ΠΟΛΕΩC Μ. ΑΥΡ. ΦΑΥCΤΟΥ ΑΡΧΙΕΡΕΩC ΕΚ ΠΡΟΓΟΝΩΝ ΔΙΑ ΒΙΟΥ CΕΒΑCΤΩΝ ΚΑΙ ΚΑΙCΑΡΩΝ ΚΑΙ ΚΑΒΑΡΝΟΥ ΚΑΙ ΓΥΜΝΑCΙΑΡΧΟΥ ΤΗΝ ΓΥΜΝΑCΙΑΡΧΟΝ, &c.

Secunda autem hoc modo (pag. 363.) exhibetur:

ΘΕΟΙC ΠΑΤΡΙΟΙC
ΚΑΙ ΤΗ ΠΑΤΡΙΔΙ
Λ. ΛΙΚΙΝΝΙΟC ΠΥΑΙΜ ΠΡΕΙCΚΟC
ΙΟΥΕΝΤΙΑΝΟC ΑΡΧΙΕΡΕΥC ΔΙΑ
ΒΙΟΥ, &c.

Tum

Tum denique tertia, quam plenius ſeu totam exhibere voluì, prout pag. 369 eorundem Miſcellaneorum extat: quod ad eam nonnulla mihi notanda veniant:

ΤΠΕΡ . CΩΤΗΡΙΑΣ . ΚΑΙ . ΝΕΙΚΗΣ . ΚΑΙ . ΑΙΩΝΙΑΣ.
ΔΙΑΜΟΝΗΣ.
ΤΩΝ . ΚΤΡΙΩΝ . ΑΤΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ . ΛΟΤΚΙΟΤ ΣΕΠΤΙΜΙΟΤ.
ΣΕΟΤΗΡΟΤ . ΕΤΣΕΒΟΤΣ . ΠΕΡΤΙΝΑΚΟΣ . ΣΕΒΑΣΤΟΤ.
ΑΡΑΒΙΚΟΤ . ΑΔΙΑΒΗΝΙ
ΚΟΤ . ΠΑΡΘΙΚΟΤ . ΜΕΓΙΣΤΟΤ . ΚΑΙ . ΜΑΡΚΟΤ . ΑΤ-
ΡΕΛΙΟΤ . ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΤ.
ΣΕΒΑΣΤΟΤ . ΑΡΑΒΙΚΟΤ . ΑΔΙΑΒΗΝΙΚΟΤ : ΠΑΡΘΙΚΟΤ.
ΜΕΓΙΣΤΟΤ . ΚΑΙ.
ΛΟΤΚΙΟΤ . ΣΕΠΤΙΜΙΟΤ . ΓΕΤΑ . ΚΑΙΣΑΡΟΣ . ΚΑΙ.
ΙΟΤΛΙΑΣ . ΣΕΒΑΣΤΗΣ
ΜΗΤΡΟΣ . ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΩΝ . ΚΑΙ . ΤΟΤ . ΣΤΝΠΑΝΤΟΣ.
ΑΤΤΩΝ . ΟΙΚΟΤ . ΚΑΙ.
ΙΕΡΑΣ ΣΤΝΟΔΟΤ . Λ . ΣΕΠΤΙΜΙΟΣ ΤΡΤΦΩΝ . ΚΑΙ . ΩΣ.
ΧΡΗΜΑΤΙΖΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΤΣ . ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ . ΓΕΝΟΜΕ-
ΝΟΣ . ΙΕΡΕΤΣ
ΚΑΤΑ . ΤΟ . ΕΞΗΣ . ΔΙΣ . ΚΑΙ . ΑΡΧΙΕΡΕΤΣ . ΤΟΤ.
ΚΑΘΗΓΕΜΟΝΟΣ . ΔΙΟΝΤΣΟΤ . ΔΙΑ.
ΒΙΟΤ . ΕΤΙ . ΤΕ . ΚΑΙ . ΤΕΙΜΗΘΕΙΣ . ΑΡΧΙΕΡΕΤΣ.
ΜΑΡΚΟΤ . ΑΤΡΕΛΙΟΤ . ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΤ.
ΣΕΒΑΣΤΟΤ . ΤΟΤ . ΝΕΟΤ . ΔΙΟΝΤΣΟΤ . ΔΙΑ . ΒΙΟΤ.
ΚΑΙ . ΤΠΟΣΧΟΜΕΝΟΣ . ΑΤΘΑΙ

ΡΕΤΟΣ. ΚΑΙ. ΤΑΥΤΗΝ. ΤΗΝ. ΑΡΧΙΕΡΩΣΥΝΗΝ. ΔΙΑ-
ΒΙΟΥ. ΕΠΙΤΕΛΕΙΝ.

ΤΟΝ. ΔΙΟΝΥΣΟΝ. ΑΝΑΚΟΣΜΗΣΑΣ. ΕΚ. ΤΩΝ. ΙΔΙΩΝ.
ΠΡΩΤΟΣ.

ΛΟΓΙΣΤΕΥΟΝΤΟΣ. Μ. ΟΥΟΛΥΣΣΙΟΥ. ΠΕΡΙΚΛΕΟΥΣ.

ΕΠΑΝΤΙΛΑΜΕΝΟΣ. ΤΟΝ. ΔΥΟΝΥΣΟΝ. ΑΝΑΚΟΣΜΗΣΑΙ.
ΕΠΙ. ΑΡΧΟΝΤΟΣ

ΒΕΝΤΙΔΙΟΥ. ΣΩΤΑ. ΠΥΘΑΥΛΟΥ. ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΟΥ.
ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ

ΚΑΙ. ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ. ΑΙΛΙΟΥ. ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΥ. ΚΙΘΑ-
ΡΩΔΟΥ. ΠΑΡΑΔΟ

ΞΟΥ. ΚΑΙ. ΝΟΜΟΔΙΚΤΟΥ. ΑΥΛΟΥ. ΟΙΝΕΩΣ. ΤΡΑ-
ΓΩΔΟΥ. ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ.

ΕΤΕΛΕΙΩΣΑ. ΔΕ. ΩΣ. ΕΠΗΝΓΕΙΛΑΜΗΝ. ΤΟΝ. ΔΙΟ-
ΝΥΣΟΝ. ΕΠΙ. ΑΡ

ΧΟΝΤΟΣ. ΑΥΡ. ΑΓΧΑΡΝΗΝΟΥ. ΦΑΙΔΡΟΥ. ΕΦΕΣΙΟΥ.
ΚΩΜΩΔΟΥ

ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΟΥ. ΚΑΠΕΤΩΛΙΟΝΕΙΚΟΥ. ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ.
ΚΑΙ. ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ.

ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ. ΑΣΣΥΡΙΟΥ. ΣΥΛΛΕΩΣ. ΚΩΜΩΔΟΥ. ΠΕ-
ΡΙΟΔΟΝΕΙΚΟΥ.

ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ. ΚΑΙ. ΝΟΜΟΔΙΚΤΟΥ. ΤΙΒ. ΚΛΑΥΔ. ΑΛΕ-
ΞΑΝΔΡΟΥ. ΛΑΟΔΙΚΕ

ΩΣ. ΤΡΑΓΩΔΟΥ. ΚΑΙ. ΠΟΙΗΤΟΥ. ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ.

Hæc clarius paulo explicanda ſeu vertenda ſunt quam fe-
cit.

cit eruditiſſimus Sponius (præſertim quod quoque Reineſius, huic inſcriptioni nullam verſionem ſubjunxerit) *Pro ſalute & victoria & proſperitate Dominorum Imperatorum Lucii Septimii Severi Pii Pertinacis, Auguſti, Arabici, Adiabenici, Parthici Maximi; & Marci Aurelii Antonini Auguſti, Arabici, Adiabenici, Parthici Maximi; & Lucii Septimii Getæ Cæſaris; & Juliæ Auguſtæ, Matris Caſtrorum, & totius ipſius domûs, & Sacræ Synodi. L. Septimius Tryphon audiens velut* [niſi hìc mendum] *Alexandrinus Philoſophus, bis ſucceſſive,* (ſeu ſecunda vice) *Sacerdos. Pontifex quoque Bacchi Ductoris ad vitam. Præterea & per totam vitam honoratus Pontificatu Marci Aurelii Antonini Auguſti, Bacchi novi: quique ſpontanèe promiſit ſe iſto Pontificatu uſque ad vitæ finem perfuncturum; quique primus fuit in ornando Bacchum* [ludis] *ſumptibus propriis (dum & rationarii munere fungeretur M. Voluſius Pericles) exorſus Bacchum ornare cantu, ſub Archonte* [ludorum] *Ventidio Sota Pythaulo, periodi victore eximio; & Scribâ Ælio Agathemero, citharœdo eximio; & cantilenarum moderatore Aulo Oeneo, Tragœdo eximio. Perfeci verò, ſicut promiſeram, Bacchum exornare* [cantu ac ludis] *ſub Archonte* [horum ludorum] *Aur. Anchareno Phœdro, Epheſio, Comœdo* ac *periodi victore, item victore ludorum Capitolinorum eximio: & Scriba Menecrate Aſſyrio, Comœdo, periodi victore eximio; & Cantilenarum Moderatore* [ſeu modorum præceptore] *Tiberio Claudio Alexandro Laodiceo, Tragœdo & Poëta eximio.*

Eruditiſſimus Sponius dum hæc vertit, reddit inter alia, hæc χρηματίζων, &c. *& veluti Oraculi reſponſum dans Alexandrinus Philoſophus; Sacerdos creatus ſecundum ordinem bis. & Pontifex per vitam Bacchi Auſpicis.*

Quod attinet autem iſtud χρηματίζων, &c. nulla certe hìc

 Ora-

Oraculorum Reſponſa agnoſco: nec video quì hîc illa convenire queant. Ac longe melius mihi videor iſta vertiſſe; ſicut & mea interpretatio nititur exemplo Plutarchi, in vita Antonii, de Cleopatra; de qua iſte, inter alia: Κλεοπάτρα μὲν γὰρ εἰς τὸ πλῆθος ἐξιοῦσα, στολὴν ἱερὰν ἐλάμβανε καὶ νέα Ἶσις ἐχρημάτιζε (ne plura de hujus verbi tali ſignificatione addam.) An vero bene vertantur illa: *Sacerdos creatus Secundùm ordinem bis*; cum ex jam ante tractatis, tum ex ſequentibus ſatis clare eluceſcit.

Quis vero hîc fuerit ille *Bacchus Auſpex* fateor me juxta cum ignariſſimis ignorare. Bacchum equidem Ductorem Nympharum reperimus in hymnis Homeri atque Orphei (vulgo ita dicti) uti & totius exercitus uſque in Indiam. quin & χρηστήρια, ſive Oracula, ſua illum diverſis in locis habuiſſe, jam alibi clare oſtendi: verum iſta hîc nihil ad rem. Melius igitur pro Duce hic habetur, ob illa quæ jam protuli: vel etiam pro *Suaſore* aut *impulſore*, quatenus *epulis* & *commeſſationibus præeſſe creditus fuit.* Sed priora mihi magis placent.

Tota interim inſcriptio reſpicit quatuor unà principes, Patrem, duos filios, uxoremque ipſorum matrem; quibus ſimul ara iſta ſacrata fuit: ſicut quoque Epheſii (forſan & alii; nam de τρὶς in Caracallæ, & Juliæ Domnæ id conſtat) τετράκις νεωκόροι, horum nempe quatuor ſimul, fuere: ut ex Caracallæ nummis liquet. de quibus tamen infra latius. At maxime, ſeu peculiari modo, videtur hæc inſcriptio facta ob hunc Antoninum Caracallam, a Septimio Tryphone: ut qui primò quidem *Sacerdos ſecundùm*, ſeu *ſecunda vice*, eſſet. 2. verò Ἀρχιερεὺς, ſeu *Pontifex Bacchi Ductoris*. 3. vero Pontifex Antonini Caracallæ: ad quem forſan indirecte quoque reſpicit ille Pontificatus Διονύσου Καθηγεμόνος quod ille quaſi Ductor, ut caput, orbis eſſet. Is enim Antoninus hîc ut *Novus Bacchus* oſtentatur: cujuſque, quâ talis

talis ille, Pontifex erat noſter Trypho. Neque mirum quod, exemplo aliorum, dum adhuc in vivis eſſet, Deus haberi vellet. Præiverat namque ſic non ſolus Caligula, qui ſe *Jovem Latiarem* haberi, ac coli, voluerat, utque appellaretur ΖΕΥΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ ΝΕΟΣ: ſed & Domitianus [ne de Hadriano, Olympio illo, aliiſque nunc loquar] & Commodus; qui Hercules & in theatro & alibi audire cupiebat, Herculiſque ornatu deformatus prodibat. ne de fœminis nunc loquar, quæ adhuc infra ſibi locum reperient, ut *Novæ Cereres*, *Veſtæ*, *Junones*, *Iſides*; aliàſve θεᾷ νεωτέρᾳ (ut Cleopatra in nummo Marci Antonii) &c.

Nunc hæc tantum de Antonino addam; non mirum hunc *Tryphonem Bacchi* ΚΑΘΗΓΕΜΟΝΟΣ ſeu *Ducis* aut *Ductoris* vel *Principis* Pontificem; ſed & hujus *Novi Bacchi* extitiſſe: quum *Baccho Deo* Scenica, ſeu theatralia, Sacra eſſent; adeoque & ſcenici, muſici, & cætera huc pertinens turba, *Baccho* ſeu *Dionyſio* ſacrati: quique alio nomine τεχνῖται ſive *Artifices* audiebant.

Porro diſquirendum reſtaret, quodnam fuerit, iſtud Sacerdotium, quo [vide lineam 10.] ſecundâ vice jam hic *Tryphon* fungebatur. Id autem mihi videtur fuiſſe *Synodi*, ſive ſcenicorum [ſcimus namque unumquodque Collegium fere, ac Φρατρίαν ſuum ſibi habuiſſe Sacerdotem] ſive *muſicorum*, interque illos forte *Tibicinum*; quatenus ad ſcenam pertinebant: quin & omnium illorum, qui aliàs membra iſtius Synodi eſſent; cujus & ἄρχων, & *Scriba* & *Nomodictes* in inſcriptionis inferiori parte memorantur.

Sic videbimus infra & Σύνοδον τῶν Μυστῶν τοῦ ζύμπαντος ξυστοῦ, & Σύνοδον τῶν περὶ τὸν Βρεισέα Διόνυσον τεχνειτῶν καὶ Μυστῶν: de quibus tunc plura dicendi occaſio erit. Non igitur mirum ſi hîc pro incolumitate quoque ac perennitate talis *Synodi* vota concipiantur, eodem in marmore, in quo pro Imperatorum talium maxime ſtudioſorum vota fiunt.

Erat

Erat itaque Tryphon, ſi bene rem capio, & Pontifex, ſive ἀρχιερεὺς τοῦ Διονύσου τοῦ καθηγεμόνος, & Pontifex M. Aur. Antonini, ut *Novi Bacchi*, & Sacerdos jam dictæ *Synodi*.

Plura autem Sacerdotia ac Pontificatus ſimul uno eodemque tempore, in uno eodemque homine locum habuiſſe, videmus (præterquam ex aliis exemplis jam ſuprà allatis) ex hac jam ſequenti inſcriptione, quæ (apud Gruterum, tum & apud alios reperiunda) hîc, ſi quid bene judico, plane ad rem facit:

L. AVRELIO
APOLAVSTO . MEMPHIO
AVGG . LIB . HIERONICAE
CORONATO . ET . TON . DIAPAN
TON . APOLLINIS . SACERDOTI
SOLI . VITTATO . ARCHIERI
SYNODI . ET . AVGG
L. AVRELIVS
PANNICVLVS . QVI . ET
SABANAS . PATRONO
OPTIMO

Quum autem hi ἀρχιερεῖς aut urbium ſeu civitatum; aut regionum, ſeu provinciarum; aut horum illorumve Deorum Dearumve; aut denique Auguſtorum, ipſorumve domus, eſſent; ſicque (ut jam ſuprà attigi) aut perpetui eſſent, illoque munere per totam vitam fungerentur; ita iſtud non ſemper in monumentis antiquis exprimitur. Quod, præterquam ex aliis, ex hic ſequentibus videre licet: quarum prima, ita a Sponio ( . . . . . ) exhibetur:

TON

ΤΟΝ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΤΩΝ ΣΕΒΑΣ
ΤΩΝ ΤΙΒ. ΚΛΑΥΔΙΟΝ ΑΤΤΙ
ΚΟΝ ΗΡΩΔΗΝ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΝ
Η ΑΝΤΙΟΧΙΣ ΦΥΛΗ ΑΝΕΘΗ
ΚΕΝ ΕΥΝΟΙΑΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ
ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΗΝ
ΠΑΤΡΙΔΑ

Secunda (in qua, ſicuti & in tertia, ὁ ἱερεὺς caput tam Sacerdotum, quam collegiatorum Serapidis &c. fuiſſe videtur; neque adeo ἀρχιερεὺς ſeu caput omnium civitatis Sacerdotum) eſt hæc jam ſequens; ſuper qua, ob Μελανηφόρων, conſulendi ſunt cum Ampliſſ. Cuperus in Harpocrate, tum & epiſtola Stephani. Le Moyne ipſius Harpocrati ſubjuncta:

ΘΕΟΦΙΛΟΣ ΘΕΟΦΙΛΟΥ
ΑΝΤΙΟΧΕΥΣ ΜΕΛΑΝΗΦΟΡΟΣ
ΤΗΝ ΚΟΝΙΑΣΙΝ ΤΟΥ ΠΑΣΤΟ
ΦΟΡΙΟΥ ΚΑΙ ΤΗΝ ΓΡΑΦΗΝ
ΤΩΝ ΤΕ ΤΟΙΧΩΝ ΚΑΙ ΤΗΣ
ΟΡΟΦΗΣ ΚΑΙ ΤΗΝ ΕΓΚΑΥΣΙΝ
ΤΩΝ ΘΥΡΩΝ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΠΡΟΜΟ
ΧΘΟΥΣ ΤΟΥΣ ΕΝ ΤΟΙΣ ΤΟΙΧΟΙΣ
ΚΑΙ ΤΑΣ ΕΠ ΑΥΤΟΙΣ ΣΑΝΙΔΑΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΣΑΡΑΠΙΔΙ ΙΣΙΔΙ
ΑΝΟΥΒΙΔΙ ΑΡΠΟΚΡΑΤΕΙ
ΕΠΙ ΙΕΡΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ
ΤΟΥ ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ
ΡΑΜΝΟΥΣΙΟΥ

Secunda vero eſt hæc:

ΠΟΠΛΙΟΣ<br>
ΤΟΥΤΩ Ι. . . . .<br>
ΥΠΕΡΕ . . . . . .<br>
ΓΩΝΙΔΩΝ ΣΑΡΑΠΙΔΙ<br>
ΙΣΙΔΙ ΑΝΟΥΒΙΔΙ ΑΡΠΟ<br>
ΚΡΑΤΕΙ· ΔΙΟΣΚΟΡΟΙΣ<br>
ΕΠΙ ΙΕΡΕΩΣ<br>
ΣΤΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΟ<br>
ΚΛΕΩΣ ΚΟΛΟΝΗΘΕΝ

Neque ſolum per totam vitam, ſeu perpetui, erant quandoque hi Græcorum ἀρχιερεῖς; ſed & ſæpius poſſeſſione hæreditaria eò munere gaudebant: unde & in illa inſcriptione, quæ nº. 93. inter Græcas, Miſcellan. Erud. Antiq. Sponii comparet, habetur ΙΕΡΑΤΕΥΟΝΤΟΣ ΔΙΑ ΓΕΝΟΥΣ, &c. ſicut & hæc verba apud Philoſtratum, lib. 2. de vitis Sophiſtarum, in Euodiano: Αἱ δὲ οἴκου τιμαὶ εἰς τοὺς ἀρχιερέας ἐστεφανωμένους ἐπὶ τῶν ὅπλων· τὰ δὲ φωνῆς ἆθλα, &c. tum & illa, apud eundem: Ἱερεὺς, καὶ ἐξ ἱερέων τὰ πρὸς πατρὸς ἄνωθεν καταγενόμενος. Niſi hîc ἱερεὺς ad *Flamines*, alioſve, non ἀρχιερέας, referendus fuerit. Clarius ergo id patet ex eodem Philoſtrato, ubi ita de Scopeliano loquitur: Ἀρχιερεὺς μὲν ἐγένετο τῆς Ἀσίας, αὐτός τε καὶ πρόγονοι αὐτοῦ παῖς ἐκ πατρὸς πάντες.

Quo etiam reſpicere videntur illa, apud Suetonium, *Paterna atque avita Sacerdotia*, quæ apud Ægyptios, ac Rhodios, teſte Herodoto lib. 2. tum etiam & Photio (ſi memoria non fallax hîc) locum habuerunt.

Sic

Sic apud Romanos frequenter reperimus non tantum *Pontifices* Cæſarum, ſive Auguſtorum; uti apud Grut. pag. 234. 2. *Pontificem Cæſaris:* 418. 7. *Auguſtorum:* 395. 4. *Domûs Auguſtæ*; *Divi Claudii*, &c. verum etiam *perpetuos*; ut 321. 6. *Perpetuum Divi Auguſti:* 101. 3. *Perpetuum Domus Auguſtæ*; ac, 305. 8. *Pontificem perpetuum Coloniæ*. Præter quæ vide & pag. 30. 2. 168. 5. 181. 7. &c.

Ut autem apud Romanos, ac Latinos cæteros, reperimus *Pontifices*, qui certo ſeu definito ſpatio, iſtud munus obtinebant, indeque apud dictum Gruterum habemus *Pontifices Quinquennales*, pag. 437. 5. 446. 2. 479. 1. Ita etiam apud Græcos reperimus ἀρχιερέας *Quinquennales*, ſeu per πενταετηρίδας eo munere præditos; alioſque ſecundâ, tertia, quin & quarta vice (forſan & ſæpius) ἀρχιερωσύνην, hanc illamve, obeuntes.

Quinquennalium, ſeu πενταετηρικῶν, exemplum habemus in ſequenti hac inſcriptione; quæ cum apud Sponinium, in Itinerario, quam apud Reineſium, Claſſe I. nº. 24. hoc modo reperitur:

ΗΡΑ ΒΑΣΙΛΙΔΙ
ΚΑΙ ΤΗ ΠΟΛΕΙ ΛΕΒΑ
ΔΕΩΝ ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΧΡΗ
ΣΙΜΟΥ ΙΕΡΑΤΕΥΣΑΣ ΠΕΝ
ΤΑΕΤΗΡΙΔΑ ΕΚ ΤΩΝ
ΙΔΙΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΙΕΡΗ
ΤΕΥΟΥΣΗΣ ΤΗΣ ΓΥΝΑΙ
ΚΟΣ ΑΥΤΟΥ ΠΑΡΗΣΙΑΣ
ΤΗΣ ΟΝΑΣΙΣΙΜΒΡΟΤΟΥ

Ex illis autem, quæ nobis nummi exhibent, ſic videri quoque poteſt, Ἀρχιερέας Græcorum temporarios fuiſſe: ſive illi Quinquennales eſſent, ſive annui tantum. Inter iſtos autem, tam quos jam ſupra adduxi (quoſque plures adducere poſſem) ex abbreviatura ἀρχ. dubium manet quandoque an ἄρχων, an vero ἀρχιερεὺς ſit legendum. Unde & eruditiſſimi viri Harduinus ac Vaillantius ſæpe nec inter ſeſe, nec cum ſemetipſis, ſatis bene concordant.

At ſicut in hac ſequenti ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΥΣΙ ΛΟΛ. ΞΕΝΟΦΙΛΟΣ ΑΡΧ. ΤΟ Β. legendum eſſe ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ clareſcit ex iſta quæ ibi ſic allata fuit, ΝΙΚΟΜΑΧΟΣ ΑΡΧΙΕΡ. Α. ΤΟ Β. ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΥΣΙΝ. atque etiam ex hoc ſequenti (Juliæ Domnæ) ΕΠΙ. Α. ΑΥΡ. ΗΦΑΙΣΤΙΩΝΟΣ ΑΡΧΙΕΡ. ΔΑΛΔΙΑΝΩΝ, patet (refragante licet Vaillantio) in hoc Gordiani Pii ΕΠ. Α. ΑΥΡ. ΗΦΑΙΣΤΙΩΝΟΣ ΑΡΧ. Α. ΔΑΛΔΙΑΝΩΝ etiam ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΠΡΩΤΟΥ legendum eſſe. Sic namque ſimilem quoque Daldianorum, ex Triſtano, producit Harduinus, hunc nempe ΕΠ. Μ. ΑΥΡ. ΗΦΑΙϹΤΙΩΝ. ΑΡΧΙΕΡ. Oſtenditque unà ex Artemidori Oneirocritico, *Apollinem Myſtam* ibi cultum fuiſſe, his verbis: οὐδὲν ἂν θαυμαστὸν ἐν Δαλδίᾳ Ἀπόλλωνα, ὃν Μύστην καλοῦμεν πατρῴῳ ὀνόματι, ταῦτα μὲ προτρέψαντος. Quæ verba (ut hoc in tranſitu notem) ſimul indicant, ibi *Apollinis Myſtæ Oraculum* fuiſſe: ſicut in Oraculorum catalogo Diſſertationi ſecundæ, editionis ſecundæ, inſerto, quoque notavi.

Verum enim vero, ut hæc minus ad Ἀρχιερέας temporarios faciunt, ſic magis hæc jam ſequens inſcriptio nummi ſub Auguſto cuſi ΑΡΧ. ΚΟΥϹΙΝΙΟϹ Δ. ΕΦ. *Archiereus Couſinius Epheſiorum quartum*, ſeu *quarta vice.* Quod tamen, an de Quinquennali munere intelligendum ſit mihi, fateor, dubium, ac minus credibile ſit; ob longum iſtum pluſquam viginti annorum tractum, intra quem neceſſariò ali-

aliquod interſtitium, quo ille Couſinius a munere iſto, quod jam quarta vice ſuſceperat, vacaverit, intercedere debuit. Illum autem non ἄρχοντα verum ἀρχιερέα Epheſiorum fuiſſe nullam patitur controverſiam. Aſiarcharum vero cum Epheſiorum, tum & aliorum, quænam ratio fuerit, etiam ſtatim videbimus. Interim puto ad temporarios hos quoque pertinere has ſequentes inſcriptiones, ΕΠΙ ΑΡΧΙΕΡΕΩC ΚΛΑΥ. ΒΙΑΝΤΟC ΚΙΑ. & ΕΠ. Μ. ΑΥΡ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΑΡΧΙ. ΑΠΑΜΕΩΝ.

De ſequenti Chiorum nummo id quoque ſecure ſtatuerim; ΧΙΩΝ ΑCCΑΡΙΑ ΤΡΙΑ ΕΠΙ ΑΡΧ. ΠΡΑCΙΝΟΥ ΔΙC, in quo & Pontificatum, & Pontificatus iterationem habemus. Chios autem non ſub ἀρχόντων verum ſub στρατηγῶν regimine fuiſſe, patet ex ſequenti nummo apud Vaillantium ſub Philipp. Seniore reperiundo CΤΡ. ΚΑΠΙΤΟΛΕΙΝΟΥ ΧΙΩΝ CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. Quamvis quoque minime ignorem ἄρχοντας ac στρατηγὺς quandoque in una eademque urbe ſimul (ex gr. *Athenis*) obtinuiſſe: ſicut & στρατηγὺς ſimul ἀρχιερέας, quin & ἀσίαρχας fuiſſe, etiam infra latius patebit.

Poſt maſculi ſexus ἀρχιερωσύνας ſeu *Pontifices* aliquid quoque dicendum reſtat de ἀρχιερείαις, ſeu *ſummis*, vel primis, *Sacerdotibus fœminis*. Fœminas namque ſacerdotes ubique fere gentium locum habuiſſe, notius eſt quam ut verbulo uno aut altero hîc moneatur: cum nullis, qui antiquitatem vel a limine ſalutarunt, id ignotum eſſe queat. Minus notum tamen (quamvis id eruditioribus non ignoretur) fuiſſe fœminas ἀρχιέρειας.

Veſtales autem ſic ſuam habuiſſe *Virginem Maximam* ex pluribus inſcriptionibus, cum apud Gruterum, tum & apud alios, conſpici poteſt: quare hanc unicam tantum huc affero:

NVMISIAE. MA
XIMILLAE. V. V
MAX. TI. IVL. BAL
BILLVS. S. SOLIS
DED. IDIB. IAN
L. ANNIO. FABIANO
M. NONIO. MVCIANO. COS

Græcos autem quoque ſuas habuiſſe *Sacerdotes Veſtales* (licet non ita Collegium) etiam infra videbimus, ubi nobis de *Prytanibus* ſermo erit: quare nunc pergamus ad ἀρχιερείας. Nymphidiam igitur ἀρχιέρειαν (cui & ibi aliæ ἱέρειαι videntur adjunctæ) habemus n°. XXVIII. inter Marmora Oxonienſia: atque apud Smyrnenſes, in illa quæ ſecunda numero eſt:

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΚΑΘΑ ΕΨΗΦΙΣΑΤΟ Η ΚΡΑΤΙΣΤΗ ΒΟΥΛΗ
ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ
ΚΑΛΛΕΙ ΚΑΙ ΜΕΓΕΘΕΙ ΚΑΙ
ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΣ ΚΑΙ ΜΗΤΡΟ
ΠΟΛΕΩΣ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΚΑΙ
ΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΟΥ ΤΩΝ
ΣΕΒΑΣΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΑ ΔΟ
ΓΜΑΤΑ ΤΗΣ ΙΕΡΟΤΑΤΗΣ
ΣΥΝΚΛΗΤΟΥ ΚΑΙ ΚΟΣΜΟΥ
ΤΗΣ ΙΩΝΙΑΣ ΣΜΥΡΝΑΙ
ΩΝ ΠΟΛΕΩΣ
ΑΥΡ. ΦΑΥΣΤΑΝ ΑΡΧΙΕΡΕΙΑΝ
ΠΟΜΠΟΝΙΑ ΚΛΑΥΔΙΑ
ΦΑΥΣΤΑ ΛΟΥΠΕΡΚΙΑΝΗ
Η ΚΡΑΤΙΣΤΗ ΤΗΝ ΧΡΗ
ΣΤΗΝ ΤΗΘΗΝ
ΕΥΤΥΧΕΙΤΕ

Plane

Plane igitur ibi (ac forſan longe prius, ἀρχιέρειαι fuere, quam Romæ; ac pòſt in municipiis quoque: de quibus hæc apud Gruterum pag. 174. 8. habentur (quam jam alia occaſione ſupra attuli)

IVNIA. D. F. RVSTICA SACERD. PERP ET PRIMA IN MVNICIP. CARTAMITANOR. &c.

Sicut & apud eundem pag. 29. nº. 11. ubi *Sacerdos Quinquennalis Lectoratenſium* habetur:

MATRI DEVM
POMP. PHILVMENE
Q. PRIMA LECTOR
TAVROBOLIVM
FECIT

Neque omittenda eſt illa (ut nos rurſus ad Græca convertamus) quæ apud Sponium, in Miſcellaneis, pag. 338. nº. 52. reperitur:

ΦΑΜΙΛΙΑ ΜΟΝΟ
ΜΑΧΩΝ ΚΑΙ ΥΠΟ
ΜΝΗΜΑ ΚΥΝΗΓΕ
ΣΙΩΝ ΝΕΜΕΡΙΟΥ
ΚΑΣΤΡΙΚΙΟΥ
ΛΕΥΚΙΟΥ ΠΑΚΩ
ΝΙΑΝΟΥ ΑΣΙΑΡΧΟΥ
ΚΑΙ ΑΥΡΕΛΙΑΣ
ΣΑΦΟΥΣ ΠΛΑ
ΤΩΝΟΣ ΛΙΚΙΝΝΙΑ
ΝΗΣ ΑΡΧΙΕΡΕΙΑΣ
ΓΥΝΑΙΚΟΣ ΑΥΤΟΥ

De

De Minia Campana Bacchanalium Antiſtite, nullum nobis dubium relinquit Titus Livius: qui iſta Sacra ex Græcia in Etruriam (ſuperſtitionis in Italia matrem;) hincque Romam devecta, libro 39. c. 8. oſtendit.

At perinſignis eſt illa inſcriptio, quæ apud modo allatum Sponium habetur pag. 349. nº. 83. ac repetita fuit Phocæa non procul a Smyrna; de Flavia Moſcho:

Η ΤΕΥΘΑΔΕΩΝ ΦΥΛΗ

ΦΛΑΟΥΙΑΝ ΜΟΣΧΟΝ ΘΥΓΑΤΕΡΑ ΑΜΜΙΟΥ

ΤΗΝ ΚΑΛΟΥΜΕΝΗΝ ΑΡΙΣΤΙΟΝ ΑΡΧΙΕΡΕΙΑΝ

ΑΣΙΑΣ ΝΑΟΥ ΤΟΥ ΕΝ ΕΦΕΣΩ ΠΡΥΤΑΝΙΝ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΝ

ΔΙΣ ΚΑΙ ΙΕΡΕΙΑΝ ΤΗΣ ΜΑΣΣΑΛΙΑΣ ΑΓΩΝΟΘΕΤΙΝ ΤΗΝ

ΦΛΑΟΥΙΟΥ ΕΡΜΟΚΡΑΤΟΥ ΓΥΝΑΙΚΑ ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ

ΚΑΙ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΒΙΟΝ ΚΟΣΜΩΤΗΤΟΣ ΤΕ ΚΑΙ ΑΓΝΕΙΑΣ

Ubi in una eademque fœmina diverſa, præter Pontificatum, videmus Sacerdotia; ac (quod notandum veniet inferius,) habemus πρύτανιν quoque & ϛεφανηφόρον & ἀγωνοθέτιν.

Quin & anni, ſeu tempora, notabantur quandoque a *Sacerdotibus fœminis*; non quidem ita, ſicut ab hujus illiuſve Archontum, Strategôn, aut Prytanum ſimiliumve notabantur (quod ad Rempublicam magis proprie ſpectabat:) verum quod ejuſmodi mos, in Sacerdotum ἐπωνύμων regimine etiam obſervaretur; actaque publica, fœderaque atque alia monumenta (quantumvis non ubique) *Sacerdotum Primariorum*, ſive Ἀρχιερέων, vel *Pontificum*, nominibus prænotarentur: ſicut ex Marmoribus liquet.

De fœminis igitur talia habemus apud Sponium in Itinerarii tomo ſecundo pag. 411.

ΕΠΙ

ΕΠΙ ΙΕΡΕΙΑΣ ΦΛΑΟΥΙΑΣ

ΛΑΟΔΑΜΙΑΣ

Ac pag. 396, in lapide Eleuſine reperta:

ΕΠΙ ΙΕΡΕΙΑΣ ΚΛΑΥΔΙΑΣ

ΤΕΙΜΟΘΕΑΣ ΤΗΣ ΤΕΙΜΟ

ΘΕΟΥ ΓΑΡΓΗΤΙΟΥ ΘΥ . . .

Quam tamen inſcriptionem, ob alia in iſtâ conſideranda, magis integram alibi adducam.

---

## CAPUT III.

*De* Aſiarchis, Lyciarchis, Bithynarchis, *aliiſque; tum de ipſorum munere; utque nunc ex hac, nunc ex illa* Communitate *civitate electi fuerint. Hinc de Aſiarchis Epheſiorum, Pergamenorum, Sardianorum, Hypæpenorum, &c. Porrò de* κοινοῖς, *ſeu Communitatibus Græcorum Aſiaticorum: ut de* κοινοῦ *XIII. urbium, aliiſque pluribus: iſtaque occaſione, an in nummo apud Spanhemium, Harduinum, Vaillantiumque reperiundo,* πρύτανις Ροδίων, *an* Πρόδικος *legendum &c. Quatenus Aſiarchæ iidem cum* ἀρχιερεῦσι *fuerint. Tum denique de* Panionio, *quænamque urbes ad iſtud pertinuerint. De* κοινοῦ *Cretenſium, Cappadociæ, Galatiæ, &c. ac de Eleutherolaconibus. Denique de Urbium* κοινοῖς, *ut Epheſiorum, Pergamenorum, Smyrnenſium, &c.*

NUnc quoque aliquid dicendum eſt de *Aſiarchis*. Hi autem videntur cæteris Aſiæ ἀρχιερεῦσι præfuiſſe quidem; at non ut illis circa omnia præeſſent; vel etiam reliquis Sacerdotibus ſive urbium, ſive provinciarum [quorum ἀρχιερέων munus pro parte cognoſcimus ex epiſtola Juliani Cæſaris ad Arſacium] ſed quatenus hi *Aſiarchæ* [uti & *Bithynarchæ*, *Lyciarchæ*, ſimileſque, de quibus etiam hic loquendum] ipſi quoque eſſent ἀρχιερεῖς (ut ex iſtorum numero electi) ac Ludis Certaminibuſque publicis, quatenus illa Sacra eſſent, Diiſque aut Imperatoribus dicata, præeſſent; atque *Aſiarchæ* quidem, quatenus eò reſpectu Sacris τοῦ κοινοῦ τῆς Ἀσίας, ſeu τοῦ κοινοῦ ιγ πόλεων moderarentur: aut etiam aliis Aſiæ regionibus, quum, & civitatibus; Aſiæ ſc. Proconſularis. Ad cujuſmodi homines ac munera reſpicit Tertullianus cap. 11. de Spectaculis; ubi ita loquitur: *Quid ergo mirum, ſi apparatus agonum idololatria conſpurcat de coronis profanis, de SACERDOTALIBUS PRÆSIDIBUS, de collegiariis miniſtris, de ipſo poſtremo boum ſanguine*, &c.

In uno autem eodemque homine, uno eodemque tempore ἀρχιερωσύνην & *Aſiarchatum*, diſtincta ab invicem *Sacerdotia* fuiſſe, infra adhuc docebitur. Interim de Trallibus Strabo, lib 14. ita: Συνοικεῖται δὲ καλῶς, εἴ τις ἄλλη κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπὸ ἀνθρώπων, καὶ ἀεί τινες ἐξ αὐτῶν εἰσιν οἱ πρωτεύοντες κατὰ τὴν ἐπαρχίαν [legendum ſane ἱεραρχίαν,] οὓς Ἀσιάρχας καλοῦσιν. *Civibus optime frequentata eſt, ut ulla Aſiaticarum urbium alia, opulentis: & ſemper aliqui eorum ſunt principe in Provincia loco, quos Aſiarchas appellant.* Et hæc quidem non mea, ſed Xylandri verſio eſt.

Nec fruſtra ad hæc verba Caſaubonus: *Vocat* ἐπαρχίαν, quæ *verius* ἱεραρχία *ſive* ἱερωσύνη *diceretur. Vide quæ ſcripſit Cujacius Obſ. lib. II.* cap. 13. *& ad legem Cod. de mune-*

*muneribus patrimoniorum. Item ad legem unicam Cod. de Periculo ſucceſſorum.*

Unicusne uno eodemque tempore, an plures quoque ſimul fuerint *Aſiarchæ* nunc quoque diſquirendum venit: eo quod Actor. cap. 19. v. 31. (his verbis, Τινὲς δὲ καὶ τῶν Ἀσιαρχῶν, πέμψαντες πρὸς αὐτὸν, &c.) plures numero Aſiarchæ, ac ſimul uno eodemque tempore præſidentes, indicari ibi videantur.

Quod porrò ſpectat ad hæc verba Actor. cap. 19. putaram fere, cum Salmaſio, in iis *Aſiarchas*, plurali numero, vocari, non quod plures ſimul hoc munus ἀσιαρχίας adminiſtrarent: verum ita appellatos fuiſſe etiam illos, qui jam ante iſto munere functi fuerant. Temporarium quippe, ac quidem fere annuum hoc munus erat. quod ut obſcurius, ex Strabone, de Trallibus liquet; ſic clare ſatis ex hoc Hypæpenorum nummo: 'ΕΠΙ CΤΡ. ΑΠΙΩΝΟC ΑCΙΑΡ. ΤΟ Β. ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. Nempe eodem modo hic de Ἀσιάρχαις, quam alibi (Act. cap. XIX.) Lucas de ἀρχιερεῦσι loquitur. cum tamen ſemper tantum unus actu (ut loquuntur) eſſet, uno eodemque tempore, ἀρχιερεὺς apud Judæos.

Cur vero tempore iſto, quo Apoſtolus Paulus Epheſi morabatur, plures numero ibi fuerint Aſiarchæ [ita appellati] in cauſa eſſe potuit; quod præter jam ſolum iſto munere fungentem, etiam alii adeſſent, olim quoque iſto munere functi: vel etiam qui ex aliis urbibus Neocoris, occaſione Νεωκορίας Ἀρτέμιδος vel ſponte, vel invitati ob feſta, certamina ac ludos, ibi præſentes adeſſent: vel quod, quamvis emeriti, aliquid muneris ibi quoque adminiſtrarent, atque ex iſta cauſa ibi aſſeſſores quaſi eſſent; vel ſaltem προεδρίᾳ in ſpectaculis &c. gauderent.

Sed notabilis iſte locus Ariſtidis eſt, ſub finem Orationis Sacræ, quæ quarta numero eſt. Ipſe nempe Ariſtides, cum ei τὴν ἱερωσύνην τῆς κοινῆς τῆς Ἀσίας (quam cum Vaillantio, 'Ασιαρχίαν in-

intelligo) deferrent, illam recuſabat, ac pro illa, ſomnio monitus petebat τὴν ἱεροσυλίαν Ἀσκληπιοῦ. Verum (ut ipſius Ariſtidis verbis utar) ὁ δὲ θεὸς οὔπω τι οἴει πέρας τοῦτο ἔχειν· ὁ δ' ἐγχειρίδιον ἔχει ὑπὸ μάλης. καὶ συμβαίνει μετὰ τοῦτο, συνέδρους μὲν ἐξιέναι Σμυρναίων εἰς Φρυγίαν ἄνω, καὶ μέλλειν φέρειν τοὔμον ὄνομα ἐν τῷ συνεδρίῳ τῷ κοινῷ. προαισθέσθαι δὲ με, καὶ πέμψαι τὸν τροφέα τὸν Ζώσιμον. καὶ γίνομαι τρίτος ἢ τέταρτος τῇ χειροτονίᾳ. *Verum Deus nondum iſta ſinebat perfici, quidem pugionem habet ſub ala. Poſtea judices Smyrnæi in ſuperiorem Phrygiam ſunt profecti, ac nomen meum in publico concilio erant oblaturi. Id ego præſentiens, nutritium miſi, Zoſimum: ac tertio vel quarto loco ſum electus.*

Hinc enim liquere videtur, plures ſimul, ac quidem diverſis ex urbibus, ἀσιάρχας fuiſſe; unumque, (ut optime obſervat Vaillantius) *primum*, cæteros *Aſſeſſores* aut *Socios*, ac ſecundos, tertios, quartos (forſan & ulterius) ordine συνεδρίαν in ipſorum Collegio obtinuiſſe. Nec dubito illos eodem modo fuiſſe electos, quo εἰρηνάρχαι; qualique modo ipſe Ariſtides ante εἰρηνάρχης electus fuerat. quem modum & ipſe ſic deſcribit: Ἐπέμπετο τοῖς ἡγεμόσι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἀφ' ἑκάστης πόλεως, ἑκάστου ἔτους, ὀνόματα δέκα, ἀνδρῶν τῶν πρώτων. τούτων ἔδει σκεψάμενον τὸν ἡγεμόνα, ἕνα ἐν προκρίνειν ἐξ ἁπάντων, καθιστάναι φύλακα τῆς εἰρήνης. ἐκ δὴ πολίσματος τῆς Μυσίας, οὗ τοὔνομα οὐδὲν δέομαι λέγειν, ἀφικνεῖται παρ' αὐτὸν τὰ προχειρισθέντα ὀνόματα· οὐδ' οὐδέπω τῶν ἐμῶν σαφῶς εἰδώς, ἀλλ' ἢ τοσοῦτον ἀκηκοώς, ὅτι κτήματα εἴη μοι περὶ τὸν τόπον τοῦτον, καὶ τὴν ἄλλην μοι δοκεῖν τάξιν ὅτι οὐ τῶν ἀφανῶν, παρελθὼν καὶ ἀτιμάσας ἅπαντα τὰ πεμφθέντα ὀνόματα, προὔκρινεν ἄρχειν ἐμέ. *Mittebantur quotannis eo tempore ad Prætorem ex urbibus ſingulis nomina decem præſtantiſſimorum quorumque civium: quæ ille conſiderans aliquem deligeret ex omnibus, quem pacis cuſtodem* [credo hîc Εἰρηνάρχην deſignari] *conſtitueret. Itaque cùm ex Myſiæ quodam oppidulo, cujus nihil eſt opus nomen dicere, veniſ-*

*veniſſent ad Severum delecta nomina: ille qui nihil adhuc rerum mearum cognoſceret, niſi quod agros aliquot, eo loco me habere, ac de cetero fortaſſis non infimi eſſe ordinis audierat, rejectis omnibus, quotquot miſſa erant, nominibus, mihi magiſtratum detulit, &c.*

De Aſiarchis tamen id non tam exſerte dictum reperio: quamvis erudititiſſimus ille Vaillantius id tam audenter affirmet. At quæ Strabo, de Lyciarcharum electione, libro 14. narrat, iſta ſatis bene firmare videntur. Iſta vero hæc ſunt: Εἰσὶ δὲ τρεῖς καὶ εἴκοσι πόλεις αἱ τῆς ψήφου μετέχουσαι· συνέρχονται δὲ ἐξ ἑκάστης πόλεως εἰς κοινὸν συνέδριον ἣν ἂν δοκιμάσωσι πόλιν ἑλόμενοι. τῶν δὲ πόλεων αἱ μέγισται μὲν τριῶν ψήφων ἐστὶν ἑκάστη κυρία· αἱ δὲ μέσαι δυοῖν· αἱ δὲ ἄλλαι μιᾶς. ἀνάλογον δὲ καὶ τὰς εἰσφορὰς εἰσφέρουσι, καὶ τὰς ἄλλας λειτουργίας. Ἓξ δὲ τὰς μεγίστας ἔφη ὁ Ἀρτεμίδωρος, Ξάνθον, Πάταρα, Πίναρα, Ὄλυμπον, Μύρα, Τλῶν, κατὰ τὴν θέσιν τὴν εἰς Κίβυραν κειμένην. Ἐν δὲ τῷ συνεδρίῳ πρῶτον μὲν Λυκιάρχης αἱρεῖται, εἶτ' ἄλλαι ἀρχαὶ τοῦ συστήματος· δικαστήριά τε ἀποδείκνυνται κοινῇ· καὶ περὶ πολέμου δὲ καὶ περὶ εἰρήνης καὶ συμμαχίας ἐβουλεύοντο πρότερον· νῦν δὲ οὐκ εἰκός, &c. *Tres & viginti ſunt urbes, quæ in eo concilio jus habent ſuffragii: ad id coëunt ex ſingulis urbibus in eam, quæ ipſis commoda videtur, urbem. Maximæ urbium jus habent trium ſuffragiorum, mediocres duorum, reliquæ unius. eadem proportione & tributa pendent, & reliqua obeunt munia. Artemidorus ſex maximas recenſet, Xanthum, Patara, Pinara, Olympum, Myra, Tlôn, ſitam in tranſitu montis verſus Cibyram. In concilio primùm creatur Lyciarcha; tum reliqui ejus corporis magiſtratus. Publica etiam judicia deſignabantur: nec non de bello ac pace antiquitus conſultabant: nunc niſi Romanorum permiſſu, qui adſe eam tranſtulerunt poteſtatem, non licet eis;* &c.

Aſiarcha igitur totius Aſiæ Proconſularis, ratione Ludorum, ſc. ac Certaminum publicorum, Aſiaticiſque his civi-

tatibus eò pertinentibus, communium moderator erat. Quamvis non ſemper eodem in loco, aut ab unius ejuſdemque civitatis Aſiarcha, ut præſide, celebrarentur, ſeu adminiſtrarentur.

Hinc etenim videmus in nummis plures ac diverſos diverſarum civitatum *Aſiarchas*; nempe *Smyrneorum*, *Pergamenorum*, *Sardianorum*, *Hypæpenorum*, *Cyzicenorum*, forſan & aliorum: prout una quæque Metropolis eſſet, ac ſua Κοινὰ haberet (de quibus & infra loquar) aut aliâ quadam prærogativa gauderet. Qui quoque Aſiarchæ, quamvis alias tantum ἀρχιερέως titulo gauderent, & ita in nummis alicujus civitatis, aut κοινοῦ publicè cuſis, comparerent; tamen tum, cum illorum vices eſſent Ludis publicis ſeu Certaminibus Sacris præſidere, in nummis *Aſiarcha* ſignabantur. Quod inde patere videtur, quod qui ejuſdem civitatis in nummo hoc aut illo ἀρχιερεὺς appellatur, in alio rurſus Aſiarchæ nomine gaudeat; ut mox infra videbimus.

Epheſiorum autem Ἀσιάρχας in nummis non ita reperiri inde puto accidere, quod, cum ubique conſtaret Epheſios, non tantum Νεωκόρους eſſe *Dianæ*; verum & Collegium τῶν Ἀσιαρχῶν, ſi non ſemper ac perpetuo apud ipſos reſideret, potiſſimum tamen eò congregaretur, atque ut in commune Concilium conveniret. niſi velimus, Act. 19. unum ex *Aſiarchis Epheſiis* memoratum, quod munus ipſis illud non perpetuum eſſet; & tamen illi qui iſto jam ſemel aut bis perfuncti eſſent tamen eo titulo gauderent in poſterum; ſicuti & iidem plus ſemel id idem munus adminiſtrabant quandoque, uti & ſequentibus patebit. Quum igitur Epheſii ſic perpetuo eſſent *Neocori Dianæ*; aliiſque civitatibus ille honor non perpetuo contingeret, verum iſtæ nunc ſemel tantum, nunc bis, nunc ter, aut (quod nullis præterquam Epheſiis contigiſſe videmus) quater, ac ſæpe quidem diverſis admodum temporibus, *Neocoræ* eſſent; non videntur hi Epheſii neceſ-

neceſſarium duxiſſe, ut id, quod omnibus percognitum erat, ita in nummis ſuis, ſicut aliæ, jactarent: quod potiſſimum gauderent perpetua iſta νεωκορία Ἀρθέμιδος; cui Aſiarchatus ille neceſſario annexus erat.

Porro *Pergamenorum Aſiarcham* novimus ex nummo hoc Antonini Pii, ΕΠΙ ϹΤΡ. ΑΙ ΠΟΛΛΙ. ΑϹΙ. ΠΕΡΓΑΜΕΝΩΝ; tum & ex hoc Valeriani ΠΕΡΓΑΜΕΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡ. ΕΠΙ ϹΤ. ΑΥΡ. ΔΑΜ. ΑϹΙΑΡ. Smyrnæorum vero ex hiſce; quorum primus in uno latere habet, ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑϹΙΑϹ in altero, ΕΠΙ Μ. ΑΥΡ. ΤΕΡΤΙΟΥ ΑϹΙΑΡΧΟΥ. Secundus (qui Gordiani Junioris eſt) ΕΠΙ ΤΕΡΤΙΟΥ ΑϹΙΑΡΧΟΥ ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. tertius vero (qui Tranquillinæ eſt, ſi bene memini) ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΕΠ. ΤΕΡΤΙΟΥ ΑϹΙΑΡΧΟΥ.

*Sardianos* autem quod attinet, reperimus in nummo Saloninæ Chryſogonæ Auguſtæ, hæc: ΕΠΙ ΔΗΜ. ΡΟΥΦΟΥ ΑϹΙΑΡΧ. ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Sicut & in Valeriani Salonini nummo ΕΠ. ΔΗΜ. ΡΟΥΦΟΥ ΑϹΙΑΡΧ. ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡ. Quem eundem Demetrium Rufum videmus in alio ἀρχιερέα, ac quidem *primum*, præterea que, jam ſecunda vice; ut in *Caracallæ* nummo, ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΕΠΙ ΔΗ. ΡΟΥΦΟΥ ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. qui & in alio (apud Sponium, in quo optime corrigit Erudit. Harduinus ΔΗ pro ΑΥ.) tertium *Archiereus* reperitur, ut ΕΠ. ΔΗ. ΡΟΥΦΟΥ ΑΡΧ. Α. ΤΟ Γ. ſicuti & Sulpitium Hermophilum reperimus hoc titulo inſignitum Aſiarchæ, ΕΠΙ ϹΟΥΛ. ΕΡΜΟΦΙΛΟΥ ΑϹΙΑΡΧ. ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ: quem eundem, videmus fuiſſe Ἀρχιερέα; licet Harduinus ſcribat ΙΟΥΛ, atque inde *Sub Julio Hermophilo*, ita, ΕΠΙ ΙΟΥΛ. ΕΡΜΟΦΙΛΟΥ ΑΡ. ΧΡΥϹΑΝΘΙΝΑ ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, ex *Tranquilinæ* nummo (ſuppeditante Sponio): quum tamen apud

apud Vaillantium, inter nummos maximi moduli, reperiamus hunc Tranquillinæ, ΕΠΙ ϹΟΥΛ. ΕΡΜΟΦΙΛΟΥ Α. ΑΡΧ. ſicut alibi reperimus, ΕΠΙ ΙΟΥΛ. ϹΟΥΛ &c.

Ut autem ſic quoque *Cyzicenorum Aſiarchas* habemus, qui majori etiam conſideratione inter Græcos Aſiaticos erant, (ſicuti ex Strabone ac Pauſania liquet) unde & hæc nummi inſcriptio: ϹΤΡ. Λ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΑϹΙΑΡΧΟΥ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ, ſic & *Hypæpeni* eo titulo ſuperbiebant; quantumvis parvum poſſiderent oppidum, idque Sardibus ſubjectum. Ita enim Strabo (eodem libro XIII) Ὕπαιπα δὲ πόλις ἐςὶ καταβαίνουσιν ἀπὸ τοῦ Τμώλου πρὸς τὸ Καΰςρου πεδίον. *Hypæpa vero urbs eſt deſcendentibus a Tmolo in campum Caÿſtri.* Parvum vero oppidum fuiſſe Ovidius duobus indicat locis, primo quidem, ubi ſimul ſitum ipſius deſcribit hoc modo:

*Tmolus in aſcenſu, clivoque extenſus utroque*
*Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypæpis.*

Atque ubi de Arachnes patria terra loquitur:

*Orta domo parva, parvis habitabat Hypæpis.*

Et tamen, ut jam ſuprà oſtendi, hunc ipſorum nummum reperimus, ΕΠΙ ϹΤΡ. ΑΠΙΩΝΟϹ ΑϹΙΑΡ. ΤΟ Β. ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. Qui Apion ibi non ſimplici, ſed etiam ſecunda vice comparet. Unde ſimul clarius patere videtur iſtud munus Aſiarchæ neque in aliis civitatibus perpetuum fuiſſe; ut jam ſupra modo obiter notavi.

*Aſiarchas* autem iſtos non tantum ex *Archiereis* fuiſſe ad iſtum gradum promotos, verum & aliàs ſumma auctoritate viros in republica, patet inde quod ςρατηγοῦ munere illos ſimul perfunctos liqueat: qui & alias erant ſimul Pontifices ſive ἀρχιερεῖς; uti ex hac ſequenti nummo Sardianorum

rum conſtat: ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΕΠ. ΣΤΡ. ΜΕΝΕΣΤΡΑΤΙΑΝΟΥ ΑΡΧ. *Sub Prætore Meneſtrationo Pontifice.* Hinc namque & iſta apud Gruterum inſcriptio pag. 522. nº. 1.

Θ Φ Κ
Α . Α Ν Τ ω Ι
Ν Ι ω . Υ Α Κ Ι Ν
Θ ω . Λ Α Ο Δ Ι Κ Ε Ι
Τ Η Σ . Α Σ Ι Α Σ . Σ Τ Ρ Α
Τ Η Γ ω . Α Σ Ι Α Ρ . Φ
Χ Η . Ε Υ Τ Υ Χ Η Σ
Α Π Ε Λ Ε Υ Θ Ε Ρ Ο Σ
Μ Ν Ι Α Σ . Χ Α Ρ Ι Ν
Φ . Φ

Attamen etiam τὸ κοινὸν, ſeu *Commune tredecim urbium,* (quod hæ ſequentes conſtituebant, *Epheſus*, *Miletus*, *Myus*, *Lebedos*, *Colophon*, *Priene*, *Teos*, *Erythræ*, *Phocæa*, *Clazomenæ*, *Samos*, *Smyrna*, ac denique *Chios)* ἀσιάρχην, qui ipſarum communis ἀρχιερεὺς fuiſſe videtur, ut ad ſe pertinentem, in nummo communi harum urbium nomine percuſſo, oſtentarunt; ſicut ex hac ſequenti inſcriptione patet:

ΚΟΙΝΟΝ ΓΙ ΠΟΛΕΩΝ ΠΡΟΔΙ ΟΝ. ΚΛ. ΦΡΟΝΤΩΝΟΣ ΑΣΙΑΡΧΟΥ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΓΙ ΠΟΛΕΩΝ.

Super qua inſcriptione nobis, hac occaſione data, aliquid dicendum videtur.

Magnus ille numiſmatarius Joannes Vaillantius, putat hunc nummum fuiſſe cuſum nomine iſtarum Aſiæ urbium, quæ ſub Antonino Pio terræ motu afflictæ fuerunt. Quod tamen minus facile ipſi (ut hoc cum venia iſtius pereruditi viri dicam) concedendum exiſtimo.

Verba ipſius (pag. 27. ſelectorum numiſmatum maximi moduli) hæc ſunt: *Iterum tredecim aliæ* [locutus modò fuerat de urbibus Aſiæ ſub Tiberio afflictis] *ſub Antonino Pio, eodem modo afflictæ ſunt, quibus ſuccurrit Princeps, ut notat Capitolinus. TERRÆ MOTUS QUO RHODIORUM ET ASIÆ OPPIDA CONCIDERUNT, quæ omnia mirifice inſtauravit. Memor beneficiornm Commune iſtarum urbium munifico Imperatori plurimos cudit nummos, curante Claudio Frontone AD ID creato Aſiarchâ, id eſt ASIÆ SACERDOTUM PRINCIPE; cum jam eſſet urbis ſuæ Pontifex. Nam ille ex urbium illarum SACERDOTIBUS eligebatur, qui curam habebat Concilii totius illius communitatis & Ludorum, ſeu feſtorum in iis agendorum.*

At de nullis *tredecim* urbibus ſub Antonino Pio terræ motu afflictis ullibi legimus; neque apud Capitolinum, neque apud alios, quod ſciam: ac ne quidem de Rhodiorum urbe id conſtat. Nam, præterquam quod (notante Caſaubono ad Capitolinum) Regius codex *Corinthiorum* habeat, Xiphilinus hîc *Cyzicum*, non *Rhodum*, nominat. Ita enim loquitur: Ἐπὶ τοῦ Ἀντωνίνου λέγεται καὶ φοβερώτατος περὶ τὰ μέρη τῆς Βιθυνίας καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου σεισμὸς γενέσθαι, καὶ ἄλλας τε πόλεις καμεῖν ἰσχυρῶς καὶ πεσεῖν ὁλοσχερῶς, καὶ ἐξαιρέτως τὴν Κύζικον, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ ναὸν μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον ναῶν ἁπάντων καταῤῥιφῆναι. *Ferunt ſub Antonino in Bithynia atque in Helleſponto* [at quam procul hæc ab Aſia minori, illa Propriâ, & Rhodo!] *valde horribilem terræ motum eſſe factum; eaque de cauſa plures*

*plures Aſiæ civitates* [quas tamen non nominat] *laboraſſe vehementer, ac penitus eſſe collapſas; & præſertim Cyzicum: ejuſque urbis templum maximum omnium, atque pulcherrimum corruiſſe.* Quare ex Dione forſan, apud Capitolinum, iſtud *Rhodiorum*, in *Cyzicenorum*, mutandum fuerit: quum tam ſigillatim ille de Cyzico, & Helleſponto (cætera Aſia, ac quidem Propriâ omiſſâ) loquatur. Quamvis Aſiam, in eâque Smyrnam, hîc minime excluſam velim: ut quæ circa hæc tempora (modò per eundem terræ motum) corruerit.

Corruit igitur hinc aſſertio illa Doctiſſimi Vaillantii, de XIII. urbibus Aſiæ terræ motu collapſis: ſicut & iſta quæ iſtarum XIII. ruinis ſuperſtruxit: nempe has XIII. urbes in memoriam beneficiorum Imperatoris, plurimos cudiſſe nummos; quorum è numero fuerit is, de cujus inſcriptione nunc agimus: ac quidem *CVRANTE* Claudio Frontone, *ad id* creato Aſiarchâ. De quo *CVRANTE* ſtatim aliquid addam. Eruditiſſimus Pater Harduinus, ſic etiam *Rhodiorum*, apud Capitolinum, legit, ita & Rhodios, & Aſiaticos communi nomine, ſeu *pariter*, (ita namque loqui amat) juſſiſſe (tale) numiſma cudi: ex eâdem nempe cauſa, quam Vaillantius affert. Hincque legit in nummo Π. ΡΟΔΙΟΝ idque explicat πρυτάνεως Ῥοδίων. Quaſi ille Claudius Fronto ſimul & Rhodiorum Prytanis, & Aſiarcha, & Pontifex, ſive ἀρχιερεὺς XIII. urbium Aſiæ Propriæ; illarum ſcilicet, quas jam ſupra enumeravi: quod mihi, fateor, plane paradoxum eſt.

Namque ſi ſtatuamùs Rhodios eodem tempore, ſimili ruinæ involutos fuiſſe (quod minime conſtat) quonam modo probabile fit, omnes iſtas XIII. urbes, quæ τὸ κοινὸν, ſeu *commune Aſiæ* conſtituebant, ſic iſto terræ motu afflictas fuiſſe, ac nullas alias præter ipſas? aut ſi ſimul & Cyzicum, & Bithyniæ & regionis Helleſponticæ urbes; qui

veriſimile ſit, ab his XIII. urbibus, relicta non ſola Cyzico, ſed & tota Bithynia atque Helleſponto, ſolis cum Rhodiis (quum præterea & reliquorum ejuſmodi nummi, ſive eandem, ſive ſimilem, ob cauſam, non extent) tales nummos ut ſic gratias agerent, fuiſſe cuſos? ac *in id*, ſicut Vaillantius aſſerit, ἀσιάρχην fuiſſe electum; ac quidem talem qui ſimul Prytanis Rhodiorum eſſet, ut Harduinus exiſtimat? de quorum tamen tali Rhodiorum, cum τοῦ κοινοῦ XIII. illarum urbium nullibi conſtat.

Quibus rationibus & ſuperaddi poſſunt verba magni illius, circa rem nummariam, antiquarii Andr. Morellii verba, pag. 26. *Speciminis* (ſecundæ editionis) *rei nummariæ antiquæ*; quæ ita habent: *Sed hanc conjecturam* [Vaillantium reſpicit, quocum alias contra Harduinum, ratione Rhodiorum ſentit] *oppugnare videtur alius nummus M. Aurelii cum eadem inſcriptione, in quo caput ejus admodum juvenile exprimitur; quo probatur nummos hoſce cuſos fuiſſe primis Antonini Pii imperii annis, & tempore adoptionis M. Aurelii. Vix ergo tantum temporis elabi potuit, intra quod tot urbes ſint reſtitutæ: præſertim cum Pauſanias illas infinitis prope ſumptibus, & ſumma in coloniis deducendis diligentia,* δαπανημάτων ὑπερβολῇ καὶ εἰς τὸν ἀνοικισμὸν προθυμίᾳ, *reſtitutas tradat, in Arcadicis pag. 526. Terræmotum verò multis annis poſt, adeoque ſerum magis extitiſſe, inter alia etiam colligitur ex Reſcripto, pro cohibenda perſecutione, apud Euſebium Lib. IV. Hiſt. Eccleſ. cap. XIII. ſive iſtud Antonini Pii ſit, ſive M. Aurelii.*

Porrò iſtud ſive Π. ΡΟΔΙΟΝ (ut Harduinus vult) ſive ΠΡΟΔΙ. ΟΝ. (ut etiam Morellius legit) Vaillantius haberi cupit abbreviate pro ΠΡΟΔΙΚΟΥ ΟΝΤΟΣ; unde & vertit *curante*; ut jam ſupra obiter notavi. At ſi maxime ΠΡΟΔΙΚΟΥ legendum eſſet, non conſtat tamen id *curatorem*

*torem* notare; ac quidem talem, qualem hîc cum Vaillantius, tum & A. Morellius intelligi volunt.

Πρόδικος certe denotat quidem *patronum*, item *tutorem*; atque iſtâ ratione *curatorem*, *uti & arbitrum*. At quomodo hæc ſignificata hîc locum habere queant, judicent harum rerum peritiores. Interim minime deſignat ejuſmodi *curatorem*, quales Dedicationibus, ſeu Conſecrationibus, ſtatuarum, ararum, aliorumve monumentorum, ſive privatorum, ſive publicorum præficiebantur. Neque patet, in nummis, (prout legere mihi hactenus contigit) unquam eos percuſſos fuiſſe, ab urbibus aut rebuſpublicis, vel provinciis, hoc illove *curante*; ita videlicet, ut nomen ejuſmodi ſeu *curatoris*, ſeu mavis, *monetarii*, ſeu quocunque nomine appellari volueris illum, quo procurante, hæc illave reſpublica nummos ſuos procuſos volebat, in ipſo nummo compareret.

Præterea, ſicut in Latinorum Dedicationibus Ararum &c. quidem locum habebant iſta, *curante*, *curam gerente*, *curantibus*, ſimiliaque alia; ſic in Græcis, ἐπιμεληθέντος, nempe τοῦ δεῖνα ἢ τοῦ δεῖνα; ut ex. gr. ἐπιμεληθέντος Διοκλέους στρατηγήσαντος; ὑπὸ ἐπιμέλειαν τοῦ στρατηγοῦ &c. διὰ τῆς προνοίας &c. pluraque hiſce non abſimilia. Sed nullibi (ut jam monui) occurrit hoc ſenſu illa vox πρόδικος; nedum in nummis.

Sive igitur aliquis in nummo iſto Π. ΡΟΔΙΟΝ., ſive ΠΡΟΔΙ. ΟΝ. legat, fateor mihi, quid inde extundendum ſit plane ignotum manere: niſi, ex cæteris, quod unus idemque homo (*Fronto*) uno eodemque tempore pariter ἀρχιερεὺς πρῶτος, atque ἀσιάρχης fuerit. qualia ſæpe, cum apud Latinos, tum apud Græcos, exempla occurrunt.

Ac crediderim hinc Illuſtriſſimum Ez. Spanhemium, qui tantum ΠΡΟ. ΦΡΟΝΤΩΝΟΣ, &c. exhibet, nihil ulterius hic tentare voluiſſe. Audax forſan nimis ac temeraria videbitur

bitur mea conjectura, dum, ſi ΠΡΟΔΙΚΟC retinendum ſit, hic lego ΠΡΟΔΙΚΟΥ ΚΛΑυδίȣ ΦΡΟΝΤΩΝΟC; ut ita illud προδίκȣ ſit prænomen. Sic namque ipſe Spanhemius, in epiſtola erud. L. Begeri *obſervationibus* & *Conjecturis*, ſubjuncta, ex Goltzii Græcia affert hoc exemplum, ΠΡΩΔΙΚΟΣ ΠΑΛΑΜΗΔΟΥ. Si vero' aliquis objiciat, non ita reperiri poſt prænomina integre poſita agnomona abbreviate expreſſa; reſpiciat is ad hæc ſequentia exempla ab Harduino prolata ΕΠΙ CΤΡ. ΤΙΤΟΥ ΑΥΡ. [pro Ἀυρελίȣ] ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ, &, ΕΠΙ ΙΟΥΕΝΤΙΟΥ ΚΕΛ. [pro Κέλσȣ] ΠΕCCΙΝΟΥ. Quo forſan & referenda inſcriptio, in nummo Phocæenſium, ſub Commodo, apud Patinum reperiunda; CΤΡΑ. ΕΡΑΚΛΙΔΟΥ ΑCΚΛΗ. Τ. ΦΩΚΑΙ. Verum hæc dicta inter conjecturas non uſque adeo magni momenti cenſeantur. Conſiderent porro eruditi Antiquarii an ΟΝΤΟC alicubi in nummis pro ΕΠΙ poſitum reperiatur.

De *Aſiarchis* idem Illuſtr. Spanhemius paulò poſt illa, quæ de *Frontone* dixerat (nempe pag. 694,) hæc inter alia habet: *Iidem nempe apud Aſiaticos, cùm Ludorum, & publici concilii totius Communitatis, tum reliquorum Flaminum, præſides quidam & Principes habebantur.* Aſt in nummis reperimus quidem ἀσιάρχας: non vero ἀσιάρχας γι πόλεων: cum contrà nobis obveniant ἀρχιερεῖς γι (ſeu ιγ) πόλεων; non ſolum in iſto nummo, in quo *Fronto*, cum *Aſiarcha* tum ἀρχιερεὺς appellatur: verum & in alio *Laodicenſium*, quem idem Spanhemius, paulò poſt hæc allata verba, affert hoc modo ΣΑ. ΕΥΤΥΧΟΥΣ ΑΡΧΙΕ. ΓΙ. ΠΟΛ. ubi vertit *Samio Eutyche Sacerdote* XIII. *Civitatum*. Attamen Harduinus iſtud ΣΑ. loco *Samio*, reddit *Sabino*: verum id nullam hîc difficultatem parit.

Illos igitur ἀρχιερέας, ſeu *Pontifices* XIII. *urbium* reliquorum *Flaminum*, ἀρχιερέων, ac *Sacerdotum* Præſides fuiſſe

fuiſſe mihi plane videtur; tum & *Concilii totius Communitatis*: niſi quatenus eo nomine quoque gauderent *Aſiarchæ*, ratione publicorum Ludorum ac Certaminum: ut quorum πανηγυιάρχαι erant; omnibuſque ad illa pertinentibus moderabantur.

Videmus enim alias, ſicut ex jam ante allatis liquet, *Sardianos* ἀρχιερεῖ gaviſos, ac quidem πρώτῳ, ſeu *primo*, vel *primario*; quod urbs illa eſſet non ſimpliciter *Metropolis*, verum & *Prima*; uti ex hac nummi inſcriptione patet: ϹΑΡΔΙϹ ΑϹΙΑϹ ΛΥΔΙΑϹ ΕΛΛΑΔΟϹ Α. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙϹ. Qui certe πρῶτος ἀρχιερεὺς æque alius ab *Aſiarcha* fuit, atque ille, qui ἀρχιερεὺς (ſeu *Pontifex*) γῆ πόλεων erat.

Ac quamvis unus idemque homo quandoque ſimul ἀρχιερεὺς & ἀσίαρχης eſſet; tamen frequentius longe contingebat, ut qui hoc, ex. gr. tempore ἀρχιερεὺς erat [quod in ἀρχιερεῦσι qui pro Flamine eſſent Auguſtorum non ita locum habebat] alio rurſus tempore (depoſito jam, poſt juſtum, præſtitumve tempus, Pontificatu) ἀσίαρχης eſſet: ſicut id jam ſupra allata exempla in *Jul. Sulpitio Hermophilo* & *Demetrio Rufo* oſtendunt. Qui Rufus non ſemel tantum, verum & bis, & ter, ac forſan pluries, ſucceſſivis temporibus, ἀρχιερεὺς πρῶτος *Sardianorum* fuit; atque alio rurſus tempore (ſemel an pluries incertum eſt) *Aſiarcha*. Ex talibus igitur aliiſque exemplis (quæ ex hac ipſa Diſſertatione colligi poſſunt) patet, ἀσιάρχας quidem ἀρχιερέας fuiſſe, at ἀρχιερέας non exinde quod ἀρχιερεῖς (licet πρῶτοι) eſſent, fuiſſe ἀσιάρχας: niſi ſi, dum ἀρχιερεῖς eſſent, in id *Aſiarchatûs* munus eligerentur: eodem modo ut illi, qui jam ἀρχιερεῖς eſſent Patriæ ſuæ, ſic præterea ad ἀρχιερείαν πρώτην, ſeu *Pontificatum Primum*, provehebantur. Tales itaque, qui ſimul ἀρχιερεῖς atque ἀσιάρχαι erant; ut ἀρχιερεῖς, ſeu Pontifices, curabant iſta Sacra, quæ ad Civitatem ſuam regionemve ſpectabant, con-

conſtituebant *Sacerdotes*, & etiam Pontifices (ſi nempe ipſi *Pontifices Primi* eſſent) cæteraque ad religiones ſpectantia ordinabant: ſed ut *Aſiarchæ* communia illa Sacra, quæ ad Ludos (ſicuti dictum) & Certamina, cunctaque præterea ad iſta ſpectantia erant, curabant.

Porrò occaſione iſtarum inſcriptionum, in quibus περὶ τοῦ κοινοῦ ιγ πόλεων mentio fit, non poſſum, non etiam aliquid de illa *Communitate*, ſeu κοινῷ hîc adjungere: ut inde de cæteris κοινοῖς, *Panbœotiis* ſcilicet, *Panachæis*; de *Macedonum*, *Galatiæ*, aliorumque κοινοῖς ita melius judicium feratur.

*Commune* igitur illud πανιώνιον coibat in locum ac Templum, quod *Panionium* appellabatur; de quo ita Herodotus lib. I. Αἱ δώδεκα πόλεις αὗται τῷ τε ὀνόματι ἠγάλλοντο καὶ ἱερὸν ἱδρύσαντο, ἐπί τε σφέων αὐτέων τοὔνομα ἔθεντο Πανιώνιον· ἐβουλεύσαντο δὲ αὐτοῦ μεταδοῦναι μηδαμοῖσιν ἄλλοισιν Ἰώνων. οὐδὲ ἐδεήθησαν δὲ οὐδαμοὶ μετασχεῖν, ὅτι μὴ Σμυρναῖοι. *Cæterum duodecim iſtæ civitates iſto nomine gloriabantur, templumque* [commune] *conſtruebant, ſibique* [ſeu ſocietati iſti] *nomen PANIONIUM imponebant: cujus nullos alios participes facere ſtatuerunt. Neque erant qui magnopere id poſtularent, exceptis Smyrnæis.*

Quum autem illa de *Triopio*, nullo facto interſtitio, hiſce de *Panionio* ſubjungat, non poſſum non & iſta ſubjungere: Κατάπερ οἱ ἐκ τῆς Πενταπόλιος νῦν χώρης Δωριέες, πρότερον δὲ Ἑξαπόλιος τῆς αὐτῆς ταύτης καλεομένης, φυλάσσονται ὦν μηδαμοὺς ἐρδέξασθαι τῶν προσοίκων Δωριέων ἐς τὸ Τριόπικον ἱερόν. ἀλλὰ καὶ σφέων αὐτῶν τοὺς περὶ τὸ ἱερὸν ἀνομήσαντας ἐξεκλήϊσαν τῆς μετοχῆς. ἐν γὰρ τῷ ἀγῶνι τοῦ Τριοπίου Ἀπόλλωνος. &c. *Tale quippiam Dorienſibus accidit qui Pentapolim incolunt, quæ ante Hexapolis vocabatur. Nam & hi cavent, ne quem e finitimis Dorienſibus ad Tropicum Templum* [quod Apollini ſacrum erat] *admittant: adeo ut etiam ex popularibus ſuis, qui ſacri legem tranſgreſſi eſſent, a Ludorum communicatione excluſerint.* &c.

Sed

Sed redeamus ad *Panionium*: quod ubi locorum inſtitutum fuerit, his, idem Herodotus indicat: Τὸ δὲ Πανιώνιον ἐστὶ τῆς Μυκάλης χῶρος ἱερὸς, πρὸς ἄρκτον τετραμμένος, κοινῇ ἐξαραιρημένος ὑπὸ Ἰώνων Ποσειδέωνι Ἑλικωνίῳ· ἡ δὲ Μυκάλη ἐστὶ τῆς ἠπείρου ἄκρη, πρὸς ζέφυρον ἄνεμον κατήκουσα Σάμῳ. ἐς τὴν συλλεγόμενοι ἀπὸ τῶν πολίων Ἴωνες, ἄγεσκον ὁρτὴν, τῇ ἔθεντο οὔνομα Πανιώνιον. *Porrò Panionium locus eſt Mycales Sacer, ad Septentrionem vergens, communiter ab univerſis Jonibus Neptuno Heliconio dicatus. Mycale autem promontorium eſt in continenti ſitum: quod quà Zephyro vento expoſitum eſt, ad Samum pertinet. Ad hunc montem collecti univerſi Jones Sacrificium celebrabant, quod Panionia vocant.*

At notatu quoque hic digna ſunt Strabonis verba (lib. 8.) ubi de Helice loquitur: Τεκμαίρονταί τι νεώτερον εἶναι Ἰωνικῆς ἀποικίας τὸν ποιητὴν, μεμνημένοι γε τῆς Πανιωνικῆς θυσίας, ἣν ἐν τῇ Πριηνέων χώρᾳ συντελοῦσιν Ἴωνες τῷ Ἑλικωνίῳ Ποσειδῶνι· ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ οἱ Πριηνεῖς ἐξ Ἑλίκης εἶναι λέγονται· καὶ δὴ πρὸς τὴν θυσίαν ταύτην βασιλέα καθιστᾶσιν ἄνδρα νέον Πριηνέα, τὸν τῶν ἱερῶν ἐπιμελησόμενον. *Conjecturâque colligunt poſteriorem deductione Jonicæ coloniæ fuiſſe poëtam: utpote qui Panionici ſacrificii faciat mentionem, quod in agro Prienenſi Jones Neptuno Heliconio conficiunt. Quando & Prienenſes ab Helica ſe ortos ajunt, & iſti ſacrificio REX SACRORUM procuraturus id negotii creatur juvenis Prienenſis.*

Ex quibus, præter ἀρχιερέα γε πόλεων, videmus hiſce Panionii ſacris etiam Regem Sacrorum ad id electum, ac quidem ex ſolis Prienenſibus, præfuiſſe. Verum enim vero, non *Certamina* aut *Ludos* ibi fuiſſe celebrata; ſed Sacrificia ibi facta, ac commune Jonum Concilium eò collectum fuiſſe; ibique adeo ſuper communi ſalute harum urbium ſolenniter fuiſſe conſultatum, oſtendunt hæc, ejuſdem Herodoti: Ἴωνες δὲ ὡς ἤκουσαν τούτων, ἀνενειχθέντες ἐς τὰς πόλιας,

τείχεά τε περιεβάλλοντο ἕκαστοι, καὶ συνελέγοντο ἐς Πανιώνιον οἱ ἄλλοι πλὴν Μιλησίων (πρὸς μούνους γὰρ τούτους ὅρκιον Κῦρος ἐποιήσατο, ἐπ' οἷσπερ ὁ Λυδὸς) τοῖσι δὲ λοιποῖσι Ἴωσι ἔδοξε κοινῷ λόγῳ πέμπειν ἀγγέλους ἐς Σπάρτην, δεησομένους Ἴωσι τιμωρέειν. *Jones vero his auditis, ac reverſi ad ſuas quiſque civitates, mœnia ſinguli communiebant, atque congregabantur omnes in Panionium, exceptis Mileſiis (cum iſtis enim ſolis fœdus inierat Cyrus, &c.) porrò reliquis Jonibus communi ſententiâ videbantur legati in Spartam mittendi, qui peterent, ut ſibi Jonibus auxiliarentur.*

Tum & hæc ſequentia: Κακωμένων δὲ Ἰώνων καὶ συλλεγομένων οὐδὲν ἧσσον ἐς τὸ Πανιώνιον, πυνθάνομαι γνώμην Βίαντα ἄνδρα Πριηνέα ἀποδέξασθαι Ἴωσι χρησιμωτάτην, τῇ εἰ ἐπείθοντο, παρεῖχε ἄν σφι εὐδαιμονέειν Ἑλλήνων μάλιστα, &c. *Jam vero Jonibus etiamſi afflictis, ad Panionium ſe congregantibus, audio Biantem virum Prienæum ſaluberrimum dediſſe conſilium: cui ſi obtemperaſſent, licuiſſet illis Græcorum omnium feliciſſimè vivere.*

*Prienenſes* autem ibi *Neptuni Heliconii* Sacrificiis præſediſſe, ſic Strabo rurſus nos docet: Πρῶτον δ' ἐστὶν ἐν τῇ παραλίᾳ τὸ Πανιώνιον, τρισὶ σταδίοις ὑπερκείμενον τῆς θαλάσσης, ὅπου τὰ Πανιώνια κοινὴ πανήγυρις τῶν Ἰώνων συντελεῖται τῷ Ἑλικωνίῳ Ποσειδῶνι καὶ θυσία· ἱερῶνται δὲ Πριηνεῖς. *Primum in ora maritima illa eſt Panionium, tribus ſtadiis ſupra mare ſitum; ubi Jones ſolennem conventum agunt, & Heliconio Neptuno ſacrificant. Sacrificio præſunt Prienenſes.* &c.

*Aſiarchas* tamen crediderim tunc illic locum habuiſſe, quando, hujus *Panionii*, ſeu 13. urbium ſocietatis nomine, *Certamina Sacra*, ac *Ludi* celebrabantur: cum alias *Concilium* eſſet *politicum*; neque aliter in eo Sacrificia adhiberentur, quam in aliis Conciliis politicis (atque etiam in Senatu Romano) ubi ſemper illa conſultis præibant; ſicque *Rex* ille ibi tunc, ſibi quædam peculiaria Sacrificia, aut Sacra perageret. Ut

Ut vero, occaſione hujus *Panionii*, etiam aliquid de aliis κοινοῖς ſeu *Communitatibus* dicam; inter illa numerantur τὰ κοινὰ *Aſiæ*, *Lyciæ*, *Bithyniæ*, *Cappadociæ*, *Galatiæ*, *Phrygiæ*, *Macedonum*, *Cretenſium*, *Eleutherolaconum*, *Aſiæ in Smyrna*, &c. Quorum mentio partim in Codice Theodoſiano lib. XV. tit. 9. cap. 2. partim in nummis apud accuratiſſimos viros, Patinum, J. De Wilde & alios videndis; partim in inſcriptionibus, exſtat.

Sic de Cretenſium κοινῷ hæc ſequens apud Gruterum, pag. 1094. 5. habetur:

ΑΥΤΤΙΩΝ Η ΠΟΛΙϹ
Τ. Φ. ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΥΙΟΝ
ΚΥΡΕΙΝΑ ΑΚΕϹΤΙΜΟΝ
ΠΡΟΤΟΚΟϹΜΟΝ. Β. ΑΓΟ
ΡΑΝΟΜΟΝ Β. ΞΥϹΤΑΧΗΝ
ΙΕΡΟΥ ΑΓΩΝΟϹ ΠΕΝΤΑ
ΕΤΗΡΙΚΟΥ ΤΟΥ ΚΟΙΝΟΥ
ΤΩΝ ΚΡΗΤΩΝ ΑΡΕΤΗϹ
ΕΝΕΚΑ ΚΑΙ ΤΗϹ ΕϹ ΤΗΝ
ΠΟΛΙΝ ΑΔΙΑΛΕΙΠΤΟΥ ΜΕ
ΓΑΛΟΨΥΧΙΑϹ ΗΡΩΑ ΚΑΙ
ΚΟϹΜΟΠΟΛΙΝ
Τ. Φ. ΧΑΡΜΑΤΙΩΝ ΤΟΝ
ΕΑΥΤΟΥ ΠΑΤΡΩΝΑ

Quæ inſcriptio nobis iterum inſerviet ubi de κόσμοις Cretenſium loquendum erit. Porrò Cretenſium κοινὸν ad iſtam Reipublicæ formam ſpectare, qua iſta adhuc integra neque in plures reſpublicas diviſa fuit (ſicut id accidiſſe ex mutuo fœdere a Prauſienſibus cum Lyttienſibus percuſſo alibi videbimus) mihi certum eſt. Niſi potius hæc inſcriptio facta fuerit, poſtquam jam, ſub Romanorum imperio, denuo in unum coaluerant.

*Galatarum* κοινὸν (cujus oppida enumerat Plinius libro 5. cap. 32. & regionis adminiſtrationem Strabo libro 12.) jam ſub Romanis erat: qui Galatiam, in unam communem rempublicam redegerunt ſeu potius (ut cum Strabone loquar) ἐπαρχίαν: cujus ἐπαρχίας Metropolis Ancyra erat; ſicuti non ſolum Ptolomæus, ubi de Tectoſagibus loquitur: ἐν οἷς πόλεις Ἄγκυρα μητρόπολις; verum & nummi cum Commodi, tum *Caracallæ* ac Getæ, tum Gallieni, tum denique Saloninæ; in quo & δὶς νεωκόρος nominatur. Quin & in Caracallæ nummo ab uno latere habemus, ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ, ab altero verò, ΜΕΤΡΟΠΟΛ. ΑΝΚΥΡΑϹ. ΑϹΚΛΗΠΙΑ. ϹΩΤΗΡΕΙΑ. ΙϹΘ. ΠΥΘ. Quæ modò dicta apprime faciunt illuſtrandis ſequentibus jam inſcriptionibus, quæ nobis Galatarum τὸ κοινὸν exhibent: quarumque prima (ex Douza, ſicuti & ſecunda, apud Gruterum reperiunda) habet:

ΓΑΙΝΟΝ ΙΠΠΕΑ
ΡΩΜΑΙΩΝ Κ-- ΒΤΗΝ
ΤΗΝ ΤΡ. . . . ΝΑΡΕΑΝΤΑ
ΠΟΛΙΤΟΓΡΑΦΗΣΑΝΤΑ ΠΑΡΑ
ΑΠΑΝΤΩΝ ΕΘΝΩΝ Κ. ΑΓΩ
ΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ. ΔΙΣ ΤΟΥΤΕ
ΚΟΙΝΟΥ ΤΩΝ ΓΑΛΑΤΩΝ Κ.
ΔΙΣ ΤΩΝ ΙΕΡΩΝ ΑΓΩΝΩΝ
ΤΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ ΑΣΚΛΗΠΙ
ΤΙΩΝ. ΙΣΘ. ΠΥΘΙΩΝ Κ. ΑΡΧΙ
ΕΡΕΑ ΤΟΥ ΚΟΙΝΟΥ. ΤΩΝ. ΓΑΛΑ
ΓΑΛΑΤΑΡΧΗΝ ΣΕΒΑΣΤΟΦΑΝ
ΤΗΝ Κ. ΚΤΙΣΤΗΝ. ΤΗΣ. ΜΗΤ
ΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΝΚΥΡΑΣ ΦΥΛΗ
ΕΟΝΕ ΠΑΣΙΠΡ. . . . . .
. . . ΕΡΓΕΤΗΝ Κ. Π.

Se-

Secunda autem hæc ſequens eſt:

ΑΓΑΘΗΙ . ΤΥΧΗΙ
Φ . ΑΙΛΙΑΝΟΝ . ΙΠΠΕΑ . ΡωΜΑ
ΙωΝ . ΚΑΙ . ΚΑΛΛΙCΤΗΝ ΠΡω
ΤΗΝ . ΑΡΧΗΝ . ΑΡξΑ . . ΤΑ . ΚΑΙ
ΠΟΛΕΙΤΟΓΡΑΦΗΣΑΝΤΑ
ΚΑΙ . Τ . ΠΡΕCΒΕΥCΑΝΤΑ
ΠΑΡΑ . ΘΕΟΝ ΑΝΤωΝΕΙΝ
ΟΝ . ΚΑΙ . ΑΓωΝΟΘΕΤΗCΑΝ
ΤΑ . ΤΙΟΥ . ΤΟΥΤΕ . ΚΟΙΝΟΥ
ΤωΝ . ΓΑΛΑΤωΝ . ΚΑΙ . C:-
ΤωΝ . ΙΕΡωΝ . ΑΓωΝωΝ . ΤωΝ
ΜΕΓΑΛΑΑΣΚΛΗΠΙΕωΝ
ΠΥΘΙωΝ . Κ-- . ΑΡΧΙΕΡΕΑ
ΤΟΥ . ΚΟΙΝΟΥ . ΤωΝ ΓΑΛΑ
ΤΩΝ . ΓΑΛΑΤΑΡΧΗΝ . CΕ
ΒΑCΤΟΦΑΝΤΗΝ
ΚΤΙCΤΗΝ . ΤΗC . ΜΗΤΡΟ
ΠΟΛΕωC . ΑΝΚΥΡΑC
ΦΥΛΗ

In hac poſteriori ſane mihi videtur iſtud ΤΙΟΥ quod in nona linea occurrit mutandum eſſe in ΔΙΣ atque adeo legendum, ſicut in priori (linea ſexta) Ἀγωνοθετήσαντα δὶς τοῦ κοινοῦ &c. quod ΤΙΟΥ hîc nullo modo ferri queat, nullusve ipſi ſenſus conveniens affingi. Putarimque ita & illud C:. quod linea decima, in fine habetur, in ΔΙΣ eſſe (defectum

 ſimul

ſimul ſupplendo) convertendum. Quam facile enim in deſcribendis marmoribus vetuſtate exeſis, aut aliter corruptis aberretur, etiam ab eruditis viris, licet ſatis attentis, ſed nimis abrupte ac feſtinanter illorum inſcriptiones excipere coactis, ex ipſorum querelis conſtat: imprimis ubi Turcæ imperium obtinent. Audiatur modo Th. Smithus Anglus ſuper iſta re: ac conferantur inter ſe Wheler, Sponius aliique. Nec præterea conſtat excerptores, ſeu deſcriptores, ſemper æque eruditos circa talia; doctoſve viros ſemper a talibus accepiſſe. Quod tamen de Douza hîc cogitari non debet: ſed illi potuiſſe accidere, quod *Smithus* aliique ſibi accidiſſe queruntur: nempe id ipſis pro lubitu aut voto non ſemper licuiſſe. Quare & priorem ex hâc poſteriori corrigendam ac ſupplendam, (pro parte ſaltem) exiſtimo. Igitur pro Κ— . . . . ΒΤΗΝ ΤΗΝ ΥΡ . . . . . Ν. ΑΡΕΑΝΤΑ reponerem ΚΑΛΛΙϹΤΗΝ ΠΡΩΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΑΡΞΑΝΤΑ. Quod ΠΡΩΤΗΝ ΑΡΧΗΝ Proprætoris munus deſignare videtur, quo M. Lollius eam provinciam primus adminiſtravit; ut Rufus teſtatur.

Porrò illa ΚΤΙϹΤΗΝ . . . ΗϹ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ nullam difficultatem creant, ſuppleto hîc Τ, quo ȣ ΤΗϹ reſtituitur. Cætera verò, quæ poſt ΑΝΚΥΡΗϹ ΦΥΛΗ ſequuntur in illa priori, tam malo vulnere laborant, ut (a me ſaltem) plane in integrum reſtitui nequeant.

De *Λυκίων κοινῷ* habemus hæc apud Gruterum pag. 1009. 5.

ΛΥΚΙΩΝ ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΚΟΜΙΣΑΜΕΝΩΝ ΤΗΝ ΠΑΤΡΙΟΝ ΔΗΜΟ

ΚΡΑΤΙΑΝ ΤΗ ΡΩΜΗΝ ΔΗ ΚΑΠΕΤΩΛΙΩΙ ΚΑΙ ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ ΤΩΙ

ΡΩΜΑΙΩΝ ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ

ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΤΩΝ ΛΥΚΙΩΝ

Ubi

Ubi primo legendum pro ΑΚΙΟΝΤΟ, &c. ΑΥΚΙΩΝ. ΤΟ. ΚΟΙΝΟΝ. 2°. Secunda linea pro ΤΗΝ ΡΩΜΗΝ ΔΗΚΑΠΕΤΩ ΔΙΩΙ, ΤΗΙ. ΡΩΜΗΙ. ΔΙΙ. ΚΑΠΕΤΩΛΙΩΙ. &c. ut Scaliger optime animadvertit.

*Lyciorum* certe *commune* habemus apud Plinium libro 5. cap. 27. ubi & urbes ipſius, quas olim XL. habuerat, ut ipſius Plinii ævo XXXVI. ex parte enumerantur.

Porrò τὸ Ἐλευθερολακώνων κοινὸν habemus in hac ſequenti, atque apud Reineſium Claſſe VI. n°. 120. reperiunda, inſcriptione:

ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΤΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΟΛΑΚΩ
ΝΩΝ ΓΑΙΟΝ ΙΟΥΛΙΟΝ ΛΑΚΩΝΑ
ΕΥΡΥΚΛΕΟΥ ΥΙΟΝ ΤΟΝ
ΙΔΙΟΝ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΔΑΜΑΡΜΕΝΙΔΑΣ
ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ
ΕΠΕΜΕΛΗΘΗ.

De hiſce autem Eleutherolaconibus ita Strabo lib. 8: Συνέβη δὲ καὶ τοὺς Ἐλευθερολάκωνας λαβεῖν τινα τάξιν πολιτείας; ἐπειδὴ Ῥωμαίοις προσέθεντο πρῶτοι οἱ περίοικοι τυραννουμένης τῆς Σπάρτης, οἵ τε ἄλλοι, καὶ οἱ Εἵλωτες. *Sed & Eleutherolacones (i. e. liberi Lacones) quandam reipublicæ conſtitutionem adepti ſunt, quo tempore Spartâ tyrannis ſerviente vicini cum alii tum Heilotes Romanis ſe applicuerunt.*

Pauſanias vero de illis, in Laconicis, ita: Γύθειον δὲ ἀπέχει μὲν σταδίους τριάκοντα Αἰγῶν, ἐπὶ θαλάσσῃ δὲ ᾠκισμένον ἐστὶν ἤδη τῶν Ἐλευθερολακώνων, οὓς βασιλεὺς Αὔγουστος δουλείας ἀφῆκε Λακεδαιμονίων τῶν ἐν Σπάρτῃ κατηκόους ὄντας. *Ab Ægiis diſtat Gytheum*

*theum ſtadiis triginta. Ad mare ſitum eſt, atque incolitur jam ab Eleutherolaconibus, quos Auguſtus imperator ſervitutis jugo liberavit, quum ante Spartanis parerent.*

Illorum autem *commune*, ſive urbes paulo poſt hoc modo enumerat: Ἀριθμὸς δὲ τῶν Ἐλευθερολακώνων ὄκτω πόλεις καὶ δέκα εἰσί· πρώτη μὲν καταβάσιν ἐξ Αἰγιῶν ἐπὶ θάλασσαν Γύθειον, μετὰ δὲ αὐτὴν Τευθρώνη τε καὶ Λᾶς, καὶ Πύρριχος· ἐπὶ Ταινάρῳ δὲ Καινήπολις, Οἴτυλός τε καὶ Λεῦκτρα καὶ Θαλάμαι, πρὸς δὲ Ἀλαγονία τε καὶ Γερηνία· τὰ δὲ ἐπέκεινα Γυθείου πρὸς θαλάσσῃ, Ἀσωπὸς, Ἀκρεαὶ, Βοιαὶ, Ζάραξ, Ἐπίδαυρος ἡ λιμηρὰ, Βρασιαὶ, Γερόνθραι, Μαριός. αὗται μὲν οὖν εἰσιν αἱ λοιπαὶ τῶν Ἐλευθεροκακώνων ἀπὸ τεοσάρων ποτὲ καὶ εἴκοσι πόλεων. *Urbes quidem Eleutherolaconum XVIII. extant: quarum prima ab Ægiis ad mare deſcendentibus eſt Gytheum, deinceps Teuthrone, Las, Pyrrhichus; ad Tænarum Cænopolis, Oetylos, Leuctra, Thalamæ, Alegonia, Gerenia: & ad mare propius multò ultra Gytheum Aſopus, Acriæ, Bœæ, Zarax, Epidaurus* cognomento *Limera, Braſiæ, Geronthræ, Marios. Atque hæ quidem reliquæ ſunt Eleutherolaconum, cum ante quatuor & viginti fuiſſent.*

Ad urbium κοινὰ ut deveniamus, eorumque aliquot exempla demus, *Lampſacenorum* κοινὸν ſeu κοινωνίαν habemus in hac jam ſequenti inſcriptione quæ apud Gruterum pag. 95. habetur:

ΙΘΥΦΑΛΛΩΙ. ΚΟΡΥΝΟΦΟΡΩΙ
ΚΗΠΟΦΥΛΑΚΙ. ΚΛΕΠΤΟΜΑΣΤΙΓΙ
ΕΥΕΡΓΕCΙΑC. ΚΑΙ. ΕΥΔΟΚΙΑC. ΧΑΡΙΝ
ΛΑΜΨΑΚΙΩΝ ΚΟΙΝΩΝΙΑ

Sic in nummis *Epheſiorum, Pergamenorum, Tarſenſium, Smyrnenſium, Neocæſarienſium*, ac *Sardianorum* κοινὰ alio-

aliorumque, expreſſa reperimus: præter illa quæ regionum aut provinciarum erant, ut κοινὸν Κρητῶν, κοινὸν Κυπρίων, κοινὸν Συρίας aliorumque quorum nomina honori Cæſarum &c. culti fuerant.

Etenim inde hæc: ΑΔΡ. CΕΥΗ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑΝΗC. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. ΤΑΡCΟΥ ΚΟΙΝΟΒΟΥΛΙΟΝ & ΑΔΡ. CΕΥΗ. ΑΝΤΩΝΟΠΟΛΙ. ΜΗΤΡΟ. ΚΟΙΝΟΝ. ΤΑΡCΟΥ. Α. Μ. Κ. Γ. Β. ſicuti & Getæ ΚΟΙΝΟΝ ΝΕΟΚΑΙC. ΜΗΤΡ. ΕΤ. Ρ. Μ. Β.

Quod autem attinet ad Smyrnenſes, & Epheſios, in Sabinæ nummo quodam habemus, ΕΦΕCΙΩΝ ΚΟΙΝΟΝ ΑCΙΑC. In alio, Philippi Senioris nempe, ΕΦΕCΙΩΝ ΚΟΙΝΟΝ ΠΑΝΙΩΝΙΩΝ. Nec minus Smyrnenſium comparent nummi, cum his inſcriptionibus; ut in Maximini, ΕΠΙ. CΤ. Μ. ΑΥΡ. ΠΟΥΒΛΙΟΥ ΠΡΟΚΟΥΛΕΙΑΝΟΥ ΠΡΩΤΑ ΚΟΙΝΑ ΤΗC ΑCΙΑC ΕΝ CΜΥΡΝΗ & in Valeriani, ΠΡΩΤΑ ΚΟΙΝΑ ΑCΙΑC ΕΝ CΜΥΡΝΗ. Dum ſcilicet civitatum harum utraque ſibi πρωτεῖαν vindicaret, ſic & circa ipſa κοινὰ illa ſibi vendicare ſtudebant. Pergamenorum interim nummi, in quibus iſtud κοινὸν expreſſum, nondum mihi occurrunt. De ipſo tamen ita Plinius, cap. 30. libri V. *Pergamena vocatur ejus tractus juriſdictio. Ad eam conveniunt Thiatyreni, Mygdones, Moſſini, Bregmenteni, Hierocomitæ, Perpereni, Tyareni, Hieropolenſes, Hermatopolitæ, Attalenſes, Pantaenſes, Appollonidienſes, aliæque inhonoratæ civitates.*

Sicut & de Smyrnenſi, atque etiam de Epheſiorum κοινοῖς hæc ſequentia tradit cap. 29. *Smyrnæum conventum magna pars Æolię, quæ mox dicetur, frequentat: præterque Macedones Hyrcani cognominati, & Magnetes a Sypilo. Epheſum vero alterum lumen Aſiæ, remotiores conveniunt Cæſarienſes, Metropolitæ, Cylbiani, & ſuperiores Myſomacedones, Maſtaurenſes, Brullitæ, Hypæpeni, Dioshieritæ.*

*Sardianæ* autem *urbis* [ne plura huc congeram] ut quæ non tantum Metropolis fuit; ſed quæ ſe etiam hoc titulo extulit, CAPΔIC ACIAC ΛΥΔΙΑC ΕΛΛΑΔΟC Α. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC ſicut & in alio nummo, Juliæ Mammææ, CAP. ΠΡ. ΜΑΙΟΝΩΝ quæque & Ἀσιάρχην in nummis oſtentabat; hujus, dico, conventus ita a Plinio deſcribitur: *Sardiana nunc appellatur ea juriſdictio. Conveniuntque in eam extra prædictos Macedones, Caduenì, Loreni, Philadelpheni, & ipſi in radice Tmoli, Cogano fluvio appoſiti Mæonii, Apollonobieritæ, Myſotmolitæ & alii ignobiles.*

Verum enim verò hîc nimius fio talia congerendo: addam hoc ſolum; ſicut Smyrnenſes nummis inſcribebant ſuis, ΚΟΙΝΟΝ ΑCΙΑC &c. & Epheſii ſimiliter ΚΟΙΝΟΝ ΑCΙΑC; &c. ita & Sardianos ſibi ΚΟΙΝΟΝ ΑCΙΑC vendicaſſe. Hinc enim habemus hanc nummi inſcriptionem, in uno quidem latere, ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΔΕΛΦΟΙ, in altero verò inſcriptam laureæ coronæ hanc, ΚΟΙΝΟΝ ΑCΙΑC. Nempe ambitio & æmulatio inter civitates Aſiæ increſcebat; atque unaquæque Metropoleon ſibi majorem ſupra alias honorem, dignitatem atque auctoritatem arrogabat: quod tractu temporis increſcebat; ſicuti infra latius, de iſta re adhuc aliquid dicam.

DIS-

# DISSERTATIO QUARTA
## DE
# Neocoris Sacerdotibus, & Urbibus Neocoris.

## CAPUT I.

*De* Sacerdotibus Neocoris, *cùm* Deorum, Dearumque, aliorum, *tùm &* Auguſtorum, Auguſtarumque: *ac qua dignitate illi fuerint. De* νεωκόρῳ κρατίςῳ; *uti & de* πρεσβυτάτῳ. *Sacerdotes illos ſimul fuiſſe peculiares iſtorum Deorum, quorum erant* νεωκόροι. *De Collegio* Neocororum. *Quidnam commune illi habuerint, cum* Aſiarchis, *&* Pontificibus, *ſive* ἀρχιερεῦσι, Sacerdotalibuſque Præſidibus *Tertulliani.* Zacoros *alio ſub nomine cum illis eoſdem fuiſſe. De* Æditui, *ſeu* Neocoris, fœminis; *ac quodnam ipſorum munus fuerit.*

AB Aſiarchis tranſeo ad *Neocoros* Sacerdotes, κατ' ἐξοχὴν: ita dictos quod iſti quandoque iidem, quamvis ut plurimum ἀρχιερεῖς, mihi fuiſſe videantur: ut qui in altiori longe gradu videntur fuiſſe conſtituti, majoriſque inter ſuos auctoritatis. Neocorus autem apud Græcos (quin etiam apud Latinos) erat, ſecundum Suidam, ὁ τὸν νεὼν κοσμῶν καὶ εὐτρεπίζων· ἀλλ' οὐχ' ὁ σαρῶν. *is qui Templum ornat ac diſponit &c. non vero qui id verrit aut purgat.* Quamvis id antiquioribus temporibus locum habuiſſe in illis videatur. Tutores alias atque ornatores ac curatores, erant Templorum. Hinc & Feſtus:

*Æditus Sacræ ædis tutor:* ac Turnebus ad verba Horatii Epiſt. 1. Lib. 2. *Æditui igitur ſunt cultores, ut* ϖεὸσπωλοι *&* νεωκόροι. *Nam cum alii fortaſſe Deum aliquem eximiè colunt; tum vel potiſſimum Æditui ejus & Sacerdotes præter cæteros id faciunt: nec alioqui parva cultûs pars in æde tuendâ cenſenda eſt.* Unde quoque urbes νεωκόροι quaſi *tutrices* atque *Ornatrices* Deorum, Dearumve, erant earum quorum quarumve νεωκόρυς ſive *æedituas* ſe gerebant.

Sed de his infrà amplius loquendum erit. Modò dictis igitur addam illa, quæ præſtantiſſimus Vaillantius, in *Numiſmatis Imperatorum &c.* Græcè loquentibus ita effert: *Neocorus primum dicebatur æedituus, qui Templum verrebat; deinde qui illius curam habuit; poſtea qui Sacra alicui Deo, vel pro ſalute Imperatoris faciebat.* Unde & in nummo ſub Alexandro Severo cuſo, habemus, ΜΑΡ. ΕΥΓΕΝΟΥϹ. ΝΕΩΚΟΡΟΥ ΑΙΓΕΑΙΩΝ.

Huc ſpectant hæ ſequentes inſcriptiones; ac 1°. quæ apud Sponium. Miſc. Erud. Antiq. pag. 340. n°. LX. ita habetur:

ΘΥΜΙΑΤΗΡΙΟΝ ΕΠΥΡΟΝ
ΒΑΘΡΑ ΔΥΟ
Λ. ΚΑΣΣΙΟΣ ΕΥΤΥΧΗΣ
ΝΕΩΚΟΡΟΣ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ
ΣΑΡΑΠΙΔΟΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΕΠ. ΑΓΑΘΩ
PERMISSV
C. NASENNI. MARCELLI
PONTIFICIS VOLCANI ET
AEDIVM SACRARVM
Q. LOLLI RVFI CHRYSIDIAN
ET. M. EMILII VITALIS
CREPERIANI II. VIR

Sicut

Sicut & hæc quæ magis integra (cum præcedens capite careat) a Reineſio ita exhibetur:

ΔΙΙ ΗΛΙΩ ΜΕΓΑΛΩ ΣΑΡΑΠΙΔΙ ΚΑΙ
ΣΥΝΝΑΟΙΣ ΘΕΟΙΣ ΤΟ ΚΡΗΠΙΔΕΙΟΝ
ΛΑΜΠΑΔΑ ΑΡΓΥΡΑΝ ΒΩΜΟΥΣ ΤΡΕΙΣ
ΕΠΕΙ ΛΥΧΝΟΥΧΟΝ ΘΥΜΙΑΤΗΡΙΟΝ ΕΠΥΡΟΝ
ΒΑΘΡΑ ΔΥΟ Λ ΚΑΣΣΙΟΣ ΕΥΤΥΧΗΣ
ΝΕΩΚΟΡΟΣ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΣΑΡΑΠΙΔΟΣ
ΥΠΕΡ ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΕΠ. ΑΓΑΘΩ.

Sane non ſimplex νεωκόρος ſive *ædituus* fuiſſe videtur ille ΑΥΛΟΣ ΚΛΟΔΙΟΣ, (de quo infra adhuc latius, ubi de *Prytanibus* loquendum erit;) ut qui præterquam quod eſſet νεωκόρος Pergamenorum, ſimul erat & ἀρχιερεὺς & πρύτανις ἐπώνυμος & ἀγωνοθέτης, &c. Sicut & Vettius Agorius Prætextatus, & *Pontifex Veſtæ*, & *Pontifex Soli*, & *XV. vir*, & *Augur*, & *Hierophanta*, & *Curialis*, & *Pater Sacrorum*, &c. ac ſimul NEOCORVS, erat. Nec aliter fere id videmus in marmoribus Oxonienſibus, (primæ partis pag. 148.) de Paterniano; de quo hæc ſequentia ibi habentur:

. . . . . . . . . ΥΛΗΝΗΣ ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ. ΦΛ. ΠΑ
ΤΕΡΝΙΑΝΟΝ ΠΑΤΕΡΑ Τ. ΦΛ. ΟΝΗΣΙΜΟΥ ΠΑΤΕΡ
ΝΙΑΝΟΥ ΤΟΥ ΕΑΥΤΗΣ ΑΝΔΡΟΣ ΚΑΙ Τ. ΦΛ. ΟΝΗΣΙΜΟΝ
ΠΑΤΕΡΝΙΑΝΟΝ ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ ΕΠΙ ΤΩΝ ΟΠΛΩΝ ΚΑΙ
ΝΕΩΚΟΡΟΝ
ΤΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ ΘΕΩΝ ΝΕΜΕΣΕΩΝ ΙΠΠΑΡΧΟΝ ΓΡΑΜΜΑ
ΤΟΦΥΛΑΚΑ ΠΡΥΤΑΝΙΝ ΠΡΩΤΟΝ ΑΓΟΡΑΝΟΜΟΝ ΤΑΜΙΑΝ
ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΚΑΙ ΤΑΣ ΑΡΧΑΣ ΦΙΛΟΤΕΙΜΩΣ ΕΚ
ΤΕΛΕΣΑΝΤΑ ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΕΙΣ ΕΡΓΟΝ ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΑΣ ΚΑΙ
. . . . . . ΚΑΙ ΕΑΥΤΗΝ. . . . . ΣΤΗΣΑ. . . . .

Nec ſimplex, aut infimi gradûs, *Neocorus* fuiſſe videtur ille *Statius Quadratus*; de quo hæc habentur apud Reineſium Claſſe I. nº. 290.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΔΙΙ ΗΛΙΩ ΜΕΓΑΛΩ
CΑΡΑΠΙΔΙ ΚΑΙ ΤΟΙC
CΥΝΝΑΟΙC ΘΕΟΙC CΤΑΤΙΟC
ΚΟΔΡΑΤΟC ΚΡΑΤΙCΤΟC
ΝΕΩΚΟΡΟC ΕΚ ΜΕΓΑΛΩΝ
ΚΙΝΔΥΝΩΝ ΠΟΛΛΑΚΙC
CΩΘΕΙC ΕΥΧΑΡΙCΤΩΝ
ΑΝΕΤΗΚΑ
ΙΛΕΩC COI
ΑΛΥΠΙ
ΤΟΝ ΕΝ ΚΑΝΩΒΩ
ΜΕΤΑ ΤΟΝ ΡΩΜΗC ΚΑΡΙ. . . . .
ΔΙΟCΚΟΡΟC ΝΕΩΚΟΡ. . . . . .
ΤΟΙC ΜΕΓΑΛΟΙC ΑΓ. . .
ΑΝΕΘΗΚΑ.

Habemus hic quippe κράτιστον Νεωκόρον, id eſt eximium, (ſeu primarium quoque) quale potentiæ atque auctoritatis epitheton additur ſuprà in illa, quæ *Sabinam Auguſtam Novam Cererem* appellat. ibi enim habetur, ut ſupra vidimus,

mus, ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑΝΔΙΤΟΥ ΤΟΥ ΚΡΑΤΙΣΤΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. Quo epitheto etiam in Actis cap. XXIII. v. 25. utitur Claudius Lyſias hoc modo: Κλαύδιος Λυσίας τῷ κρατίστῳ ἡγεμόνι Φήλικι χαίρειν *Præſtantiſſimo Præſidi Felici.* & Tertullus rhetor erga eundem, dum apud ipſum contra Paulum Apoſtolum perorat, κράτιστε Φῆλιξ. Quod ergo epitheton huic νεωκόρῳ additum κατ᾽ ἐξοχὴν datur, ac majorem altioremque gradum indicare videtur.

Inter plures autem νεωκόρους unum eminuiſſe oſtendunt hæc ſequentia, quæ habentur in iſta inſcr. quæ pag. 314. 1. apud Gruterum exſtat:

ΜΑΡΚΟΣ ΑΥΡΕΛΙΟΣ ΑΣΚΛΕΠΙΑΔΗΣ, Ο ΚΑΙ ΕΡΜΟΔΩΡΟΣ, Ο ΠΡΕΣΒΥΤΑΤΟΣ ΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΣΑΡΑΠΙΔΟΣ Ο ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΤΟΥ ΣΥΝΠΑΝΤΟΣ ΞΥΣΤΟΥ ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΞΥΣΤΑΡΧΗΣ, &c.

*Sacerdotes* interim quoque aliorum Deorum hi *Neocori*, præterquam iſtorum, quorum *Sacerdotes Neocori erant:* ſicut id, tam ex aliis (quin & ex iſtis, quæ modò pag. 301. adduxi) quam ex hiſce jam ſequentibus inſcriptionibus liquet; quæ apud Thomam Smith, Georg. Whelerum, & Jacobum Sponium, viros magno ſuo labore, ſumptibus, ac periculo, reipublicæ literariæ prodeſſe niſos, reperiuntur. Harum autem prima eſt:

ΤΟΝ ΓΗΣ ΚΑΙ ΘΑ
ΛΑΣΣΗΣ ΔΕΣΠΟΤΗΝ
ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. Μ. ΑΥΡ. ΣΕΟΥΗΡΟΝ
ΑΝΤΟΝΕΙΝΟΝ ΠΑΡΘ. ΜΕ
ΓΕΡ. ΜΕ. ΠΑΤΕΡΑ ΠΑΤΡΙΔΟΣ
ΕΑΥΤΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ
ΠΟΛΕΩΣ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
Τ. ΑΝΤ. ΑΛΦΗΝΟΣ
ΑΡΙΓΝΩΤΟΣ ΤΟ
ΤΡΙΤΟΝ ΧΕΙΛΙΑΡΧΟΣ
Ο ΙΕΡΕΥΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ
ΚΑΙ ΝΕΩΚΟΡΟΣ
ΤΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΚΑΙ ΕΠΙΤΡΟΠΟΣ ΣΕ
ΒΑΣΤΟΥ ΑΡΧΗΣ ΛΙ
ΒΙΑΝΗΣ

Altera vero:

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΣΕΟΥ
ΑΝΤΟΝΕΙΝΟΝ
ΣΕΒ. ΕΥΣ. ΕΥΤΥΧΗ
Τ. ΑΝΤ. ΑΛΦΗΝΟΣ
ΑΡΙΓΝΟΤΟΣ ΑΠΟ
ΤΡΙΩΝ ΧΙΛΙΑΡΧΙΩΝ
ΤΟΝ ΙΔΙΟΝ ΚΥΡΙΟΝ
ΚΑΙ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ
ΚΤΙΣΤΗΝ Ο ΙΕΡΕΥΣ
ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΚΑΙ ΝΕΩ.

Non

Non hîc exprimitur quidem cujus Dei fuerit ille *Sacerdos* : ſed ex alia inſcriptione, quæ apud Smith & Wheler extat, id clare eluceſcit. ibi enim idem ille Arignotus Sacerdos ſive ἱερεὺς, τοῦ προπάτορος θεοῦ Τυρίμνου, vocatur, & νεωκόρος τῆς λαμπροτάτης Κυζικηνῶν Μητροπόλεως. Ita enim illa habet:

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ

ΑΝΤ. ΚΛ. ΑΑΦ. ΑΡΙΓΝΩΤΟΝ ΤΟΝ ΚΡΑΤΙΣΤΟΝ
ΕΠΙΤΡΟΠΟΝ ΤΟΥ ΣΕΒ. ΑΡΧΗΣ ΛΙΒΙΑΝΗΣ ΕΠΑΡΧΟΝ
ΕΙΛΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΦΛ. ΑΓΡΙΠΠΙΝΗΣ ΠΡΑΙΠΟΣΙΤΟΝ
ΕΙΛΗΣ . . . . . ΤΑΛΛΑΡΙΩΝ ΧΙΛΙΑΡΧΟΝ
ΣΠΕΙΡΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΚΙΛΙΚΙΩΝ ΠΡΑΙΠΟΣΙΤΟΝ
ΤΗΣ ΣΠΕΙΡΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΓΑΙΤΟΥΛΩΝ ΕΠΑΡΧΟΝ
ΣΠΕΙΡΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΦΛ. ΝΟΥΜΙΔΩΝ ΠΡΑΙ
ΠΟΣΙΤΟΝ ΣΠΕΙΡΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΦΛ. ΒΕΣΣΩΝ
ΣΠΕΙΡΗΣ ΑΝΝΟΝΗΣ ΘΕΟΥ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ
. . . ΙΜΕΝΩΝ ΣΕΛΕΥΚΙΑΣ ΣΠΕΙΡΗΣ. . . ΕΑΡΩ
ΑΝΩΝ ΤΡΙΒΟΥ ΚΥΡΕΙΝΑ ΥΠΑΤΙΚΟΝ ΣΥΓ
ΓΕΝΗ ΤΙΟΝ ΚΑΙ ΕΓΓΟΝΟΝ ΑΡΧΙΕΡΕΩΝ ΑΣΙΑΣ
ΑΔΕΛΦΙΔΟΥΝ ΑΛΦ. ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΟΥ ΕΠΙ ΚΗΝ
ΣΟΝ ΤΟΥ ΣΕΒ. ΝΕΩΚΟΡΟΝ ΤΗΣ ΛΑΜΠΡΟ
ΤΑΤΗΣ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΛΟΓΙ
ΣΤΗΝ ΣΕΛΕΥΚΙΑΣ ΠΕΙΣΙΔΙΑΣ ΚΑΙ ΑΛΕΧΑΝ
ΔΡΕΙΑΣ ΚΑΙ ΤΗΣ ΙΩΝ. ΚΑΙ ΡΩΕΣΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ
. . . . ΤΡΙΑΝΩΝ ΠΟΛΕΩΣ ΚΑΙ ΤΡΟΠΗΣΙΩΝ
ΚΑΙ ΤΗΣ ΟΛΩΝΕΙΑΣ ΕΝ ΠΑΣΑΙΣ ΥΠΕΡΕ
ΣΙΑΙΣ ΤΡΑΣΙΩΝ ΚΑΙ ΣΕΜΝΟΤΑΤΟΝ ΙΕ
ΡΕΑ ΤΟΥ ΠΡΟΠΑΤΟΡΟΣ ΘΕΟΥ. ΤΥΡΙΜΝΟΥ.

ΟΙ ΒΑΦΕΙΣ

Qui tamen *Deus Tyrimnus* alio ornatur epitheto in alia inſcriptione, quæ apud G. Wheler pag. 217. poſt hanc præcedentem exhibetur; cujus ſolum initium huc afferam:

ΑΙ. ΣΤΑΤΟΥ ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ ΤΟΥ ΠΡΟΠΟΛΕΟΣ ΤΥΡΙΜΝΟΥ. &c.

Qui Tyrimnus hic quaſi alter Mercurius ſeu ΗΡΜΗΣ ΣΤΡΟΦΑΙΟΣ vel ΠΡΟΠΥΛΑΙΟΣ in ſcenam prodit, ſeu potius Athenarum arcis ingreſſui adſtitit: ſicut & (teſtante Th. Smith,) ab utraque parte portæ ædis, hæ prius adductæ inſcriptiones, inciſæ marmoribus ſingulis, viſebantur.

Ille autem ΚΡΑΤΙΣΤΟΣ ΝΕΩΚΟΡΟΣ, ſicut & iſte imprimis, πρεσβύτατος τῶν νεωκόρων Σαρδιανῶν, indicant aut Collegium ſeu Concilium aliquid *Neocororum* fuiſſe; aut ſaltem plures numero ſimul fuiſſe uno eodemque tempore, ſi non & loco; ac non omnes eodem dignitatis vel auctoritatis gradu eminuiſſe; eoſque eatenus cum *Aſiarchis* eoſdem, ſeu potius ſimiles fuiſſe: niſi velimus cum Aſiarchis, hos *Neocoros Sacerdotes* (quatenus non urbes aut Civitates, regioneſve, ſed homines fuere) unos eoſdemque, ſi non ſemper, multoties tamen fuiſſe.

Interim κράτιστος νεωκόρος (forſan & πρεσβύτατος νεωκόρων, talis fuit) mihi fere videtur fuiſſe, qui tum ἀσιάρχης tum & ἀρχιερεὺς XIII. urbium Aſiæ Propriæ dictus eſſet: vel quandoque etiam ἀρχιερεὺς plurium ſimul regionum; quæ jam per Romanos combinatæ Aſiam Proconſularem conſtituebant. quæ quam late patuerit, ex ſolo ſatis diſcimus Cicerone; cui illa ex Caria, utrâque Myſia, utrâque Phrygia & Lydia, (ſub qua Joniam & Æolidem comprehendit) conſtitit. Quales igitur ἀσιάρχαι urbis ſuæ, cui νεωκορίας celebrandæ munus obtigerat, inter νεωκόρους aliarum urbium,

etiam

tiam νεωκόρων, pro iſto tempore, ac celebritate eminebant. Niſi collegium aliquod fuerit Sacerdotum νεωκόρων (ſicut & ἀσιάρχων; quod clare tamen non liquet. Interim iſtos (imprimis ſi ſimul ἀσιάρχαι eſſent; nam ἀρχιερέας eos fuiſſe mihi nullum dubium) hinc & a Tertulliano *Sacerdotales Præſides* appellatos, (ut jam ſupra notatum) crediderim: quod ipſis ἀγώνων, ſeu Ludorum ac Certaminum ad νεωκορίας ſpectantium, cura ac regimen peculiari modo incumberet.

Porro ζάκοροι illi, quorum mentio apud Plutarchum & Athenæum fit, mihi iidem cum νεωκόροις fuiſſe videntur: neque magis ſimplices *ædituí*, quam illi, de quibus nunc dixi, νεώκοροι. Plutarcho enim (in Camillo) vocantur ἱερεῖς καὶ ζάκοροι θεῶν: Athenæus vero ita, τοὺς δικαστὰς loquitur: Δεισιδαιμονῆσαι τε ἐποίησε τὴν ὑποφῆτιν καὶ ζάκορον Ἀφροδίτης μὴ ἀποκτεῖναι. *Superſtitionem injecit Judicibus, Prophetim & Æditúam Veneris, ne occiderent*, &c. Atque adeo his iterum ſuberant ὑποζάκοροι: ſicut ex Herodoto patet.

Ex quibus præterea videmus, quod, ut Græci ſuas habebant ἀρχιερείας, & *Prytanes fœminas*, & *Stephanephoros fœminas*, & *Hierophantrias*, [de quibus omnibus poſt tractatas urbes νεωκόρους loquar:] ita ii & ſuas *Æditúas fœminas* habuerint: quæ tamen minime erant ſimplices Æditúæ.

Huc certè mihi facere videtur iſtud epigramma, quod ſic apud Gruterum, Theſauri ejus pag. 85. n°. 5. habetur:

ΝΗΟΝ ΜΕΝ ΣΙΓΑΛΟΕΝΤΑ ΣΑΡΑΠΙΔΟΣ ΥΨΙΜΕΔΟΝΤΟΣ
ΗΔ ΑΥΤΟΝ ΧΡΥΣΟΥ ΠΑΜΦΑΝΟΩΝΤΑ ΒΟΛΑΙΣ
ΣΤΗΣΑΝΤΟ ΖΑΚΟΡΟΣ ΤΕ ΔΙΟΣΚΟΡΟΣ, ΗΔΕ ΚΥΡΙΛΛΟΥ
ΕΥΝΕΤΙΣ, Η ΜΑΚΑΡΩΝ ΜΗΠΟΤΕ ΛΗΘΟΜΕΝΗ.
ΚΑΙ ΑΠΟ ΤΗΣ ΑΥΤΗΣ ΓΕΝΕΗΣ ΕΝΑ ΘΕΣΜΟΝ ΕΧΟΝΤΕΣ
ΟΙΣΙ ΜΕΜΗΛΕ ΚΑΥΤΗΣ ΕΡΓΑ ΝΕΩΚΟΡΙΗΣ.

At dubium fere manet, utrumne ſoli parentes, an vero etiam duo filii, hic ſimul fuerint νεωκόροι; iſtaqùe νεωκορία tantum reſpiciat ſolum iſtud Σαραπεῖον, quod ſic illi quatuor ſimul ſtatuerant: an denique ſoli filii hic fuerint *Æditui*: cum pater jam antea ζακόρος ſeu νεωκόρος, ſive templi alterius, ſive urbis ſuæ eſſet.

Quodnam vero proprie harum munus fuerit, minus ſcio; niſi quod aut ἀρχιερείαις & ἱερείαις ſubſervierint; aut ipſæ ſimul, ἱέρειαι, ac quandoque ὑποφῆτιδες fuerint.

Crediderim interim, ſicuti Reginæ Sacrorum peculiaria quædam miniſteria reſervata erant; ita & hiſce partes, ſive circa ἀγῶνας [quod tamen minus putem, niſi ſimul ἀγωνοθέτιδες eſſent; de quibus in ſequentibus quoque loquendum erit] ſive circa Sacrificia: imprimis ubi Sacerdotes fœminæ obtinebant, ac Sacra per illas vel ſolas, vel ſimul iſtis miniſtrantibus, peragebantur ſuas obtinuiſſe.

## CAPUT II.

*De* Urbibus Neocoris *ipſarumque prima origine. Primam* Neocoram *urbem fuiſſe Epheſum, ac quidem Dianæ; hancque Dianam Epheſiam & apud Maſſilienſes, & apud Meſsenios, & apud plures alios, fuiſse cultam, Hieropolitas ſc. Clarios*, Pergæos, *Pruſæenſes alioſque. De Diana Leucophryne, apud Magnetes; tum & de Diana Pergæa. Sub Cæſaribus ipſorum Cæſarum quidem primos tempore* Neocoros *fuiſſe Ilienſes, & Cæſarienſes in Palæſtina, hincque Pergamenos. Quid Auguſtus, quid Tiberius Aſiæ urbibus (ac quibuſnam) conceſserint. Jam olim ante tamen Smyrnenſes, quin & Alabandenſes*, Neocoros *urbis* Romæ *fuiſſe. Templa*

*Cæſa-*

*Cæſaribus quidem primum Sacrata fuiſſe apud Græcos, hinc & apud alias gentes; ac quidem Auguſto apud Lugdunenſes; tum & apud Siculos, ubi Meſſenenſes Auguſto ac Liviæ* bis Neocori *reperiuntur. Urbium Aſiaticarum certamen ob templum Tiberio Matrique ipſius ſtatuendum; in quo* Smyrnenſes *cæteris prælati: Ex hiſce id etiam ad ſequentes Cæſares, ſive Auguſtos fluxiſſe; ad Cajum, ad Claudium, ad Neronem, ad ceteros. Non tamen omnes* ludos, *omniave* certamina *ob* Neocorias *facta fuiſſe.*

At cum nunc quoque de *Urbibus* νεωκόροις nobis aliquid dicendum ſit; inquirendum eſt, unde, & ex quo tempore iſtæ originem habuerint. Hanc illis debere crediderim primum *Dianæ*, ejuſque apud *Epheſios* cultui ac Templo: cujus *Neocoram*, ſive *Æditum*, i. e. Patronam, ac cultricem eximio modo addictam, &c. *urbs Epheſiorum* ſe ferebat, ac gerebat. Quin olim, Cræſi tempore, ab ipſo obſeſſi, urbem Dianæ donarant. Ita enim Herodotus lib. I. Ἔνθα δὴ οἱ Ἐφέσιοι πολιορκεόμενοι ὑπ' αὐτοῦ ἀνέθεσαν τὴν πόλιν τῇ Ἀρτίμιδι, ἐξάψαντες ἐκ τοῦ νηοῦ σχοινίον ἐς τὸ τεῖχος. *Unde Epheſii ab eo obſeſſi, urbem Dianæ dicarunt, fune ex æde Dianæ ad murum alligato.* Non miretur, igitur aliquis Herculem a Tyriis catenatum.

Interim inde *Epheſia Diana* (tractu temporum) tantæ exiſtimationis fieri cœpit, ut plures aliæ urbes ipſi Templa ſtatuerint, cultuique ejus ſe dicarint. Cujus rei exemplum ſufficiens nobis exhibet Strabo, in Maſſilienſibus; de quibus lib. IV. ita loquitur: Ἐν δὲ τῇ ἄκρᾳ τὸ Ἐφέσιον ἵδρυται, καὶ τὸ τοῦ Δελφινίου Ἀπόλλονος ἱερόν· τοῦτο μὲν κοινὸν Ἰώνων ἁπάντων· τὸ δὲ Ἐφέσιον, τῆς Ἀρτίμιδος ἐστὶ νεὼς τῆς Ἐφεσίας. *In arce vero eſt Epheſium, & Apollinis Delphinii fanum. Hoc quidem omnium Jonum commune eſt: Epheſium verò eſt Templum Dianæ Epheſiæ.* Ac nonnullis inter-

interjectis: ἔν τε τῶν ἀποίκοις πόλεσι πανταχοῦ τιμᾶν ἐν τοῖς πρώτοις ταύτην τὴν θεὸν, καὶ τοῦ ξοάνου τὴν διάθεσιν τὴν αὐτὴν, καὶ τ' ἄλλα νόμιμα φυλάττειν τὰ αὐτὰ ἅπερ ἐν τῇ μητροπόλει ἐνενόμιστο. *Sed & in coloniis ut ubique primo loco* [ſive inter primas] *iſtam Deam colerent, & ad imitationem Epheſi, ſimulacrum Deæ ac reliquos cultus inſtituere.* Tum & paulo inferius: Ἀφ' ἧς καὶ τὰς πόλεις ἔκτισαν, ἐπιτειχίσματα, τὰς μὲν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν τοῖς Ἴβηρσιν, οἷς καὶ τὰ ἱερὰ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος παρέδοσαν τὰ πάτρια ὥστε Ἑλληνιστὶ θύειν. *Qua ſubnixi* [poteſtate] *urbes quoque condiderunt, quibus munitionibus uterentur, ut ad Hiſpaniam contra Hiſpanos; quibus* [urbibus] *etiam ritus Dianæ Epheſiæ avitos tradiderunt; eoſque ſacrificare GRÆCO MORE docuerunt.*

Sic de Meſſeniis Pauſanias libro 4: Ἐφεσίαν τε Ἄρτεμιν πόλεις τε ὀνομάζουσιν αἱ πᾶσαι, καὶ ἄνδρες ἰδίᾳ θεῶν μάλιστα ἄγουσιν ἐν τιμῇ. *Epheſiam quidem Dianam urbes propè cunctæ eodem celebrant cognomine. & privatim viri omnes præ cæteris eam Dis proſequuntur honoribus.* Cujus rei rationes tunc addit. Docent & hoc nummi apud Patinum, Harduinum, Vaillantium, Spanhemium, alioſque videndi. Habemus enim *Dianam Epheſiam*, in nummis *Clariorum*, *Hieropolitarum*, *Phaneorum* in Syria, *Pergæorum*, *Pruſæorum*, *Hypæpæorum*, *Amphipolitarum*, *Clazomeniorum*, præter hos, *Gortyniorum* in Creta, *Cyzicenorum*, *Samiorum*, *Apameenſium*, pluriumque, præter hos, aliorum. Si talia conſideremus non mirum Epheſios Dianam ſuam *Magnam* (Act. XIX. 35.) appellaviſſe: cum & è cœlo id ad ipſos delapſum eſſe pertenderent.

Dicarant ſe igitur, jam antiquis temporibus Dianæ; atque hinc ſe pro νεωκόροις ipſius geſſere, urbemque ſuam νεωκόρον Dianæ appellarunt.

Hos Epheſios autem circa Dianæ cultum æmulati ſunt Magnetes ad Meandrum: namque hi ſuam Dianam nominabant

bant Ἀρτέμιδα Λευκοφρύνην; ut tum Pauſanias, tum & Strabo, teſtantur; qui poſterior lib. XIV. ita habet: Ἐν δὲ τῇ νῦν πόλει τὸ τῆς Λευκοφρύνης ἱερόν ἐστιν Ἀρτέμιδος, ὃ τῷ μὲν μεγέθει τοῦ ναοῦ καὶ τῷ πλήθει τῶν ἀναθημάτων, λείπεται τοῦ ἐν Ἐφέσῳ· τῇ δ' εὐρυθμίᾳ καὶ τῇ τέχνῃ τῇ περὶ τὴν κατασκευὴν τοῦ σηκοῦ πολὺ διαφέρει. καὶ τῷ μεγέθει ὑπεραίρει πάντας τοὺς ἐν Ἀσίᾳ πλὴν δυοῖν, τοῦ ἐν Ἐφέσῳ, καὶ τοῦ ἐν Διδύμοις. *In ea quæ hodie eſt urbe, fanum Dianæ Leucophrynes eſt, magnitudine quidem templi, & multitudine donariorum Epheſio cedens: concinnitate autem & artificioſa delubri ſtructura longe ſuperius. Magnitudine etiam omnia Aſiatica ſuperat, duobus exceptis, Epheſio, & quod eſt in Didymis.*

Hinc igitur reperimus in nummo Maximi Cæſaris ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΑΡΤΕΜΙΔΟϹ. Illos autem tunc temporis demum hunc titulum ſibi adſciviſſe, minime, ut ex jam ante dictis patet, veriſimile eſt.

Nam quamvis Otaciliæ Severæ nummus habeat ΕΠ. Γ. ΤΥΧΙΚΟΥ Β. ΝΕ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ [quod de his magnetibus capiendum, ob γραμματέα hic per Γ. indicatum; cum Magnetes ad Sipylum στρατηγοὺς ſuos haberent] id de duobus Philippis (Patre ac filio) proculdubio intelligendum; quorum amborum, atque adeo *bis Neocori*, fuere: ſicuti melius conſtare poterit, ubi de *urbibus* νεωκόρεις Cæſarum vel Auguſtorum ſemel, bis, terve tractabimus.

Porrò *Pergæos* ſuum quoque *Dianæ Pergææ* templum habuiſſe, (ἐν ᾧ ut Strabo teſtatur lib. 14.) πανήγυρις κατ' ἔτος συντελεῖται, *ad quod ſingulis annis ſacer eſt conventus*; quodque æque ac *Dianæ Epheſiæ* Jure Aſyli gaudebat; notum & ex Cicerone, in Verrem, & ex Mela eſt. Sicut etiam illi fuerunt *Neocori*: ut ex hac inſcriptione a Spanhemio exhibita patet. ΠΕΡΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΑϹΥΛΟΝ ΙΕΡΟΝ *Pergenſium Neocororum jure Aſyli gaudens templum.* Dianæ autem illos iſtius *Neocoros* fuiſſe mihi nullum dubium.

Cicero

Cicero autem illud Templum *Antiquiſſimum* ac ſanctiſſimum vocat.

Sub Cæſaribus, jam orbis imperium obtinentibus, maxime hæc ambitio gliſcere cœpit. atque a Pergamenis initium habuiſſe videntur Cæſarum atque Auguſtorum ab urbibus Aſiæ impetratæ νεωκορίαι: niſi, quod Ilienſes, prout ex hoc ſequenti nummo patet, ipſis priores fuiſſe videantur: cum ille in una quidem facie exhibeat ΙΛΙΕΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ in altera vero Γ. ΙΟΥΛΙΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟC. Quum autem in facie averſa Æneæ, qui patrem Anchiſem humeris ſimul cum Palladio geſtat, effigiem exhibeat, clarum ſatis mihi videtur illud ΔΙC non ad Hectora & Cæſarem pertinere; neque ad Palladem atque Æneam, quorum Rubenius Ilienſes δὶς νεωκόρους fuiſſe vult: Sed ad Cæſarem atque Æneam: quod ille ab Ænea genus duceret; ſaltem ut ipſe atque adulatores ipſius, perhibebant [non vero ab Hectore, quamvis & exſtet nummus ſub M. Aurelio cuſus ſignatus hoc modo ΙΛΙΕΩΝ ΕΚΤΩΡ: cujus rei alia cauſa eſt] inter quos adulatores non poſtremi fuere Ilienſes, qui maxime ſibi gloriæ ducebant Romanos a ſe ortos fuiſſe, ac J. Cæſarem ab Ænea generis originem traxiſſe. An autem inter poſtremos adulatores ipſius, quamvis jam tum dudum demortui, fuerit Dion Caſſius, judicet æquus lector ex hiſce, quæ libro XLIV. de Cæſare, atque illius prima generis origine, inter alia affert: Οὐ μὴν ἀλλ' ἔγωγε οὐ τοῦτο μάλιστα νῦν ἐπαινῶ τοῦ Καίσαρος, ὅτι τὰ μὲν νεώτατα ἐκ πολλῶν [καὶ] γενναίων ἀνδρῶν ἔφυ, τὰ δὲ ἀρχαιότατα, ἐκ βασιλέων καὶ θεῶν ἐγίγνετο· ἀλλ' ὅτι πρῶτον μὲν τῆς πόλεως ἡμῶν ὅλης συγγενής ἐστιν (ἐκ γὰρ ὧν οὗτος ἐγεννήθη, πρὸς τούτων ἡμεῖς ᾠκίσθημεν) ἔπειθ' ὅτι τὴν προπατόρων αὐτοῦ ἐς τὸ θεῖον, δι' ἀρετὴν ἀνήκειν νομισθέντων, οὐχ ὅπως ἐπιλησθῆναι τῆς φήμης, ἀλλὰ καὶ ἐπηύξησεν· ὡς εἰ καί τις ἠμφισβήτει πρότερον, μήποτ' ἂν ἐκ τῆς Ἀφροδίτης τὸν Αἰνείαν γενέσθαι, νῦν δὴ πιστευσάτω. θεοῖς μὲν γὰρ ἤδη τινὲς οὐκ ἄξιοι παῖδες ἐπεφημίσθησαν.

τούτου

τούτου δὲ οὐδ' ἂν εἰς ἀπιξαιώσειε θεοῦ τοὺς προγόνους γεγονέναι. *Ego autem non id nunc potiſſimum in Cæſare laudo, quod ratione maxime recentium, ex multis nobilibus viris ortus; ratione vetuſtiſſimorum a Regibus & Dîs immortalibus prognatus eſt: (quos enim ille generis ſui auctores, eos Roma conditores habet:) deinde quod primi ejus patres propter virtutes ſuas Deorum progenies exiſtimati ſint, hic non modo confirmavit illam famam, ſed auxit etiam. Ut ſi quis ante in dubium vocaverit, filiuſne Veneris fuerit Æneas, nunc certe credere cogatur. Sane Deorum filii immerito quidam nominati ſunt: Cæſarem vero nemo indignum divinâ origine judicaverit, &c.*

Quis, quæſo, poſt talia Dionis miretur Ilienſes curaſſe ut *Neocori* cum hujus Cæſaris (etiam Veneris per Æneam filii, cujus & Dionæum aſtrum effulſiſſe poſt mortem ejus adulatorie prætendebatur) tum etiam Æneæ Dardanii *Neocori* fierent? Quum jam & ante illius cædem, *jam valida fama percrebuiſſet illum migraturum Alexandriam vel ILIUM.* Quæ fama, procul dubio, non ita ſubitò exorta fuit: quæque indicat quanti iſtam urbem fecerit, aut facere videri voluerit.

At conſideratione quoque digniſſima ſunt, hujus ejuſdem Dionis de Auguſto verba (libro LI.) Καῖσαρ δὲ ἐν τούτῳ τά τε ἄλλα ἐχρημάτιζε, καὶ τεμένη τῇ τε Ῥώμῃ, καὶ τῷ πατρὶ τῷ Καίσαρι, ἥρωα αὐτὸν Ἰούλιον ὀνομάσας, ἔν τε Ἐφέσῳ καὶ ἐν Νικαίᾳ γενέσθαι ἐφῆκεν. αὗται γὰρ τότε αἱ πόλεις ἔν τε τῇ Ἀσίᾳ καὶ ἐν τῇ Βιθυνίᾳ προετετίμηντο. καὶ τούτους μὲν τοῖς Ῥωμαίοις τοῖς παρ' αὐτοῖς παροικοῦσι τιμᾶν προσέταξε· τοῖς δὲ δὴ ξένοις (Ἕλληνας σφᾶς ἐπικαλέσας) ἑαυτῷ τινὰ, τοῖς μὲν Ἀσιανοῖς ἐν Περγάμῳ, τοῖς δὲ Βιθυνοῖς ἐν Νικομηδείᾳ τεμενίσαι ἐπέτρεψε. καὶ τοῦτ' ἐκεῖθεν ἀρξάμενον, καὶ ἐπ' ἄλλων αὐτοκρατόρων οὐ μόνον ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς ἔθνεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ὅσα τῶν Ῥωμαίων ἀκούει, ἐγένετο. ἐν γάρ τοι τῷ ἄστει αὐτῷ, τῇ τε ἄλλῃ Ἰταλίᾳ, οὐκ ἔστιν ὅς τις τῶν καὶ ἐφ' ὁποσονοῦν λόγου

τινὸς ἀξίων ἐτόλμησε τοῦτο ποιῆσαι· μεταλλάξασι μέντοι κἀνταῦθα τοῖς ὀρθῶς αὐταρχήσασιν ἀλλά τε ἰσόθεοι τιμαὶ δίδονται, καὶ δὴ καὶ ἡρῷα ποιεῖται. ταῦτα μὲν ἐν τῷ χειμῶνι ἐγένετο, καὶ ἔλαβον καὶ οἱ Περγαμηνοὶ τὸν ἀγῶνα ἱερὸν ὠνομασμένον ἐπὶ τῇ τοῦ ναοῦ αὐτοῦ τιμῇ ποιεῖν. *Cæſar hoc tempore cum alia quædam conſtituit, tum Templum urbi Romæ ac patris Cæſaris, quem Heroa Julium nominavit, Epheſi & Nicææ fieri permiſit: (hæ enim urbes Aſiæ & Bithyniæ clariſſimæ habebantur) utque ab incolis Romanis colerentur. extraneis autem hominibus, quos Græcos ipſe appellabat, conceſſit ut ſibi quoque Templa facerent; Aſiani quidem Pergami, Bithyni vero Nicomediæ. Id ab hoc initio tractum reliquorum in honorem imperatorum non tantum in Græcis provinciis factum eſt, ſed etiam apud alios omnes populos Romanis ſubditos. Nam ROMÆ quidem & in ITALIA nemo unquam alicujus pretii homo id facere auſus eſt. Quamquam illic quoque defunctis imperatoribus, qui imperio rectè uſi ſunt, cum alii Divini honores dantur, tum Sacraria tribuuntur. Hæc eâ hyeme acta, & PERGAMENIS quoque ut LUDOS quos SACROS dicunt, in honorem Templi ejus celebrarent permiſſum.*

Quæ hîc nunc conſideranda veniunt, ſunt 1°. Auguſtum Epheſiis ac Nicæenſibus, ut Patris Julii ac Romæ templa dedicarent permiſiſſe; tum & ut ſibi Auguſto Pergameni ac Nicomedienſes templa ſic quoque facerent. 2°. Pergamenis præter templum conceſſos quoque fuiſſe *Ludos Sacros*, in hujus Auguſti honorem: quod de ipſis ut ſingulare quiddam ibi narrari videtur: aliis iſtis videlicet Templum quidem fuiſſe conceſſum, Pergamenis præterea Ludos Sacros &c. ut inde ſic magis *Neocori* apparerent. Encænias ad Templorum dedicationes ubique locum habuiſſe ſatis notum eſt: unde ad ludos ſolemnes, ſive τριετηρίδας, ſive πενταετηρίδας, ſive demum annuos hos Pergamenorum ſpectare mihi nullum dubium

bium eſt. Præterea appellatio νεωκόρος tunc temporis adhuc fere inſolita erat: neque illa mihi occurrit niſi in inſcriptionibus de Ilienſibus; ac poſt ſub Tiberio de Epheſiis Dianæ perpetuis Νεωκόροις. quum tamen hic jam, in modo memoratis, quatuor revera neocoras urbes habeamus C. J. Cæſaris duas, duas Auguſti: quarum priores δὶς νεωκόρους, Cæſaris ſcilicet ac Romæ, appellare poſſes: ſicut Nicæenſes poſt ſub Heliogabalo repente τέτρακις νεωκόροι evaſerunt; quod indicant hæc ΝΙΚΑΕΩΝ ΤΕΤΡΑΚΙ ΝΕΩΚΟΡΩΝ in nummo Elagabali (ſive Heliogabali) apud Harduinum reperiundo: cum tamen ante illud tempus nullibi, ea appellatione, quod ego ſciam comparuerint: quamvis alias tot ipſorum nummi extent, quibus maxime Antonino Pio, tum & Juliæ Domnæ, tum & aliis Cæſaribus adulati fuere.

3°. Notandum *Ab hoc initio tractum*, ut ſic & ſequentibus imperatoribus, non ſolis a Græcis atque Aſiaticis, ſed & ab aliis quoque urbibus templa conſecrarentur; permiſſu ſcilicet horum Cæſarum ſive Auguſtorum: unde *Neocori Auguſtorum*; cum jam antea id Smyrnenſes urbi Romæ, ſicut & ſimiliter Alabandenſes, feciſſent: de quibus Alabandenſibus ita Livius lib. 45. cap. 6. *Alabandenſes Templum urbis Romæ ſe feciſſe commemoraverunt, LVDOSQVE anniverſarios ei Divæ inſtituiſſe.* Hæcque tempore belli contra Perſeum facta. Interim Smyrnenſes ipſis XXVIII. annis priores fuerant, ſtante nimirum adhuc Punicâ urbe, ac quo tempore Hannibal ex iſta urbe profugus ſeſe ad Antiochum contulerat. Stabat tamen & tunc Carthago cum Alabandenſes Templum ſuum dedicarent: ſed aſtu & artibus Maſiniſſæ, inſtigantibus eum ad talia Romanis, jam magis magiſque decreſcebat.

At certe non omittendus ille nummus, quem exhibet perilluſtris Spanhemius, ad Juliani Cæſaris; quemque ἀδελφίᾳ, cum de Julio Cæſare loquerer, prætermiſi, quique hanc exhibet


bet

bet inſcriptionem, in uno, ſcilicet, latere ΙΟΥΔΑΙΟΣ ΘΕΟΣ. in altero verò ΚΑΙΣΑΡΕΑ ΣΕΒΑΣΤΗ ΝΕΩΚΟΡΟΣ. Quæ indicant & illam ab Auguſto J. Cæſaris *Neocoram* fuiſſe factam. Quod & firmatur ex Fl. Joſepho: qui Ἁλωσ. cap. 16. lib. I. & (cap. 13. Lib. Antiq. XV.) quo cap. XVI. Ἁλώσεως hæc habet: Ἐν μὲν γε τῇ Σαμαρείτι πόλιν καλλίστῳ περιβόλῳ τειχισάμενος ἐπὶ σταδίους εἴκοσι, καὶ καταγαγὼν ἑξακισχιλίους εἰς αὐτὴν οἰκήτορας γῆν τε τούτοις προσνείμας λιπαρωτάτην, καὶ ἐν μέσῳ τοῦ κτίσματι, ναόν τε ἐνιδρυσάμενος τῷ ΚΑΙΣΑΡΙ μέγιστον, καὶ περὶ αὐτὸν τέμενος ἀποδείξας τριῶν ἡμισταδίων, τὸ ἄστυ ΣΕΒΑΣΤΗΝ ἐκάλησεν. ἐξαίρετον δὲ τοῖς ἐν αὐτῷ παρέσχεν εὐνομίαν. ἐπὶ τούτοις δωρησαμένου τοῦ Καίσαρος αὐτῷ ἑτέραν προσθέσει χώραν· ὁ δὲ καὶ ἐν ταύτῃ ναὸν αὐτῷ λευκῆς μαρμάρου καθιδρύσατο παρὰ τὰς Ἰορδάνου πηγάς. καλεῖται δὲ Πάνιον ὁ τόπος. *Nam in Samaritica regione oppidum muro pulcherrimo per viginti ſtadia circumdatum, Sebaſten appellavit, deductis eò ſex millibus colonorum, terrâque fœcundiſſimâ his attributâ: ubi TEMPLVM quoque MAXIMVM inter ædificia, & circum id aream trium ſemiſtadiorum CÆSARI, dicavit, ejuſdemque oppidi habitatoribus præcipua legum beneficia præſtitit. Ob hæc alterius terræ adjectione donatus a Cæſare, aliud ei Templum circa Jordanis fontem, candido marmore poſuit: qui locus appellatur Panium.*

Hinc namque apud Occonem, ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. Ο. ΥΠΑΤΟΣ ΔΗ. ΕΞ. ΙΖ. & ab altera parte ΣΕΒΑΣΤΗ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ. proculdubio ob adjectas ipſi ab Herode terras, &c. Hinc & ille nummus (è Patino apud Harduinum,) Auguſti Cæſaris, ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ. & apud Occonem 17. & 82. caput radiatum, & inſcript. ΘΕΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΠΑΤΡΙΔΟΣ, & ab altero latere Templum ab Herode dedicatum, cum inſcr. ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Addit Dion, *id non in Græ-*

*Græcis tantum factum fuiſſe, ſed etiam apud alios omnes populos.*

Ac quidem inſigne exemplum habemus in Templo Lugdunenſi; de quo Strabo lib. 4. ita loquitur: Εὐανδρεῖ δὲ μάλιστα τῶν ἄλλων πλὴν Ναρβῶνος· καὶ γὰρ ἐμπορείῳ χρῶνται, καὶ τὸ νόμισμα χαράττουσιν ἐνταῦθα, τό τε ἀργυροῦν καὶ τὸ χρυσοῦν οἱ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμόνες. Τό, τε ἱερὸν τὸ ἀναδειχθὲν ὑπὸ πάντων κοινῇ τῶν Γαλατῶν Καίσαρι τῷ Σεβαστῷ πρὸ ταύτης ἵδρυται τῆς πόλεως, ἐπὶ τῇ συμβολῇ τοῦ ποταμοῦ· ἔστι δὲ βωμὸς ἀξιόλογος ἐπιγραφὴν ἔχων τῶν ἐθνῶν ξ τὸν ἀριθμὸν, καὶ εἰκόνες τούτων ἑκάστου μία, καὶ ἄλλος μέγας. *Poſt Narbonem hæc urbs maxime omnium Gallicarum hominum frequentiâ pollet. Præfecti enim Romanorum eo utuntur emporio, monetamque ibi tam auream quam argenteam cudunt: ET TEMPLVM ab omnibus communi ſententiâ Gallis decretum CÆSARI AVGVSTO ad hanc urbem, ad concurſum fluviorum eſt poſitum. ARAM habet hoc memorabilem, cum inſcriptione gentium LX. numero, & imagine ſingularum; item & ALIAM magnam.*

Vivo adhuc Auguſto hoc Templum haſque aras poſitas fuiſſe, clare liquet ex his Dionis verbis, de Druſo: Τῶν τε γὰρ Συγάμβρων καὶ τῶν συμμάχων αὐτῶν, διά τε τὴν τοῦ Αὐγούστου ἀπουσίαν, καὶ διὰ τὸ τοὺς Γαλάτας μὴ ἐθελοδουλεῖν, πολεμωθέντων σφίσι, τό, τε ὑπήκοον προκατέλαβε, τοὺς πρώτους, προφάσει τῆς ἑορτῆς, ἣν καὶ νῦν περὶ τὸν τοῦ Αὐγούστου βωμὸν ἐν Λουγδούνῳ τελοῦσι, μεταπεμψάμενος, &c. *Hic quum Sicambri eorumque auxiliarii, propter abſentiam Auguſti, ac quia videbant Gallos jugum ſervitutis gravatim ferre, bellum moviſſent, Gallorum primoribus ſub prætextu feſti ejus, quod adhuc hodie Lugduni ad ARAM AVGVSTI celebratur, evocatis, &c.*

Priorne hæc ara, illâ a Strabone nominata, an poſterior fuerit, incertum eſt; neque uſque adeo refert.

 Hoc

Hoc interim conſtare videtur, unam ex hiſce duabus fuiſſe, de qua, in prima Satyra Juvenalis hæc, *Aut Lugdunenſem rhetor dicturus ad aram.* Quò autem is alludat ſatis notum eſt, ex Suetonii Caligula; quamvis non credibile mihi, Auguſtum, ſi vel maxime ejuſmodi certamina, qualia Suetonius refert, tales quoque pœnas victis, ſtatuiſſe; quales idem de Cajo narrat, his verbis: *Sed & certamen quoque Græcæ Latinæque facundiæ* [*edidit.*] *quo certamine ferunt victoribus præmia victis contuliſſe, eorundem & laudes componere coactos. Eos autem qui maxime diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpongiâ linguave delere juſſos, niſi ferulis objurgari aut flumine proximo mergi voluiſſent.* Crediderim namque hæc præmia, ſicut & pœnas, Cajum de novo inſtituiſſe; illaque quæ Auguſtus ſtatuerat (pro iſto tempore ſaltem) obliteraſſe.

Quantumvis autem hujuſmodi urbes & Templis, & Ludis Sacris, ac ſolemnibus in honorem Cæſarum gauderent, non tamen in Gallia, aut Hiſpania, ne quidem in ipſa Italia, *Neocori* ſive *Æditui* titulo ſuperbiebant; aut illum ambiiſſe videntur: quod tamen urbes Aſiaticæ quam maxime faciebant. Quin & in Sicilia videmus Meſſanenſes ſe jam ſub Auguſto δὶς νεωκόρυς in nummis ſcripſiſſe. Hinc enim apud Parutam, inter nummos Siculos, pag. 20. habemus, in nummo Cæſaris Auguſti, ab una parte inſcriptionem ſequentem hanc: ΚΑΙCΑΡ CΕΒΑCΤΟC ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ ΔΗΜ. ΕΞΟΥC. ab altera vero tripodem cum inſcriptione hac ΜΕCCΑΝΙΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ Auguſti, prout judico, ac Liviæ. Neque dubitandum, plures Civitates fuiſſe, quæ hoc titulo gaudebant; quamvis nummi ipſarum, quibus id inſcriptum erat nunc non inter Antiquarios reperiantur; ſed injuria temporum perierint. An autem (ut hoc adhuc addam, quod ſupra oblivione præterii *Nicæenſes*) jam ante Heliogabalum νεωκόροι nominati fuerint, incertum eſt: neque id itidem

dem ex ipſorum nummis, quod ſciam, oſtendi poteſt: niſi quod in quodam Commodi nummo reperiatur ΙΕΡΟϹ ΑΓΩΝ ΝΙΚΑΙΕΩΝ in alio ΚΟΜΟΔΕΙΑ ΝΙΚΑΙΕΩΝ in alio rurſus ΚΟΜΟΔΟΥ ΒΑϹΙΛΕΥΟΝΤΟϹ Ο ΚΟϹΜΟϹ ΕΥΤΥΧΕΙ. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Ex quibus conjecturam facias, illos jam ſub Commodo *Neocoros* fuiſſe; ſaltem iſtum honorem ambiiſſe.

At revertor denuo ad Dionem, qui addit: *Id ab hoc initio tractum reliquorum in honorem Imperatorum, non in Græcis tantum Provinciis factum eſt.* Quod jam in Meſſanorum nummo patet: ſicut & alia exempla, & data ſunt (ut de Sebaſte &c.) & adhuc procedente contextu dabuntur. De Smyrnenſibus autem hæc apud Tacitum lib. IV. cap. 35. videmus: *Sed Cæſar quo famam averteret, adeſſe frequens Senatui, legatoſque Aſiæ ambigentes quanam in civitate Templum ſtatueretur, plures per dies audivit. Undecim urbes certabant pari ambitione, viribus diverſæ. Neque multum inter ſe diſtantia memorabant, de vetuſtate generis, ſtudio in populum Romanum, per bella Perſei & Ariſtonici aliorumque regum. Verum Hypæpeni Trallianique Laodicenis & Magnetibus ſimul tramiſſi, ut parum validi. Ne Ilienſes quidem, cum parentem urbis Romæ Trojam referrent, niſi antiquitatis gloria pollebant. Paulum addubitatum quod Halicarnaſſii mille & ducentos per annos nullo motu terræ mutaverint ſedes ſuas, vivoque in ſaxo fundamenta Templi aſſeveraverint. Pergamenos (eo ipſo nitebantur) æde AVGVSTO ibi ſita ſatis adeptos creditum. Epheſii, Mileſiique, hi Apollinis illi Dianæ cæremonia occupaviſſe civitates viſi. Ita SARDIANOS inter, SMYRNÆOSQVE deliberatum. Sardiani decretum Etruriæ recitavere, ut conſanguinei. Nam Tyrrhenum Lydumque Atye rege genitos, ob multitudinem diviſiſſe gentem. Lydum patriis in terris reſediſſe, Tyrrheno datum novas*

*novas ut conderet ſedes, & ducum e nominibus indita vocabula, illis per Aſiam, his in Italia: auctamque adhuc Lydorum opulentiam, miſſis in Græciam populis, cui mox a Pelope nomen. Simul literas Imperatorum, & icta nobiſcum fœdera bello Macedonum, ubertatemque fluminum ſuorum, temperiem cœli, ac dites circùm terras memorabant. At Smyrnæi repetita vetuſtate, ſeu Tantalus Jove ortus illos, ſive Theſeus divina & ipſe ſtirpe, ſive una Amazonum condidiſſet, tranſcendere ad ea, quis maxime fidebant in populum Romanum officiis, miſſâ navali copia non modò externa ad bella, ſed quæ in Italia tolerabantur: ſeque primos TEMPLVM URBIS ROMÆ ſtatuiſſe, M. Porcio conſule, magnis quidem populi Romani rebus, nondum tamen ad ſummum elatis, ſtante adhuc Punica urbe, & validis per Aſiam regibus. Simul & L. Sullam teſtem adferebant, graviſſimo in diſcrimine exercitûs, ob aſperitatem hiemis, & penuriam veſtis, cum id Smyrnam in concionem nunciatum foret, omnes qui aſtabant detraxiſſe corpori tegmina, noſtriſque legionibus miſiſſe. Ita rogati ſententiam patres Smyrnæos prætulerunt. &c.*

Unde ſane minime mirum, cum a Græcis aliis, tum maxime a Smyrnenſibus, (ut jam ſuprà vidimus) *Senatum Romanum* appellari ΤΗΝ ΙΕΡΟΤΑΤΗΝ ΣΥΝΚΛΗΤΟΝ *Sacrum Sanctiſſimumve Senatum:* Hoſque inde ſe magnopere extuliſſe contra alias urbes νεωκόρους: ut quibus non tantum ab antiquo *Urbis Romæ* templum eſſet: ſed qui & jam olim *Tiberii*, *Matriſque ejus* & *Senatus Neocori* eſſent; tantoque e numero, ac tantarum civitatum ſoli a Senatu electi fuiſſent.

Porrò, ex illis, quæ ſupra ex Dione attulimus, videmus clariſſimis urbibus id jus conceſſum, ut eſſent *Neocoræ* (*Julii Cæſaris* ſcilicet) ſicut & aliæ quamvis minime omnes, id ſubſe-

ſubſecutis temporibus conſecutæ fuerunt: ſicque Epheſios ac Nicæenſes *Julii Neocoros;* Pergamenos ac Nicomedienſes Auguſti factos fuiſſe. Quibus non contentæ hæ ex Tacito modò adductæ Aſiæ urbes (ut quæ maxime Imperatoribus adulabantur) petivere a Tiberio ac Senatu. Quare ſimilia, omnibus perpenſis, Senatus hîc Smyrnenſes prætulit; atque hinc illi Smyrnenſes præ, ac pro, tota Aſia Proconſulari *Neocori Tiberio, matrique ejus ac Senatui Neocori* facti fuere. Atque hinc procul dubio ille nummus (de quo, ut puto, Harduinus rectiſſime loquitur) cui capita duo adverſa alterum *Liviæ* alterum *Senatûs;* & in averſo latere templum quatuor columnarum, & in medio ejus *Tiberius togatus cum ſceptro:* ac cum inſcriptione in uno latere, ΣΕΒΑΣΤΗ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Auguſtæ ac Senatui,* quorum *cum Smyrnæi eſſent Neocori;* & in altero ΣΕΒΑΣΤΩ ΤΙΒΕΡΙΩ ΕΠΙ ΠΕΤΡΩΝΙΟΥ, *Tiberio Auguſto ſub* [Prætore] *Petronio.*

Quod, ubi de Auguſto mihi ſermo erat, imprudens prætermiſi, eſt, etiam apud Triſtanum fol. 93. exhiberi nummum iſtius Auguſti cum hac inſcriptione, ΚΝΩΣΙΕΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Quod indicat jam iſto tempore etiam Cretenſes hunc honorem ambiiſſe, eumque adeptos fuiſſe. Poſt Tiberium vero & aliis Cæſaribus, ut adularentur ita, & aliæ urbes *Neocoratum*, ut ſic loquar, ambierunt: hinc enim ſub Cajo Cæſare ΘΕΣΤΙΑΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, & ΣΠΑΛΕΘΡΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ (quæ urbes Theſſaliæ erant;) & ΑΣΠΛΗΔΟΝΙΩΝ (quæ urbs Phocidis erat) ΝΕΩΚΟΡΩΝ: & ſub Claudio ΓΑΒΑΘΗΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ (quæ urbs in Galilæa fuit.) Sub Nerone vero ΚΡΙΣΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ & ΚΡΙΣΑΙΩΝ (urbis in Phocide) ΝΕΩΚΟΡΩΝ ſicut & ΣΚΙΡΦΑΙΑΩΝ itidem Phocidis, ſub dicto Claudio rurſuſque ſub Nerone ΣΕΛΛΑΣΣΙΕΩΝ urbis Laconicæ; & ΦΑΛΩΡΙΤΩΝ

Theſſaliæ; & ſub eodem ΜΑΡΑΝΘΗΣΙΩΝ (NB) ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ; credo Neronis ac Matris ipſius Agrippinæ; ſicut Smyrnenſes Tiberii ac Matris ejus. Porrò Galbæ ΚΛΥΠΙΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ: quæ Clypea, uti notum ſatis, Africæ urbs fuit.

De Vitellio mihi nihil occurrit: neque adeo accuratum aliquem catalogum hîc facere inſtituo (quod alias & plures hiſce addendi ſint) ſed quæ urbes *Neocoræ* mihi potiſſimum occurrunt, huc adduco; ut videat Lector nullum pene Cæſarem, uſque ad *Poſthumum*, non ſuas habuiſſe urbes νεωκόρυς; nullumve fere fuiſſe, cujus non hîc aut ille nummus (quandoque plures) hoc titulo notati fuerint.

Inter Veſpaſiani nummos igitur habemus, & ΖΕΛΕΙΤΩΝ ΝΕΩΚΩΡΩΝ; quæ urbs Troadis (& olim Oraculo Apollinis, teſtante Strabone, clara) fuit, & ΦΡΙΞΙΩΝ Lyciæ: ſicut & inter Titi Veſpaſiani nummos, ΠΡΟΞΕΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ; urbis ſcilicet circa Naucratiam; ΚΑΣΣΑΝΩΡΙΤΩΝ, Ægyptiæ, teſte Stephano: ΘΤΕΣΣΕΩΝ, Piſidiæ; ſicut & ΦΑΛΑΙΣΙΕΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, urbis Arcadiæ *Neocoræ*, ut credo, Titi ac patris Veſpaſiani: niſi id in Domitiani gratiam factum fuerit. Cujus Domitiani hic nummus habetur, ΔΙΑΔΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, Lyciæ urbis; ac ΠΗΛΑΣΕΩΝ, urbis Cariæ; uti & ΓΕΦΥΡΑΙΑΗΔΩΝ. Denique (namque Nervæ mihi nulli occurrunt) & Trajani: cujus hic occurrit ΠΟΔΑΛΕΩΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. quæ itidem Lyciæ urbs olim fuit.

## CAPUT III.

*Contentio civitatum ſuper* νεωκορίᾳ; *ſeu* primatu *circa* Neocorias, *maximeque urbis Epheſi, Smyrnæ, ac Pergami.*

Πρω-

*Πρωτείαν illam, ſeu* Primatum, *non ordinem temporis, ſed dignitatem civitatum ſpectare, &c. quæ paulo latius pertractantur.*

UT enim, ut ſuprà notavi, Sacerdotes *Neocori* aut aliorum Deorum Dearumve, Serapidis nempe, *Jovis*, *Nemeſeon*, aliorumve Numinum erant; quin & ipſorum *Auguſtorum*, taleſque qui curam gererent Templorum hujuſmodi, cultûs, Ludorum ſeu Sacrorum Certaminum, a Communi Aſiæ, Bithyniæ &c. celebrandorum, adeoque & ſub alio nomine Aſiarchæ, Bithynarchæ, &c. erant: Sic urbes iſtæ quæ tali prærogativa *Neocoratus* (ut ſic loquar) gaudebant ſeſe maxime ſupra alias efferebant; Sicuti tam ex marmoribus, quam nummis, iſtorum occaſione, aut cauſa, ſignatis nobis indicatur. Hinc namque apud Sponium (Itinerarii Tom. I. pag. 401.) habemus hæc ſequentia:

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΤΗ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗ ΚΑΙ ΜΗ
ΤΡΟΠΟΛΕΙ ΚΑΙ ΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟ
ΡΩ ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ ΚΑΤΑ
ΤΑ ΔΟΓΜΑΤΑ ΤΗΣ ΙΕΡΩΤΑ
ΤΗΣ ΣΥΝΚΛΗΤΟΥ ΣΜΥΡ
ΝΑΙΩΝ

Quonam vero tempore talia de ſe jactarint Smyrnenſes, patet ex ſequenti inſcriptione nummi a Smyrnenſibus his cuſi; quam eodem Tomo, pag. 401. idem Sponius ita exhibet, Α. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ in uno latere ſignatam, in altero vero CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑΣΙΑΣ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ ΚΑΛΛΕΙ ΚΑΙ ΜΕΓΕ-

ΘΕΙ ΕΠΙ ΣΡΑΤΗ. ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΚΑΙ ΚΡΑΤΗΡΙΟΥ. Sic quoque inter Oxonienſia hoc ſequens, pag. 277. habetur, de eadem Smyrnenſium civitate:

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
Η ΠΡΩΤΗ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΚΑΛΛΕΙ ΚΑΙ ΜΕΓΕΘΕΙ ΚΑΙ ΛΑΜ
ΠΡΩΤΑΤΗ ΚΑΙ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ΚΑΙ Γ. ΝΕΩΚΟΡΟΣ ΤΩΝ ΣΕ
ΒΑΣΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΑ ΔΟΓΜΑΤΑ ΤΗΣ ΙΕΡΟΤΑΤΗΣ ΣΥΝ
ΚΛΗΤΟΥ ΚΑΙ ΚΟΣΜΟΣ ΤΗΣ ΙΩΝΙΑΣ ΣΜΥΡ
ΝΑΙΩΝ ΠΟΛΙΣ
ΛΕΡΕΜ ΣΕΠΤΙΜ
ΗΛΙΟΔΟΡΟΝ ΑΝΤΙ
ΝΟΕΑ ΚΑΙ ΣΜΥΡ
ΝΑΙΟΝ ΠΑΝΚΡΑΤΙ
ΑΣΤΗΝ

Quibus adde (præter illam quam ex iiſdem marmoribus exhibui ubi de *ἀρχιερείαις* loquebar) pag. 296. ita exſtantem:

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
Η ΠΡΩΤΗ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΚΑΛΛΕΙ ΚΑΙ ΜΕΓΕΘΕΙ
ΚΑΙ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗ ΚΑΙ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ΚΑΙ Γ. ΝΕΩΚΟΡΟΣ
ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΑ ΔΟΓΜΑΤΑ ΤΗΣ ΙΕΡΩΤΑΤΗΣ
ΣΥΝΚΛΗΤΟΥ ΚΑΙ ΚΟΣΜΟΣ ΤΗΣ ΙΩΝΙΑΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ
ΠΟΛΙΣ
Λ. ΣΕΠΤΙΜ. ΑΥΡ. ΣΤΕΦΑΝΟΝ ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΟΝ ΚΑΙ
ΣΜΥΡΝΑΙΟΝ ΠΑΝΚΡΑΤΑΣΤΗΝ

Verum

Verum enim verò hæc ad πρωτεῖα ſpectant quoque, quæ quales urbes vindicari ſibi voluerint, ſtatim dicendum quoque erit: nunc pauca adhuc addam de κοινοῖς.

Circa hæc igitur conſideranda veniunt ſequentia Suetonii verba, cap. 59. in vita Auguſti: *Provinciarum pleræque ſuper templa & aras, Ludos quoque quinquennales pene oppidatim conſtituerunt.* Præter Templa & aras, ſcilicet, quæ a ſingulis Provinciarum κοινοῖς ſeu communitatibus (ut Aſiæ, Bithyniæ &c.) conſtituebantur; in præcipuis nempe urbibus, minime vero oppidatum: attamen Ludi quoque Quinquennales pæne oppidatim conſtituebantur. Omnes enim νεωκόριαι Ludos ac Certamina, ſive ſemel data, ſive per ſingulos annos, ſive Quinquennales; quamdiu iſta religio aut adulatio perduraret (quod ex. gr. in ἀρτεμίδι ſeu Diana, apud Epheſios quidem perpetuum erat, at minime in Cæſaribus) ſibi adjuncta habebant: non vero, vice verſa, Ludi ac Certamina ſibi adjuncta habebant νεωκορίας: cum ipſæ νεωκόριαι tantum revera ſemel celebrarentur (ſive unico, ſive pluribus Auguſtis) in prima Templi, Templorumve dedicatione: ſequentes Ludi &c. tantum iſtarum νεωκοριῶν iteratæ repræſentationes (ut ſic loquar) ac memoriæ eſſent.

Præterea notiſſimum eſt, plurimos ludos ac Certamina conſtituta pene ubique fuiſſe, abſque ulla Dedicatione Templi, aut Neocoriâ. Quare iſtud *Oppidatim* Suetonii ad ſolos ludos quinquennales reſtringendum eſt. Sic enim, ut ſolos Quinquennales memorem, Auguſtus (teſte eodem Suetonio, *Quo Actiacæ victoriæ memoria celebratior, in poſterum eſſet, urbem Neapolim apud Actium condidit: ludoſque illic Quinquennales conſtituit.* Quin & Nero, *inſtituit & quinquennale certamen primus Romæ, more Græco triplex, Muſicum, Gymnicum, Equeſtre, quod appellavit Neronia.*

Hujus quoque generis fuiſſe exiſtimo iſtud, cujus mentio fit apud Gruterum pag 499. n°. 6.

. . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . .

COHORTI . BREVC.
TRIB . MIL . PROC
DIVI . TITI . ALEXAN
DRIAE . AGONOTHE
TAE . CERTAMINIS
PENTAETERICI . BIS
EX . TESTAMENTO
HEREDES
C. COECILIVS FRONTO
M . FLAVIVS VERANVS

Ingens ſane catalogus confici poſſet iſtorum Ludorum ac certaminum, quæ non ad νεωκορίας ſpectabant: quantumvis ſæpe ob Dedicationes Templorum, ararum, &c. celebrarentur; ſive anniverſarii eſſent, ſive Quinquennales, ſive nulli certo temporis ſpatio adſtricta. quod ex ſequenti loco Suetonii, de Auguſto, ſatis liquere videtur: *Feciſſe ludos ſe ait ſuo nomine quater: pro aliis magiſtratibus, qui aut abeſſent, aut non ſufficerent, ter & vicies. Fecitque nonnunquam vicatim, ac pluribus ſcenis per omnium linguarum hiſtriones: non in foro modo, nec Amphitheatro, ſed in Circo, & in Septis; aliquando nihil præter venationem edidit. Athletas quoque exſtructis in campo Martio ſedilibus ligneis: item navale prælium circa Tiberim cavato ſolo: in quo nunc Cæſarum nemus eſt. . . . . Sed & Trojæ ludum edidit frequentiſſime*, &c.

Sic videmus Ludos Votivos, multoſque alios diverſas ob cauſas, tantum unica vice editos fuiſſe. Sed revertamur denuo

denuo ad urbes Neocoras; ac quidem primùm ad æmulationem ipſarum ſuper πρωτεία, ſeu Primatu, cum circa Neocorias: tum & circa alia.

Super πρωτεία ſeu primatu maxime inter ſe contendebant, atque in perpetua quaſi æmulatione vivebant *Epheſii*, *Smyrnæi* ac *Pergameni*: quod clare perſpicimus ex Oratione de Concordia, ad civitates Aſiaticas, Ariſtidis; qui ait *illos*, *dum de Templis ac certaminibus*, *quæ communia dicebant*, *inter ſe diſſentirent*, *de* πρωτεία *pravum iniiſſe certamen*, &c. Verba ipſius Ariſtidis ſunt: Θαυμάζω δὲ ὅτι σεμνύνεσθε μὲν, οὐχ ἥκιστα τοῖς ναοῖς, καὶ τοῖς ἀγῶσιν οὓς κοινοὺς νομίζετε, ὑπὲρ δὲ αὐτῶν τούτων διεστήκατε. καίτοι ὅταν οἷς ὥσπερ κοινοῖς ἀγάλλεσθε ὑπὲρ τούτων ἐρίζητε, ὑπὲρ τοῦ ταὐτὸν φρονήσετε;

Cauſas autem cur pro primatu inter ſe ſic contenderent eleganter admodum indicat, dum ſingulas iſtas urbes encomiaſtice deſcribit: quas deſcriptiones minus tædio fore credo ejuſmodi elegantiarum amatoribus; quod ſimul (quamvis ſatis longæ) multam lucem cum modo dictis, tum adhuc dicendis affundant. Veruntamen verſionem ſolam adducam: Lector circa talia magis curioſus ipſa Græca Ariſtidis verba conſulat: *Incipiam autem ab ea* [Pergamo] *quæ nos nunc excipit*, *& hiſce ſermonibus curiam præbet. Quod quidem LOCIS FINITIMIS QVONDAM IMPERAVIT*, *eademque*, *de quibus gloriamur*, *hinc originem poſtea duxerunt*, *omittendum duco. Quæ autem ſtatim in oculos incurrunt*, *arx eſt primùm tantæ magnitudinis*, *longe ab omni introitu refulgens*, *velut communis quidam totius gentis vertex. Sub ipſa vero reliquæ urbis partes*, *aliæ alibi*, *varios habent ſitus ac formas*, *ita ut multa dicas oppida in unum congreſſa habitari*, *& eſſe quaſdam quaſi finitimas urbes*, *quæ progreſſu temporis*, *cum utrinque ſemper auctæ fuiſſent*, *in unum convenerint.*

*Huc*

*Huc accedunt ornamenta tum vetera, tum nova, quæ per totam diſtenduntur civitatem: quorum quodlibet etiam toti poſſit urbi ſufficere. Ac multa de aliis quoque narrare poſſim, ſive partes, ſive ſint oppidula vocanda: quod autem omnium eſt honorificentiſſimum, atque omni memoria digniſſimum, quiſnam ſilentio queat præterire? nempe extremum urbis ſegmentum quod SERVATORI, communi omnium bona fortunâ conſecratum eſt. Etenim cum in hanc quoque continentem opportebat Deum tranſire, huc primùm trajecit, & urbem pro auſpicio commercii cum tota continente habendi duxit. Et quamquam temporis ratione ſecunda hæc eſt colonia, e Græcia poſt illam deducta, quam ex Arcadia Telephus cum ſuis deduxit, dignitate tamen & potentia omnium eſt antiquiſſima. Æſculapii enim ædes in hac eſt Aſiæ parte collocata, atque heic amicæ FACES omnibus a Deo ſuſpenduntur, qui eos ad ſe vocat, ac prorſus veram extollit lucem. Neque vero vel chari cœtus, vel navigationis aut diſciplinæ ſocietas tanti eſt, quanti ſit, ad Æſculapii ſimul commeaſſe, ac ſub optimo perfectiſſimoque TEDIFERO atque MYSTAGOGO, cuique omnis cedit neceſſitas, PRIMIS ESSE SACRIS INITIATVM. Ego certe unus ex iis & ipſe ſum, qui non bis operâ Dei vixerunt, ſed multas ac varias tranſegerunt vitas, & morbum ea de cauſa cenſent utilem, atque teſſeras inſuper acceperunt: pro quibus equidem non omni felicitate, quæ poteſt homini contingere, frui velim. Itaque nec portu carere quis hæc loca dixerit, verum rectiſſime ac juſtiſſime hunc eſſe judicarit tutiſſimum ac firmiſſimum portum, quique plurimos recipiat, & maxima vigeat tranquillitate, in quo ab Æſculapio ſalutis omnium navalia pendeant. Quis igitur non jure tantæ talique civitati congratuletur, atque omne, quod poſſit, laudis auxiliique genus tribuat? Equidem ſic exiſti-*

*exiſtimo: quemadmodum hæc eſt commune omnium per Dei vires bonum, ſic etiam ab omnibus communem conſequi benevolentiam & honorem mereri. Jam vero SMYRNA vile quid & fortuitum videtur, ac tale, cujus multis e locis ſumi poſſit exemplum? quam quicunque non viderunt, nullis queant conjecturis aſſequi: qui viderunt, deorum opus eſſe dixerint: ſicut Homerus Achillis clypeum, & quæ erant in illo urbes, Vulcani dixit eſſe fabricam. Aſpectus porro tum ex terra tum e mari magnam excitare poſſit contentionem inter eos, qui appellunt ac ſolvunt, utri majore perfundantur voluptate. Extat enim figura quadrata (ſi baſim in littore ponamus, verticem in plano ſuperioris lateris) ab agro atque convallibus pedetentim per æqualia ſublata. Sed non hæc tantum ſpectanda ſunt: verum longe præſtant interiora. Quantus enim ornatus cum uſu conjunctus eſt, ita ut & corpori recreationes præbeat utiles, & animo facultatem atque alacritatem ad laborandum ſuppeditet, totus e templis, lavacris, portubus, curriculis conflatus eſt. Quo fit ut nemo ſit, qui eam cunctetur appellare MAXIMAM, pulchritudinis excellentiâ faſcinatus. Mare vero, fluvii & ſuburbia, cùm ſe mutuo, tum civitatem decent, quaſi non ſorte potius eſſent, quam judicio attributa. Denique illud Smyrnæi poëtæ facile dixeris [Impius ille tribuque carens, tectoque vocetur] qui non prius Smyrnæ quam alterius cujuſcunque forma capiatur. Maximum autem omnium ac dictu digniſſimum, Muſarum ſunt & Gratiarum chori, urbem perpetuò peragrantes: quorum opera non jucundiores modo, ſed etiam meliores ſolet hoſpites dimittere. Quo circa quamvis aliis in rebus præſtantiores evadimus, erga hanc tamen non melius, ſed pejus quodammodo nos gerimus. Nam cum literarum ſtudia atque in iis profectus in ipſa plerumque cuncti conſequantur, laudes tamen & ex literis relatæ gratiæ ipſi*

*præcipue non tribuuntur. Age vero, TERTIÆ quoque tanquam libationis memoriam colamus. numero autem tertiam nunc dico, non ordine: nec mihi quiſquam verborum anceps ſermonem in contrarium trahat. Hoc igitur primùm de ipſa maximum dici poteſt, cum duæ ſint urbes iſtæ, de quibus tam multa dicta ſint, aliquid tamen etiam de hac dicendum reſtare, quod ſimul & diverſum ſit, & dictu non inutilius. Atque exiſtimo cunctos, quotquot inter Herculis columnas & Phaſim fluvium habitant, recte facturos ſi Epheſum ſibi familiarem fecerint: idque partim ſocietate portuum, partim aliis omnibus ſuſceptionibus. Omnes enim velut in patriam ſuam deferuntur: nec eſt quiſquam tam imperitus, quique iis adeo, quæ manifeſta ſunt, repugnet, quin & commune Aſiæ ærarium & neceſſitatis refugium urbem eſſe conceſſerit. neque tam eſt quiſquam querulus, ut ejus urbis terminos reprehendat. Nam & mari terraque longe extenditur, & ubique ſufficit ad ea, quibus eſt opus, præbenda, cunctaſque vitæ rationes quibuscunque uti homines vel poſſunt, vel volunt ſuppeditandas. Quod ſi uſus ejus ad omnes extenditur, cur non ab omnibus eam communis excipit benevolentia? & ſi eam felicem eſſe omnium ſimul intereſt, cur id illi non ſimul omnes exoptent? cumque Perſarum temporibus tanta reverentia Dianam proſecuti ſint barbari: cur jam, cum præter templum, ſolito majus erectum, imperium quoque maximum & auguſtiſſimum eſt conſtitutum, non vel honorem duntaxat eum, quo & urbem Dea affecit, & ipſa debet ab omnibus hominibus affici, ad civitatis gloriam ſufficere credamus? Cum porro urbes duæ unius atque ejuſdem Athenienſis, urbis, quam nemo totius Græciæ decus erubuerit appellare, ſint coloniæ: hæc quoque ſimile quiddam, quale Athenæ, ſibi poteſt arrogare, quantum ad indigenarum [αὐτοχθόνων] & Heroum proventum ſpectat. Sin minus, cum his certe comparari*

*parari poteſt. Siquidem & ipſa colonos indigenas habuit Arcades. Quo circa vel hac de cauſa inter ſe agnoſcere, digneque honorare debent, &c.*

Encomiaſtica hæc iſtarum urbium deſcriptio continet etiam, pro parte ſaltem argumenta, quæ unaquæque pro tali primatu, ut ſibi debito, afferebat. Præter quæ, in nummis ſuis, cum νεωκορίας ſive Auguſtorum, ſive & aliorum Deorum, tum & alia oſtentabant: de quibus tamen infra ulterius loquar.

Notandum interim Pergamenos ſe duplici nomine πρώτυς appellaſſe; 1. quidem ob cauſas ab Ariſtide allatas. 2. Quod primi omnium inter Aſiæ propriæ urbes νεωκόροι τȣ̃ σεβαςȣ̃, ſive *Auguſti Cæſaris* facti eſſent. Smyrnenſes enim ſub Tiberio νεωκόροι τ̃ σεβαςῶν facti ſunt; Epheſiique his poſteriores: quantumvis ab antiquis temporibus νεωκόροι Ἀρτέμιδος, ſeu *Dianæ Æditui* fuiſſent. In Aſia propria dico: quum aliàs & Gnoſii in Creta, & Meſſenii in Sicilia, & Ilienſes in Phrygia, iſtâ prærogativa jam gauderent.

Hinc igitur nummus ille, ex Gaza Regia, apud Harduinum (nam de aliis adhuc dubito) qui habet ΠΕΡΓΑΜΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΝ, & in averſa parte, ΚΑΙΣΑΡΑ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ. Atque hinc, quoque illuſtranda inſcriptio illa quæ apud Sponium Itinerarii tomo primo (mihi pag. 414.) habetur: ubi poſt alia prægreſſa leguntur hæc ſequentia:

Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΤΩΝ ΠΡΩΤΩΝ
ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΠΕΡΓΑΜΕΝΩΝ ΤΟΝ ΕΥΕΡ
ΓΕΤΗΝ ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΩΝ ΤΗΣ
ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ΤΩΝ ΣΤΡΑΤΙΩΤΩΝ

Quæ ab ipſis ita dicuntur, non quod ſe tunc prima vice

[nam ſub Nerva Trajano hæc inſcriptio poſita fuit] *νεωκόρυς* factos velint; ſed quod primi tempore *νεοκόροι* fuerant. quippe qui jam ſub Cæſare Auguſto hunc adepti fuerant honorem. Atque ſic Smyrnenſes, quamvis non *πρώτυς*, certe ſe Γ, ſeu *τρὶς νεωκόρυς* appellare potuiſſent: quum ipſis jam conceſſum eſſet, ut Templum *Tiberio*, *Matrique*, *& Senatui* ædificarent & conſecrarent.

Verum iſta ambitio tunc nondum ita gliſcebat. At quum temporis tractu, etiam ſub aliis Auguſtis plures urbes cùm Aſiaticæ, tum & aliæ, hunc honorem adipiſcerentur (ut Abolla in Sicilia, Criſſæi, Cydonii, aliique) major ambitio, atque hinc æmulatio accrevit: & ut præſertim inter potentiores, ſic maxime inter has tres, de quibus nunc nobis ſermo eſt, Epheſum, Smyrnam, ac Pergamum. *Gnoſii* tamen, in Creta, maturius (utpote ſub ipſo Cæſare Auguſto ſicut & Ilienſes. Sub Julio) ſe *δὶς νεωκόρυς* ſcripſerant: ex iſta nempe cauſa, quod Labyrinthus jam reſtitutus eſſet, (ſicuti conjicit Harduinus) vel ex alia mihi incognita.

An autem primorum Auguſtorum temporibus plures quidem *Neocori* facti ſint, paucioribus vero Sacri Ludi conceſſi, dubitare quis poſſit exinde, quod (apud Dionem) Auguſtus ſolis Pergamenis conceſſerit ut Ludos Sacros facerent.

At alibi Ludi Sacri fuere inſtituti, ubi minime conſtat Templa Cæſaribus, (huic illive, pluribuſve ſimul) fuiſſe dedicata. Sicut rurſus Epheſii *Neocori* in nummis non comparent ante Neronem. quod an acciderit quando jam is Nero certamina ſua per Græciam, ac ludos celebraret, diſquirendum reſtat.

Quum autem jam plurimæ urbes, hæ quidem ſub hoc, iſtæ vero ſub alio imperatore, quin & plures quandoque ſimul ſub uno eodemque; pluresque jam ſe bis (imò & Smyrnæi jam olim *τρὶς*) *Neocoras* ſcriberent; æmulatio iſta,

qua

qua unaquæque majorum ac Metropoleon civitatum (ut jam ſupra attigi) quotidie adaugebatur. Hinc namque Epheſii quum jam ſub Veſpaſiano ſe ſcripſiſſent in nummis πρώτης Ἀσίας; poſt ſub Marco Aurelio nummis inſculpebant ΕΦΕ-ΣΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC, ac ſub Alexandro Severo quoque, ſub Mammæa, ſub Maximino, ſub Gordiano Pio, ſub Philippis, & Otacilia Severa, Tranquillina, Decio, Valeriano, Voluſiano, Salonina, ac Gallieno ΕΦΕCΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC. Hincque & ſub Severo ΖΕΤC. . . . ΙΙCΙΟC ΕΦΕCΙΩΝ ΠΡΩ-ΤΩΝ ΑCΙΑC.

Sic quoque Pergameni eo titulo ſuperbiebant; ut apud Spanhemium, pag. 884. ΠΕΡΓΑΜΕΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC: atque in alio nummo ſub Caracalla cuſo ΕΠΙ CΤΡ. Μ. ΚΑΙΡΕΑ ΑΤΤΑΛΟΥ ΠΕΡΓΑΜΕΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Quippe, teſte Herodiano, *Caracalla Pergamum adierat ut Æſculapii curationibus uteretur.*

Sic ſub eodem prætore eadem habetur inſcriptio cum tribus Templis; atque alia itidem (ſed non addito Prætore, ſeu στρατηγοῦ) cum tribus Templis. Nec non ita in nummis Juliæ Domnæ, Decii, Herennii Etruſci, Valeriani & Gallieni, illud ΠΡΩΤΩΝ comparet.

Neque certe minus Smyrnæi hoc titulo πρωτείας gloriabantur: ut qui maxime ἐπὶ κάλλει καὶ μεγέθει τῆς πόλεως ſuperbiebant, atque adeo ſe κόσμον τῆς Ἰωνίας κάλλει &c. jactabant. Unde & hi quoque inſcribebant nummis (ſub Julia Mœſa) CΜΥΡ-ΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC. Sub Julia Domna, uti præterea & ſub Caracalla, quinquies (vel pluries) CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. item CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΤΩΝ CΕΒΑCΤΩΝ: ac ſub Alex. Severo plus ſemel, CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC Γ. ΝΕΩ-ΚΟΡΩΝ ΤΩΝ CΕΒΑCΤΩΝ. Et hæc quidem in una eadem-

que Aſia, ſi non propria, ſaltem Proconſulari.

Quum alioquin minime mirum videri deberet, alias quoque aliarum regionum aut provinciarum urbes (ſive quod μητροπόλεις eſſent, ſive aliis de cauſis) ſe ſcripſiſſe πρώτας: ut ex. gr. Amaſia, quæ nummis inſcribebat ΑΜΑCΙΑC ΝΕΩΚΟΡΟΥ ΠΡΩΤΗC ΠΟΝΤΟΥ atque ΑΔΡΙΑΝ. ΑΜΑCΙΑ Π. Π. ΝΕΩ. &c. Tum & Tomos: ΤΟΜΕΩC ΜΗΤΡΟΠ. ΠΟΝΤΟΥ Α. Tarſuſque. ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠ. ΚΟΜΟΔΕΙΟC ΟΙΚΟΜΕΝΙΚΟC [ſc. ἀγων] ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΟΥ. Nec ſine ſuperbia Nicæenſes ſcribebant ΑΡΙCΤΩΝ ΜΕΓΙCΤΩΝ ΝΙΚΑΙΕΩΝ ac ΝΙΚΑΙΕΙC ΠΡΩΤΟΙ ΤΗC ΕΠΑΡΧΕΙΑC, in Domitiani nummo.

Verum enim verò, qui pares ſibi hìc ferre non poſſe oſtendebant, ſub Macrino, plus ſemel nummis ſuis inſcribebant ΕΦΕCΙΩΝ ΜΟΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC. Hinc & ſub Caracalla (quando jam maxime iſta lis ferveret) ΕΦΕCΙΩΝ ΜΟΝΩΝ ΑΠΑCΩΝ ΤΕΤΡΑΚΙ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ut & ſub Macrino ΕΦΕCΙΩΝ ΜΟΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Quibus tamen rurſus Smyrnenſes concedere quicquam nolebant: ſicuti ſupra ex Marmorum inſcriptionibus vidimus.

## CAPUT IV.

*Diſquiritur unde, ac quomodo, Civitates*, bis, ter, quaterve Neocoræ *factæ fuerint: ſicut & aliorum eruditiſſimorum Virorum Sententiæ ſuper iſta re expenduntur; meaque illorum examini exponitur opinio, quâ pono*, urbes ſemel, bis, ter, quaterve Cæſarum, *ſive* Auguſtorum Auguſtarumque, *fuiſſe* Neocoras, *prout aut unius, aut plurium ſimul*

*ſimul (ac quidem uno eodemque tempore,)* Neocoræ *eſſent, ſive templum unicum pluribus ſimul, ſive ſingulis ſingula, conſecraſſent, &c.*

NUnc autem diſquirendum, ob quas rationes urbes ſe ſcripſerint *Bis, ter, quaterve* νεωκόρυς. Duplex ſuper hac re opinio eſt; ac quidem una, urbes non ſub uno eodemque Imperatore factas fuiſſe pluries νεωκόρυς; verum ſub diverſis, ac quandoque admodum, tempore. unde, (exempli gratia) ad nummos maximi moduli, pag. 61. ita Vaillantius: *Epheſus Joniæ urbs præcipua Severo etiam nummos conſecrat, ob victorias ab eo relatas; ut indicat typus, Epheſii in eo ſe bis Neocoros inſcribunt, primam vero Neocoriam a Nerone eos accepiſſe teſtatur illius Principis nummus, & ſecundam ab Hadriano alter hujus Imperatoris arguit. Nec quis exiſtimet EOS A SEVERO BIS NEOCOROS fuiſſe factos: urbes enim factæ Neocoræ eos titulos ſemper in nummis ſervabant; & ſi quas amplius obtinuiſſent, in iis tum apponebant, ut ipſa Epheſus quæ ſub Caracalla tertiam obtinuit Neocoriam, ſe deinde ter Neocoram inſcripſit. Imo ſe quater Neocoram ſub Elagabalo gloriatur, non quod illa, ut quidam putarunt, ab hoc Principe acceperit, quater fuerit Neocora. Nam poſtea ſub aliis Principibus, in plurimis nummis, ſe ter Neocoram tantum appellat: quod intelligendum eſt de ter facta Neocora Imperatorum cum jam eſſet Neocora Dianæ templi, ut fert inſignis nummus* ΕΦΕΣΙΩΝ ΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ. Alter habet ΕΦΕΣΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ: *quæ dignitas NEOCORA Imperatorum pro ludis & Sacris faciendis inſtituta eſt.* Atque ab hac fere parte ſtant eruditiſſimi viri Rubenius, Ez. Spanhemius, & J. G. Grævius.

Alii vero, atque inter iſtos in primis nominandus Ampliſſimus

ſimus Gisbertus Cuperus, exiſtimant ſub uno eodemque Imperatore unam eandemque urbem bis, ter, quaterve factam fuiſſe Neocoram. Quæ certe opinio, veritati; uti ego (quamvis his omnibus eruditionis coryphæis longe impar) magis conſentaneam puto: licet illam aliter, intelligendam rear, atque explicandam. quod nunc pro viribus conabor.


Ut autem hîc verſamur in ſtatu conjecturali; ſic, ſpero, temeritati meæ veniam dabunt viri modo nominati; quod illud minimæ ipſorum famæ (quæ ſemper maxima permanebit) detrahendæ tentare velim: verum ut ſic, ſi minus recte conjecero, meliora ab ipſis docear.

Mea igitur fert opinio, ſub uno eodemque Imperatore; vel pluribus unà imperantibus Imperatoribus, urbes, quandoque *ſemel*, quandoque *bis*, quandoque *ter*, quin & aliquando *quater*, factas fuiſſe *Neocoras*. Ac Ilienſes ſic factas fuiſſe *bis Neocoros*, ſeu Cæſaris & Æneæ ſimul, ſeu *Romæ* ac Cæſaris ſimul [ſicut jam olim cum Smyrnenſes, tum Alabandenſes *Romæ*] ſive id unico tantùm conſtituto templo fieret (uti ſub Tiberio a Smyrnenſibus factum) ſive duobus diverſis in uniuſcujuſque honorem dedicandis. Quantumvis de Ilienſibus ſtatuat Rubenius, illos primùm ab Alexandro *Palladis*, poſt vero a J. Cæſare *Æneæ* factos fuiſſe *Neocoros*: quod quo fundamento nitatur non ſatis capio.

At de unico *Romæ* ac *Cæſaris* templo aliquatenus firmant verba Dionis de Auguſto: ut qui iſtud Epheſiis ac Nicæenſibus conceſſit. Ita ut inde ſemel Romæ, ſemel J. Cæſari, atque adeo bis hiſce duobus ſimul (ſive ob unicum, ſive ob bina templa dedicata,) *Neocori* facti fuerint. Licet Ludos huic dedicationi acceſſiſſe non memoretur.

Si autem Ludi Sacri accederent, eo magis ſeſe poterant oſtentare Νεωκόρους; ſive Ludi iſti anniverſarii eſſent, ſive Quinquennales: ob quos Ludos ita iteratos tamen minime de

Digitized by Google


ΑΥΤ·Μ·ΑΥΡ·CΕΟΥΗΡ·ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC
ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ
ΑΥ·Κ·Μ·ΟΠ·CΕΟΥ·ΜΑΚΡΙΝΟC·Μ·ΟΠ·ΔΙΑΔΟΥ·ΑΝΤΩΝΕΙ.
ΜΗΤΡΟΠΟ· ΚΑΙCΑΡΙΑC
ΝΕΩΚΟΡΟΥ
ΕΤ Β
ΑΥΤ·Κ·Μ·ΑΥΡ·CΕΥ·ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC·ΑΥ
ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ·ΙΩΝΙ ΝΕΩΚΟΡΩΝ
ΑΚΤΙ Α
ΠΥΘ ΙΑ


AYT·KPAT·K·MAPKOC·AYP·ANTΩNEINOC
ΕΠΙ·CTP·M·KAIPEA·ATTAΛOY
ΠEPΓA
MHNΩN
ΠPΩTΩN·T·NE
ΩKOPΩN.
TΩNCEBA
CTΩN
CMYPNAIΩN·Π
PΩTΩN·T·NE
ΩKOPΩN
ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ
AKTIA·ΠΥΘΙΑ·
NEΩKOPΩN
ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ
ΕΠΙ·CTP·M·KAIPEA·ATTAΛOY
ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ
ΠΡΩΤΩΝ·T·ΝΕΩ
ΚΟΡΩΝ

Digitized by Google

de novo fiebant Νεωκόροι. Nec puto ludos illos anniverſarios, &c. permanſiſſe: ſed ſolùm quandiu iſta adulatio perduraret; aut hiſce abolitis ob novos Cæſares eodem tali honore condecorandos, eoſdem iterum horum jam imperantium bis, ſemel, aut pluries *Neocori* fierent: ſive ſic horum Auguſtorum, ſive Senatus indultu nova Templa conſecrarent: atque ita vel ſemel, ſi id unico Auguſto, vel pluries, ſi id pluribus ſimul Auguſtis fieret, fiebant *Neocori.* Ex. gr. ſi uni Severo, ſemel; adeoque νεωκόροι τοῦ Σεβαστοῦ; ſi Severo ac Juliæ Domnæ, bis: ſi Severo, Juliæ, atque Antonino Caracallæ ſimul, ter: ſicque erant τρὶς νεωκόροι illorum Σεβαστῶν, quamvis in unico templo, quod principiò ſoli Severo poſuerant, etiam hos cæteros ſimul poſt conſecrarent.

At ſæpe plura templa pluribus, i. e. unicuique proprium ædificabatur Templum. Atque hinc, puto, Pergameni, tria templa (vel Caracallæ, & Juliæ Domnæ, & Getæ; vel, ſi mavis, Caracallæ, & Juliæ Domnæ & Severo) in nummis ſignabant. Perinthii vero, ut qui id ſolis Caracallæ & Juliæ Domnæ; vel Caracallæ & Getæ faciebant, tantum duo templa exprimebant; ſimulque Ludorum, ſeu Certaminum ſigna & præmia per duas urnas, ac palmas, vel & ipſorum Auguſtorum capita &c. deſignabant. Ita ut in nummo Smyrnenſium, qui Templum & *Liviæ* & *Senatui* & *Tiberio* dedicarant, ab uno latere duo capita, *Liviæ* ſcilicet ac *Senatûs*, ab altero Templum atque in ipſo *Tiberius* (cujus indultu ac cujus honori id maxime fecerant) compareant. Unicum ſcilicet Templum his tribus ſimul Numinibus conſecrarant. (Quorum trium interim inde ſic *Neocori* erant. Sicque contra, apud Vaillantium, in nummò Caracallæ) Epheſii τετράκις νεωκόροι dicuntur, quod quatuor ibi templa habeantur duo ex fronte (ut optime obſervat Ampliſſimus Cuperus) *Severo* & *Juliæ Domnæ*; duo a latere, unum *Caracallæ*, alterum *Getæ*: quæ tamen, ſi non uno eodemque

 tem-

tempore, ut ſuſpicor, licet diverſis temporibus tamen ſub eorum imperio ſingula.ſingulis aut bina ſingulis, &c. dedicata exiſtimem: nummumque hunc omnibus ſimul cuſum cum jam Geta Cæſar factus eſſet; ac quidem poſt obitum Severi; cujus tamen memoria (ac templi dedicatio, ibi, uti videtur, recolitur: cum ſub ipſo Severo & bis (ſemel nempe Severo, ſemel Juliæ; quæ alibi, in nummis ut Dea Fortuna comparet) & ter, (quippe Severo, Juliæ ac Caracallæ) νεωκόροι τ̃ Σεβαςῶν, ſive *Auguſtorum* fuiſſent: quorum nunc, addito Geta, τέτρακις ſeu quater, *Neocori* erant. Quin & bis jam ante *Neocori* fuiſſe videntur, ob templum *Caracallæ* ac *Getæ* confecratum; quibus & tertia Νεωκορία 'Αρθέμιδ☉ accedebat: uti ex nummo liquet apud Occonem reperiundo, cujus in uno latere extant *Caracallæ* & *Getæ* effigies, in altero *Dianæ Epheſiæ*, cum inſcriptione hac, ΕΦΕ-CIΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΚΑΙ ΤΗC ΑΡΤΕΜΙΔΟC. Sicut & ante tribus Auguſtis ſimul (ut ex Juliæ nummis apparet) *Smyrnæi Neocori* fuerant. Quod autem ſub Caracalla iidem Epheſii quoque τρὶς ſeu *ter* tantùm *Neocori* conſpiciantur, crediderim inde factum, quod Geta jam a fratre interemptus in hujuſmodi Caracallæ nummis omiſſus fuerit: aut ſi tunc is adhuc viveret, id partim ex adulatione erga Caracallam, partim ex metu, cum jam talia inter illos eſſent diſſidia, acciderit.

Verum enim vero, ut porrò Epheſios hos maximè (alios tamen illis intermiſcendo) exemplo ſumam, ii ſub Hadriano quoque *bis* fuere *Neocori;* ſemel, ut puto, ipſius *Hadriani*, ſemel quoque *Sabinæ* i. e. utriuſque ſimul (ut qui ſæpius in nummis conjunctim occurrunt.) Nec mirum, quando ſic ſimul, uno eodemque in nummi latere aliquoties, cum ab Hadrianopolitis, tum ab aliis exhibeantur. At clarius id apparet in nummo, cujus apud Sponium hæc extat inſcriptio, ΕΦΕCΙΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ; de quo porrò hæc

hæc Sponius: *Hadrien & Ælius, qui ſe regardent, le primier avec le titre d'Olympien*; in altero ſcilicet latere. Nempe ut Titus ac Domitianus, uno eodemque in latere reperiuntur, ſe mutuò reſpicientes; ac poſt Domitianus & Julia Titii filia: ſic hi, in quorum honorem adulatoriè *bina*, ſeu *duplex*, ſive mavis *Bis*, *Neocoria* ab Epheſiis ambiebatur. Quin & Tarſenſes ſic voluerunt eſſe *Bis Neocori*, prout in nummo Antinoi exprimitur; ſemel ſcilicet Hadriano, ſemel & ipſi Antinoo; ſeu adhucdum vivo ſeu jam demortuo. Quo & forte referendus nummus ille (apud Spanhemium ad Juliani Cæſares reperiundus) in cujus uno latere apparet Hadrianus, cum hac inſcriptione ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. in altero Antinous cum hac ΗΡΩϹ ΑΝΤΙΝΟΟϹ. In cujus quoque jam demortui honorem Hadrianus (teſte Pauſania. . . . . ) *quinquennale inſtituit ludicrum*, ſeu *certamen*. Aliàs autem (atque ante, ut reor) in alio nummo ſignarant Tarſenſes, ΑΔΡΙΑΝ. ΤΑΡϹΟΥ ΝΕΩΚΟΡΟΥ ΚΥΔΝΟϹ: niſi hic illud ΔΙϹ ſubintelligendum ſit.

Porrò Antonino Pio ac Lucio Vero *bis Neocori* facti fuere cùm Epheſii, tum Æliopolitæ; ſicut & in nummis Antoninus ac Verus ſimul, capitibus obverſis comparent. Non quod velim ubique ubi duo ſimul (quin & tres) Cæſares comparent in nummis, id indicare, illos ob νεωκορίας fuiſſe cuſos; quod tales illa, de ipſorum *Neocoris* bis terve alibi indicata quoque firment: uti hac ſequenti id fieri puto inſcriptione Epheſiorum, in nummo ſcilicet Lucii Veri: ΕΦΕϹΙΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΤΡΑΑΑΙΑΝΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. Sic & in aliis M. Antoninus ac Verus ſimul in uno eodemque latere, vel etiam diverſis ejuſdem nummi lateribus exprimuntur.

*Marci Aurelii* & ſimul *Fauſtinæ Neocori* ſic plus ſemel in nummis occurrere videntur. Namque ut ille ſub Sera-

pidis ita & hæc ſub Iſidis habitu in iis quandoque ſimul comparent. De Fauſtina id magis clarum reddit, (præter alias rationes) quod *Cyziceni* & in M. Aurelii, & in Fauſtinæ nummis *Neocori* compareant. Qui nummi tamen an eodem tempore utriſque, an vero diverſis temporibus, cuſi fuerint incertum eſt.

Interim Pergameni ſe ſub Marco Aurelio ſcribunt *ter Neocoros*; ut, ΠΕΡΓΑΜΕΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΕΠΙ ΣΤ. ΑΤΡ. ΔΑΜ. ΑΣΙΑΡ. Quod *πρώτων* tamen ad *πρωτεῖαν* inter urbes Aſiaticas, ſpectare puto; non eò quod illi primi *Neocori* fuerint facti: uti ex aliis ſatis clare patet. Fuere igitur hi, ut credo, *Neocori* M. Aurelii, Lucii Veri, ac Fauſtinæ. Sic rurſus in nummo Marci Aurelii & Commodi (apud Occonem) Nicomedenſes horum amborum tantum *Neocori* fuere, ut ex hac ſequenti inſcriptione liquet; ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚ. cum duobus ſcilicet templis & triremi in ipſorum medio. Cum tamen in Caracallæ nummo, in quo & tria templa comparent, habeatur ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Caracallæ nimirum, Getæ, ac Juliæ Domnæ. De quibus Caracallæ nummis ſtatim quoque loquar.

Hos vero *Nicomedenſes*, ut Commodo Templum ac certamina dedicarent, a ſenatu obtinuere, ſicut Dio (de Saotero) his verbis teſtatur: καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ Νικομηδεῖς καὶ ἀγῶνα ἄγειν, καὶ νεὼν τοῦ Κομμόδου παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβον. *Et per eundem Nicomedienſes impetraverant a Senatu, ut Certamina celebrarent, templumque Commodo facerent.*

Quin & ita Epheſii *bis Neocori*, ſub Commodo fuere, (ſicuti jam ante ſub Antonino Pio, atque iterum ſub Marco, ut vidimus) ſemel, ut exiſtimo, ipſi Commodo, ac ſimul ſemel Criſpinæ. Quantumvis Cyziceni tantum ſemel, adeoque ſoli Commodo *Neocori* fuiſſe videantur.

De Severo, uti & de Julia Domna, jam ſupra plus ſemel ali-

aliquid, in tranſitu, dixi: niſi quod illud τέτρακις, ſeu *quater* non memoraverim, quo *ter Auguſtorum* ac *ſemel* Ἀρτέμιδος, ſeu *Dianæ* Epheſii fuere *Neocori*. Namque in Juliæ nummo, in uno latere habemus Juliæ hujus caput cum inſcriptione hac, ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ, in altero vero Epheſi Genium cum tauro ſacrificando, & inſcriptione, ΕΦΕΣΙΩΝ ΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ. Et tamen aliis in nummis, in quibus quoque Diana Venatrix extat, ſcribunt ΕΦΕΣΙΩΝ ΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ: Sicut & Smyrnenſes in ejuſdem Juliæ nummis, tum ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, tum ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑΣΙΑΣ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

Interim obſervandum hos Smyrnenſes in ejuſdem Juliæ nummo, ſicuti ſcripſerant quoque ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑΣΙΑΣ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ, Severi ſcilicet atque hujus Juliæ Domnæ [quales tamen inſcriptiones & in Caracallæ, & in Juliæ Mœſæ, & in Alexandri Severi nummis occurrunt] ita contrà in alio ipſos hanc inſcriptionem exhibere, ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ, Getæ forſan una cum Caracalla & Julia. Ac certe nummus quidam, in quo & Caracalla & Geta ſimul capitibus obverſis comparent, inter Caracallæ nummos extat; bis ſcilicet *Neocororum*.

Quin & hanc inſculpi curarunt iidem Smyrnenſes, ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟ. καὶ ΘΕΑΣ ΡΩΜΗΣ; ex æmulatione proculdubio inde exorta, quod Epheſii ſe *ter Neocoros Auguſtorum*, & ſimul Ἀρτέμιδος, ſeu *Dianæ*, ſcriberent; ac forſan ſub iſta *Diana* Juliam Domnam deſignarent.

Nam certe hi Smyrnenſes æque *Romæ Deæ* perpetui *Neocori* erant quam Epheſii *Dianæ*. Atque in iſta inſcriptione iſtud καὶ omiſſum aut incuria, ant compendii gratia accidiſſe videtur: quum talia exempla in marmoribus inſcrip-

 tis,

tis (ut in Oxonienſibus ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΒΟΥΛΗΣ ΔΗΜΟΥ pro βȣλῆς ϰ̀ δήμȣ) extent. Etenim in iſta inſcriptione, aut incuria, aut compendii gratia (ut dixi) ob ſpatii in nummi margine defectum, aut alia quapiam ex cauſa nobis nunc ignota, id accidiſſe quovis pignore decertare fere auſim. Ac forſan iſtæ literæ Κ & Ο hic a præcedentibus ſeparandæ fuerint; ac pro Ο, (quod nunc apparet vel apparere videtur, temporis ruina) ΑΙ ſubſtituendum.

Veruntamen hîc ipſe nummus accuratius inſpiciendus eſſet. Quicquid ſit, nullibi videmus Smyrnenſes denuo *Romæ neocoros* factos: ac plures occurrunt nummi, nempe diverſis temporibus cuſi, qui ab una parte habent hanc inſcriptionem, ΙΕΡΑ CΥΝΚΛΗΤΟC, ab altera vero aut CΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝΕ. ΕΠ. ΠΩΛΛΙΑΝΟΥ, aut ſimpliciter CΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ, ſimul cum effigie Iſidis ac Nemeſeos. Conſideratione dignus quoque, in hac diſquiſitione, & nummus quem, ex Goltii Magna Græcia, profert Harduinus; quique ex una parte habet Romæ ſedentis effigiem, cui coronam ſtans Virtus porrigit, cum inſcriptione ΛΟΚΡΩΝ. ΝΕ. ΡΩΜΑ. ex altera parte Jovis caput cum epigraphe, ΝΕΩΚ. Quibus ſane hi Locri (quos pro Locris, non Italicis, ſed Græcis, cum Harduino habuerim) videntur ſe ſcribere Δις νεωϰόρȣς, ſemel ſcilicet *Deæ Romæ*, ſemel *Dei Jovis*.

Neque uſque adeo mirum in Juliæ Domnæ nummis comparere *ter Auguſtorum* & ſimul *Romæ neocoros*. Quod tum maxime gliſceret, quæ jam Ariſtidis Rhetoris ætate gliſcere cœperat, ambitio illa inter Epheſios, Smyrnæos, ac Pergamenos (quibus & ſeſe Sardiani intermiſcuiſſe videntur, ut ſtatim videbimus) qua ſe πρώτȣς ſinguli horum venditabant: unde & ſub eadem Julia Domna habemus, & ſub Caracalla, Herennio & Valeriano, ΠΕΡΓΑΜΕΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Quum autem ſeſe Epheſii efferrent

ob

ob *Dianam* ſuam, cujus perpetui *Neocori* erant, ac Smyrnenſes ob *Romam* Deam, cui etiam perpetui *Neocori* dudum fuerant; nempe jam ab anno 558. Urbis conditæ: ſuperaddidere hi quoque & in nummis & in marmoribus Η ΠΡΩΤΗ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΚΑΛΛΕΙ ΚΑΙ ΜΕΓΕΘΕΙ, &c. quæ jam ſupra adduxi: quibus iterum contraeuntes Epheſii ſibi illud *μόνων πρώτων Ἀσίας* ſibi adſciverunt: ac denique iſtud ΜΟΝΩΝ ΑΠΑCΑΝ ΤΕΤΡΑΚΙ ΝΕΩΚΟΡΩΝ: quod ſub Caracalla fecerunt, ac ſub Alexandro Severo.

Etenim jam ſub Commodo Smyrnæi ſe jactaverant hoc titulo: CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ & CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΤΩΝ CΕΒΑCΤΩΝ. Porrò ſicut Epheſii (ut ad illos revertar) in nummis Macrini ſemel tantum fuere *Neocori*, inde liquere videtur, illos huic ſoli *Neocoros* fuiſſe: ac notandum ab illis poſthabitas fuiſſe *Neocorias* præcedentium Auguſtorum, jam novo imperante: niſi is ſimul aliquorum ex his rationem haberi voluiſſet. Hinc etenim ſub Elagabalo hi Epheſii tum ſimplici vice *Neocori* fuere, (cum nempe adhuc ipſi ſoli Templum dedicarent,) tum & *τρὶς*; quin & *τέτρακις*, prout alii aliæve huc aſſumerentur, iiſque vel tribus, vel quatuor ſimul unicum, vel ſingulis contrà proprium Templum conſtitueretur. Etenim mihi probabile eſt (ob illa quæ de Alexandro Severo dicturus ſum) ſub hoc Elagabalo tandem & Marcum, & Severum, & Baſſianum aſſumptos (ſeu ſponte urbium, ſeu potius ipſius nutu mandatuve) eo quod ille quam maximè Antoninus haberi vellet: adeoque eos hinc *quater Neocoros* fuiſſe factos. eandemque rationem fuiſſe, cur etiam Nicæenſes ſub eodem quater ita *Neocori* facti fuerint; ut ex hac nummi, apud Harduinum, inſcriptione patet: ΝΙΚΑΙΕΩΝ ΤΕΤΡΑΚΙ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

Qui Elagabalus tamen ipſe hinc poſt mortem excludebatur; ſicut &, teſte Lampridio, *& occiſus eſt per ſcurras,*

*&*

*& per plateas tractus eſt, & per cloacas ductus, & in Tiberim ſubmiſſus eſt.* Cui fere conſentit Herodianus: niſi quod is illum a Prætorianis occiſum affirmet.

Interim eo adhuc vivente Perinthii ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΟΙ facti fuere: in ipſius ſcilicet honorem, atque uxoris *Juliæ Paulæ*; cum qua in nummo S. C. cuſo, media ſtante eoſque conjungente Concordia, extant: Sicuti & in Severi quodam nummo Concordia ſtat inter fratres Caracallam ac Getam. At Sardiani, ſeu Sardienſes, uti ſe jam ſub Severo *Bis Neocoros* ſcripſerant hoc modo: ΕΠΙ. Γ. Ι. ΚΡΙΣΠΟΥ ΑΡΧ. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ *cum templo gemino, altero nempe Auguſti,* (ut Harduini verbis utar) *Auguſtæ altero: quod in nummis frequenter uſu venit*: ita & hujus ſe Δὶς νεωκόρυς ſcribunt: quamvis jam ſub Caracalla ſe τρὶς νεωκόρυς notaſſent; ut ΧΡΥΣΑΝΘΙΝΑ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

At Alexandro Severo (qui tamen Antonini nomen rejecit) non ſolum Senatus Templa decrevit; verum & *Antoninorum Templa dedicari ab ipſo iterato petebat* (excluſo tamen ut dixi Elagabalo;) quod *Sacrum* iſtud nomen appellaret. Hinc enim iſta, apud Lampridium, *Templa Antoninorum Antoninus conſecret;* ſicut & illa (poſt jam rejectum ab illo Antoninorum nomen) *Templa Antoninorum Alexander Auguſtus conſecret.*

Quinam autem Antonini hic aſſumpti fuerint, ex ſequentibus verbis liquet: *Injuriam MARCI tu vindica; injuriam Baſſiani tu vindica. Pejor Commodo ſolus Heliogabalus, nec imperator, nec Antoninus, nec civis, nec ſenator, nec nobilis, nec Romanus.* Quibus tunc paulò poſt ſequuntur verba illa: *Antoninorum templa Antoninus dedicet.*

Non mirum igitur, & hîc denuo Epheſios τέτρακις νεωκόρυς factos fuiſſe; ipſius, nempe, ac trium iſtorum Antoninorum: nam-

namque ex illorum (Antoninorum) numero, indirecte licet, Commodum quoque excludunt. Nec obſtat quod interim ipſe, poſt multas poſtulationes fruſtraneas, non Antoninus, ſed *Aurelius Alexander Auguſtus* ſalutatus ſit: ut ſi non *Antoninorum*, ſaltem *Aurelii* (Marci;) quin & *Auguſti*, nomina in ipſo, in poſterum, recolerentur: Sic quippe poſtea quoque *Trajanus Decius*, appellationem *Trajani* a Senatu accepit.

Veruntamen in nummis maximi moduli, *bis Neocori* dicuntur hic rurſus *Perinthii* (ſicut & *duo templa*, & *duas urnas* repræſentant) *illius*, ſcilicet, ac matris *Mammææ*. quorum, ut ex alio maximi moduli apparet, *Smyrnenſium* nempe, *hic* ſub Solis, *illa* ſub Lunæ ſpecie comparent: dum tamen in averſo latere extare videtur *Severus*, cujus nomen a militibus Alexandro quoque inditum eſt: ut a quo ipſum quoque progenitum volebant. Hincque inſcriptio ibi habetur, ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑΣΙΑΣ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ, &c.

Quod vero Maximinum ſpectat, ei Epheſios & ſimplici vice ſe *Neocoros*, & etiam *ter*, ſcripſiſſe videmus. Quod ſimplici vice factum, (ſaltem ita expreſſum) nos minus morari debet, tum quod ſæpius accidat numerum νεωκορειῶν non addi, tum quod videamus, urbes quæ primum ſoli huic illive Auguſto *Neocoræ* ut fierent, petiverant; pòſt in illis creſcente per adulationem ambitione, id etiam ut filiis Cæſaribus, atque uxoribus vel matribus Auguſtis, facerent ſibi poſtulaſſe, atque acquiſiviſſe. Quod tamen aliter locum habet, ſi prior ratio etiam obtinere debet, ubi numeri exprimuntur, urbeſque nunc *bis*, nunc ter, nunc denique *quater* dicuntur *Neocoræ*.

Quod igitur Maximino τρὶς νεωκόροι fuerint Epheſii, in cauſa eſt, procul dubio, quod & ipſi, & filio ejus Maximo, & uxori, Maximi matri, id fieret. Interim in Maximi

quodam nummo Sardiani ſimpliciter *Neocori* dicuntur, in alio Nicomedienſes *bis Neocori*, cum duobus Templis, uno ſcilicet Maximini, altero vero Maximi. Sicut hinc quoque, quod hujus illiusve urbis poſtulationibus plura pauciorave concederentur; atque hæc illave urbs quandoque magis ambitioſa aut potentior plura vel pauciora ſibi poſtularet. Atque ita crediderim τὸ κοινὸν Μακεδόνων δὶς νεωκόρους fuiſſe, ſemel Caracallæ, ſemel Plautillæ.

Si vero cuipiam mirum videtur, etiam Auguſtas in illorum numerum cenſeri, quibus νεωκορίαι tribuebantur; conſideretis, non Auguſtos ſolos, in nummis ut Deos *Serapin* aliumve quemcunque, exhiberi, verum & Auguſtas, ſub *Iſidis*, *Dianæ*, *Junonis* aliarumque habitu, Illaſque in inſcriptionibus audire *Novam Cererem* Veſtamve Matrem, &c. æque atque Caracalla & Geta in nummis ΝΕΟΙ ΗΛΙΟΙ; quin etiam ut tales cum earum maritis facie obverſa in nummis conſpici: denique (ſicut jam ſæpius exempla exhibui) ipſarum nummis vocem νεωκόρων inſculptam: quod ob quas alias cauſas, quam quod tales urbes, in quarum nummis iſtæ ſic comparent, ipſarum *Neocoræ* eſſent, contigerit, plane non video. De Tiberii Matre (ne alia afferam) id ſane perſpicuum ſatis eſſe puto; uti & certò certius de Româ Dea.

Nec ullatenus dubitandum puto de *Mammæa* Alexandri Severi matre; ut quæ non tantum unà cum ipſo in nummis extat; ſed de qua etiam Lampridius: *In matrem Mammæam unicè pius fuit; ita ut Romæ in palatio faceret diætas nominis Mammææ; puellas & pueros, quemadmodum Antoninus Fauſtinianas inſtituerat, Mammæanas & Mammæanos inſtituit.* Verum hæc eruditioribus ſatis nota ſunt: quare deveniamus ad *Gordianum Pium*; qui in nummis non tantum una cum Serapi obverſa facie apparet, verum & cum Tranquillina; cuique non tantum Cyziceni ac Sardiani ſimplici vice *Neocori* videntur fuiſſe, (prout ex nummorum inſcrip-

ſcriptionibus liquet) ſed Nicomedienſes etiam *bis*; (ſicut & in alio nummo Sardiani quoque *bis*;) quin & Epheſii, & Smyrnenſes *ter*. Priores nempe ſoli Gordiano, Epheſii vero huic & *Tranquillinæ*; Smyrnenſes forſan tribus ſimul Gordianis, hunc honorem exhibuerint.

Porro in Philippi nummis habemus quoque Γ. ΝΕΩ. quæ tres *Neocoriæ* procul dubio ad ambos Philippos patrem ac filium, ſimulque & ad Otaciliam Severam, illius uxorem, hujus vero matrem, ſpectant: niſi quod, cum cives Theſſalonicenſes ſolùm, in nummis tam Philippi patris, quam etiam Otaciliæ Severæ; atque Epheſii in nummo Philippi filii, ſe ſcribunt δὶς νεωκόρȣς, id vel ad Patrem atque Otacilium, vel ad Patrem ſimul cum filio, ſpectet: cum & Pater & filius ſimul Conſſ. ſimul Auguſti fuerint, ſimulque Ludos Sæculares ediderint; ſicut & Philippus ſenior, & Otacilia in unis iiſdemque nummis capitibus adverſis comparent: quin & extat nummus Nicomedienſium in quo hic ſub Serapidis, illa ſub Iſidis forma exprimuntur, cum inſcriptione hac: ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Præterea Celeberrimus Gisbertus Cuperus, in epiſtola ad me data, obſervat, quamvis Harduinus in nummis Elagabali, Philippi filii, ac Valeriani Δ pro τέτρακις legat, tamen non deeſſe eruditos, qui ibi Δις tantum, non τέτρακις, legant: atque ad Illuſtrem illum Ez. Spanhemium mihi præcipue reſpicere videtur. Nec ſane aliter mihi intelligenda videtur hæc inſcriptio: ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ Δ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΟΛΥΜΠΙΑ. nempe, *Commune Macedonum BIS Æedituorum* [Augg. ſc ] *Olympia*.

Occurrit nunc nobis *Decius*; in cujus nummo quodam habemus ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Quoſnam vero illud ΔΙC ſpectet obſcurum non eſſe poteſt; quod in alio ipſe & filius Herennius Etruſcus, unico in latere, faciebus adverſis, occurrant. Quamvis iſtud quoque in aliis videamus, quorum nullæ νεωκορίαι, quod ſciam, comme-

morantur: ut *Triboniani Galli*, qui cum filio Voluſiano ſic ab Antiochenſibus exprimitur. Atqui occurrit quoque Decii hujus nummus cum inſcriptione hac, ΕΠΙ. C. ΚΟΜ. Φ ΓΑΥΚΩΝΟϹ ΠΕΡΓΑΜΕΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ, idque inter nummos maximi moduli a Celeberrimo numiſmatario Vaillantio editos: nempe fuere hîc Pergameni *ter Neocori;* ſemel ipſius *Decii*, ſemel *Herennii*, ſemel denique *Barbiæ Orbianæ*; quæ uxor Decii, ac mater Herennii fuit.

Interim Vaillantius ad iſtum nummum hæc ſequentia notat: *A Pergamenis cuſus eſt nummus Trajano Decio. Hi ſe primos Aſiæ ſcilicet, & ter Neocoros inſcribunt; non quidem ab hoc principe factos, cum vix triennium imperii inchoaverit; ſed hos titulos ab aliis Auguſtis, ut ſupra dictum eſt, acceperant.*

Verum enim vero ex ipſius, & aliorum nonnullorum Doctiſſimorum virorum, hypotheſi urbes (ut ipſius exemplo jam ſupra de Epheſiis adducto utar) ex. gr. Epheſus, ſub Nerone primâ vice Νεωκόρος facta, ſub Adriano *bis Neocora* extitit, ac tertiâ ſub Caracalla, &c. quod ſi ita procedere debuit, jam ſub Valeriano deciesquinquies ac pluries, *Neocora* eſſe debuit. At jam ſub diverſis principibus ſe *ter Neocoros* inſcripſerant Epheſii, pòſt vero ſub aliis, aut ſimpliciter Neocoros, aut etiam *bis:* quin contra *quater*, non addito ἐ τῆς Ἀρτέμιδος. quare objectio illa quam ibi ſibi ipſe facit, ſimul cum ſolutione corruit.

Quod autem alteram illam opinionem aliorum etiam magnorum virorum attinet; quod nempe ſub uno eodemque Imperatore, ratione annorum imperii ipſorum, Νεωκορίαι numero accreverint; illa certe deſtruitur per hunc unicum Decii nummum, quo Pergameni *ter Neocori* fiunt. Ac certe, ſi aliàs iſta ratio valeret ſub iſtis Imperatoribus qui per XV. aut viginti annos imperarunt, jam hæc aut illa urbs quæ primo

mo imperii anno νεωκόρ☉ facta erat, decima quinta, ulteriori e vice νεωκόρ☉ eſſe potuit. Sicque valeret argumentum Celeberrimi Bonii, qui (uti ex epiſtola Ampliſſimi G. Cuperi ad me data diſco) ex Gallieni, Theſauri Maurocenici, nummo (in quo procul omni dubio, ut quam optime dictus Cuperus judicat virgula tranſverſa τῦ Γ vetuſtate detrita eſt) judicat Epheſios ſub hoc Gallieno, jam *decies*, ſeu decima vice, factos fuiſſe *Neocoros*. Sed mea explicatio, qua vel ſemel; aut, ſi pluries, rarius frequentiuſve *Neocoræ* urbes ſub uno eodemque principe fuere, multas, ſi quid judico, difficultates tollit. an autem ipſa ab omni difficultate libera ſit judicent eruditi; quorum ego judicio mea cuncta perlubenter ſubjicio.

Verum infra rurſus occaſio occurret de iſta re amplius loquendi; quare nunc pergamus ad Valerianum: in cujus nummis Epheſii rurſus *ter*, quin & quater (ſi hic Δ quoque pro quater ſumendum) comparent. Nec facile iſtud Δ in ipſius nummis pro quater ſumpſerim: niſi cæteris Auguſtis *Salonina* Gallieni uxor ſit annumeranda. Alias enim ubi *ter* ſub hoc principe *Neocori* audiunt, numeroque Γ nummi notantur, appellarem illos *Neocoros Valeriani, Maximianæ & Gallieni.*

At in Saloninæ, ſeu *Chryſogonæ*, nummo etiam apparent Epheſii (licet Nicomedienſes ac Cyziceni ſimpliciter *Neocoros* ſeſe oſtentarent; & Nicomedienſes *bis*) Epheſii dico, Γ. ſeu τρὶς νεωκόροι. In una namque latere caput ipſius veluti Dianæ cum Luna apparet, ac cum inſcriptione hac CAΛ. ΧΡΥCΟΓΟΝΗ CΕ. in altero *Diana Venatrix* cum hac ΕΦΕCΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. in alio rurſus CΑΛΩΝ. ΧΡΥCΟΓΟΝΗ, & ab altero latere Cybele, cum inſcriptione pro magna parte vetuſtate deleta: in qua tamen iſtud Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ manifeſte extat. Quem nummum cum Triſtano, ſi quis ad Sardianos revocet, me judice, non

 male

male faciat. Certe Sardianos *ter neocoros* in Saloninæ nummis ſeſe oſtentare firmat Harduinus nummo e Cimelio Regio, in quo, in uno latere habetur, ΣΑΛΩΝ ΧΡΥΣΟΓΟΝΗ ΣΕΒ., in altero verò ΕΠΙ ΡΟΥΦΟΥ ΑΣΙΑΡ. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Quamvis ſub eodem Rufo Aſiarcha, ſub quo ambo hi nummi cuſi ſunt, hi Sardiani (in nummo ſc. Valeriani Salonini) ſimpliciter ΝΕΩΚΟΡΟΙ audiant: ut ΕΠ. ΔΗΜ. ΡΟΥΦΟΥ. ΑΣΙΑΡΧ. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ: ſicut & Smyrnæi, & Epheſii: dum interim *Nicomedienſes ſe bis Neocoros* ſcriberent. Interim in Saloninæ nummis Epheſiorum quoque & ſimpliciter, & ΔΙΣ ΝΕΩΚ. reperitur. ex quibus qui priores qui poſteriores cuſi, licet incertum, probabile tamen eſt; numerum tempore atque adulatione, &c. increviſſe.

Sicut autem ille Nicomedienſium ad Gallienum ac Saloninam ſpectaſſe videtur; ſic puto iſtos Sardianorum, ad Gallienum & Saloninam, & Valerianum Juniorem, ſpectaſſe. Nec minus illos Gallieni Senioris, in quibus, cum Nicomediorum, tum Smyrnæorum *tria Templa* unico in ſingulorum latere extant, ad tres ſimul principes referrem, cum Celeberrimo Patino; qui tam de uno quam de altero nummo ita loquitur: *Tria Templa quid indicent præter Nicomedienſium reverentiam erga ſuos Imperatores patrem Valerianum & filios, Gallienum & Valerianum non ſatis video. Idem fere occurrit in Smyrnæenſium nummis, quorum ſimile puto fuiſſe conſilium.*

Neque ſane abs re; cum in unoquoque nummo tribus iſtis templis circumſcripta ſint hæc: ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ & ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚ. &c. At Harduinus pag. 355. ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΔΙΣ vel ΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ *paſſim in nummis. In Gallieni nummo templa terna inſculpta, ob honorem Gallieni, Salonini, qui Gallieni F. & ipſe Cæſar, & Valeriani, qui Gal-*

*Gallieni frater, pariterque Auguſtus: aliter fruſtra ſentiente Patino.*

Nec minus & ſub hoc Gallieno ſe *ter* & *quater*, characteribus Γ. & Δ, in nummis quibus *Diana Venatrix* inſculpta erat, inſcripſere. Quod Δ, ſi pro quater, ſeu τέτρακις habendum ſit, ad Valerianum ſeniorem, & Gallienum, & Saloninum, & denique Valerianum Gallieni fratrem referendum fuerit: niſi malimus, excluſo poſteriori Valeriano, pro hoc includere *Saloninam*, ſive Chryſogonam; de qua jam ſupra locutus ſum; vel alias νεοκορία *Dianæ*, cujus Venatricis imago in nummis illis extat, hic aſſumenda eſſet: quod tamen minus puto, tum ob iſtum nummum, cui Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ inſcriptum eſt, tum ob illum Caracallæ, cui in una parte Geta ac Caracalla, in altera duæ ſtatuæ equeſtres ſunt cum inſcriptione, ΕΦΕCΙΩ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΚΑΙ ΤΗC ΑΡΤΕΜΙΔΟC: quod nempe Epheſii, cum ſimul iſtam Dianæ νεωκορίαν celebrarent, id ſic expreſſe adderent: ut & alibi in τρὶς καὶ τῆς Ἀρτεμίδος.

Pergenſes autem Cornelii Salonini conſecrationem in nummo exhibuiſſe, atque ut ipſius νεωκόρους Ludos quoque illi celebraſſe oſtendit ille, qui apud Patinum habetur, cujus in uno latere caput ipſius, ac ſub ipſo aquila, Conſecrationis indicium, extat, in altero verò menſa cum urna illi ſuperpoſita & inſcriptione ΠΕΡΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Quæ νεωκόρια cum Ludis inſtituta occaſione hujus Conſecrationis facta videtur.

Quod porro *Cornelium Saloninum* attinet; hujus *Neocoros* ſeſe tum *ter* tum Δ (ſive id δὶς, ſive τέτρακις interpretandum) ſcripſere. Ita enim in nummis videmus ΕΦΕCΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ, & ΕΦΕCΙΩΝ Δ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Si vero Δ pro τέτρακις, *Valerianus Junior*, *Salonina*, *Gallienus*, *ac Saloninus* ipſe hîc intelligendi fuerint: vel ſi pro *bis*, forſan Saloninus cum patre Gallieno, aut matre

Salo-

Salonina; quamvis id potius de Gallieno cogitem. Quin & Licinii Valeriani, Gallieni fratris, ſe quoque τρὶς νεωκόρους hi iidem ſcripſere Epheſii.

Quod itaque ſub uno eodemque Imperatore eædem urbes (ex. gr. Epheſus) nunc ſimpliciter, ſeu *ſemel*, nunc *bis*, nunc *ter*, nunc vero *quater Neocori* dicantur inde eſſe videtur, quod (ut ſupra dicere cœpi) aut iſto tempore quo jam ſimpliciter ſe νεωκόρους ſcribebant, ſolius Imperatoris, ſive Auguſti, facti eſſent *Neocori*; ac temporis tractu, Imperatoriſque aut Senatûs indultu, fierent *bis*, imo *ter*, quin & aliquando quater *Neocori:* adaucto ſic indultu ſeu permiſſu, ambitione, atque adulatione, æmulationeque erga alios, numero *Neocoriarum*. Fieri tamen quoque potuit, ut urbes quæ ſe jam ante *bis terve Neocoras* ſcripſerant, ſe poſt ſimpliciter ſcripſerint *Neocoros*; quod jam per alios nummos ipſorumque inſcriptiones ſatis notum eſſet, illas *pluries* eſſe *Neocoras:* quod tamen, ſi verum, raro admodum contigiſſe credo.

Multæ ſane urbes ſemel tantum *Neocoræ* factæ non ulterius numero pervenerunt, aut pertenderunt: cum tamen ſub iiſdem Cæſaribus aliæ *bis*, *ter quaterve Neocori* fierent: ſive quod non tanta ambitione aut adulatione laborarent, indeque unico *Neocoratu* contentæ fuerint; cum id potius dicis gratiâ peterent; vel ſimili cum aliis gratia non valerent; vel denique facultates deeſſent, talia (præſertim ſi Ludi ac Certamina accederent) ſumptuoſius celebranda: quod tamen de omnibus urbibus non temere (ſaltem de Antiochenſibus ſimilibuſque) aſſerendum.

Quin nec omnes Græciæ aut Aſiæ urbes *Neocoræ* factæ fuerunt, illudve nomen ambiiſſe videntur: ut Athenienſes, multæque aliæ: quæ potius ſub aliis nominibus, aliiſve titulis, Imperatores demereri voluere. At Aſianæ civitates maxime hac laborarunt ambitione, paucæque præter illas in Græ-

Græcia, aliiſque regionibus: quamvis aliàs Ludis ac Certaminibus, quin & Templis, Imperatores honorare, eoſque ſic demereri ſtuderent. Nec quoque a cunctis, quarum in nummis plures numero *Neocoriæ* apparent, *bis*, *ter*, *quaterve*, iſto tempore, quo tales factæ fuerant, Ludos (nempe ſingulis, quorum nominibus illæ dicatæ eſſent) ſeparatim editos crediderim. Sed quum numerus ſub uno eodemque Imperatore (cujus imperii initio ſemel *Neocoræ* fuerant, quin vel *bis*) increſceret tempore atque adulatione, &c; tamen Ludos ſingula vice, ſeu unos eoſdemque pluribus nominibus ſimul, celebratos fuiſſe. Neque ſemper putem Ludos editos ubi dedicatio cum *Neocoria* ſimul juncta erat: quum & plurimæ Dedicationes non accedente *Neocoria* fierent; nec ſemper Ludos aut Certamina *Neocoriæ* concomitarentur: quod ſæpius illa ob Victorias, aliaſve cauſas, celebrata fuerint.

Per hactenus a me dicta ſolvitur, inter alias difficultates, illa, quod urbes quæ ſub prioribus tempore Imperatoribus *ter*, *quaterve* fuerant *Neocoræ*, ſub poſterioribus tantum *ſemel Neocoræ* fuerint. Etenim in Sardianorum nummis, ſub *Caracalla* habemus, ΧΡΥϹΑΝΘΙΝΑ ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ ΤΡΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Quin & in Getæ nummo, ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ Δ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ: ac poſt ſub Gordiano, ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ; tum denique ſimpliciter, ſub Maximino, & in nummo Tranquillinæ, ΕΠΙ. ΙΟΥΛ. ΕΡΜΟΦΙΛΟΥ ΑΡ. ΧΡΥϹΑΝΘΙΝΑ ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ: atque iterum ſub Salonino Valeriano, ΕΠ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΡΟΥΦΟΥ ΑϹΙΑΡΧ. ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

Nec minus hinc videri poteſt, urbes ſub unoquoque Imperatore, quorum *Neocoræ* fuerant, quidem pluries quandoque factas fuiſſe *Neocoras*: at ſub novis Imperatoribus, priorum poſt obitum, de novo factas fuiſſe *Neocoras* vel

*Auguſti* vel *Auguſtorum*, prout unicam, pluresve *neocorias*, ſub hoc illove jam rurſus obtinuerant: obliteratis, ut plurimum, præcedentium Imperatorum ejuſmodi titulis: dum interim Epheſus, Smyrna, ſimileſque *perpetuæ Neocoræ* ſive *Dianæ*, ſive *Romæ Deæ*, permanerent.

Ea autem ratio quæ erat urbium *Neocorarum*, eadem quoque fuit *Sacerdotum Neocororum*, apud Epheſios, *Smyrnenſes*, *Alabandenſes*, earumque eatenus ſimiles: ut qui jam nominatarum Dearum Æditui ſeu *Neocori perpetui* erant. Sicut contra hujus illiuſve Auguſti, vel horum illorumve Auguſtorum tamdiu, quamdiu iſtorum *Neocoriæ* perdurabant. Poſt quas abolitas, vel iidem homines, vel alii iſtorum loco delecti, denuo illorum qui jam imperium adepti erant *Neocori* (ſive unius, ſive plurium ſimul) fiebant; prout urbes, quibus tales fuerant Sacerdotes, denuo fierent *Neocoræ*. Cum interim & hi iidem Sacerdotes, ſimul & aliorum Sacerdotiorum honore quandoque gauderent. Sic nempe Τ. ΑΝΤ. ΑΛΦΗΝΟΣ ΑΡΙΓΝΩΤΟΣ Imperatoris M. Aurelii Antonini *Sacerdos* ac *Neocorus* fuit, ac ſimul ΕΠΙ ΚΕΝΣΟΝ ΤΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ, ΚΑΙ ΝΕΩΚΟΡΟΣ ΤΗΣ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΣ ΚΥΣΙΚΕΝΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ.

Talis etiam, procul dubio fuit ille *Septimius Tryphon*, de quo jam ſupra locutus ſum, cum inſcriptionem illam, ΥΠΕΡ ΣΩΤΗΡΙΑΣ ΚΑΙ ΝΙΚΗΣ &c. illuſtrare conarer: uti & iſte *Aulus Clodius Erennianus*, qui erat *Neocorus Pergamenorum*: tum & ille, qui, in fragmento marmoris detrito hoc ſequenti (atque apud Sponium Miſcell. Erud. Antiq. pag. 355.) ſi bene verba capio, *Sebaſtophantes Cæſaris* [Tiberii Claudii Neronis] *& Deæ Romæ*, *& Dei Jovis Patrii*, &c. erat.

. . . ΟΣ ΕΝ ΤΟΙΣ ΕΠΙ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ
. ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΗΡΩ . . .
ΚΑΙ ΣΕΒΑΣΤΟΦΑΝΤΟΥ ΚΑΙ
ΘΕΑΣ ΡΩΜΗΣ ΚΑΙ ΘΕΟΥ
ΔΙΟΣ ΠΑΤΡΩΟΥ ΑΥΤΟΚ. . . .
ΜΕΓΙΣΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΤΗ
. ΤΟΥ ΣΥΜΠΑΝΤΟΣ ΑΝ. . . .
. ΕΙ ΜΑΡΚΟΣ ΑΙΦΟΥΛΑΝΟΣ
ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ ΑΠΟ ΤΗΣ
ΝΕΡΩΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΠΡΟ . . . .
ΠΑΡΧΕΙΑΝ ΚΗΔΕΜΟΝΙ
ΑΙ ΔΥΣ ΜΕΓΙΣΤΟΝ ΗΘ . . .
ΟΜΙΣΑΣ. . . . ΤΟ ΤΗ
ΠΑΙΝΟΥ. . . . . . ΔΙΚΑ.

Quin & *Gainus* ille, de quo etiam infra, quando de *Hierophantis* agam, ulterius loquar; ubi eum videbimus ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΤΟΥ ΚΟΙΝΟΥ ΤΩΝ ΓΑΛΑΤΩΝ, ΓΑΛΑΤΑΡΧΗΝ & ΣΕΒΑΣΤΟΦΑΝΤΗΝ, huc pertinet: denique & iſte, qui primùm jam, bonitate in Rempublicam literariam Ampliſſimi G. Cuperi, lucem publicam hîc aſpicit, *Marcus Aurelius Charidemus Julianus* ΝΕΩΚΟΡΟΣ ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ.

Nunc porrò conſiderandum reſtat, an ac quomodo unæ eædemque urbes quandoque diverſis temporibus, aut *ſemel* tantum, aut *bis*, aut *ter*, aut denique *quater*, *Neocoræ* fuerint. Nempe Philadelphenſes, ſub Decio, diverſis tempori-

poribus *Neocori* fuerunt, uti liquet ex inſcriptionibus, quæ Decii hujus nummis impreſſæ leguntur; ex. gr. ΕΠΙ ΑΥΡ. ΡΟΥΦΕΙΝΟΥ ΑΡΧ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΝΕΩΚ. ΕΦΕΣΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ; & ΕΠ. ΑΥΡ. ΡΟΥΦΕΙΝΟΥ ΑΡΧ. ΤΟ Β. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ Quin & ſub Hadriano, ΑΔΡΙΑΝΗC ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ΝΕΩΚΟΡΟΥ ΚΥΔΝΟC & in alio rurſus nummo, ΑΔΡΙΑΝΗC ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ΝΕΩΚ. Atque ita quoque in Juliæ Domnæ nummis, ſicut & Caracallæ, Smyrnenſes quinquies, vel pluries etiam inſcribunt (ubi hæ νεωκορίαι quinquennales eſſe ſic non potuere) ut, CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ; uti & (ſicut jam ſupra habuimus) CΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟ. Καὶ ΘΕΑC ΡΩΜΗC. Et ſunt tamen hujus Juliæ Domnæ nummi, quibus inſcripſere CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Epheſii quoque ſub Heliogabalo ter, diverſis temporibus comparent Δ. ΝΕΩΚΟΡΟΙ; cum tamen & ſub eodem ΤΡΙC ΝΕΩΚΟΡΟΙ fuerint. Similia fere & de aliis pluribus urbibus oſtendi poſſent. Hæc autem faciunt, meo judicio, illuſtrandis iſtis inſcriptionibus, ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ Β. ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ ſub Caracalla; & ΠΕΡΓΑΜΗ. ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ Β.

Nimirum non neceſſe erat, iſtud Β. ſeu *bis* ita addere, ſi poſt illud primùm bis, ſemper *Bis Neocori* manſiſſent: niſi velimus, cum ampliſſimo Cupero, hæc (ut de Macedonibus nunc loquar) denotare *Macedonas ſecundas bis Neocoras*, vel *Macedoniam ſecundam bis Neocoram.* Cujus Ampliſſimi viri verba ex epiſtola eruditiſſima ad me data huc, quod maxime mihi ad rem facere videantur, non poſſum non afferre. Sunt vero hæc ſequentia: *Notum eſt Macedoniam a Paulo Æmilio diviſam eſſe in quatuor provincias, vel partes; Liv. L. 45. c. 29. Hæ partes erant 4. totidem reſpublicæ, de communi conſultantes,*

*tes, in urbibus quæ capita & primæ earum Provinciarum erant: CAPITA REGIONUM ait Livius, ubi conſilia fierent, primæ regionis Amphipolim, Secundæ Theſſalonicen, tertiæ Pellen, quartæ Pelagoniam fecit. Eò concilia ſuæ cujuſque regionis indici, pecuniam conferri, ibi magiſtratus creari juſſit. Atque inde eſt quod hæ partes ſuos etiam quæque nummos ſignarent. Apud Goltzium tabula 22. legitur epigraphe* ΠΡΩΤΗΣ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ, *quam Eruditi recte ad primam Macedoniæ partem referunt: & ego poſſideo binos argenteos nummos, qui ab una parte repræſentant Dianæ caput, rejectâ poſt terga pharetra, ab altera vero clavam Herculis; unique inditur* ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΠΡΩΤΗΣ, *cum notis nonnullis, & corona in ambitu; alteri* ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΔΕΥΤΕΡΑΣ, *itidem cum corona & ſimilibus notis; illoſque ſignatos eſſe a Macedonia prima & ſecunda nullum equidem mihi dubium.*

Hæc vir ille præſtantiſſimus. Attamen frequenter admodum occurrunt in nummis Caracallæ, non tantum ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, verum & ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ: quod rurſus per alios nummos illuſtratur; qui habent ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ nulla addita nota primæ, ſecundæ, tertiæ, aut quartæ provinciæ. Contra vero reperimus hanc epigraphen: ΘΕCCΑΛΟΝΙΚΗ.ΜΗΤΡ.ΚΟ Β.ΝΕ. *Theſſalonica Metropolis colonia, bis neocora.* Quod Β ad diviſionem Macedoniæ non videtur reſpicere, eo quod in Notitia imperii, (ut apud Harduinum videmus) Græca, Theſſalonica Metropolis Provinciæ Macedoniæ primæ fuerit. At nec Pergamena regio, quod ſciam, ſimilem in modum diviſa fuit.

Videmus interim Smyrnæos, ſub uno eodemque Imperatore, ſub quo Epheſii ſe ſcribebant τέτρακις νεωκόρους, ſub Alexandro nempe Severo, ſe ſolum, ac ſimpliciter, ſcripſiſſe νεωκόρους; ſicuti & ſub Mammæa, (ſeu potius in ipſius num-

 mo)

mo) Ephesii ſimplici νεωκόρου appellatione ſe jactant: in cujus tamen alio nummo Smyrnæi τρὶς νεωκόρου titulo ſuperbiunt; ut, ΕΠΙ. C. ΙΠΠΟΛΕΙΤΟΥ CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΤΩΝ CΕΒΑCΤΩΝ.

Verum enim verò, ut adhuc aliquid ſuper Macedonibus addam, minime credo iſtas ipſorum νεωκορίας ad Alexandrum Magnum, illiuſque tempora, referendas eſſe: ut quibus adhuc iſte titulus ignotus erat; ac nullo modo Macedonia in provincias diviſa: ſed ad Imperatorem Caracallam: quantumvis Celeberrimus Patinus illas iſti Alexandro videatur adſcribere. Macedones enim non in tantum adulabantur Regi, qui pro Ammonis filio haberi volebat. Hinc enim Curtius hoc modo loquitur: *Et Macedones, aſſueti quidem Regio imperio, ſed majore libertatis umbrâ quam cæteræ gentes, immortalitatem affectantem contumacius, quam aut ipſis expediebat, aut Regi, adverſati ſunt.*

Baſſianus autem ille Caracalla, ſeu mavis Antoninus, & pro Deo, & pro Alexandro Magno haberi voluit. id, præterquam ex Spartiano, ita ex Dione Caſſio patet: Περὶ δὲ τὸν Ἀλέξανδρον οὕτω τι ἐπτόητο, ὥστε καὶ ὅπλοις τισὶ καὶ ποτηρίοις, ὡς καὶ ἐκείνου γεγονόσι χρῆσθαι, καὶ προσέτι καὶ εἰκόνας αὐτοῦ πολλὰς ἐν τοῖς στρατοπέδοις, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ στῆσαι· Φάλαγγά τε τινὰ ἐκ μόνων τῶν Μακεδόνων ἐς μυρίους καὶ ἑξακισχιλίους συντάξαι, καὶ αὐτὴν Ἀλεξάνδρου τε ἐπονομάσαι, καὶ τοῖς ὅπλοις, οἷς ποτε ἐπ' ἐκείνου ἐκέχρηντο, ὁπλίσαι. ταῦτα δ' ἦν κράνος ὠμοβόειον, θώραξ λινοῦς τρίμιτος, ασπὶς χαλκῆ. δόρυ μακρὸν, αἰχμὴ βραχεῖα, κρηπῖδες ξίφος. καὶ οὐδὲ ταῦτα μέντοι αὐτῷ ἐξήρκεσε, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον Ἑῷον Αὔγουστον ἐπεκαλεῖτο. καί ποτε καὶ τῇ βουλῇ ἔγραψεν, ὅτι ἐς τὸ σῶμα αὖθις τὸ τοῦ Αὐγούστου εἰσῆλθεν, ἵνα, ἐπειδὴ ὀλίγον τότε χρόνον ἐβίω, πλείονα αὖθις δι' ἐκείνου ζήσῃ. *Alexandri autem adeo dementi ſtudio ducebatur, ut etiam armis & poculis quibuſdam, quaſi illius fuiſſent, uteretur. eique complures ſtatuas in caſtris, atque adeo in ipſa urbe collocave-*

*caverit; comparaveritque Phalangem ex ſolis Macedonibus, in qua erant hominum ſedecim millia, eamque phalangem Alexandri cognominarit; & iis armis, quibus olim Alexandri temporibus uſi fuerant, eoſdem inſtruxerit. Hæc erant galea ex crudi bovis corio, thorax ex lino triplex, ſcutum ex ære, haſta longa, cuſpis brevis, crepidæ, gladius. Nec his contentus eundem illum Orientalem Auguſtum appellabat: ſcripſitque aliquando ad Senatum, animam Alexandri in corpus Auguſti introiiſſe: ut quoniam tunc illi fuerat vita brevis, in hoc viveret diutius.* Hæc Dion, quæque plura ibi (lib. LXXVII.) æque ſtolida atque inſana reperire lector poterit.

Non mirum igitur Alexandri caput, quibuſdam nummorum ipſius fuiſſe impreſſum, quibuſdam, Bucephalum; quin & quibuſdam Alexandri Bucephalum domantis effigiem.

DIS-

# DISSERTATIO QUINTA

## DE

# Stephanephoris, Prytanibus, Strategis, & Scribis, ſeu ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΙ Græcorum.

## CAPUT I.

*De quibus qualibuſque* στεφανηφόροις *hic Sermo ſit; ac quale iſtud fuerit munus, ſeu* Sacerdotium. *Hos namque* Stephanephoros *cùm apud* Magneſios, *tum apud* Tarſenſes, *tum & apud plures alios, obtinuiſſe. Etiam* Epicureos *Sacerdotia adminiſtraſſe. Quali modo hi* Sacerdotes *electi (Secundum Platonem) apud Magneſios.* Stephanephoros *hos tum aliorum Deorum, tum & Auguſtorum fuiſſe. De* Julia Domna Novâ Cerere, *&c.* Stephanephoros *ſimul & aliis perfunctos fuiſſe Sacerdotiis, ut* Pontificatu, *ſive* ἀρχιεροσύνῃ, *&c. quin &* Magiſtratu: *cum tamen quatenus eſſent* Stephanephori, *fuerint ſolum* Sacerdotes: *quamvis contrarium aſſerat Reineſius; iſtaque occaſione paucula hic inſeruntur de* Harmoſtis. *Annuum munus hos* Stephanephoros *geſſiſſe. De* Corona aurea, *alioque illorum veſtitu, (per totum caput, hinc inde.)* Scenicis *illos apud Græcos, ut videtur, præfuiſſe: qua occaſione, & de* τεχνίταις, *ſive* Artificibus Dionyſiacis, *ac de* Scenicis Latinorum; *quænamque illorum differentia a Græcis fuerit, &c.*

Tran-

TRanſeamus ab his *Neocoris* nunc ad στεφανηφόρους *Sacerdotes*; qui, ſane, inter ἐπωνύμους numerandi veniunt: de quibuſcunque στεφανηφόροις enim hîc minime agendum duco, quod, nulli Sacerdotes non coronati ſacrificarent; quin & omnes ſacrificantes; ſicuti & omnes qui Oracula adibant: ubi & ipſi ſervi dominos eò concomitantes coronati aderant; uti ex his Carionis, ſervi verbis, apud Ariſtophanem (in Pluto) liquet: Ου γὰρ μὲ τυπτήσεις, στέφανον ἔχοντά γε. *Non enim verberabis me: quum coronam geram.*

Verum enim vero de hiſce ſimilibuſve nobis nunc ſermo non eſt: ſed de iſtis *Sacerdotibus*, (quin & Magiſtratibus,) qui peculiari modo *Stephanephori* appellabantur; ac peculiari Sacerdotio fungebantur.

Hos autem reperimus cùm apud Athenæum, tum frequentius in marmorum antiquorum Inſcriptionibus: quamvis revera pauciſſima, quæ illorum meminerint, monumenta ſuperſint.

Apud Athenæum, modo nominatum, videmus, Themiſtoclem (ut, libro 12. Poſis, ab illo adductus; narrat) poſtquam ex liberata a ſe, & ingrata patria, quæ ipſum invidioſe expulerat, apud hoſtes, quos ipſe ſummâ cum gloria devicerat, perfugium ac ſalutem quærere coactus fuerat; in *Magneſia*, una iſtarum urbium, quas dono a Perſarum rege acceperat, factum fuiſſe στεφανηφόρον. Sic enim ille Athenæus loquitur: Πόσις δ' ἐν τρίτῳ Μαγνητικῶν, τὸν Θεμιστοκλέα φησὶν ἐν Μαγνησίᾳ στεφανηφόρον ἀρχὴν ἀναλαβόντα θύσαι Ἀθηνᾷ· καὶ τὴν ἑορτὴν Παναθήναια ὀνομάσαι, καὶ Διονύσῳ Χοοπότῃ θυσιάσαντα καὶ τὴν χοῶν ἑορτὴν αὐτόθι καταδεῖξαι. *Poſis libro tertio Magneſiorum ait; Themiſtoclem, cum in Magneſia STEPHANEPHORI magiſtratum* [ſive, ut melius verteretur *Sacerdotium*] *aſſumpſiſſet, Palladi Sacrificaſſe; feſtumque*

 *illud*

*illud Panathenæa appellaſſe: tum & Baccho Choopotæ hoſtias immolaſſe, ſicque* [*Athenienſium more*] *Congiorum feſtum* [quod apud Athenienſes illos, menſe Atheſterione, vel, ut alii, Pyanepſione agebatur] *celebraſſe.*

Quæ non obſcure indicare videntur, eum ibi ſummum geſſiſſe Pontificatum; quod ſic religioni νόμον ac modum ſtatuerit; ſibique ita licuerit per ejuſmodi feſta ibi inſtituta, Patriæ ſuæ rituum ac conſuetudinum triſtem memoriam recolere, atque æmulari; occaſione nempe iſtius στεφανηφορίας.

Videmus ex hiſce *Stephanephoros* non vulgaris notæ *Sacerdotes* fuiſſe. Quod & magis clare apparere videtur ex Lyſia iſto, apud Athenæum (libro IV.) qui occaſione iſtiuſmodi Sacerdotii tyrannidem invaſit, perpetuumque imperium politicum, apud *Tarſenſes*, pro anniverſario Sacerdotii munere occupavit: ſicut ex hiſce verbis videri poteſt: Καὶ Τάρσου δὲ Ἐπικούρειος φιλόσοφος ἐτυράννευσε Λυσίας ὄνομα. ὃς ὑπὸ τῆς πατρίδος στεφανηφόρος αἱρεθεὶς, τοῦτ' ἔστιν ἱερεὺς Ἡρακλέους, οὐκ ἀπετίθετο τὴν ἀρχὴν, ἀλλ' ἐξ ἱματίου τύραννος ἦν. πορφυροῦν μὲν μεσόλευκον χιτῶνα ἐνδεδυκὼς, χλαμύδα δὲ ἐφεστρίδα περιβεβλημένος πολυτελῆ, καὶ ὑποδεδεμένος λευκὰς Λακωνικὰς, στέφανον δὲ δάφνης χρυσῆς ἐστεμμένος. *Fuit & Tarſi Philoſophus Epicureus, qui ibi tyrannidem invaſit: quique a civibus ſuis electus Stephanephorus, i. e. Herculis Sacerdos, regimen iſtud non depoſuit* [eove Sacerdotio ſe minime abdicavit.] *Sed occaſione veſtimenti tyrannidem exercuit; dum tunicam purpuream indutus, albo colore diſtinctam, & ſagum, ſeu paludamentum* [hinc apud Herodianum lib. VII. Gordiano χλαμύδα πορφυρᾶν περιβάλλουσι quod id paludamentum eſſet Imperatorium] *ſumptuoſum* [forſan *auratum* aut argento variegatum qualia apud Virgilium reperimus,] *Laconiciſque albis calceatus, coronam lauream ex auro geſtaret.* Quales coronas Tertullianus, de Idololatriâ, *Sacerdotibus Provincialibus* tribuit. Mi-

Miretur hîc forſan aliquis Epicureum Herculis Sacerdotem. At ſimile exemplum habemus, in feſtiviſſimo illo dialogo Luciani, qui *Sympoſium*, vel *Lapithas*, nomen habet: quem locum quin huc afferam mihi temperare nequeo. eſt igitur hic ſequens: Εἶτα ἐνεδοιάζετο, πότερον χρὴ πρότερον Ζενόθεμιν τὸν Στωϊκὸν ἅτε γέροντα, ἢ Ἕρμωνα τὸν Ἐπικούρειον. ἱερεὺς γὰρ ἦν τοῖν Ἀνάκοιν, καὶ γένους τοῦ πρώτου ἐν τῇ πόλει. ἀλλὰ ὁ Ζενόθεμις τὴν ἀπορίαν ἔλυσεν. εἰ γάρ με, φησὶν, ὦ Ἀρισταίνετε, δεύτερον ἄξεις Ἕρμωνος, τουτουῒ τοῦ ἀνδρὸς, ἵνα μηδὲν ἄλλο κακὸν εἴπω, Ἐπικουρείου, ἄπειμι, ὅλον σοι τὸ συμπόσιον καταλιπών· καὶ ἅμα τὸν παῖδα ἐκάλει, καὶ ἐξιόντι ἐῴκει. καὶ ὁ Ἕρμων, ἔχε μὲν, ὦ Ζενόθεμι τὰ πρῶτα, ἔφη. ἀτὰρ εἰ καὶ μηδέν τι ἕτερον, ἱερεῖ γε ὄντι, ὑπεξίστασθαι καλῶς εἶχεν, εἰ καὶ τοῦ Ἐπικούρου πάνυ καταπεφρόνηκας. ἐγέλασα, ἦδ' ὃς ὁ Ζενόθεμις, Ἐπικούρειον ἱερέα. καὶ ἅμα λέγων, κατεκλίνετο καὶ μετ' αὐτὸν ὅμως ὁ Ἕρμων. *Tum ambigi cœpit, utrum altero priorem opporteret accumbere, Zenothenim-ne Stoicum, quippe ſenem, an Hermonem Epicureum. Nam hic erat Caſtoris ac Pollucis ſacerdos, & nobiliſſimæ inter cives familiæ. Verum eam hæſitationem ſolvit Zenothomis. Si me, inquit, Ariſtænete minoris Hermone ducis, viro videlicet iſto, ut ne quid aliud mali dicam, Epicureo, diſcedo, totumque convivium vobis relinquo. Et puerum ilico tanquam diſceſſum parans, advocat. Tum Hermon, priores partes, inquit, habe Zenothemi: quamquam & ſi nihil aliud, vel hoc nomine par erat concedi, quod ſacerdos ſim. Rideo inquit Zenothemis, Sacerdotem Epicureum; ſimulque cum dicto accubuit: ac poſt illum itaque Hermon.*

Quemnam autem in finem aut ſerio, aut ſimulatè, etiam Sacerdotia Epicurei obierint, & Sacrificia fecerint, alioſque ritus religioſos peregerint: & an non hi iidem fere fuerint inter Gentiles, quod Sadducæi inter Judæos; cum ex ipſorum dogmatibus, tum ex iſtis quæ de utriſque tam Gentiles Scriptores, quam Judaici tradunt (imprimis Joſephus) conſiderandum lectori relinquo. Zz 2 Erant

Erant igitur, ut ad propoſitum redeamus, hi *Stephanephori* Sacerdotes, ſuarum urbium quaſi *Pontifices Maximi*, & vel *Herculis*, vel aliûs, cujuſcunque demum Dii Deæve; ut *Apollinis* & *Solis*, apud Magneſios: de quibus ita Plato, *De Legibus* lib. XII: τούτους δὲ πρώτῳ μὲν ἐνιαυτῷ δώδεκα εὐθύνους ἀποδεῖξαι, μέχρι περ ἂν ἑκάστῳ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη ξυμβῇ γενόμενα· τὸ λοιπὸν δὲ τρεῖς ἀεὶ προσγενέσθων κατ' ἐνιαυτόν. οὗτοι δὲ τὰς ἀρχὰς πάσας κατὰ δώδεκα μέρη διελόμενοι, πάσαις βασάνοις χρώμενοι ἐλευθέραις ἐλεγχόντων οἰκούντων δέ, ὅσον ἂν εὐθύνωσι χρόνον, ἐν τῷ τοῦ Ἀπόλλωνός τε Ἡλίου τεμένει, ἐν ᾧπερ ἐκρίθησαν· καὶ τὰ μὲν ἴδια ἕκαστος, τὰ δὲ καὶ κοινῇ μετ' ἀλλήλων κρίναντες, τοὺς ἄρξαντας τῇ πόλει ἀποφηνάντων, εἰς τὴν ἀγορὰν γράμματα καταθέντες περὶ ἑκάστης ἀρχῆς, ὅ, τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτίνειν κατὰ τὴν τῶν εὐθύνων γνώμην. ἥτις δ' ἂν τῶν ἀρχῶν μὴ ὁμολογῇ κεκρίσθαι δικαίως, εἰς τοὺς ἐκλεκτοὺς δικαστὰς εἰσαγέτω τοὺς εὐθύνους· καὶ ἐὰν μὲν ἀποφύγῃ τις τὰς εὐθύνας, αὐτῶν τῶν εὐθύνων κατηγορείτω, ἐὰν θέλῃ· ἐὰν δὲ ἁλῷ, ἐὰν μὲν ᾖ τοῦ θανάτου τετιμημένος ὑπὸ τῶν εὐθύνων, ὥσπερ ἀνάγκη ἁπλῶς θνησκέτω· τῶν δὲ ἄλλων τιμημάτων ὧν ἂν δυνατὸν ᾖ διπλοῦν τίσαι, διπλασίαν τινέτω. τὰς δ' εὐθύνας αὐτῶν τούτων ἀκούειν χρὴ τίνες ἔσονται, καὶ τίνα τρόπον. ζῶσι μὲν δὴ τούτοις τοῖς ὑπὸ πάσης τῆς πόλεως ἀριστείων ἠξιωμένοις προεδρίαι τ' ἐν ταῖς πανηγύρεσι πάσαις ἔστωσαν· ἔτι δὲ τῶν εἰς τοὺς Ἕλληνας κοινῇ θυσιῶν καὶ θεωριῶν καὶ ὅσων ἂν ἑτέρων κοινωνῶσιν ἱερῶν, ἐκ τούτων τοὺς ἄρχοντας τῆς θεωρίας ἑκάστης ἐκπέμπειν· καὶ τούτους μόνους δάφνης στεφάνῳ τῶν ἐν τῇ πόλει κεκοσμημένους εἶναι. καὶ ἱερέας μὲν πάντας, τοῦ Ἀπόλλωνός τε καὶ Ἡλίου· ἀρχιερέα δὲ ἕνα καὶ ἐνιαυτόν, καὶ πρῶτον κριθέντα τῶν γινομένων ἐκείνῳ τῷ ἐνιαυτῷ τῶν ἱερέων· καὶ τοὔνομα ἀναγράφειν τούτου κατ' ἐνιαυτόν, ὅπως ἂν γίγνηται μέτρον ἀριθμοῦ τοῦ χρόνου ἕως ἂν ἡ πόλις οἰκῆται. *Qui primo anno duodecim repetundarum rationum examinatores* [Tres viri ſcilicet.] *creent, idque faciant donec ſingulis ſeptuageſimus quintus annus exactus ſit: deinde ſingulis annis tres addantur. Hi magiſtratus omnes in partes duodecim diſtributos omni liberâ*

*exa-*

*examinatione judicaturi, diligenter obſervent. Habitent autem tempore quo rationes ipſis redduntur, in loco ubi electi fuerunt, Soli atque Apollini dedicato. Et tum per ſe quilibet, tum communiter omnibus diligenter perquiſitis, de ſingulis magiſtratibus publicè perſcribant, quid pati eos dareve ex repetundarum judicum ſententia deceat. Ac ſi quis magiſtratus horum judicio non recte ſe damnatum eſſe quæritur, ad electum judicium repetundarum judices deferat. Et ſi evaſerit, accuſet eos ſi velit. Si autem ibi quoque damnetur, atque antea ab ipſis repetundarum judicibus morte fuerit condemnatus, quemadmodum neceſſitas exigit moriatur. Quod ſi eâ multâ ab illis damnatus fuerit, qua dupla ab ipſo perſolvi poteſt, duplam perſolvat. Sed jam audiendum eſt, quæ horum de repetundis ſententiæ & quomodo ferendæ ſint. His igitur qui totius civitatis conſenſu omnibus præpoſiti ſunt, donec vixerint primi conſeſſus ſemper in omnibus ſolemnitatibus præbeantur. Et quandocunque ad communia Græcorum Certamina ac ludos ARCHITHEOROS mittere à civitate neceſſe eſt, ex iſtis mittantur. Hi ſoli in CIVITATE coronâ laurea coronentur; hi SOLIS & APOLLINIS Sacerdotes ſint. Archiereus, ſeu Pontifex etiam ſummus ſingulis annis ex his ille ſit, qui ſuperiori anno cæteris excelluiſſe ſacerdotibus judicabitur. Hujus nomine, quouſque civitas habitabitur, tempora diſtinguantur.*

Multa ſane ad hæc Platonis verba notari poſſent: quæ tamen & infra forte locum reperient; ut de annuo munere, de ἐπωνυμίᾳ, &c.

Videmus itaque hic apud Magneſios *Stephanephorum Apollinis* ac *Solis Sacerdotem*, ſecundum Platonem; ſicut & apud Tarſenſes ſuprà talem *Herculis Sacerdotem* vidimus. nec dubito apud alios ipſos aliorum Dei Deorumve, Sacerdotes fuiſſe; peculiari nempe ratione: quum aliàs ex aliis

Sacerdotibus hujus illiuſve Dei Deæve eligerentur, atque hinc fierent ἀρχιερεῖς, ſeu *Pontifices*, hujus illiuſve civitatis: ac *Flamines*, ſi *Auguſtorum Stephanephori* facti eſſent. Qui item his illiſve in urbibus ἀρχιερεῖς appellabantur, ii in aliis Stephanephororum nomine veniſſe videntur.

Hos vero & *Auguſtorum eorumque familiæ* oſtendit hæc ſequens inſcriptio, apud Lampſacenos reperta; prout apud Whelerum Par. 120. ac Sponium Itinerarii Tomo I. pag. 378. videre quoque licet:

ΙΟΥΛΙΑΝ . ΣΕΒΑΣΤΗΝ
ΕΣΤΙΑΝ . ΝΕΑΝ ΔΗΜΗ
ΤΡΑ . Η . ΓΕΡΟΥΣΙΑ ΤΟ ΔΕ
ΕΙΣ . ΤΟ . ΑΓΑΛΜΑ . ΚΑΙ . ΤΗΝ . ΒΑ
ΣΙΝ . ΚΑΙ . ΤΗΝ ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ ΑΥ
ΤΟΥ ΔΑΠΑΝΗΜΑ ΠΟΙΗΣΑΜΕ
ΝΟΥ ΕΚ . ΤΩΝ . ΙΔΙΩΝ . ΥΠΕΡ . ΤΗΣ
ΕΙΣ . ΤΟΥΣ . ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ ΕΥ
ΣΕΒΕΙΑΣ ΤΟΥ ΙΕΡΕΩΣ ΤΩΝ
ΣΕΒΑΣΤΩΝ . ΚΑΙ . ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ
ΤΟΥ . ΣΥΜΠΑΝΤΟΣ ΑΥΤΩΝ ΟΙ
ΚΟΥ . ΚΑΙ . ΤΑΜΙΟΥ . ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΟ
ΔΕΥΤΕΡΟΝ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΤΟΥ . ΑΠΟΛΛΩΝΟΤΕΙΜΟΥ

Circa hanc inſcriptionem notatu certe digna ſunt verba iſta, ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ. Sed quæ jam olim occupavit Ampliſſimus G. Cuperus: qui illa brevi-

breviter quidem, at quamoptime, illuſtrat in Appendice ad Harpocratem, pag. 286. Verum ſecundò illa, ob quæ hanc adduxi inſcriptionem, ΤΟΥ ΙΕΡΕΩΣ ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ ΚΑΙ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΣΥΜΠΑΝΤΟΣ ΑΥΤΩΝ ΟΙΚΟΥ: de quibus ergo nunc ulterius aliquid dicendum. At prius aliquid notabo ad iſta, ΕΣΤΙΑΝ ΝΕΑΝ ΔΗΜΗΤΡΑ quibus nominibus hîc Julia Auguſta (quæ alias & *mater caſtrorum*, &c. audiebat) appellatur; ut *Veſta*, nempe, ac *Nova Ceres*, ſeu Junior; ut quæ quoque (uti puto me jam alibi notaſſe) pro Δηὼ νέα, ſeu *Proſerpina* venit.

Pro *Veſta nova*, quaſi ita legendum hîc eſſet, ſtat eruditiſſimus Sponius, hoc modo: *C'eſtoit la baſe d'une ſtatue elevée a l'honneur de Julia Auguſta femme de l'Empereur* [Severi ſc.] *a qui le titre eſt icy donne de VESTA NOVA: parce que de meſme: que cette Deeſſe & ſes Prêtreſſes appellées Veſtales étoient les depoſitaires du feu ſacre, dont la perte ou la diminution auroit præſagé celle de la Republique Romaine, auſſi vouloient ils dire, que Julia êtoit la gardienne & la protectrice de l'Empire. C'eſt par cette même raiſon, qu'on trouve des medailles de cette Imperatrice avec le revers, VESTÆ SANCTÆ, & d'autres avec un ſacrifice de Veſtales avec cette inſcription, VESTA ſimplement ou VESTA MATER.*

Cum quà *Veſta Matre* ſane non admodum quadrat hæc prætenſa *Veſta Nova*: qua appellatione nunquam venit aut ipſa, quod ſciam, aut aliæ Auguſtæ: at contra quidem (ut ſtatim videbimus) *Ceres nova*. Quare magis mihi probatur ſententia Wheleri; qui cum de eadem inſcriptione loquitur, ait: *La primiere* [nam duas ibi adfert inſcriptiones] *eſt une d'une ſtatue a Julie Auguſta, remplie de titres de VESTA, & de NOUVELLE CERES, par la communauté.* &c. Quod & perdoctè firmatur ab Ampliſſimo Cupero (Apotheoſeos Homeri pag 285.) occaſione tum

hujus.

ſeu *Bacchi*, habemus. Quamquam dubitari queat, an hîc iſtud στεφανηφόρον æque atque illud νεωκόρον ad Auguſtos ſpectet.

De hoc *Auguſtorum* peculiari *Sacerdotio* etiam mihi videtur loqui Arrianus in Epictetum, (lib. I. cap. 19.) dum ait: Σήμερόν τις ὑπὲρ ἱεροσύνης ἐλάλει μοι τοῦ Αὐγούστου. Λέγω αὐτῷ, ἄνθρωπε ἄφες τὸ πρᾶγμα· δαπανήσεις πολλὰ εἰς οὐδέν. ἀλλὰ οἱ τὰς φωνάς, φησι, γράφοντες [Caſaubonus legit, οἱ τὰ σύμφωνα γράφοντες] γράψουσι τὸ ἐμὸν ὄνομα. μή τι οὖν σὺ τοῖς ἀναγινώσκουσι λέγεις παρών, Ἐμὲ γεγράφασιν; εἰ δὲ καὶ νῦν δύνασαι παρεῖναι πᾶσιν, ἐὰν ἀποθάνῃς τί ποιήσεις; μενεῖ μου τὸ ὄνομα. γράψον αὐτὸ εἰς λίθον καὶ μενεῖ. ἄγε ἔξω δὲ Νικοπόλεως τίς σου μνεία; ἀλλὰ χρυσοῦν στέφανον φορήσω. εἰ ἅπαξ ἐπιθυμεῖς στέφανον, ῥόδινον λαβὼν περίθου· ὄψει γὰρ κομψότερον. *Hodie quidam mecum collocutus eſt ſuper ſacerdotio Auguſti. Cui dixi: mi homo, omitte rem: multos (namque) ſumptus inutiles facies. At nomenclatores, inquit, nomen meum inſcribent. Nunquid igitur tu, cum affueris, te inſcriptum eſſe legentibus, legentibus dices? Quod ſi nunc adeſſe potes omnibus, vitâ functus quid ages? Manebit meum nomen. Lapidi id inſcribito, & manebit. Age, extra Nicopolim autem quæ tui erit mentio? At auream coronam geſtabo. Si omnino coronam appetis, roſacea capiti impoſitâ elegantior futurus es.* Hunc Arriani locum, de *Stephanephori munere*, ſeu peculiari, ſub hoc nomine, *Sacerdotio Auguſti*, nec Caſaubonus (quamvis ipſe J. Lipſium, ac P. Fabrum, eum non cepiſſe affirmet) bene intellexiſſe videtur.

Quod autem hîc ſimpliciter ἱερεὺς nominetur, nomenque στεφανηφόρος non exſerte exprimatur, non ita mirum videri debet: quum id fiat etiam in fœdere iſto, quod inter *Smyrnæos* ac *Magneſios*, Seleuci regis tempore pactum fuit; quodque in marmorum Oxonienſium inſcriptionibus primum numero eſt. ibi namque habemus: ΕΠΙ ΙΕΡΕΩΣ ΗΓΗΣΙΟΥ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ ΔΕ ΠΥΘΟΔΩΡΟΥ, &c. Sive prior *Stephane-*

*phanephorus* ea appellatione non expreſſus ſit κακοφωνίας vitandæ gratia, ſive quod Magneſiorum *Stephanephori* Smyrnæorum priores, ac magis antiqui fuerint; ſive ex alia quadam cauſa hoc factum fuerit. Apud Smyrnæos enim *Stephanephori* ſacerdotium obtinuiſſe, docent clare hæc verba Philoſtrati, in vita Heraclidis: καὶ στεφανηφόρον ἀρχὴν πὰρ' αὐτοῖς ἦρξεν, ἀφ' ἧς τοῖς ἐνιαυτοῖς ἐπώνυμα Σμυρναῖοι τὰ ὀνόματα. *Et Stephanephori magiſtratum geſſit apud ipſos: a quo Smyrnenſes annorum nomina ſignant.*

Interim & in iſto marmore, quod, dum de Sacris Tauroboliis agebam, pag. 118. adduxi, vocabula iſta ἱερεὺς & στεφανηφόρος ſimul juncta, uni eidemque homini applicantur, ut:

ΕΚ ΔΕΚΑΠΕΝΤ' ΑΝΔΡΩΝ ΦΟΙΒΟΥ ΣΤΕΦΑ-
ΝΗΦΟΡΟΣ ΙΡΕΥΣ
ΚΡΕΣΚΕΝΣ, &c.

Ut autem ſuprà vidimus *Sacerdotes Auguſtorum*, a *Stephanephoris* ipſorum diſtinctos, ſicut & *Aſiarchas* a *Stephanephoris*; ita & *Strategos*, & *Archiereis* a *Stephanephoris* diverſos conſpicimus, in hac ſequenti inſcriptione, in nummo Trajani Decii: ΕΠΙ ϹΤΡ. ΑΦΦΙΑΝΟΥ Β. ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. ϹΤΕΦΑΝΗ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. *Sub Prætore Aphiano iterùm, Pontifice Primo iterum, Stephanephoro Magnetum.* cui ſimilem nummum exhibet Illuſtris Ez. Spanhemius (pag. 221, 222. De Uſu ac Præſtantia Numiſmatum) & cum hac inſcriptione: ΕΠΙ ΑΥΡ. ΑΠΦΙΑΝΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΑΡΧΙ. ΚΑΙ ϹΤΗΦΑΝΗΦΟΡΟΥ ΜΑΙΟΝΩΝ *Sub Aurelio Aphiano Athenæo, Pontifice & Stephanephoro Mæoniorum.*

Dubitat Ill. Spanhemius, annon in priori loco adducta inſcriptione, æque atque in poſteriori, legendum ſit ΜΑΙΟΝΩΝ loco

loco ΜΑΓΝΗΤΩΝ. *Eadem nempe* (ait) *in utroque ſymbola hinc Decii Imperatoris, illinc vero Bacchi & Ariadnes in Bigis Pantherarum, niſi quod Regius nummus præeuntem inſuper habeat Cupidinem, epigraphen vero accurate mihi inſpectam* ΕΠ. ΑΥΡ. ΑΠΦΙΑΝΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΑΡΧΙ. ΚΑΙ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ ΜΑΙΟΝΩΝ. Ad quos igitur illum nummum, non vero ad Magneſios, refert. P. Harduinus tamen, quantumvis alias valde in lectione prioris, neque immeritò, a Triſtano diſcrepet; tamen cum ipſo circa lectionem illam ΜΑΓΝΗΤΩΝ plane concordat. At ſive in ambobus ΜΑΙΟΝΩΝ, ſive in priori ΜΑΓΝΗΤΩΝ legendum ſit; hoc tamen manet, in utroque ἀρχιερέα, ſeu *Pontificem*, a *Stephanephoro*, ratione ſacerdotii, quamvis in uno eodemque homine concurrant, diſtingui: diverſumque ibi hunc ab illo fuiſſe. Adde quod Mœonia (quo nomine olim Lydia veniebat) non urbs aliqua ſed regio erat, in eaque Magneſia ſita neque procul a Sardi, quæ olim Lydiæ caput erat.

Hinc certe, facile fieri potuit, ut fere eodem tempore, ſeu ſub hoc eodem Imperatore, idem fere munus nunc nomine Magneſiorum (ut qui tantæ conſiderationis in Mæonia, ſeu Lydia, eſſent) nunc vero nomine τοῦ κοινοῦ τῶν Μαιόνων obtinuerit, idemque pene, nummus cuſus fuerit. Sardiani ſatlem, ut ut ſibi & ἀρχιερέα, & quandoque ἀσιάρχην habuerunt; attamen quod ego ſciam ipſorum, in nummis aut marmoribus, *Stephanephorum* non reperimus; quamvis ſe πρώτην Ἀσίας Λυδίας μητρόπολιν inſcriberent: quod de Chio tamen nobis occurrit, in nummo illo, qui exhibet, ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ ΧΙΟΣ.

Ex modo allatis, itaque, videmus στεφανηφόρους peculiare huic illive urbi Sacerdotium obiiſſe. At eruditiſſimus Reineſius iſtud munus (Claſſis I. n°. 72. Inſcriptionum) ad magiſtratus politicos refert. Ita enim ille ibi: *Cum Stephanephororum, ut ſupremorum Harmoſtarum & Judicum di-*

 *gnitas*

*gnitas diverſis Aſiæ urbibus, Magneſiæ, Smyrnæ, Sardibus, Tarſo: item* στρατηγοὶ & ἐπίτροποι τῆς στρατηγίας *multis fuerunt communes*, &c. Hæc enim munera ad magiſtratus politicos pertinent.

De *Strategis* ſtatim loquemur latius; nunc pauca hîc de *Harmoſtis* addam.

Conſtat ſane eruditis, ex Xenophonte, aliiſque; quin & ex Heſychio atque Harpocratione, quali munere, ac quorum mandatu, hi *Harmoſtæ* functi fuerunt. Ita enim de ipſis Heſychius: Ἁρμοστὴς ὁ πεμπόμενος ἐπιμελητὴς εἰς ὑπήκοον πόλιν. quod Harpocration clarius explicat, dum ait: Ἁρμοσταὶ, οἱ ὑπὸ Λακεδαιμονίων εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἐκπεμπόμενοι.

Erant namque Lacedæmoniis proprii, non aliis, iſta appellatione ac munere; ac quidem rectores urbium devictarum, quas, & ſubſidio militum, gubernabant. Verum alio cum munere & *Strategi* (cùm Smyrnæ, tum Magneſiæ, tum & in aliis civitatibus) & ἄρχοντες, & ἡγεμόνες, & γραμματεῖς, coloniis, & maxime urbibus quæ ſui juris erant, præfuerunt. Sic etenim, ut magiſtratus politicus οἱ γραμματεῖς Magneſiæ ad Mæandrum, οἱ στρατηγοὶ Magneſiæ ad Sipylum, moderabantur.

Quo autem ſub titulo Regiminis politici, Themiſtocles rexerit urbes iſtas quas a Perſarum Rege acceperat, interque illas Magneſiam, mihi incognitum eſt. hoc tamen ſatis clarum eſt, eum ut *Stephanephorum*, (adeoque ut Sacerdotem) feſtis ibi moderatum fuiſſe; atque ut ἄρχοντα, (quacunque demum ſub appellatione, regimini, ſaltem iſtius urbis, præfuiſſe. Quod ex Pauſaniæ his verbis liquet: Μαγνῆτες γὰρ ὧν ἦρχε Θεμιστοκλῆς, λαβὼν παρὰ βασιλέως, Λευκοφρύνην Ἄρτεμιν ἄγουσιν ἐν τιμῇ.

Utramque autem Magneſiam στεφανηφόρῳ gaviſam arguit illa, quam ex Harduino (prius tamen a Triſtano exhibitam) adduxi,

duxi, inſcriptio: quod patet ex στρατηγῷ ibi comparente; ut qui ad Magneſiam ſub Sipylo ſpectat. An autem cum ſimul ibi ἀρχιερεὺς ac στεφανηφόρος eſſent, ὁ ἀρχιερεὺς ordinarius ipſorum Pontifex fuerit; ὁ στεφανηφόρος vero, quando jam iſta duo munera ſimul obtinerent, pro *Flamine Auguſtorum* (forſan & pro *Sacerdote Neocoro*) fuerit, eruditioribus dijudicandum relinquo.

Ludis autem illos ac Certaminibus præfuiſſe, ac quidem ſeze ut Sacerdotes *Neocoros*, non obſcure videtur indicare hæc ſequens inſcriptio, quæ apud Sponium parte I. pag. 416. hoc modo habetur:

ΜΝΗΜΑ ΜΟΝΟΜΑΧΙΔΩΝ
ΔΟΘΕΝΤΩΝ ΥΠ. ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ
ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ ΔΙΟΚΛΕΟΥΣ
ΤΟΥ ΔΙΟΚΛΕΟΥΣ ΤΟΥ
ΜΗΤΡΟΦΙΛΟΥ

Quod marmor facit firmandæ illi opinioni, quæ ſuſtinet illos etiam, aut *Flamines*, aut *Neocoros* Sacerdotes, aut *Sacerdotales* præſides (ut Tertullianns loquitur) fuiſſe.

Interim iſtud ΥΠΟ etiam indicare non obſcure videtur, eam ἐπωνυμίαν, quam jam ſupra ex Platonis, ac Philoſtrati, verbis, cum apud Smyrnæos, tum apud Magneſios, obtinuiſſe vidimus: ſicut idem quoque claret ex marmore iſto, quod in Miſc. Erud. Antiq. pag. 353. (ex templo Bacchi Briſæi) inter alia habet, ΕΠΙ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ ΤΙ. ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΒΙΩΝΟΣ, tum &, paulò inferius, ΕΠΙ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ ΚΟΣΚΟΝΙΑΣ; qui annis aliquot interpoſitis (prior ſcilicet Tito VIII. & Domitiano VII. Coſſ. poſterior ſub eodem Domitiano IX. & Rufo Coſſ.) *Stephanephori* ac *Præſides Synodi myſtarum*, apud Smyrnenſes fuiſſe viden-

 tur;

tur; ac quidem *Bacchi Briſæi.* De quibus, horumque ſimilibus myſtis ſtatim, ex alia occaſione aliquid addam; poſtquam hîc paucula de ἐπωνύμοις, ſive *annuis Stephanephoris* ſubjunxero.

Hos igitur ita *annuos* fuiſſe clareſcit ulterius ex iſto marmore, quod apud Reineſium Claſſis II. nº. 68, & inter Oxonienſia nº. XXIX. habetur: ubi inter inſtauratores Templi Nemeſeon (niſi ibi ἀγωνοθέτης Νεμέσεων legendum ſit) occurrit ΘΕΥΔΙΑΝΟΣ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ Β. *Theudanus Stephanephorus ſecundùm*, ſeu *ſecunda vice*. Sicut & in hoc ſequenti, (quod apud Reineſium Cl. I. nº. 72, inter Oxonienſia nº. CXXIX. habetur) mihi *Portius Domitius tertiùm*, ſeu *tertiâ vice*, *Stephanephorus venit*. Quantumvis Doctiſſimi viri Reineſius ac Prideaux hîc *Gajum* aut *Gnejum Domitium* legere videantur; dum illud Γ quod poſt ΣΤΕΦΑΝΗΦΡΟΥΝΤΟΣ ſequitur, pro *Portii Domitii Cleodemi* prænomine ſumunt, *tertiæque vicis* nullam mentionem faciunt. Sed ipſum illud marmor hîc pro parte repræſentemus; ut inde melius judicium feratur.

ΓΕΣΣΙΟΣ
ΦΛΑΚΚΟΣ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ
ΕΠΙ . ΤΩΝ . ΟΠΛΩΝ
ΗΡΑΚΛΕΙ . ΟΠΛΟ
ΦΥΛΑΚΙ
ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥΝ
ΤΟΣ Γ. ΠΟΡΚΙΟΥ ΔΟ
ΜΙΤΙΟΥ. ΚΛΕΟΔΗΜΟΥ
ΦΛΑΟΥΙΑΝΟΥ . ΝΕΟΥ
ΣΑΓΑΡΕΙΤΟΥ, &c.

Nam

Nam firmiter mihi perſuadeo illud r. æque hic denotare τρίτων, ſeu *tertium* quam iſtud B de *Theudiano*, *ſecundùm*.

Quæ modo de annuo *Stephanephororum* regimine dixi firmantur & inſcriptione nunc ſequenti; quamque Venetiis nactus Celeberrimus Car. Patinus, ſimul cum commentariolo, eximio ſane, erudito orbi communicavit. Scripturam ipſam, ſeu characterum ductum, aut formas, hic non exhibeo: quod novi characteres ad id eſſent ſculpendi ac fundendi; vel ipſa inſcriptio (ſicut Patinus id ut fieret curavit) æri incidenda eſſet. Illa autem ita habet:

ΑΥΡΗΛΙΑ ΤΡΥΦΑΙΝΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΕΠΕΣΚΕΥΑΣΕ
ΤΟ ΠΡΟΓΟΝΙΚΟΝ ΗΡΩΟΝ ΑΥΤΗ ΚΑΙ ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΙΣ
ΑΥΤΗΣ ΚΑΙ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙΣ ΚΑΙ ΑΝΤΩΝΙΩ ΜΕΛΙΤΙ
ΝΩ ΜΕ
ΤΑ ΤΗΣ ΓΥΝΑΙΚΟΣ ΟΜΟΙΑΣ ΚΑΙ ΤΕΚΝΩΝ ΑΥΤΩΝ
ΚΑΙ ΠΑΜ
ΦΙΛΟΥ ΜΟΝΟΥ ΟΝΗΣΑΜΕΝΗ ΤΟ ΚΑΙΝΟΝ ΑΓΓΕΙΟΝ ΠΡΟ
ΚΟΝΝΗΣΙΟΝ ΤΟ ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΣΩΛΑΡΙΟΥ ΜΕΔΕΝΟΣ ΕΧΟΝ
ΤΟΣ ΕΞΟΥΣΙΑΝ ΕΤΕΡΟΥ ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΙΝΟΝ ΑΓΓΕΙΟΝ
ΤΕΘΗΝΑΙ Η ΜΟΝΗΣ ΤΗΣ ΤΡΥΦΑΙΝΗΣ ΟΜΟΙΩΣ ΜΗ
ΔΕ ΕΙΣ ΤΟ
ΕΤΕΡΟΝ ΑΓΓΕΙΟΝ ΤΟ ΠΡΟΓΟΝΙΚΟΝ ΜΗΔΕ ΑΠΑΛΛΟ
ΤΡΙΩΣΑΙ
ΤΟ ΗΡΩΟΝ ΩΣ ΕΑΝ ΤΙΣ ΠΑΡΑ ΤΑΥΤΑ ΤΟΛΜΣΗ
ΠΟΙΗΣΑΙ
ΑΠΟΤΕΙΣΕΙ ΜΗΤΡΙ ΘΕΩΝ ΣΙΠΥΛΗΝΗ ΔΗΝΑΡΙΑ ΔΙΣ
ΧΕΙΛΙΑ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑ ΤΑΥΤΗΣ ΤΗΣ ΕΠΙΓΡΑΦΗΣ
ΑΠΟΚΕΙΤΑΙ ΤΟ ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ ΕΙΣ ΤΟ ΑΡΧΕΙΟΜ ΑΠΟ
ΤΕΘΕΝ
ΕΠΙ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ ΑΙΛΙΟΥ ΒΙΩΝΟΣ, ΜΗΝΟΣ ΤΡΙΤΟΥ

*Aure-*

*Aurelia Tryphæna Alexandri F. inſtauravit*
*Hoc avitum monumentum, ſibi & Hæredibus ſuis*
*Et libertis, & Antonio Melitino, cum ejus uxore ſimiliter*
*Et filiis eorum, & Pamphilo ſolo, cum emiſset novum*
*Vas Proconneſium, ſitum juxta ſolarium, nullo alio habente*
*Facultatem, ut ponatur novum vas, niſi ſola Tryphæna:*
*Et pariter nec in aliud vas avitum; neque ut alienet*
*monumentum.*
*Ut ſi quis auſus fuerit præter hæc facere, pro*
*mulcta pendat Matri*
*Sipylenæ denariorum duo millia & quingentos. Hujus*
*Inſcriptionis ſervetur exemplar in Archivis repoſitum,*
*tempore*
*Stephanephori Ælii Bionis, menſe tertio.*

Ad quem poſtremum verſum Patinus hæc ſequentia notat: *Stephanephororum genus duplex erat: alii tam magiſtratuum cenſuræ quam Deorum Sacris, annis ſuis electi præerant: alii exuta poſt elapſum annum dignitate profana, ſeu administratione civili, perpetuò tamen manebant Sacerdotes honorarii: utrique autem Stephanephori nuncupati, quod univerſis iiſque ſolis coronam lauream geſtare fas erat.*

Unde autem hoc *duplex Stephanephororum genus* hauſerit Eruditiſſimus Patinus, fateor me plane ignorare; quo nempe per annum quidem Magiſtratus Politici, ac Stephanephori ſimul eſſent (ſi bene ipſum capio:) ac poſt annuum iſtud regimen politicum, porrò *perpetuo manerent Sacerdotes honorarii.* Certe exempla illa de Themiſtocle, ac de Lyſia Epicureo, ex Athenæo ſupra allata, tale nil docent: verum tam illa, quam quæ ulterius adduxi plane contrarium ſuadent. Sicut & Sacerdotia, quà talia, ſemper & ubique ab invicem diſtincta fuere: neque ullus, quod ſciam, apud Græcos, aut Romanos, inde quod magiſtratu politico gauderet,

deret, inde ſimul Sacerdos quoque factus fuit; aut quod Sacerdotio donatus eſſet inde magiſtratus politicus (ſub quocunque tandem nomine) ſimul fuit: quamvis cum inter Romanos tum inter Græcos multoties acciderit, ut unus idemque ſimul pluribus muneribus politicis, ac pariter (uno eodemque tempore) pluribus ſimul Sacerdotiis fungeretur.

Neque vox illa ἀρχὴ apud Philoſtratum; unde forſan potiſſimum hanc opinionem hauſit; (nempe ubi is, de Heraclide ait: καὶ ϛεφανηφόρον ἀρχὴν παρ' αὐτοῖς ἦρξεν) tale quid ullo modo evincit: quum apud Smyrnenſes, (de quibus ibi Philoſtratus loquitur) *Stephanephori* non magis eſſent magiſtratus politicus, quam ἀρχιερεῖς atque ἀσιάρχαι; quorum amborum appellatio quoque ἀρχὴν includit, præterquam quod Athenæus exſertè iſtud ſacerdotium ἀρχὴν appellet. Quibus addendum, ibi (apud Smyrnenſes nempe) & ϛρατηγὺς, & ἀνθυπάτυς & alios quoque, regimen politicum obtinuiſſe, ac ſolùm qua tales; hincque ipſorum nomina frequentius quam illa τῶν ϛεφανηφόρων, aut ἀρχιερέων, aut ἀσιάρχων in Smyrnenſium nummis comparere.

Ad illa autem poſteriora verba Platonis de Magneſiis hîc infra repetita, crediderim eruditiſſimum virum, eò oculos potiſſimum intendiſſe. At ſi illa Platonis verba curatius paulo perpendantur nihil minus, meo judicio, in ipſis reperimus. Ut autem iſtud clarius pateat, repetamus huc verba illa Platonis ad quos maxime mihi Patinus reſpexiſſe videtur: *His igitur qui totius civitatis cenſenſu omnibus præpoſiti, donec vixerint primi conſeſſus ſemper in omnibus ſolemnitatibus præbeantur. Et quandocunque ad communia Græcorum Certamina ac Ludos Architheoros mittere a Civitate neceſſe eſt, ex iſtis mittantur. Hi ſoli in civitate corona laurea coronentur; hi SOLIS & APOLLINIS ſacerdotes ſint. Archiereus ſeu Pontifex etiam Summus* [*NB*] *ſingulis annis ex his ille ſit, qui ſuperiori anno cæteris ex-*

 *celluiſſe*

*celluiſſe Sacerdotibus judicabitur. Hujus nomine quouſque civitas habitabitur, tempora diſtinguantur.*

Videmus ſane hîc Sacerdotes *laurea corona* coronatos, ex iiſque Summum Sacerdotem electum qui revera & unicus hîc *Stephanephorus* erat: licet & illi ex quibus iſte eligebatur, quoque *coronam lauream* geſtarent: cum appellatio iſta ac munus *Stephanephori* non ſimpliciter ad coronam (quin nihil minus) ſed ad *Sacerdotium* illud *Summum* pertineant. Ac certe, cum apud Tarſenſes lauream quidem, ſed ex auro confectam, Lyſias ille coronam geſtarit; Arrianuſque de *aurea corona* loquatur; & *coronæ aureæ* ſecundum Tertullianum (de Idololatria) *Sacerdotum Provincialium* eſſent; ſummique Sacerdotis, præter alia, hæ geſtamen atque indicium eſſent; ratione coronæ iſtius nimus quam opportuit de *Stephanephoris* dixit Patinus: ſicut contra nimis, quod illorum duplex genus fecerit, unumque illorum perpetuum: quum per illos, cum apud Magneſios, tum apud Smyrnenſes, tum & alibi, *anni* ſignarentur: ac contra alii ἀρχιερεῦσι (uti oſtendimus) & Flamines ſæpius perpetui; quin & hæreditarii [quod de ἀρχιερεῦσι dictum ſit] eſſent ac permanerent. Quod autem clare indicat, hunc *Ælium Bionem*, (cujus *Stephanephoriæ* occaſione iſta notat Celeberrimus Patinus) *Stephanephorum annuum* fuiſſe, eſt, quod etiam in iſta poſtrema inſcriptionis linea addatur illud ΜΗΝΟΣ ΤΡΙΤΟΥ; quum & integra linea habeat:

ΕΠΙ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ ΑΙΛΙΟΥ ΒΙΩΝΟΣ ΜΗΝΟΣ ΤΡΙΤΟΥ

Quæ non tantum probant, ipſum *annuum Stephanephorum* fuiſſe; verum & *tertio menſe* iſtius annui regiminis hanc inſcriptionem (aramve ita inſcriptam) fuiſſe dedicatam.

Ut autem Tarſenſium *Stephanephorus* Sacerdos Herculis erat,

erat, Magneſiorum vero Apollinis ac Solis; Nicopoleos verò (ſub Cæſaribus ſaltem). ſicut & ille Lampſacenorum [de quo inſcriptio illa, quæ incipit ΙΟΥΛΙΑΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝ ſuprà allata fuit] *Auguſtorum*, ut & *totius ipſorum familiæ*; ſic apud Smyrnenſes iſte videtur fuiſſe Sacerdos *Bacchi Briſei.* quod tum ex iſta inſcriptione, quam ſuperius citavi, ob *Claudium Bionem* & *Coſconiam*, non obſcure pateſcit; quatenus illi in ea Præſides ac capita ibi nominatorum Agonothetarum, Xyſtarcharum, Patromyſtarum, &c. videntur fuiſſe; adeoque principes *myſtarum Dionyſii*, ſeu *Bacchi Briſei:* tum & ex illa hìc ſequenti, quam Ampliſſimus Giſbertus Cuperus primus orbi erudito publicè communicavit: niſi (ut obiter jam ſupra me monuiſſe puto) ibi *Marcus* iſte *Aurelius Neocorus* quidem *Auguſtorum*, at non ſimul ipſorum *Stephanephorus* fuerit.

Si igitur hoc minus verum appareat: certe liquere videtur, cum cum eſſet *Bacchus*, ſeu Sacerdos, *Bacchi Briſei*, eum etiam æque atque illos, quos modo nominavi, fuiſſe Præſidem Myſtarum iſtius *Bacchi.* quamquam exiſtimem, illum & ſimul *Auguſtorum Stephanephorum* (pro *Flamine*) æque ac *Neocorum* ipſorum fuiſſe: quod Sacerdotia illa quidem aliàs ab invicem ſeparata, tamen iiſdem dicari potuerint: uti ex aliis exemplis liquet; ac jam ſuprà tale exemplum attulerim, in modo memorata de Julia Auguſta inſcriptione.

Verum iſta ab Ampl. Cupero publicata inſcriptio nunc, & ob alia, nobis huc jam adducenda videtur. Illa igitur ita habet:

Η . ΙΕΡΑ . ΣΥΝΟΔΟΣ . ΤΩΝ . ΠΕ
ΡΙ . ΤΟΝ . ΒΡΕΙΣΕΑ . ΔΙΟΝΥΣΟΝ
ΤΕΧΝΕΙΤΩΝ . ΚΑΙ . ΜΥΣΤΩΝ
ΜΑΡΚΟΝ . ΑΥΡΕΛΙΟΝ . ΧΑΡΙΔΗΜΟΥ
ΙΟΥΛΙΑΝΟΝ . ΤΟΝ . ΔΙΣ . ΑΣΙΑΡΧΗΝ
ΚΑΙ . ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΝ . ΚΑΙ . ΝΕΩΚΟ
ΡΟΝ . ΤΩΝ . ΣΕΒΑΣΤΩΝ . ΚΑΙ . ΒΑΚΧΟΝ
ΤΟΥ ΘΕΟΥ. ΔΙΑ. ΤΕ ΤΗΝ. ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΘΕ
ΟΝ. ΕΥΣΕΒΕΙΑΝ. ΚΑΙ. ΤΗΝ. ΠΡΟΣ. ΤΗΝ
ΠΑΤΡΙΔΑ. ΕΝ. ΠΑΣΙΝ. ΕΥΝΟΙΑΝ. ΚΑΙ. ΔΙΑ
ΤΟ . ΜΕΓΕΘΟΣ . ΩΝ . ΑΥΤΗ . ΚΑΤΑΣΕΥΑ
ΖΕΙ. ΕΡΓΩΝ. ΚΑΙ. ΔΙΑ. ΤΗΝ. ΠΡΟΣ. ΑΥΤΟΥΣ
ΔΙΑΘΕΣΙΝ
ΤΑΜΙΕΥΟΝΤΟΣ . ΜΗΝΟΦΙΛΟΥ . ΜΗΤΡΟ
ΦΑΝΟΥΣ . ΑΜΕΡΙΜΝΟΥ . ΕΡΓΕΠΙΣΤΑΤΗ
ΣΑΝΤΟΣ . ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΟΥ . ΦΟΙΒΙΩΝΟΣ
ΠΑΥΛΟΥ

De *Myſtis Bacchi Briſei* in hac inſcriptione nominatis aliquid dicendi alia occaſio occurret, ubi de *Hierophantis* loquar: nunc ſolum aliquid adjungam de *Technitis*, ſive *Artificibus*, ſcenicis huic Deo ſacratis: qui, ſicuti videmus, hîc ſimul cum *Myſtis* iſtam *Synodum* conſtituerant.

De τεχνίταις ſive *Artificibus Dionyſiacis* hiſce, loquitur Philoſtratus, in vitis Sophiſtarum, libro I. ubi ipſi de *Euodiano* ſermo eſt, hoc modo: Αἱ δὲ οἴκοι τιμαὶ εἰς τοὺς ἀρχιερέας ἐστεφανημένους ἐπὶ τῶν ὅπλων· τὰ δὲ φωνῆς ἆθλα εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ τὸν ἐκεῖθεν θρόνον· ἐπιταχθεὶς δὲ καὶ τοῖς ἀμφὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις (τὸ δὲ ἔθνος

ἔθνος τῦτο ἀγέρωχοι καὶ λεπτοὶ ἀρχθῆναι) ἐπιτηδειότατος ἡ ἀρχὴν ἔδοξε, καὶ κρείττων ἢ λαβεῖν αἰτίαν. Quæ ibi a Morellio vertuntur: *Familiæ vero honos, ipſum inter Pontifices, armisque bene geſtam coronatos collocabant. Præmia vero vocis Romam eum adduxerunt, & magiſterium inde reportandum. Hic cùm Artificibus Dionyſiacis præfectus eſſet (hæc vero gens ſuperba imprimis, & ad obtemperandum parum propenſa) aptiſſimus ad hujuſmodi præfecturam viſus eſt, & omni crimine ſublimior.*

Certe *Arma*, quam recte hîc locum obtinere queant, ſi bene vertere velimus hæc Philoſtrati verba, non video. Legendum namque, meo judicio, hîc eſt, εἰς τὺς Ἀρχιερέας καὶ vel καὶ τὺς ςεφανημένυς ἐπὶ τ ὅπλων; qui ςεφανημένοι &c. hic ςρατηγοὶ ἐπὶ τ ὅπλων intelligendi ſunt. Utrumque autem munus ſæpius uno eodemque tempore, in uno eodemque homine, concurrere, ex iis tum quæ de ἀρχιερεῦσι dixi, tum quæ de ςρατηγοῖς adhuc infra latius differenda ſunt, ſatis clarum fit. Porrò hos *Strategos*, (ut hæc breviter ſubjungam) etiam Ariſtoteles, VIII. politicor. inter magiſtratus politicos (non militares) numerat: ſicut & noſter Philoſtratus. Primùm namque, ubi de *Apollonio Athenienſi* loquitur, de ipſo ait: Τὴν ἢ ἐπώνυμον, καὶ τὴν τ ὅπλων ἐπεςράτη. καὶ τὰς ἀνακτόρων φωνὰς ἤδε γέρασκων. Quas ἀνακτόρων φωνὰς ad ὑμνῳδίας Deorum ſpectare mihi perſuadeo; & ad ὑμνῳδὺς, qui in Templis Deorum laudes hymnoſve canebant: quales & corpus quoddam conſtituiſſe, (unde & συνυμνῳδοὶ) infra latius patebit. τὰ Ἀνάκτορα autem eſſe Templa Deorum oſtendit cum Heſychius per hæc, Ἀνακτόρων ναῶν & Ἀνάκτορον τὸ τῆς Δήμητρος ὁ καὶ Μέγαρον καλῦσι, ὅπυ τὰ ἀνάθηρα τίθεται tum & Suidas per iſta. Ἀνάκτορα, τὰ ἱερά. & ἀνακτόρον ἱερὸν· καὶ ἀνακτόρων ἱερατείαν. Ἱερατείαν autem *Sacerdotium* denotare nemo neſcit. Adeo ut inde concludendum videatur hunc Apollonium, in ſenectute τοῖς ὑμνῳδοῖς præfuiſſe.

Verum, ut rurſus me ad στρατηγοὺς convertam, illos Philoſtratus, ſecundo loco (de Lolliano) ita deſcribit: Λολλιανὸς δὲ ὁ Ἐφέσιος προὔστη μὲν τῆς Ἀθήνησι θρόνου, προὔστη δὲ καὶ τοῦ Ἀθηναίων δήμου, στρατηγήσας αὐτοῖς τὴν ἐπὶ τῶν ὅπλων [ſubintellige ἀρχήν.] ἡ δὲ ἀρχὴ αὕτη πάλαι μὲν κατέλεγέ τε καὶ ἐξῆγε ἐς τὰ πολέμια· νυνὶ δὲ τροφῶν ἐπιμελεῖται καὶ σίτου ἀγορᾶς. Athenienſium, porrò, magiſtratus *coronigeros* fuiſſe docent nos ſatis bene hæc Tertulliani, De Corona, (cap. XIII.) verba: *Coronant & publicos ordines laureis publicæ cauſæ: Magiſtratus vero inſuper aureis, ut Athenis & Romæ.*

Præterea (ut ad τεχνίτας Διονυσιακοὺς deveniam) hæc verba, Τὰ δὲ φωνῆς ἆθλα ἐς τὴν Ῥώμην, καὶ τὸν ἐκεῖθεν θρόνον: ſupple ἀνῆγεν, quod, ex ſuperiori repetendum. Hæc etenim præceſſerant: Εὐοδιανὸν δὲ τὸν Σμυρναῖον, τὸ μὲν γένος, ἐς Νικήτην τὸν σοφιστὴν ἀνῆγεν. poſt quæ tunc illa a nobis adducta verba, αἱ δὲ εἴκοσι τιμαὶ ἐς τοὺς Ἀρχιερέας &c. ſequuntur.

Videndum igitur nunc, quid denotent hæc φωνῆς ἆθλα; quæ certe ſpectant ad *Agones Muſicos*, quos Græcia primùm ad Romanos, ſeu Latinos traduxit.

Notentur modò illa, quæ Suetonius (ne ulterius excurram) in Neronis vita, cap. 20.21.22. & 23. narrat; ut cap. XX. *Nec contentus harum artium experimenta Romæ dediſſe, Achaiam, ut diximus petit, hinc maxime motus: Inſtituerant civitates, apud quas Muſici Agones edi ſolent, omnes citharædorum coronas ad eum mittere, &c.* Et jam cap. XII. de eodem Nerone dixerat: *Inſtituit & quinquennale certamen primus omnium Romæ MORE GRÆCO triplex, Muſicum, gymnicum, & equeſtre, quod appellavit NERONIA.*

Hæc tamen Muſica & aliis certaminibus alibi, quandoque in Græcia, junctos fuiſſe, neque ſemper Gymnicis atque equeſtribus, oſtendunt hæc Pauſaniæ (in Corinthiacis) verba: Πλησίον δὲ αὐτοῦ Διονύσου ναὸς Μελαναίγιδος. Τούτου μουσι-

κῆς

κῆς ἀγῶνα κατ' ἔτος ἕκαστον εἰσάγουσι, καὶ ἁμίλλης κολύμβου καὶ πλοίων τιθέασιν ἆθλα. *Juxta id Liberi* (ſeu Bacchi) *Melanægidis ædes eſt. huic quotannis muſici ludi, ſeu certamina, fiunt; & natandi, ac certatim remigandi præmia proponuntur.*

Hiſce autem muſicis artificibus certaturis, præter Agonothetas (de quibus latius infrà) aliqui præerant, qui ipſos docebant atque exercebant; ſicut id videmus in διδασκάλοις, νομοδείκταις & φωνάσκοις aliiſque; de quibus etiam aliquid infra dicam: niſi quod hæc de Phonaſcis, eodem ex Suetonio, modo dictis adjuncta velim. Is, nempe, ubi de ſtudio conſervandæ vocis a Nerone adhibito, cap. XXV. loquitur, ita habet: *Ac poſt hoc tantum abſuit a remittendo laxandoque ſtudio; ut conſervandæ vocis gratiâ, neque milites unquam, niſi abſens, aut alio verba pronuntiante, appellaret: neque quicquam ſerio jocove egerit, niſi adſtante PHONASCO, qui moneret, parceret arteriis; ac ſudarium ad os applicaret.*

Apud Græcos autem in *Odeis*, quin & in Theatris, muſicos agones peragebant; uti tam Plutarchus, in Vita Periclis, quam etiam Heſychius, oſtendunt; qui poſterior: Ὠδεῖον, τόπος, ἐν ᾧ πρὶν τὸ θέατρον [Athenis nempe] κατασκευασθῆναι, οἱ ῥαψῳδοὶ καὶ οἱ κιθαρῳδοὶ ἠγωνίζοντο: quæ hiſce Plutarchi verbis firmari videntur: Ἐθεῶντο δὲ καὶ τότε καὶ τὸν ἄλλον χρόνον, ἐν Ὠδείῳ τοὺς μουσικοὺς ἀγῶνας: quum Romæ id in theatris fieret, illique qui ibi canebant non tam decertarent, quam pretio conducti ibi populum oblectarent. Hinc enim iſtud Juvenalis:

*Si gaudet cantu nullius fibula durat*
*Vocem vendentis Prætoribus.*

In majori quidem honore fuiſſe hos τεχνίτας apud Græcos quam quidem apud Latinos, indicare videntur, cum illa

jam

jam ſuprà allata; tum & hæc ſequens inſcriptio, apud J. Sponium, Itinerarii tomo 2. pag. 350. reperiunda:

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
ΑΔΡΙΑΝΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΟΛΥΜΠΙΟΝ
ΘΑΣΙΟΙ
ΔΙΑ ΠΡΕΣΒΕΥΤΟΥ ΚΑΙ
ΤΕΧΝΕΙΤΟΥ ΞΕΝΟΦΑΝ
ΤΟΥ ΤΟΥ ΧΑΡΙΤΟΣ
ΕΠΙ ΙΕΡΕΩΣ ΚΛ. ΑΤΤΙΚΟΥ

Ubi idem Sponius (quam bene, judicent eruditi) vertit Gallice, *Maître ouvrier*: quaſi ille, qui hic ſive aræ, ſive ſtatuæ ponendæ *curator* fuit, mechanicus aliquis artifex fuiſſet.

Hîc autem, ut ad τεχνίτας revertar, *Xenophantes Artifex* non ſolum, verum & legatus audit: ſicut ſcenici iſti Artifices *Bacchi Myſtis*, ut ſupra vidimus, junguntur; quibus & ipſi Imperatores Romani ſcribere non dedignantur.

Apud Latinos vero (ſive Romanos) quanta in exiſtimatione *ſcenici* fuerint, vel ſolus Tertullianus nos ſatis docere queat; dum libro de Spectaculis, cap. 22. ita loquitur: *Etenim ipſi auctores & adminiſtratores* [Prætores ſc. Ludorum editores] *ſpectaculorum quadrigarios, SCENICOS, Xyſticos, harenarios illos amentiſſimos, quibus viles animas fœminæ, aut illi qui corpora ſua ſubſternunt, propter quos in ea committunt, quæ reprehendunt, ex eadem parte qua magni faciunt, deponunt & deminuunt, imò manifeſte damnant ignominiæ, & capitis minutione, arcentes curia, roſtris, ſenatu, equite, ceteriſque honoribus omnibus ſimul & orna-*

*& ornamentis. Quibus quanta perverſitas. Amant quos multant, depreciant quos probant. Artem magnificant, artificem notant.*

Neque aliter Juriſconſulti: uti conſtat ex LIII. tit. 2. ff. De his qui infamia notantur: *Qui artis ludicræ, pronuntiandive cauſa in ſcenam prodierit.* Ad quæ Ulpianus *Prætor* &c. *Scena eſt, ut Labeo definit, quæ ludorum faciendorum cauſâ, quolibet loco, ubi quis conſiſtat moveatque, poſita ſit in publico, privato, vel in vico, quo tamen loco paſſim homines ſpectaculi cauſa admittantur. eos enim qui quæſtus cauſâ in certamina deſcendunt, & omnes PROPTER PRÆMIUM in ſcenam prodeuntes famoſos eſſe Pegaſus, & Nerva filius reſponderunt.* Hinc & Cod. lib. XI. tit. XL. leg. 4. habemus:

*Impp. Theodoſius Arcadius & Honorius Augg. Rufino P. P.*

*Si qua in publicis porticibus, vel in his civitatum locis in quibus noſtræ ſolent imagines conſecrari, pictura pantomimum veſte humili & rugoſis ſinibus agitatorem, aut vilem afferat hiſtrionem, illico revellatur: neque unquam poſthac liceat, in loco honeſto inhoneſtas adnotare perſonas. In aditu vero Circi, vel in theatri proſceniis, ut collocentur non vetamus. Datum* 8. *Id. Auguſti Conſtantinopol. Honorio VIII. & Theodoſio III.* A. A. *Conſſ.* 409.

Ad quam legem hæc ſequentia Cujacius notat: *Scenici a Græcis appellantur Thymelici, velut mimi, hiſtriones cantores, Ludiones. Hos conſtat eſſe famoſos, & a tribu moveri. Specialiter Thymelici dicuntur cantores, qui modos faciebant & ſaltabant. Hi non ſunt famoſi. & hos videntur intellexiſſe Græci* L. 4 D. *de his qui. no. inf. qui ita vertunt:* οὐκ ἐςὶ παιδικὴ τέχνη οὐδὲ ἀτιμοποιὸς ἡ τῶν ἀθλη-

τῶν καὶ τῶν λεγόντων ἐν τοῖς Ὀλυμπίοις τὰ ἆθλα, καὶ τῶν ἐν ξυστῷ ἀγωνιζομένων, &c.

Videmus itaque (& tamen commoda diſtinctione facta) apud Græcos ejuſmodi homines minus infames fuiſſe [ſicut ipſi Romani quoque inter *famoſos* ſive *infames*, & *inhoneſtos* diſtinguebant; ſicut etiam, ut ſupra vidimus, qui pretio conducti talia faciebant.] Ac quandoque, ſub Cæſaribus, qui talibus nimium addicti erant, non tantum *Archimimos* & *Adlectos diurnos*, alioſque hujus farinæ (qui tamen magis iſtis *Myſtis Dionyſiacis*, atque *artificibus ſcenicis*, ſeu τεχνίταις Græcorum affines, ſi non fere iidem, fuiſſe videntur) in honore atque exiſtimatione, inter ludicros fuiſſe liquet. Quod ulterius oſtendi poſſet, ſi hoc præcipue ageremus.

*Myſtis* igitur illis ac τεχνίταις, qui (ſicut ordo Diurnorum ſeu ſcenicorum *adlectorum* ſuum ſibi habebat præfectum) etiam apud Græcos, ut exemplo *Smyrnæorum* nobis liquet, ſuum Præpoſitum, Rectorem, ſeu Magiſtrum, habebant. Unde ille *Euodianus*, cum jam Romæ (ſi rem bene capio) illorum magiſter ſeu præpoſitus fuiſſet [credo iſtorum qui ad ſacros ludos & certamina pertinebant; qui etiam a cæteris, ac quidem conductitiis, diſtinguebantur;] ac ſimul ipſe jam ante præmia vocis reportaſſet; poſt illa, dico, is & *Smyrnæ* ἐπιταχθεὶς τοῖς ἀμφὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις, collegio hujuſmodi præfectus fuit. Sacerdotes interim hi (ſicuti de Xyſticis cæteris videbimus, ipſorumque ἀρχιερεῖ) quoque *Bacchi* erant; collegiumque adeo atque ordinem ſacrum conſtituebant. Quod ex hiſce Athenæi verbis, ubi (lib. 5.) de Athenione ob favorem Mithridatis ſuperbiente, loquitur ulterius perſpicitur: Συνήντησαν δ' αὐτῷ καὶ οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίται, τὸν ἄγγελον τοῦ νέου Διονύσου καλοῦντες, καὶ ἐπὶ τὴν κοινὴν ἑστίαν καὶ τὰς περὶ ταύτην εὐχάς τε καὶ σπονδάς. *Obviam illi proceſſerunt & Artifices Bacchici, JUNIORIS BACCHI*

[Mi-

[Mithridatis] *nuntium eum appellantes, & ad publicum domicilium, & preces libationeſque (ibi) fieri ſolitas advocantes.* Ac paulo poſt: Ἐν δὲ τῷ τεμένει τῶν τεχνιτῶν θυσίαι τε ἐπετελοῦντο ἐπὶ τῇ Ἀθηνίωνος παρουσίᾳ, καὶ μετὰ κήρυκος προαναφωνήσεως σπονδαί. *In Artificum Bacchi luco* (ſeu Templo) *ob Athenionis adventum Sacra fuere facta; quin & prius præclamante præcone, libationes.*

Nec minus, quinam ac quales ad hos *Artifices* pertinuerint nos A. Gellius lib. 20. c. 4. docet, his verbis: *Comœdos quiſpiam & Tragœdos, & Tibicines dives adoleſcens Tauri Philoſophi diſcipulus in deliciis habebat. Id genus enim artifices, Græcè appellantur* οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται. *Eum adoleſcentem Taurus a ſodalitatibus convictuque hominum ſcenicorum abducere volens miſit ei verba hæc ex Ariſtotelis libro exſcripta, qui* προβλήματα ἐγκύκλια *inſcriptus eſt: juſſitque ut ea quotidie lectitaret:* [quæ ad huc reperiuntur Sectione L. n°. 10.] Διὰ τί οἱ Διονυσιακοὶ τεχνῖται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πονηρός εἰσιν. ὅτι ἥκιστα λόγου καὶ φιλοσοφίας κοινωνοῦσι διὰ τὸ περὶ τὰς ἀναγκαίας τέχνας αὐτῶν τὸ πολὺ μέρος τοῦ βίου εἶναι. καὶ ὅτι ἐν ἀκρασίαις τὸν πολὺν χρόνον εἰσὶν, ὅτι δὲ [vel ut Wecheliana editio habet, τὰ δὲ καὶ] ἐν ἀπορίαις. ἀμφότερα δὲ φαυλότητος παρασκευαστικά.

Et hæc quidem de *Scenicis* Græcorum *Ariſtoteles.* Latinorum autem quales (ne Cyprianum, ne Arnobium, ne Lactantium, ne denique Auguſtinum adducam) eos fuiſſe, ratione morum atque actionum, Tertullianus afferat, cum ex jam ſupra allatis ex ipſo, tum ex nunc ſequentibus (ex libri de Spectaculis, cap. 17.) ſat clare comprehendimus. Ita namque is loquitur: *Similiter impudicitiam omnem amoliri jubemur. Hoc igitur modo etiam a Theatro ſeparamur, quod eſt privatum conſiſtorium impudicitiæ: ubi nihil probatur, quam quod alibi non probatur. Ita ſumma gratia ei de ſpurcitia plurimum concinnata eſt; quam Attellanus*

 *geſti-*

*geſticulator, quam mimus etiam per mulieres repræſentat; ſexum pudoris exterminans, ut facilius domi quam in ſcena erubeſcant. Quam denique pantomimus a pueritia patitur in corpore, ut ARTIFEX eſſe poſſit. Ipſa etiam proſtibula publicæ libidinis hoſtiæ in ſcena proferuntur, plus miſeriæ in præſentia fœminarum, quibus ſolis latebant, perque omnis ætatis, omnis dignitatis, ora tranſducuntur; locus, ſtipes, elogium, etiam quibus opus non eſt, prædicatur.*

Unde & videmus quam non immerito, per Canones Eccleſiaſticos, a Chriſtianorum communione ſacra excluſi fuerint, ac damnati. Verum enim vero (ut tandem hinc ad alia tranſeam) hoc ſolum ſubjungam, τὰ τῆς φωνῆς ἆθλα ἐς τὴν Ῥώμην [ἀνῆγε] καὶ τὸ ἐκεῖθεν θέατρον, hic non ad *præmia vocis* (ut Morellius iſta verba vertit) ſed ad Certamina iſta ſpectare; ad *certamina Muſica* Romæ ob præmia prima, ſecunda, ac tertia, ſeu palmam primam, ſecundam, ac tertiam exercita; quibus & contra alios coronabantur. Niſi id ad Ludos Capitolinos ſpectet: ut in quibus & contra alios [vide hic etiam Scaligerum in Lectionibus Auſonianis] *coronabantur* victores vocibus ac cantu: qualia etiam in Neronianis conſpicimus, apud Suetonium, in vita Neronis, cap. XXI. *Cum magni æſtimaret cantare, etiam Romæ NERONEUM agona ante præſtitutam diem revocavit. Flagitantibus cunctis cœleſtem vocem, reſpondit quidem, in hortis ſe copiam volentibus facturum: ſed adjuvante vulgi preces etiam ſtatione militum quæ tunc excubabat, repræſentaturum ſe pollicitus eſt libens: ac ſine mora NOMEN SUUM IN ALBO PROFITENTIUM CITHAROEDORUM juſſit adſcribi: ſorticulaque in urnam cum cæteris demiſſa intravit ordine ſuo, ſimulque præfecti prætorii citharam ſuſtinentes, poſt tribuni militum, juxtaque amicorum intimi. Utque conſtitit peracto principio, Niobem ſe cantaturum per Cluvium Rufum conſula-*

*ſularem pronuntiavit: coronamque eam & reliquam certaminis partem in annum ſequentem diſtulit*, &c. quæ ibi apud ipſum Suetonium videnda.

---

## CAPUT II.

# *De Prytanibus Græcorum*, &c.

*Quodnam fuerit* Prytanum *munus cum ex Ariſtotele, tum & ex aliis oſtenditur. Fuit nempe* Sacerdotium, *quod tamen* Magiſtratui Politico *annexum erat*; *ſeu munus, quod partim* Sacerdotio, *ac quidem* Veſtæ, *partim* magiſtratu politico, *pluribus quidem in urbibus, conſtitit: fuitque aut annuum, aut perpetuum. De* Prytani ἐπωνύμῳ. *Plures numero illos ſæpe una eademque in urbe fuiſſe: inter quos ille, qui* ἐπώνυμος, *etiam* πρύτανις πρῶτος *appellabatur*; *ſicuti tales quandoque ſecundùm, vel tertiùm quoque, vel pluries* πρυτάνεις πρόσθι *erant. De* Prytanibus *quoque* fœminis, *ſeu fœminei ſexus. Poſt quæ diſcutiuntur Inſcriptiones duæ apud Sponium reperiundæ; ob Phraſiologiam illam*, μυηθέντα (& μυηθεῖσαν) ἀφ᾽ ἑστίας ἀνέθηκεν, &c.

CIrca *Prytanes* ipſorumque munus digna notatu ſunt verba magni Ariſtotelis, illa, quæ lib. 7. Politicorum, ſub finem, ita habent: Ἄλλο δ᾽ εἶδος ἐπιμελείας ἡ περὶ τοὺς θεούς· οἷον ἱερεῖς τε καὶ ἐπιμεληταὶ τῶν περὶ τὰ ἱερὰ τοῦ σώζεσθαί τε ὑπάρχοντα τῶν οἰκηδομημάτων, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα τέτακται πρὸς τοὺς θεούς. συμβαίνει δὲ τὴν ἐπιμέλειαν ταύτην ἐνιαχοῦ μὲν εἶναι μίαν οἷον ἐν ταῖς μικραῖς πόλεσιν· ἐνιαχοῦ δὲ πολλὰς καὶ κεχωρισμένας τῆς ἱεροσύνης· οἷον

ἱεροποιοὺς, καὶ ναοφύλακας, καὶ ταμίας τῶν ἱερῶν χρημάτων. ἐχομένη δὲ ταύτης ἡ πρὸς τὰς θυσίας ἀφωρισμένη τὰς κοινὰς πάσας ὅσας μὴ τοῖς ἱερεῦσι ἀποδίδωσιν ὁ νόμος, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς κοινῆς ἑστίας ἔχουσι τὴν τιμήν. καλοῦσι δὲ οἱ μὲν ἄρχοντας τούτους, οἱ δὲ βασιλεῖς, οἱ δὲ πρυτάνεις. αἱ μὲν οὖν ἀναγκαῖαι ἐπιμέλειαι εἰσὶ περὶ τούτων ὡς εἰπεῖν συγκεφαλαιωσαμένους, περί τε τὰ δαιμόνια, καὶ περὶ τὰς προσόδους, καὶ περὶ τὰ ἀναλισκόμενα, καὶ περὶ ἀγοράν, καὶ περὶ τὸ ἄστυ, καὶ λιμένας, καὶ τὴν χώραν· ἔτι τὰ περὶ, τὰ δικαστήρια, καὶ συναλλαγμάτων ἀπογραφὰς, καὶ πράξεις, καὶ φύλακας, καὶ ἐπιλογισμούς τε καὶ ἐξετάσεις, καὶ πρὸς εὐθύνας τῶν ἀρχόντων· καὶ τέλος αἱ περὶ τὸ βουλευόμενόν εἰσι τῶν κοινῶν· ἰδίᾳ δὲ ταῖς σχολαστικωτέραις καὶ μᾶλλον εὐημερούσαις πόλεσιν, ἔτι δὲ φροντιζούσαις εὐκοσμίας, γυναικονομία, νομοφυλακία, παιδονομία, γυμνασιαρχία· πρὸς δὲ τούτοις, περὶ ἀγῶνας ἐπιμέλεια γυμνικοὺς καὶ Διονυσιακοὺς, καὶ εἴ τινας ἑτέρας συμβαίνει τοιαύτας γίνεσθαι θεωρίας· τούτων δὲ ἔνιαι φανερῶς εἰσιν οὐ δημοτικαὶ τῶν ἀρχῶν· οἷον γυναικονομία καὶ παιδονομία· τοῖς γὰρ ἀπόροις ἀνάγκη χρῆσθαι καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶν ὥσπερ ἀκολούθοις διὰ τὴν ἀδουλίαν.

*Aliud porro curationis genus eſt, quod in cæremoniis & cultu Deorum verſatur: verbi gratiâ Sacerdotum & eorum, quorum eſt quæ ad res ſacras pertinent, curare, ædes ſacras ſartas tectas conſervare, ruinoſas & labentes reficere atque excitare; & alia ſimilia, quæ ad religiones Deorum inſtituta ſunt, adminiſtrare. Evenit autem ut hæc curatio alicubi ſit una, ut in parvis civitatibus: alicubi verò multæ, & a ſacerdotio ſeparatæ (verbi gratia) in quibus ſunt ſacrifici, & templorum cuſtodes ſeu æditui, & ſacrarum pecuniarum cuſtodes. Huic proxima ea curatio eſt, quæ ad ſacrificia publica excepta & reſervata eſt, ea, dico, quæ non ſacerdotibus a lege aſſignantur, ſed iis qui hunc honorem a communi civitatis foco, & totius urbis lare, conſequuntur.* [Græca hîc longe ſignificantiora.] *Appellant autem hos alii* Archontes, *alii* Reges *Sacrorum*, *alii* Prytanes. *Neceſſariæ igitur curationes, ut eorum, quæ diximus, ſummam facia-*

*faciamus, in his rebus verſantur: in Divinis, in bellicis, in vectigalibus, in ſumptibus, in annonis, in venalibus, in rebus urbanis, in portibus, in agro & ſolo regionis*, &c.

Ex hiſce noſtri Ariſtotelis verbis intelligimus, etiam viros ſummo Rerum publicarum regimini præpoſitos, ipſarum ſacris (ſicuti id antiquis valde temporibus obtinuerat) poſteris quoque temporibus præfuiſſe; quamvis non eſſent peculiares hujus illiusve Dei Deæve Sacerdotes; verum tales, quales vidimus fuiſſe ἄρχοντας, βασιλέας atque ἀρχιερέας, ſeu *Pontifices*; qualeſque etiam *Prytanes* (quos nominat) fuiſſe jam ulterius videbimus.

Summo autem magiſtratui τὴν πρυτανείαν connexam fuiſſe, quin & ſæpius, multiſque in locis illum conſtituiſſe, hoc modo docet Livius lib. XLII. cap. 45. *Quum in ſummo magiſtratu eſſet, PRYTANIM ipſi vocant*: ſicut & Appianus, Belli Civilis lib. IV. Οἱ μὲν δὴ Ἀλέξανδρον ἐκ τούτων εἵλοντο πρυτανεύειν· ὅπερ ἐστὶν ἀρχὴ παρ' αὐτοῖς αὐτοκράτωρ. *Illi vero exinde Alexandrum eligebant Prytanim; quæ apud ipſos ſummus magiſtratus eſt.*

Magiſtratum vero illum Sacerdotio conjunctum fuiſſe (etiam ipſis quandoque Athenis) jam ſupra alicubi (niſi memoria fallet) ex hiſce Joſephi verbis vidimus: Πρυτανέως καὶ ἱερέως Διονύσου &c. Alioquin ibi (ut jam ſupra memini) πρυτανέων alia ratio fuit: ſicut a Meurſio aliiſque jam olim oſtenſum eſt; quod *Sacrorum cura* illic *Archontibus*, *Regibus* &c. ſupra memoratis, demandata eſſet; ac *Prytanes* quatenus *Prytanes* non *Baccho*, ſed *Veſtæ* ſacrificarent: ſicut ibi ὁ πρυτανεύσας τὴν πρώτην πρυτανείαν ἅπασαν, τὸν πρύτανιν πρῶτον (*ſeu Primum*) vel καθ' ἐξοχὴν ſignificabat; eum nempe qui, ſuo tempore, τοῦ πρυτάνεως munere fungebatur; poſt quem rurſus alius Tribui ſuæ jam πρυτανευούσῃ, ſicut & cæteris, ut ἐπιστάτης præerat.

Verum ut ad Ariſtotelem, noſtroſque, de quibus loqui nunc propoſitum erat *Prytanes*, revertamur; cum Ariſtotelis ver-

verbis convenit, quod tot in urbibus πρυτανεῖα (de quibus jam ſupra aliquid dixi; atque ulterius conſuli poteſt Illuſt. Spanhemius) fuiſſe reperiamus: ſicut ad Athenæum optime notat Caſaubonus: qui animadv. cap. 19. in lib. XV. ita loquitur: *Atqui Tarentinos ſuum Prytaneum habuiſſe, inque eo πῦρ ἄσβεστον ſervaſſe, teſtis hiſtoria quæ hic narratur. Habuerunt & Corinthii*, &c. porro & alia quorum meminit, ibi videnda; *Rhodiorum*, ſcilicet, *Mileſiorum*, *Tenediorum*, *Argivorum*, *Syphniorum*, *Thaſiorum* &c. Hinc enim & *Prytanes* reperimus apud *Lycios*, *Epheſios*, *Smyrnæos*, *Parios*, *Lebedeos*, *Delphos*, *Cumæos*, pluresque alios: ſicut ex ſequenti noſtro contextu patebit.

Hi autem *Prytanes* vel annui erant, vel *ad vitam*, ſeu totâ, poſt electionem, perdurante vitâ: vel denique ex ſucceſſione, ſeu hæreditario jure. Quod ultimum patet, ex hac ſequenti inſcriptione, in *Trojæ* ruderibus reperta; & a Sponio Miſcell. pag. 348. ſic deſcripta:

Α ΒΟΥΛΑ ΚΑΙ Ο ΔΑΜΟΣ
ΑΥΛΟΝ ΚΛΟΔΙΟΝ Γ. Υ. ΕΡΕΝ
ΝΙΑΝΟΝ ΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝ
ΤΑ ΑΓΝΩΣ ΚΑΙ ΕΥΣΤΑΘΩΣ
ΕΝ ΚΑΙΡΟΙΣ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΣ
ΔΕΥΟΜΕΝΟΙΣ ΤΟΝ ΙΕΡΕΑ
ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΚΑΙ ΛΟΓΙΟΝ
ΠΡΥΤΑΝΙΝ ΑΓΩΝΟΘΕΤΑΝ
ΕΝ ΕΝΙΑΥΤΩ ΠΕΠΛΗΡΩΚΟΤΑ
ΤΑ ΔΕ ΕΝ ΤΑ ΛΑΜΠΡΩΤΑΤΑ
ΠΑΤΡΙΔΙ ΚΑΙ ΝΕΩΚΟΡΩ ΠΕΡ
ΓΑΜΕΝΩΝ ΤΩΝ ΣΥΝΓΕΝΕΩΝ
ΠΟΛΕΙ ΤΑΝ ΕΠΩΝΥΜΟΝ
ΑΠΟ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΠΡΥΤΑΝΕΙ
ΑΝ ΕΚ ΓΕΝΕΟΣ ΔΙΑΔΕΞΑΜΕ
ΝΟΝ ΤΟΙΣ ΤΑΣ ΑΣΙΑΣ ΒΑΘ
ΜΟΙΣ ΑΝΕΛΟΓΗΣΕ

In

In hac quidem inſcriptione plura ſimul obſervari poſſent: at de *Sacerdotibus* & *Pontificibus*, ſicut & de *Neocoris* jam locutus ſum; ac de *Agonothetis* in ſequentibus loquar: nunc igitur ſolum de *Prytanum* munere, ac quali modo id hîc proponatur.

Habemus itaque 1. πρύτανιν ἐπώνυμον; ac quidem 2. Hæreditarium: quin & ita hæreditarium, ut id Cæſaribus (ſive Imperatoribus) acceptum ferri deberet: niſi quod, ſi hæc inſcriptio ante Cæſarum imperium poſita fuit, illud a Regibus Pergamenis, ſive Attalicis, impetrari debuerit.

Aſt *annui* ut plurimum erant ii, qui ἐπώνυμοι quoque. Unde pag. 356. eorundem Miſcellaneorum, in lapide Epheſi reperto, habemus:

ΕΠΙ ΠΡΥΤΑΝΕΩΣ ΚΛΑΥΔΙΟΥ
ΤΙΤΙΑΝΟΥ ΔΗΜΟΣΤΡΑΤΟΥ ΥΙΟΥ
ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΙΕΡΑΤΕΥΟΝΤΟΣ
ΣΟΣΣΙΑΝΟΥ Μ. ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ
ΛΑΤΕΙΝΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΙΣΙΔΙ
ΚΑΙ ΣΕΡΑΠΙΔΙ ΦΙΑΛΗΝ ΚΑΙ
ΣΠΟΝΔΕΙΟΝ Λ:-:-.-.-:-:-:-::-:-:-:-:-:-:
ΝΑΥΒΑΤΟΝΤΩΝ ΛΥΚΙΔ:-:-:-:-:-:
ΧΑΡΙΔΗΜΟΥ ΤΟΥ ΧΑΡ:-:-:-:-:-:

Notabilis autem eſt hæc ſequens inſcriptio, (quæ apud Georgium Whelerum pag. 273. meæ editionis, habetur) propter *Panionium* in eo memoratum. Sicut & argumentum ipſius inſcriptionis, etiamſi admodum corrupta ſit (forſan & inde minus bene deſcripta) illa, quæ ſupra attuli aliquatenus illuſtrat. Ita namque illa habet:

ΕΠΙ ΠΡΥΤΑΝΕΩΣ ΑΜΥΝΤΟΡΟΣ ΕΔΟ
ΞΕΝ ΙΩΝΩΝ ΤΗ ΒΟΥΛΗ ΤΩΝ ΛΕΒΕΔΙ
ΩΝ ΑΞΙΟΥΝΤΩΝ ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ ΕΙΣ ΣΤΗ
ΛΗΝ ΤΕΛΕΣΙΤΟΙΣ ΕΟΥΤΩΝ ΚΑΙ:-:-:-:-:-
ΣΤΗΣΑΙ ΕΙΣ ΠΑΝΙΩΝΙΟΝ ΠΕΡΙ
ΤΗΣ ΔΙΚΗΣ ΤΗΣ ΓΕΝΟΜΕΝΗΣ ΠΕΡΙ
ΤΗΣ ΙΕΡΑΤΕΙΑΣ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΤΟΥ
ΜΟΥΛΗΙΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΗΚΗΔΟΥΜΑΙ
ΑΥΤΟΙΣ ΚΑΤΑ ΠΕΡ... ΛΟΤΟΙ.. ΑΞΙΟΥΣ
ΕΠΙΧΙΟΥ ΠΡΥΤΑΝΕΩΝΤΟΣ ΛΕΒΕ
ΔΙΟΙΣ ΚΑΤΑ:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-

Fueritne hæc lis, ſeu controverſia *Mycalenſium* cum *Lebedienſibus* incertum quidem eſt, ſed mihi ſumme probabile; quod apud *Mycalenſes*, (uti ex Strabone atque Herodoto oſtenſum eſt) iſtud *Panionium*, ſeu τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας, vel τῶν ιγ. πόλεων, congregaretur: unde itaque & πρύτανις *Mycalenſium* ab una, & πρύτανις *Lebedienſium* ab altera parte hìc nominati videntur: dum interim lis iſta ab *Jonum concilio*, ſeu *communitate Aſiæ* decidenda eſſet.

Poſt Reges ejectos Corinthii quoque ſuos habuere (uti jam ſupra dictum) *Prytanes*; prout ex Pauſaniæ Corinthiacis liquet: ita enim ibi habetur: Καὶ Τελέστην μὲν κατ' ἔχθος Ἀριεὺς καὶ Περάντας κτείνουσιν· βασιλεὺς δὲ οὐδεὶς ἔτι ἐγένετο, πρυτάνεις δὲ ἐκ Βακχιαδῶν ἐνιαυτὸν ἄρχοντες, ἐς ὃ Κύψελος τυραννήσας ὁ Ἠετίωνος ἐξέβαλε τοὺς Βακχιάδας. *Quo Teleſte ab Arieo & Peranta de medio ſublato, regno finis impoſitus fuit. PRYTANES enim deinceps ex Bacchiadarum gente annuum imperium tenuerunt: donec Cypſelus Eetionis filius tyrannide occupata Bacchiadas expulit.*

Plures

Plures ſimul in una eademque civitate *Prytanes* fuiſſe, (præterquam Athenis) oſtendere ſatis videtur marmor iſtud Oxonienſe, quod, XXVIII. numero, Smyrnenſium donaria comprehendit. Namque ibi, (præter *Cherſiphronem Aſiarcham*, *Theudanum Stephanephorum*, & *Nymphidiam Sacerdotem Summam*) nominantur & *Smaragdus* & *Claudianus*, ambo *Prytanes*.

In quo marmore etiam (quod in tranſitu nodam duco) occurrit & *Aſiarcha* apud Smyrnæos, dum urbs ipſorum νεωκόρος eſſet.

Ubi autem plures ſimul *Prytanes* eſſent, ille qui ἐπώνυμος inter ipſos eſſet, etiam πρῶτος πρύτανις ſeu πρύτανις πρῶτος, (ſicut jam ſuprà obiter obſervatum fuit) appellabatur; ut ibidem ex marmore, quod 116. numero venit, liquet hoc modo:

. . . . . . . . . ΤΛΗΝΗΣ ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ ΦΛ. ΠΑ
ΤΕΡΝΙΑΝΟΝ ΠΑΤΕΡΑ Τ. ΦΛ. ΟΝΗΣΙΜΟΥ ΠΑΤΕΡ
ΝΙΑΝΟΝ ΤΟΥ ΕΑΥΤΗΣ ΑΝΔΡΟΣ ΚΑΙ Τ. ΦΛ.
ΟΝΗΣΙΜΟΝ
ΠΑΤΕΡΝΙΑΝΟΝ ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ ΕΠΙ ΤΩΝ
ΟΠΛΩΝ ΚΑΙ ΝΕΩΚΟΡΟΝ
ΤΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ ΘΕΩΝ ΝΕΜΕΣΕΩΝ
ΙΠΠΑΡΧΟΝ ΓΡΑΜΜΑ
ΤΟΦΥΛΑΚΑ ΠΡΥΤΑΝΙΝ ΠΡΩΤΟΝ ΑΓΟΡΑ
ΝΟΜΟΝ ΤΑΜΙΑΝ
ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΚΑΙ ΤΑΣ ΛΟΙΠΑΣ ΑΡΧΑΣ
ΦΙΛΟΤΕΙΜΩΣ ΕΚ
ΤΕΛΕΣΑΝΤΑ ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΕΙΣ ΕΡΓΟΝ ΚΑΤΑ
ΣΚΕΥΑΣ ΚΑΙ
.:.:.:.:.: ΚΑΙ ΕΑΥΤΗΝ .:.:.:. ΣΤΗΣΑ .:.:.:.:.:.:.:.:.

Sic & alibi. . . . . habetur: ΠΡΥΤΑΝΕΥΣΑΣ

 ΤΗΝ

ΤΗΝ ΠΡΩΤΗΝ ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΝ ΑΠΑΣΑΝ. Namque id (ut jam ſupra monui) de prima vice, qua is *Prytanis* munere fungeretur, intelligi non exiſtimem: quamvis in nummo, quæ a P. Harduino pag. 20. affertur, habeatur: ΕΠΙ ΑΡΧ. ΠΡΥΤΑΝΕ. ΕΠΙΚΡΑΤΟΥ. Β. quæ inſcriptio eidem Harduino legitur: ἐπὶ ἀρχιερέως πρυτανέως ἐπικράτους β. Quum tamen, quantum ego judicare valeo, legendum ſit, ἐπὶ ἄρχοντος πρυτανέως Ἐπικράτους β.

Similiter Harduinus pro ΑΙΓΙΑΛΕΩΝ legi vult ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ ac de Anchiale Ciliciæ urbe [in Stephani editionibus, cum Juntæ, tum Aldi, perverſe Σικελίας, ſeu Ciciliæ ſcribitur] quod, (ut loquitur,) Ἀρχιερεῖς & Πρυτάνεις, ſunt in nummis fere hujus tractûs, alibi rarius, obvii. At retinendum ego puto ΑΙΓΙΑΛΕΩΝ (præterquam quod & altera ἀγχίαλος in Thracia, ſicut & alia in Ponto, fuerit) eo quod ſimul in altero latere, uti jam dixi, ἐπὶ ἄρχοντος πρυτανέως legendum ſit. quod explicandum, ut cenſeo, πρώτου πρυτανέως, ſeu πρυτανέως πρώτου: ita ut de *Primo*, ſeu *primario prytane* id capiendum ſit: nec commode dicatur ἀρχιερέως πρυτανέως non interpoſita particula καί. Et πρύτανιν πρῶτον jam modo vidimus; ſicut & infra habebimus στρατηγὸν πρῶτον, ac quidem bis, de quo tamen infra latius. Nunc igitur illud de hoc nummo addam, in eo memorari, quod Epicrates ille ibi apud *Ægialenſes* fuerit *Primus Prytanis Secundùm*, ſeu *Secundâ vice*: ſicut illi, qui in marmoribus modo adductis memorantur, pro *Prytanibus primis*, ſeu *Primariis* habendi ſunt.

Ut aliquid etiam addamus de *Prytanibus fœminis*, ſeu fœminei ſexûs; de iſtis loquitur illud marmor, quod jam pag. 272. attuli; atque in quo habemus *Flaviam Moſchon* non ſolum ἀρχιέρειαν &c. verum πρύτανιν, & στεφανηφόρον δὶς, & ἱέρειαν τῆς Μασσαλίας &, denique, ἀγωνοθέτιν.

At in politico regimine ejuſmodi *Prytanes fœminas* locum ha-

habuiſſe, præterquam in comœdiis, per luſum & jocum (ſicut apud Ariſtophanem in Ἐκκλησιαζούσαις; ubi Praxagora, ut *prytanis* τῆς πρυτανευούσης φυλῆς concioni præſidet) non facile, ut puto, quis crediderit. Aliàs vero primarias partes, primarioſve actus, circa Sacra fœminæ ſæpius, (ſicut in hiſce *Prytanibus* fœminis circa *Veſtæ*, ſeu Ἑστίας, Sacra) obtinebant; imprimis tamen ubi Vaticinia eſſent fundenda, ut in Delphis, ad Dodonem, ad Colophonem &c. ſicut & circa alia Sacra, pluribus in locis ſolæ fœminæ Antiſtites ac Sacerdotes erant.

Non crediderim tamen has fœminas, quantumvis τῆς Ἑστίας ſacerdotes eſſent, in *Prytaneis*, ubi, ut ſupra jam vidimus virorum concilia, ſenatusve, habebantur, Sacris miniſtraſſe, Veſtæve, ſeu Ἑστίᾳ, ſacrificaſſe; cum circa talia fœminæ viris non permiſcerentur, ſolique viri Sacerdotes, in Græcia atque Aſia minori, ante conſultationes ſenatûs, ut omnia fauſte feliciterque procederent, Dis ſacrificarent; ac quidem Veſtæ, ſive Ἑστίᾳ, vel ſoli, vel ſaltem maximè ante alios, in Prytaneis Sacra facerent: quod, ut jam ſupra vidimus, (pag. 210, &c.) ubi per occaſionem de *Prytaneis* aliquid dicebam; tum & ex his Theophraſti verbis (in Characteribus ſc. cap. de Μικροφιλοτιμίᾳ, ſeu *ſordida* & ineptâ laudis cupidine, comprehenſis) pateſcit: Ἀμέλει δὲ καὶ συνδιοικήσασθαι παρὰ τῶν Πρυτάνεων ὅπως ἀπαγγείλῃ τῷ δήμῳ τὰ ἱερά. καὶ παρεσκευασμένος λαμπρὸν ἱμάτιον, καὶ ἐστεφανωμένος, παρελθὼν εἰπεῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐθύομεν οἱ Πρυτάνεις τὰ ἱερὰ τῇ Μητρὶ τῶν θεῶν ἄξια καὶ καλά, καὶ ὑμεῖς δέχεσθε τὰ ἀγαθά. *Sane etiam quæ pertinent ad Prytanum curam ipſe diligenter curare ſolet: quo poſſit, ubi litatum fuerit, rem populo renuntiare. Itaque candidatus* (ſeu candida veſte amictus) *& coronatus in concionem prodit, & infit, Nos Prytanes, ô Athenienſes, Matri Deum ſacra rite fecimus & litavimus: vos igitur omnia fauſta exſpectate.* Pluraque adduci poſ-

ſent, quæ oſtendant, hos *Prytanes* eatenus τῆς Ἑστίας [quæ, ut ſcimus, eadem cum Magna Matre fuit] fuiſſe *Sacerdotes.* Nec dubitem τὸν Πρύτανιν πρῶτον non ſolum *primum*, ſeu *primarium*, fuiſſe inter hos magiſtratus; verum & tempore iſtius πρωτείας, etiam ἀρχιερέα reliquorum *Prytanum*, ubi plures ſimul eſſent, fuiſſe; adeoque & ἀρχιερέα omnium Ἑστίας, ſeu *Veſtæ*, Sacerdotum; qui οἱ ἀφ' Ἑστίας, vel οἱ μυηθέντες ἀφ' Ἑστίας appellabantur: ſicuti & fœminæ ſacerdotes, μυηθεῖσαι ἀφ' Ἑστίας. Unde & Argivorum Rex, ut ἀρχιερεὺς, ſeu πρῶτος Πρύτανις, apud Æſchylum in Supplicibus, Κρατύνει βωμὸν ἑστίαν χθονός.

Certe inſcriptio illa, quæ apud Sponium itinerarii parte 2. pag. 461. & apud G. Wheler, 515. habetur, clare ſatis mihi indicare videtur, ibi *Veſtæ Sacerdotem* eſſe intelligendam. Quam propterea hîc exhibere volui:

Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ ΚΑΙ Ο
ΔΗΜΟΣ ΝΕΙΚΟΣΤΡΑΤΗΝ ΜΕΝΝΕΟ . . . . . .
ΒΕΡΝΕΙΚΙΔΟΥ ΘΥΓΑΤΕΡΑ ΜΥΗΘΕΙΣΑΝ
ΑΦ ΕΣΤΙΑΣ ΔΗΜΗΤΡΙ ΚΑΙ ΚΟΡΗ ΑΝΕΘΗΚΕ
ΕΠΙΜΕΛΗΤΕΝΤΟΣ ΤΗΣ ΑΝΑΘΕΣΕΩΣ
ΤΟΥ ΕΠΙΤΡΟΠΟΥ ΑΥΤΗΣ ΓΑΙΟΥ
ΚΑΣΙΟΥ ΣΗΜΑΧΙΔΟΥ

Et alia ibidem (Eleuſine) reperta fuit; nempe hæc ſequens,

. . . ΔΙΟΣ ΚΑΙ ΚΛΑΥΔΙΑ . .
Γ. ΚΛΑΥΔΙΟΝ ΣΕΙΛΙ
ΑΝΟΝ ΠΟΛΥΚΡΙΤΟΝ
ΤΟΝ ΥΙΟΝ ΜΥΗΘΕΝΤΑ
ΑΦ ΕΣΤΙΑΣ ΤΑΙΝ ΘΕ
ΑΙΝ ΑΝΕΘΗΚΑΝ
ΕΠΙ ΙΕΡΕΙΑΣ ΚΛΑΥΔΙΑΣ
ΤΕΙΜΟΘΕΑΣ ΤΗΣ ΤΕΙΜΟ
ΘΕΟΥ ΓΑΡΓΗΤΙΟΥ ΘΥ . . . .

Quæ

Quæ inſcriptiones ſane indicant *Nicoſtraten* illam, uti & *Claudium Silanum Polycritum* fuiſſe *Sacerdotes Veſtæ*, illorumque imagines, ſeu ſtatuas, ut talium *Cereri* ac *Proſerpinæ* fuiſſe conſecratas, ſeu dedicatas. Hoc enim indicat iſtud Δήμητρι ϗ Κόρῃ ἀνέθηκε. Sicut & in iſta, quæ apud G. Whelerum, pag. 518. habetur:

ΔΗΜΗΤΡΙ ΚΑΙ ΚΟΡΗ<br>
Η ΙΕΡΑ ΓΕΡΟΥΣΙΑ Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΝ<br>
ΛΙΘΟΦΟΡΟΝ ΠΡΟΣΔΕΚΤΟΝ<br>
ΠΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥ ΚΕΦΑΛΗΘΕΝ<br>
ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΑ ΠΡΟΙΚΑ<br>
ΤΙΜΗΘΕΝΤΑ ΔΕ ΥΠΟ ΘΕΟΥ<br>
ΚΟΜΜΟΔΟΥ ΤΗ ΡΩΜΑΙΩΝ<br>
ΠΟΛΕΙΤΕΙΑ ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΟΥ<br>
ΚΗΡΥΚΩΝ ΓΕΝΟΥΣ ΑΡΞΑΝ<br>
ΤΑ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΓΕΡΟΥΣΙΑΣ<br>
ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ ΕΝΕΚΑ<br>
ΑΤΤΙΚΟΣ ΕΥΔΟΞΟΝ ΣΦΗΤΤΙΟΣ ΕΠΟΙΗΣΗΝ

His addendi ac conferendi hi ſequentes modi loquendi, οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων, οἱ ἀπὸ τῆς φιλοσοφίας, ϗ λόγων, οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς, οἱ ἀπὸ βήματος, οἱ ἀπὸ περιπάτου; ſicut & ille apud dictum Wheler pag. 417.

ΦΛ. ΣΕΠΤΙΜΙΟΣ ΜΑΡΚ. . . ΗΝΟΣ<br>
ΦΛΑΜ. ΚΑΙ ΑΠ ΑΓΩΝΟΘΕΤΩΝ<br>
ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΤΟΥΣ ΠΥΛΩΝΑΣ<br>
ΤΗ ΠΟΛΕΙ. &c.

Neque

Neque aliter ſæpe Latini; ſicut vidimus, ex Grutero in *VETTIO AGORIO SYNTROPHO RELIGIOSO A MAGNA MATRE*, &c. de quo, cum de Sacris Tauroboliis agerem, locutus ſum: quin & apud eundem Gruterum habemus, pag. 312. 7. *FANATICO AB ISIDIS, SERAPIS, AB ÆDE BELLONÆ.* Item p. 121. *A SACRIS D. N. AUG.* & 29. 8. *A. M. SACRIS* p. 632. *A SACRIS PUBLICIS POPULI RO. QUIRITIUM.* 306. *A LIBRIS PONTIFICALIBUS:* atque, ut paulo proprius ad rem propoſitam nobis accedamus. 319. 6. *ÆDITUUS AB CONCORDIA.* 312. 6. *ÆDITUUS AB ÆDEM BELLONÆ.* denique 312. 4. hanc inſcriptionem,

TI . CLAVDIVS<br>CAESARIS. L<br>CELER AEDITVVS<br>A VESTA

Quæ omnia perſpicue indicare videntur, τὸ ἀφ' Ἑςίας in allatis jam inſcriptionibus, nihil aliud indicare, quam quod illi *A VESTA*, *Deæ veſtæ æditui*, aut *Sacerdotes* eſſent; ſive quod huic *Deæ Sacrati*, ipſius Sacra curarent.

Dum hæc ita conſcribo occurrit mihi locus inſignis, ac quidem apprime huc ad rem faciens, in eximia *Diatriba* magni illius viri Ez. Spanhemii; quem hiſce a me dictis ſubjungere mihi viſum fuit, quod non ubique iſta Diatriba eruditis occurrat: *Opportune autem referre hic licet, ut eadem pari opere explanemus, quæ leguntur in duabus præclaris Inſcriptionibus Eleuſiniis, quas haud uno loco vulgavit vir bene de hâc antiquitate meritus Cl. Sponius. Una eſt, in*

*qua*

*qua dicitur inter alia*, ΤΟΝ ΥΙΟΝ ΜΥΗΘΕΝΤΑ ΑΦ ΕΣΤΙΑΣ, *alterâ* ΘΥΓΑΤΕΡΑ ΜΥΗΘΕΙΣΑΝ ΑΦ ΕΣΤΙΑΣ, *quoſque liberos, filiam nempe ac filium, tanquam A VESTA, ſeu A DOMO INITIATOS, Deabus Eleuſiniis Parentes ibidem, vel Areopagitarum Senatus, Populuſve Athenienſis conſecrant. Utramque vero inſcriptionem retulit & explanare quoque aggreſſus eſt vir humanitate ac eruditione inſignis Giſbertus Cuperus, eo libro, quo Apotheoſin Homeri, aliaque priſcæ elegantiæ monumenta a Sponio aliiſve primùm eruta, luculenter illuſtravit. Ibi autem erudite quædam ex Ariſtide obſervat, quibus recepta illa, & cujus jam aliunde adtulimus exempla,* ἀφ᾽ ἑστίας ἀρξάμενος, *formula continetur: quibus autem locis addi poſſunt inſuper alii ex eodem Ariſtide Rhetore,* ἐκείνοις ἦν ἀφ᾽ ἑστίας ἀρξάμενα, κατηῦκται πρεπόντως, *EORUM A VESTA USQUE (ut ibi Canterus, ſeu A LARE) VOTA RITE CONCEPTA SUNT, & alibi de Pericle* ὅδε ἀφ᾽ ἑστίας ἀρξάμενος, *IPSE AUTEM A LARE SUO EXORSUS; ac rurſus prout ipſe de ſemet ait,* τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν ἀφ᾽ ἑστίας εἶναί μοι, *UT IGITUR INITIUM A LARE FACEREM. Sed quum aliud quid in adlatis paulo ante Inſcriptionibus, & a Sponio editis, latere haud immeritò cenſuerit vir non candore magis quam eruditione inſignis, SIBIQUE, ut itidem ingenuè fatetur, PEROBSCURUM, nempe in his verbis* Υἱὸν *vel* Θυγατέρα Μυηθέντα ἀφ᾽ Ἑστίας Δημήτρι καὶ Κόρῃ, *Filium aut FILIAM INITIATAM A VESTA,* ſeu *DOMO, CERERI ET PROSERPINÆ: rem eam, & ſimul Iſæi adlatum paullo ante, ea de re locutum hactenus non intellectum,* ὁ ἀφ᾽ Ἑστίας μυούμενος Ἀθηναῖος ἦν πάντως; *A VESTA INITIATUS ATHENIENSIS ERAT OMNINO, claram & expeditam reddet præclarus apud Porphyrium locus,* ὅπερ καὶ ἐν

τοῖς ΜΥΣΤΗΡΙΟΙΣ Ο ΑΦ ΕΣΤΙΑΣ λεγόμενος ΠΑΙΣ, ἀντὶ πάντων τῶν μυουμένων ἀπομειλίσσεται τὸ θεῖον, ἀκριβῶς δρῶν τὰ προστεταγμένα. *Sicut in MYSTERIIS, qui dicebatur A VESTA PVER, pro omnibus INITIATIS placabat numen, accurate mandata obiens. Aperta inde & perſpicua mens harum Inſcriptionum, quibus pariter filium aut filiam, ad ſimile miniſterium ſeu* ἀφ' ἑστίας μυηθέντα *aut* μυηθεῖσαν, *Deabus Eleuſiniis conſecrat Areopagitarum Senatus. Unde lux iterum præclaro apud Themiſtium loco, cujus mentem ignoratione hujus moris, non adſecutus eſt vir ſummus Petavius; neque quidquam ad eum contulit poſtremus ac eruditus, ex eadem ſocietate ac domo editor. Nempe ubi Themiſtius, poſtquam retuliſſet profectum ſe ad Conſtantini filios, ſed exoletæ jam formæ, addit ad Gratiani, formæ excellentis tum adoleſcentis, laudem,* ἀλλ' ἐχρῆν ὡς ἔοικε, τὸν μυσταγωγόν μοι γενέσθαι τῆς ἐρωτικῆς τελετῆς, οὐ πόῤῥωθεν, ΤΩΝ ΠΑΙΔΙΚΩΝ, οὐδὲ ὀθνεῖον, ἀλλὰ ἔγγυθεν, καὶ ἀφ' ἙΣΤΙΑΣ. *Sed decuit, ut videtur, fieri mihi myſtagogum amatorii illius ſacri, non qui procul eſſet ab ÆTATE PVERILI, non peregrinum, ſed proximum & a DOMO ſeu LARE. Et quæ poſtremo verba* ἀφ' ἑστίας *AB IPSO PENETRALI, ut cæteroquin eadem vox, & qua de re infra, ſumitur, vertit ibi Petavius. Reſpicit enim omnino eo loco Themiſtius, ad morem illum in Eleuſiniis receptum, cujus meminit dicto loco Porphyrius, & quem illuſtrant Inſcriptiones adlatæ, ac Iſæi præterea apud Harpocrationem locus, quo* ἀφ' ἑστίας παῖς, *aut* ἀφ' ἑστίας μυούμενος *dicebatur, qui pro omnibus initiatis munus ibi commemoratum obibat in iisdem Sacris; & ad quod obeundum duo illa, ut ex iisdem monumentis liquet, requirebantur; quæ hic itidem tangit Themiſtius: nempe cum ÆTAS PVERILIS, aut adoleſcentis; tum patria, ut OMNINO ESSET ATHENIENSIS, quæ ſunt Iſæi ea de re verba;*

*ba*; *ſeu, quod ait Themiſtius, NON PEREGRINUS*.

Ut autem aliquid reponam hiſce Illuſtris viri verbis,quod ſpero (ſicut vere ingenuus eſt, ac candidus) non ægre feret; ſupponit hic, ſi rem bene capio, μύησιν ſive *initiationem*, quæ ad ſolos pueros puellaſque, ac quidem Athenienſes, pertineat. 2. Pueros illos ac puellas, ſeu filios ac filias, a Senatu Areopagitico [qui an, ac quatenus Eleuſiniis præfuerit diſquirendum eſſet] Deabus Eleuſiniis (*Cereri* ac *Coræ*, ſeu *Proſerpinæ*) conſecratos fuiſſe. 3. Illos, illaſve, in Eleuſiniis *pro omnibus initiatis numen* (ac quidem harum Dearum, ſi rem capio) *placaſſe*: ita ut ὁ vel ἡ 'αφ' 'Εςίας παῖς [quod tamen, ut oſtendi, potius initiationem ſeu μύησιν τῇ 'Εςίᾳ ſignificat] *Pro omnibus Initiatis*, ut paulo poſt addit, *munus commemoratum*, a Porphyrio, *obiret in iſtis Sacris*: cum tamen in illis Eleuſiniis quidem *Ceres*, *Libera* ac *Liber*, ſeu *Bacchus* locum obtinerent; *Veſta* vero, ſive 'Εςία, quatenus talis, nullum ibi inveniret: in iiſque *Hierophantæ* quidem ac *Hierophantides*, tum & *Ceryces* ac *Daduchi*, non vero Pueri aut puellæ, initiarent, ac Sacra curarent.

Operæ itaque, quamvis non uſque adeo magnæ, pretium eſt, ut breviter conſideremus illas, ad quas Vir Perilluſtris provocat Inſcriptiones; ac quidem primùm illam, in qua Senatus Areopagiticus, tum & populus Athenienſis, *Nicoſtratem M. Bernicidæ* filiam μυηθεῖσαν jam conſecrant vel dedicant (ſeu potius ſtatuam, monumentumve ipſi erectum) *Cereri* ac *Proſerpinæ*. Quod ſane, non indicat, *Senatum* illum hanc per id conſecraſſe miniſterio harum Dearum, (cum jam conſecrata, ſive initiata, ac quidem *Veſtæ* ſive 'Εςίᾳ, ut exiſtimo, eſſet) ſed, ob rationes, hîc non additas, ut alias ſæpius illæ, licet non ſemper, adduntur (ſive ἀρετῆς, ſive 'ευσεβείας ἕνεκα, ſive aliter) Senatum ac populum, ſtatuam, aliudve monumentum, poſuiſſe; illudque Deabus, jam plus ſemel no

Tum & ibidem

ΔΗΜΗΤΡΙ ΚΑΙ ΚΟΡΗΙ
Η ΙΕΡΑ ΓΕΡΟΥΣΙΑ Μ. ΑΥ
ΗΛΙΟΝ &c. ἀνέθηκε ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ
ΕΝΕΚΑ: ut jam modò ſuprà vidimus.

De non initiatis ſequentia id melius oſtendunt. Dedicabant nempe, tum hic, tum alibi, etiam extra Græciam, parentes ſuos, uxores, maritos aut liberos, huic illive Deo Deæve, his illiſve Dis Deabuſve, (uni ſic ſoli, aut pluribus) prout occaſio, aut pietas, ſeu ſuperſtitio ferebant. Hoc clare indicat, in Rhodiaca ſua (oratione) Dio Chryſoſthomus: καί τοι τοὺς ἀνδριάντας, οὐχ ἧττον ἀναθήματα εἴποι τίς ἂν εἶναι τῶν θεῶν, τοὺς ἐν τοῖς ἱεροῖς. καὶ πολλοὺς ἰδεῖν ἐστιν οὕτως ἐπιγεγραμμένους, οἷον ὁ δεῖνα ἑαυτὸν ἀνέθηκε, ἢ τὸν πατέρα, ἢ τὸν υἱὸν ὅτῳ δήποτε θεῶν. *Atqui & ſtatuas quis dicere poſſet Dis conſecrata eſſe donaria; eas nempe quæ ſunt in Templis* (ſeu Sacris locis.) *Et multæ talem habent inſcriptionem, puta: Ille Dis conſecravit SEMETIPSVM, aut PATREM, aut FILIVM, cuicunque tandem Deorum;* Jovi nempe, Mercurio, Herculi, aliis: quandoque vero Dis quidem, at nullo ipſorum exſerte nominato: ut apud eundem Sponium:

ΠΟΛΙΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΚΑΙCΑΡΑ
ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΚΑΙCΑΡΟC ΥΙΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΚΑΙCΑΡΟC ΥΙΩΝΟΝ ΥΠΑΤΕΥΟΝΤΑ
ΘΕΟΙC

Item:

ΙΟΥΛΙΑΝ ΘΕΟ
ΔΩΡΑΝ ΑΡΕΤΗΣ
ΕΝΕΚΕΝ ΘΕΟΙΣ

Ex qualibus exemplis videmus æque vivorum ac mortuorum ſic ſtatuas Dis Deabuſve fuiſſe conſecratas. Atque inſigne eſt exemplum, quod apud Plutarchum, in vitis X. Rhetorum, de Iſocrate habemus, nempe hoc ſequens: Ἀνάκειται δὲ αὐτοῦ καὶ ἐν Ἐλευσῖνι εἰκὼν χαλκῆ, ἔμπροσθεν τοῦ προστώου ὑπὸ Τιμοθέου τοῦ Κόνωνος, καὶ ἐπιγέγραπται, ΤΙΜΟΘΕΟΣ ΦΙΛΙΑΣ ΤΕ ΧΑΡΙΝ ΞΕΙΝΙΑΝ ΤΕ ΠΡΟΤΙΜΩΝ ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΙΚΩ ΤΗΝΔΕ ΤΑΙΣ ΘΕΑΙΣ. *Eſt etiam illius in Eleuſine ænea erecta ſtatua ante porticum, ſub Timotheo Cononis filio, cui ita inſcribitur:* TIMOTHEVS HONOREM AMICITIAE DEFERENS ATQVE HOSPITALITATI, DEABVS (Eleuſiniis ſc.) ISOCRATIS IMAGINEM DEDICAVIT.

Quin & ſemetipſos quandoque huic illive Deo ita conſecrabant: ut de Romulo apud Plutarchum videmus; ac de Domitiano, apud Suetonium: qui Domitianus jam *imperium adeptus, Jovi Cuſtodi templum ingens, ſeque in ſinu Dei, conſecravit.* Verum enim vero hîc nimis ſuperfluus fio: alibique de iſta re plura dixi. Quare hæc tantum addam ad Porphyrii iſta verba ab eximio noſtro Spanhemio adducta.

De quonam myſterio Porphyrius loquatur, eo minus judicare valeo, quod ille mihi ad manum non ſit. At certe, quantum ex verbis allatis dijudicare queam, ille de *Cereris*, *Proſerpinæ* ac *Bacchi* myſteriis Eleuſiniis mihi loqui non videtur; quod, ut puto, ſatis clare iſtud τὸ θεῖον indicare videtur. Et multa ſane ac multorum Deorum Dearumque myſteria, multiſque & diverſis in locis, fuiſſe novimus, cum Athenis tum alibi, in Græcia, in Aſia, in Thracia, alibique.

De unico igitur numine hîc loquitur Porphyrius, neque Eleuſiniarum ullatenus, ut puto, meminit; tum & illud, ὁ ἀφ' ἑστίας παῖς fœmineum ſexum excludere videtur: dum interim iſtud ἀφ' ἑστίας indicet παῖδα illum *Veſtæ*, ſive Ἑστίας, ſeu

*Magnæ*

*Magnæ Matri* initiatum, quin & inter Sacerdotes, Sacrorumve ejus miniſtros fuiſſe. Præterea illud παῖς non neceſſario puerum aut adoleſcentem indicare videtur: cum non ſolum ſervi παίδων nomine veniant; verum & ipſi poetæ, Philoſophi, Medici &c. ut τῶν ποιητῶν παῖδες ut & υἷες Ἀχαιῶν, &c. Verum ut hæc nimis πόῤῥωθεν quæſita merito videri poſſunt, ſic proprius accedunt hæc Strabonis verba, quæ libro ejus X. ita habentur: Καὶ [ἐξεύροντο] ἵνα τῶν ὀνομάτων, ἃ τοὺς προπόλους καὶ χορευτὰς, καὶ θεραπευτὰς τῶν ἱερῶν ἐκάλουν Καβείρους, καὶ Κορύβαντας, καὶ Πᾶνας, καὶ Σατύρους, καὶ Τιτύρους, καὶ τὸν θεὸν Βάκχον, καὶ τὴν Ῥέαν Κυβήλην, καὶ Κύβην, καὶ Δινδυμένην, καὶ τοὺς τόπους αὐτούς. Καὶ ὁ Σαβάζιος δὲ τῶν Φρυγιακῶν ἐστὶ καὶ τρόπον τινὰ τῆς Μητρὸς ΤΟ ΠΑΙΔΙΟΝ παραδιδόμενος τοῖς Διονύσου καὶ αὐτός. *Excogitata ſunt etiam vocabula, quibus adminiſtros chorearum ductores, & famulos ſacrorum adſicerent, Cabiros, Corybantes, Panes, Satyri, Tityri; & demum Bacchum & Rheam Cybelam, & Cyben, atque Dindymenem, ipſosque locos: Sabazius quoque de Phrygiis eſt* [quamquam & alias ex Thracia primùm prodiiſſe videatur] *& quodammodo* PUER *Matris* [Deorum] *ipſe quoque Bacchicis adjunctus.*

Certe ſic *Bacchos* & *Bacchas* Dei *Bacchi* ſacerdotes novimus. qui, an quoque παίδων nomine circa Sacra venerint (quod & ipſe *Bacchus* nobis Κόρος, ſeu Κοῦρος, quod & *puer* eſt, æque ac *Proſerpina*, quæ Κόρη eſt, appelletur: ſicut & juvenili facie & habitu, ac cum comitatu puerili pene, ſaltem juvenili, depungatur) mihi probabile quidem, at incertum eſt: ſicut & an, quod *Attis puer Cybeles* (i. e. etiam *Veſtæ*) fuerit, hinc quoque tam inter hujus quam inter illius miniſtros fuerint, qui παίδων nomine venerint. Et quare & hæc & hiſce ſimilia conjecturis deputanda putem; circa illa iſtud valere, *Qui bene conjecerit*, &c.

CA-

# CAPUT III.

# *De Strategis*, ac *de Scribis Græcorum.*

*Doctiſſimi Joan. Vaillantii verba de* στρατηγοῖς, *eademque obiter perpenſa. Unius ejuſdemque urbis nunc* ἄρχοντα *in nummis, nunc vero* στρατηγόν, *nunc rurſus* ἀνθύπατον, *nunc vero* στρατηγόν; *nunc denique* πρύτανιν, *nunc vero* στρατηγόν, *&c. fuiſſe. Munus illud* τοῦ στρατηγοῦ *politicum, non militare, ſeu bellicum fuiſſe; ac quale cùm Athenis, tum & alibi fuerit. Ezech. Spanhemii ſententia de* στρατηγοῖς. Conſtantinum Magnum *Athenis fuiſſe* στρατηγόν. *adeoque & ibi annonæ Curatorem. Hinc ulterior* Strategorum *conſideratio; & ulterior de* στρατηγοῦ ἐπὶ τῶν ὅπλων; *iſtaque occaſione, aliquid de* πολεμάρχῳ; *ſicut & paucula de* τεχνίταις. *De* στρατηγοῦ ἐπὶ τοὺς πολίτας, *ſeu* τῆς πόλεως. *De* Athenionis στρατηγίᾳ *Athenis. De pluribus numero ſimul* στρατηγοῖς *in una eademque civitate; iſtâque occaſione de* στρατηγῷ πρώτῳ *atque* ἐπιτρόπῳ στρατηγοῦ, *ſeu* ἐπιτρόπῳ στρατηγίας; *ac de* στρατηγοῦ τῆς εἰρήνης. *De* στρατηγῷ, *a* στρατηγοῖς τοῦ ἱεροῦ *ad* Templum Hieroſolymitanum. *Denique rurſus de* στρατηγῷ *annuo, ac* πρώτῳ, *&c.*

*De* γραμματεῦσι *ſeu* Scribis *Græcorum; ac primò quidem de* Scribis *Athenienſium: hinc de* Scribis *urbium Græcarum Aſiaticarum* ἐπωνύμοις; *cujusque dignitatis atque auctoritatis illud munus fuerit. De* Scribis *agonis muſici:* de Grammatophylace, *&c.*

De

De magiſtratu autem quem τῶν ϛρατηγῶν vocabant, quum jam mihi loquendum ſit, non poſſum non huc afferre illa, quæ de ipſo exercitatiſſimus ille in re nummaria antiquorum Joan. Vaillantius loquitur, libro *De numiſmatis Imperatorum* &c. *Græcè loquentibus*, hoc modo: *Στρατηγὸς vox in nummis* [addere potuerat & in marmoribus] *PRÆTOR eſt, ſummus urbis magiſtratus, & ut in Civitatibus Latinis Duumvir. Magiſtratus ille ab Athenienſibus, ut Archontum auctoritatem imminuerent eſt introductus; at cum uterque magiſtratus ab iis in Joniam cum Colonis tranſiiſſet, hinc factum eſt ut aliæ urbes ſibi Archontes adhuc pro magiſtratibus retinuerint, aliæ PRÆTORIBVS uterentur. Hoc tamen obſervandum, in nummis ante Domitiani tempora ϛρατηγοῦ nomen vix reperiri.*

Interim notandum duco, quod, uti Ἀπολλωνιδέων Ἄρχων reperitur ſub Marco Aurelio, ſic Στρατηγὸς Ἀπολλωνιδέων reperiatur ſub Caracalla: ac ſicut Μιλησίων Ἄρχων multoties ab Octavio Auguſto uſque ad Gallienum, ac forſan ulterius, in nummis extat, interque illos ſub Hadriano cuſos; ita etiam ſub eodem Hadriano inveniatur, ΕΠΙ. ΣΤΡ.. ΡΗΓΙΝΟΥ ΜΙΛΗΣΙΩΝ. Ita ut ſub hoc eodem Hadriano, & Στρατηγὸς & Ἄρχων in horum nummis compareant; adeoque & utrumque iſtud regimen ſimul obtinuiſſe, & conſtet utrique ut ἐπώνυμοι in nummis compareant: quod ſane notatu dignum videtur.

Sic quoque videmus, in nonnullis urbibus, quarum nummi ἀνθυπάτων quoque ſeu Proconſulum nominibus ſignabantur [quod tamen magis honoris cauſa, quam alia ex conſuetudine factum cenſeo] ut Epheſi, Smyrnæ, Pergami, ac Nicomediæ, Στρατηγῶν etiam nomina in nummis (ut magiſtratus indicium) fuiſſe ſignata. Quod interim & de *Sardianis* patet; ubi alias Ἄρχων regimen tenebat.

Itaque, ut Ἀνθύπατοι provinciæ (Aſiæ Proconſulari) moderabantur, ſic illis id ipſorum (ut dixi) honori dabatur; cum inte-

interim ἄρχοντες ac στρατηγοὶ, ut urbium ſummi magiſtratus in nummis comparerent; per illoſque anni notarentur. Quin & πρύτανις & στρατηγὸς (nunc hic, nunc ille) apud Smyrnenſes cum in nummis, tum in marmoribus, aliisque monumentis publicis, ut magiſtratus ἐπώνυμοι exprimebantur: qui & ſimul quandoque uno eodemque in loco magiſtratu fungebantur. Quod ubi contingebat, Στρατηγοὶ magis ad ſola politica, Πρυτάνεις quoque ſimul ad Sacra mihi ſpectaſſe videntur: quamvis fatear, me, quantum hi ab illis ratione muneris vel auctoritatis inter ſe convenirent, aut diverſi fuerint, me plane ignorare: niſi quatenus & Στρατηγοὶ (uti ſtatim patebit) quoque inter ſe munere, ſicuti & nomine, non ſemper aut ubique convenirent.

Porro apud Epheſios & Ἀρχιερεῖς, & Ἀσιάρχαι, & Γραμματεῖς, & Πρυτάνεις, & Στρατηγοὶ, ita obtinebant ut horum omnium nomina (nunc horum, nunc illorum) ut ἐπωνύμων in publicis monumentis exprimerentur. Quod de Cyzicenis, ubi & ἄρχων & στρατηγὸς &c. ſimul obtinebant, ac de aliis civitatibus oſtendi quoque poſſet. Verum hæc atque hiſce ſimilia ſeſe hinc inde, in hoc opere, ſponte ſatis oggerunt.

Notandum quoque *Strategos* (ſerioribus ſaltem temporibus atque ubi jam civitates ſub aliorum imperio eſſent) ad regimen Politicum proprie, non ad Bellicum ſpectaſſe. Oſtendunt hoc Philoſtrati verba; quæ, lib. I. (pag. 526.) de *vitis Sophiſtarum*, ita habent: Λολλιανὸς Ἐφέσιος προὔστη μὲν τοῦ Ἀθήνησι θρόνου, προὔστη δὲ καὶ τοῦ Ἀθηναίων δήμου στρατηγήσας αὐτοῖς τὸ ἐπὶ τῶν ὅπλων. ἡ δὲ ἀρχὴ αὕτη πάλαι μὲν κατέλεγέ τε καὶ ἐξῆγεν εἰς τὰ πολέμια, νυνὶ δὲ τροφῶν ἐπιμελεῖται καὶ σίτου ἀγορᾶς. *Lollianus Epheſius primus in ſubſellio Athenis præſedit; & Athenienſi populo ut* STRATEGVS *præfuit. Hæc præfectura olim quidem cenſum faciebat, & ad bellum educebat: nunc vero annonam* [Athenis ſcilicet] *& fori cibaria curat.*

Quæ

Quem magiſtratum quam generoſe geſſerit, paucis interjectis ita idem Philoſtratus his verbis indicat: σίτε δὲ ἐκ Θετταλίας ἐσπεπλευκότος, καὶ χρημάτων δημοσίᾳ οὐκ ὄντων, ἐπέτρεψεν ὁ Λολλιανὸς ἔρανον τοῖς αὐτοῦ γνωρίμοις· καὶ χρήματα συχνὰ ἠθροίσθη. *Annona vero ex Theſſalia advectâ, cum pecuniæ publicæ non extarent, ſuis familiaribus collectam ut facerent auctor Lollianus fuit: hincque magna pecuniæ vis eſt collecta.* De quibus pecuniis, quomodo per ipſum reſtitutæ pòſt fuerint, idem tunc porrò narrat.

Hinc autem non male mihi videor inſerere hîc illa, quæ egregie (uti omnia ſolet) ad Julianum Imperatorem obſervavit magnus ille Ezechiel Spanhemius, hoc modo: *Diverſa verò* στρατηγῶν *in aliis Græciæ aut Aſiæ urbibus nuncupatorum ratio, apud quos nempe ita dicti urbani & Civiles Magiſtratus, qui Athenis, & alibi etiam, ut apud Theræos, & quandoque in aliarum Græcarum urbium nummis,* ἄρχοντες *dicebantur; idque pro veteri & apud antiquos Atticos ſcriptores familiari vocis* στρατοῦ *uſu de populi cœtu, ſeu urbana multitudine, pro* δήμῳ *nempe &* ὄχλῳ. *Vide Æſchylum Perſis, v. 658. & Eumen. v. 569. (ubi* στρατὸν *multitudinem) Libanium Orat. pro Ariſtoph. p. 212.* δαπανῶν εἰς τὴν τοῦ καλουμένου στρατηγοῦ λειτουργίαν. καὶ τοῦτον αὐτὸς εἶδον ἐν ἐκείνῃ τῇ στολῇ παραπεμπόμενον ὑπ᾽ εὐφημιῶν. *Sumptus ſuppeditans ad obeundum* στρατηγοῦ *munus; & ipſe in eo magiſtratus illius amictu deductum eundem cum acclamationibus vidi: & pag. 214.* Καὶ παρὰ Κορινθίοις ἐλειτούργει τὰ τῶν καλουμένων στρατηγῶν. *Et apud Corinthios obiens ea, quæ iis qui* στρατηγοὶ *vocantur incumbunt.*

Hujusmodi autem στρατηγὸς & ipſe ille Conſtantinus Magnus fuit, teſte Juliano (ad cujus verba hæc modo adducta Spanhemius annotavit) βασιλεὺς ὢν καὶ κύριος πάντων, στρατηγὸς ἐκείνων ἠξίου καλεῖσθαι, καὶ τοιαύτης εἰκόνος τυγχάνων μετ᾽ ἐπιγράμματος, ἐγάννυτο πλέον, ἢ τῶν μεγίστων τιμῶν ἀξιωθείς. ἀμειβόμενος

 δ᾽ ἐπ᾽

δ' ἐπ' αὐτῷ τὴν πόλιν πυρῶν μεδίμνους δίδωσι πολλάκις μυρίους καθ' ἕκαστον ἔτος δωρεὰν καρποῦσθαι, ἐξ ὧν ὑπῆρχε τῇ πόλει μὲν ἐν ἀφθόνοις εἶναι, ἐκείνῳ δ' ἔπαινοι καὶ τιμαὶ παρὰ τῶν βελτίστων. *Cumque Princeps omnium eſſet ac Dominus, Ducem* [στρατηγὸν] *ſe nihilominus illorum* [Athenienſium, ſive Athenarum; nam de Athenis loquitur] *appellari voluit: atque ejuſmodi imagine & inſcriptione donatus, impenſiùs lætabatur, quam ſi ampliſſimis eſſet honoribus affectus. Cæterum ut ob eam rem civitati gratiam referret, tritici medimnorum millia multa quotannis aſſignavit. Quâ ex re cum urbi ipſi omnium ubertas atque affluentia; tum illi laudes & honores ab optimis viris contigerunt.*

Videmus ex hiſce 1. Conſtantinum jam Imperatorem factum fuiſſe στρατηγὸν apud Athenienſes, idque ſibi æque gloriæ, quamvis jam Auguſto, duxiſſe, quam Adrianum, qui ipſe quoque, ut ibidem *Archon* crearetur, paſſus fuit.

2. Per hæcce confirmari verba Libanii, quibus munus iſtud στρατηγοῦ, in alimentorum ac frumenti, adeoqne annonæ cura conſtitiſſe deſcribit: indeque Conſtantinum ambitioſe ſtuduiſſe ut hæc larga ſemper eſſet Athenienſibus.

An autem etiam aliis in urbibus ubi στρατηγοῦ munus obtinebat eadem cura ipſis incubuerit, quæ Athenis, ubi ἐπώνυμοι non erant, ſicut ἄρχοντες, incertum. Quare Prætorio munere illos alibi functos crediderim. An vero ubi plures ſimul obtinebant, alii fuerint quaſi Prætores urbani alii vero Peregrini, exemplo fere Romanorum, etiam plane incertum eſt; licet non uſque adeo diſſimile vero. Manebat quippe nomen etiam in iſtis urbibus quæ jam Imperio Romano ſubjectæ erant, ut ſummi magiſtratus: nec ſolum τοῦ στρατηγοῦ ἐπὶ τοὺς πολίτας, verum & στρατηγοῦ ἐπὶ τῶν ὅπλων. Hinc in inſcriptione Smyrnenſium (inter marmora Oxonienſia) habemus:

. . . . . . . . . . ΚΑΙ . Τ . ΦΛ. ΟΝΗΣΙΜΟΝ
ΠΑΤΕΡΝΙΑΝΟΝ ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ ΕΠΙ ΤΩΝ ΟΠΛΩΝ ΚΑΙ
ΝΕΩΚΟΡΟΝ
ΤΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ ΘΕΩΝ ΝΕΜΕΣΕΩΝ ΙΠΠΑΡΧΟΝ ΓΡΑΜΜΑ
ΤΟΦΥΛΑΚΑ ΠΡΥΤΑΝΙΝ ΠΡΩΤΟΝ ΑΓΟΡΑΝΟΜΟΝ ΤΑΜΙΑΝ
ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΚΑΙ ΤΑΣ ΛΟΙΠΑΣ ΑΡΧΑΣ ΦΙΛΟΤΕΙΜΩΣ ΕΚ
ΤΕΛΗΣΑΝΤΑ.

Sicuti & hanc habemus (apud eundem) Smyrnæ quoque poſitam:

ΝΕΩΚΟΡΟΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΔΗ
ΜΟΣ ΕΤΕΙΜΗΣΕΝ ΜΑΡΚΟΝ ΑΤ
ΤΙΛΙΟΝ ΒΡΑΔΟΥΑ ΤΟΝ ΑΝ
ΘΥΠΑΤΟΝ ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣ
ΜΑΡΚΟΥ ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΠΕΡΠΕ
ΡΟΥ ΤΟΥ ΕΠΙ ΤΩΝ ΟΠΛΩΝ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ

Quin & apud eoſdem reperitur ὁ ΣΤΡΑΓΟΣ ΕΠΙ ΤΩΝ ΟΠΛΩΝ ΤΩ ΗΡΑΚΛΕΙ ΟΠΛΟΦΥΛΑΚΙ. Qui *Hercules* non armorum, ſeu militiæ, ſed Gymnaſiorum præſes erat. Ad quæ quoque reſpexiſſe Philoſtratum mihi veriſimile ſit, quando lib. IV. de *Vitis Sophiſtarum* de Euodiano ita loquitur: Αἱ δὲ δίκαι τιμαὶ εἰς τοὺς Ἀρχιερέας, καὶ στε-φανωμένους ἐπὶ τῶν ὅπλων.

*Archiereis* quippe, ſeu *Pontifices* erant quoque ξύστου, qui *Herculi* dicatus ac ſacer erat; indeque appellari poterat Ἡρακλῆς ὁπλοφύλαξ: quum ὅπλα non ſemper de armatura militari intelligenda ſint; ſed ea ſecundum Euſtátium quoque

ſint πάσης τέχνης ϗ ὁπωιασοῦν ἐργασίας ὄργανα, ſive ἐργαλεῖα: quantumvis per iſta plerumque intelligantur arma Bellica; ut ὅπλα Ἀρήϊα apud Homerum. Interim hîc non incommode capi poſſunt pro iſtis *inſtrumentis* quæ Gymnaſiis artique gymnaſticæ inſervire ſolebant. Neque inde multum abludere crediderim iſtud ϛρατηγοῦ munus quo Athenion ille Philoſophus (de quo Athenæus libro V. loquitur) ab Athenienſibus ornatus fuit, iſtaque occaſione ibi tyrannidem invaſit, prope eodem modo, quo Lyſias iſte, de quo, cum, de Stephanephoris agerem, ex eodem Athenæi libro locutus ſum. Hunc nempe, cum jam ante eum ἐν τῷ τεμένει τῶ Τεχνιτῶν, εἰ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας, τὸν ἄγγελον τοῦ νέου Διονύσου [Mithridatis ſc.] καλοῦντες εἵλοντο ϛρατηγὸν ἐπὶ τῶν ὅπλων. Ipſorum namque potiſſimum impulſu hoc populum feciſſe crediderim. Interim notandum venit τεχνίτας hos magis ad *Bacchum*, [unde & *Bacchici*] adeoque ad ſcenam, quam ad ξύϛον, qui Herculi, ut dixi, ſacer erat pertinuiſſe; niſi velit quis hos ambos, cum Xyſticos, tum ſcenicos ſuum ſibi habuiſſe ϛρατηγὸν: de qua re tamen nullum plane indicium ſeſe ullibi offert. Quare melius hocce referatur ad munus ϛρατηγοῦ quod ad arma ſpectabat; cum iſte Athenion Athenienſes jam pro Mithridate contra Romanos inſtigaret: hincque accidiſſe videatur eum tyrannidem ibi invaſiſſe. Et huc facere videntur hæc ſequentia Athenæi verba: Ταῦτ' εἰπὼν συγκαθέϛησεν αὐτῷ τοὺς ἄλλους ἄρχοντας, ὧν ἐβούλετο ὑποβάλλων τὰ ὀνόματα· καὶ μεθ' οὐ πολλὰς ἡμέρας τύραννον αὐτὸν ἀναδείξας, δόγμα, &c. *Hæc fatus alios ſibi magiſtratus allegit, quos voluit; nominibus eorum in publico propoſitis, & haud multis poſt diebus tyrannide occupatâ, quid ſibi decretum*, &c.

Scilicet hunc magiſtratum, ſi jam ante, cum Athenienſes ſubeſſent Romanis, immutatus fuerat (quod hinc nulli duces bellici ibi locum haberent) hi rurſus ad arma militaria reducebant; Athenionemque talem creabant ϛρατηγὸν, quales ſub libera

libera republica locum habuerant, qualiſque, apud Demoſthenem (pro Corona) Nauſicles; de quo in decreto; δοκεῖ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ στεφανῶσαι Ναυσικλέα τὸν ἐπὶ τῶν ὅπλων, quia nempe militibus ſtipendia ſuo ſumptu ſubminiſtraſſet. Quod autem, cum jam ſubeſſent Romanorum imperio, munus iſtud στρατηγοῦ ex militari politicum fuerit factum jam ſupra ex Philoſtrato vidimus.

Sic namque nec πολεμάρχου munus tunc amplius ad militiam pertinuit. De quo *Polemarcho* (nulla belli, militiæve, ratione muneris, mentione facta) ita loquitur Pollux: Ὁ δὲ Πολέμαρχος θύει μὲν Ἀρτέμιδι ἀγροτέρᾳ, καὶ τῷ Ἐνυαλίῳ· διατίθησι δὲ τὸν ἐπιτάφιον ἀγῶνα, τῶν ἐν πολέμῳ ἀποθανόντων· καὶ τοῖς περὶ Ἁρμόδιον ἐναγίζει. δίκαι δὲ πρὸς αὐτὸν λαγχάνονται μετοίκων, ἰσοτελῶν, προξένων· καὶ διανέμει τὸ λαχὸν, ἑκάστῃ φυλῇ τὸ μέρος· τὸ μὲν διαιτηταῖς παραδίδους, εἰσάγων δὲ καὶ γραμματεῖα, ὅς, ἐν νόμῳ δικαστηρίῳ κρίνεται. Quin & apud Harpocrationem, de eodem Ariſtoteles ita: οὗτος τὲ εἰσάγει δίκας τάς τε ἀποστασίου, καὶ ἀπροστασίου, καὶ κλήρων, καὶ ἐπικλήρων, τοῖς μετοίκοις, καὶ τἄλλα ὅσα πολίταις ὁ Ἄρχων, ταῦτα τοῖς μετοίκοις ὁ πολέμαρχος. Quali munere (ac modo) fere fungebatur apud Romanos Prætor peregrinus. Hinc etenim Scholiaſtes Ariſtophanis ad hunc, in *Veſpis*, verſum: Ὡς ἀναπηδᾶν δειμαίνοντας πολλοὺς, ὡς τὸν πολέμαρχον, Ὄνομα ἀρχῆς. οὐ τοῖς πολίταις τοῦτο προσῆψεν ἀλλὰ τοῖς ξένοις· αἱ γὰρ ξενικαὶ δίκαι ἐπὶ τοῦ πολεμάρχου εἰσήγοντο, & cætera ibi videnda.

Verum denuo revertamur ad noſtros Strategos; qui non ſolum erant, ſeu nominabantur στρατηγοὶ ἐπὶ τῶν ὅπλων, ſed (quum aliis in urbibus ipſis alia agnomina eſſent, uti & diverſa munera, quamvis æque politica) etiam ΣΤΡΑΤΗΓΟΙ ΕΠΙ ΤΟΥΣ ΠΟΛΙΤΑΣ: unde habemus talem & in hoc inſigni marmore, quod apud Gruterum pag. 105. nº. 9. invenitur:

Ο ΔΗΜΟΣ ΘΕΑΙ ΡΩΜΗΙ ΚΑΙ
ΣΕΒΑΣΤΩ ΚΑΙΣΑΡΙ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟΣ
ΕΠΙ ΤΟΥΣ ΠΟΛΙΤΑΣ ΠΑΜΜΕΝΟΥΣ
ΤΟΥ ΖΗΝΩΝΟΣ
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΥ
ΙΕΡΕΩΣ
ΘΕΑΣ ΡΩΜΗΣ ΚΑΙ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ
ΕΝ ΑΚΡΟΠΟΛΕΙ ΕΠΙ ΙΕΡΕΙΑΣ ΑΘΗΝΑΣ
ΠΟΛΙΑΔΟΣ ΜΕΓΙΣΤΗΣ ΑΣΚΛΕΠΙΑΔΟΥ
ΑΛΑΙΕΩΣ ΘΥΓΑΤΡΟΣ ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΑΡΗΟΥ ΤΟΥ ΜΩΡΙΩΝΟΣ ΠΑΙΑΝΙΕΩΣ

Sicut & apud Sponium in Miſcellaneis pag. 327, ita:

Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ
Μ. ΑΙΜΙΛΙΟΝ CΑΤΟΥΡΝΕΙΝΟΝ ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ
ΕΑΥΤΩΝ ΜΕΓΑΝ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ ΕΠΙΜΕ
ΛΗΘΕΝΤΟC ΤΟΥ CΤΡΑΤΗΓΟΥ ΤΗC ΠΟ
ΛΕΩC ΑΡΙCΤΩΝΟC ΤΟΥ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ

Ut autem ϛρατηγοὶ apud Athenienſes (adhuc liberâ Republicâ) diverſi munere erant 1. quidem Militares (qui poſtea mutato, ut ſupra dictum, in procuratores annonæ publicæ converſi fuere) 2. vero Civiles, ceu *Prætores Urbani*; ſic *illorum Urbanorum* (ut Ubbonis Emmii verbis utar) *cognitio potiſſimum circa trierarchias, & facultatum permutationes, & quæſtiones quas* ἀπόφασιν & ἀϛρατείας *vocarunt, verſabantur.* Plures

Plures ſimul una eademque in civitate, præterquam Athenis, ϛρατηγὺς locum habuiſſe, docet nos ita Ariſtoteles lib. 8. Politicorum, ſub finem, his verbis: Ἔνθα μὲν ἂν ἐπὶ πᾶσι τούτοις ἀρχαὶ πλείους εἰσιν, ἔνθα δὲ ἐλάττους· οἷον ἐν ταῖς μικραῖς πόλεσι μία περὶ πάντων. καλοῦσι δὲ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΣ καὶ πολεμάρχους τούτους. *Alibi enim plures ſunt ad hæc omnia munera adminiſtranda creati magiſtratus, alibi pauciores. Verbi gratiâ, in parvis civitatibus magiſtratus unus omnibus negotiis præponitur gerendis. Tales autem Græci appellant STRATEGOS & Polemarchos.*

Sic etiam apud Smyrnenſes plures numero ϛρατηγοὶ erant: ut ex fœdere inter ipſos ac Magneſios facto patet. ibi namque habemus Στρατηγῶν γνώμη; quod plures ſimul *Strategos* indicat.

Sic & in iſta inſcriptione, quæ, præterquam inter marmora Oxonienſia, apud Reineſium quoque, Claſſis VI. n°. 101. comparet (quamvis hauſta ex marmore miſerandum in modum corrupto) plures ſimul numero reperimus ϛρατηγὺς; quin & apud hos eoſdem Smyrnæos ἐπίτροπον ϛρατηγόν. qui ἐπίτροπος, alio in marmore, cujus initium (ex Cl. I. n°. 72. jam ſupra adduxi appellatur ἐπίτροπος τῆς ϛρατηγίας. quæ verba idem Reineſius vertit, *Curator præfecturæ Reip. vel coloniæ.* Fueritne tamen ille ἐπίτροπος ϛρατηγὸς is, qui apud Athenienſes alioſque appellabatur ϛρατηγὸς πρῶτος, eruditioribus conſiderandum relinquo. Ἐπίτροπος ille ſaltem mihi & πρῶτος, atque adeo etiam ſimul ἐπώνυμος ϛρατηγὸς, apud Smyrnæos fuiſſe videtur; quum vox ἐπίτροπος ſæpius indicet *caput*, *arbitrum*, *rectorem*, *curatorem*, *præfectum aut præſidem*. Sicut & hinc in Smyrnæorum nummis (quamvis aliàs ibi plures numero ſimul ϛρατηγοὶ eſſent) comparet ὁ ϛρατηγὸς ἐπώνυμος; ut ex. gr. in his ſequentibus, ΕΠΙ ΔΗΜΟΣΤΡΑΤΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ ΣΜΥΡ. & ΕΠΙ ΣΤΡ. ΚΛ. ΡΟΥΦΙΝΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΣΜΥΡ. &, (ne

plura præter neceſſitatem congeram exempla) CΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΕΠ. CΤΡ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ.

Sic iiſdem eruditis conſiderandum relinquo, an iſti, qui in eadem illa inſcriptione vocantur στρατηγοὶ τῆς εἰρήνης; prout verba ea, licet plane corrupta, idem eruditiſſimus Reineſius legit, non habendi ſint, apud eoſdem Smyrnenſes, pro iiſdem qui apud Athenienſes, vocabantur οἱ στρατηγοὶ τῆς πόλεως, ſeu *Prætores urbani:* quo nomine ejuſmodi magiſtratus apud Romanos veniebat.

An autem *Eleutherolaconum* plures ſimul fuerint στρατηγοὶ incertum eſt: quum in iſta inſcriptione quam ſuprà, pag. 295. adduxi, ſolus compareat ΔΑΜΑΡΜΗΝΙΔΑΣ ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ.

Ex Polybio tamen videmus apud *Achæos* primum quidem duos ſimul, unà cum γραμματεῖ, ſeu *Scriba* (qui ipſi primo loco nominatur:) poſtea autem unicum tantùm obtinuiſſe: ac quidem tali modo, ut ibi pro Rectoribus Reipublicæ iſtius, tam circa militaria, quam circa politica, hi veniſſe videantur. Ipſa Polybii verba ſunt: Ἔικοσι μὲν οὖν ἔτη τὰ πρῶτα καὶ πέντε συνεπολιτεύσαντο μεθ' ἑαυτῶν αἱ προειρημέναι πόλεις, γραμματέα κοινὸν ἐκ περιόδου προχειριζόμεναι, καὶ δύο στρατηγούς. μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἔδοξεν αὐτοῖς ἕνα καθιστάνειν, καὶ τούτῳ πιστεύειν ὑπὲρ τῶν ὅλων· καὶ πρῶτος ἔτυχε τῆς τιμῆς ταύτης Μάρκος ὁ Καρυνεύς. τετάρτῳ δ' ὕστερον ἔτει τοῦ προειρημένου στρατηγοῦντος, Ἄρατος ὁ Σικυώνιος, ἔτη μὲν ἔχων εἴκοσι, τυραννουμένην δ' ἐλευθερώσας τὴν πατρίδα, διὰ τῆς ἀρετῆς τῆς ἑαυτοῦ καὶ τόλμης προσένειμε πρὸς τὴν τῶν Ἀχαιῶν πολιτείαν, ἀρχῆθεν εὐθὺς ἐραστὴς γενόμενος τῆς προαιρέσεως αὐτῶν. ὀγδόῳ δὲ πάλιν ἔτει στρατηγὸς αἱρεθεὶς τὸ δεύτερον, καὶ πραξικοπήσας τὸν Ἀκροκόρινθον Ἀντιγόνου κυριεύοντος, καὶ γενόμενος ἐγκρατής, μεγάλου μὲν ἀπέλυσε φόβου τοὺς τὴν Πελοπόννησον κατοικοῦντας. ἐλευθερώσας δὲ Κορινθίους, προσηγάγετο πρὸς τὴν τῶν Ἀχαιῶν πολιτείαν. ἐπὶ δὲ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς καὶ τὴν τῶν Μεγαρέων πόλιν διαπραξάμενος, προσένειμε τοῖς Ἀχαιοῖς. *Quinque igitur & viginti primos annos*

*dictæ*

*dictæ urbes* [Achaiæ] *Rempublicam eandem coluerunt, SCRIBAM communem & PRÆTORES duos* [Strategos] *in orbem eligentes. Poſtea placuit unum deſignare, cui rerum ſummam permitterent. eoque honore primus eſt uſus, Marcus Carynenſis. Quarto poſt anno, eodem Marco* (rurſus) *Prætura fungente* [Eruditiſſimus Caſaubonus, minus bene vertit: *Quartum annum in Prætura agebat Marcus*, ſicut ex ſequentibus liquet] *Aratus Sicyonius viginti annos natus, ereptam jugo tyranni patriam virtute ſuâ & fortitudine, Achæorum Reipublicæ attribuit. Adeo jam inde a principio ætatis mores atque inſtituta illorum adamaverat. Octavo deinde anno poſt ITERUM PRÆTOR* [Strategus] *creatus, nonnullos e præſidio, quod in Acrocerintho Antigonus habebat, pollicitationibus pellicit ad loci proditionem: quo mox occupato, ingenti quidem Peloponneſios metu liberavit Aratus; Corinthios vero, poſt libertatem eis redditam, Ad Rempublicam Achœorum adjunxit. In eadem Prætura etiam Megarenſium urbem Achæis contribuit, aſtu in poteſtatem redactam.*

Hos *Strategos*, ſeu *prætores* non in ſolis reperimus profanis ſcriptoribus, verum etiam in ipſa Novi Teſtamenti Scriptura. Sic enim de iiſdem, pluribus numero ſimul in una eademque urbe, Philippis nempe Macedoniæ, legimus in Actis cap. XVI. v. 20. Καὶ προσαγαγόντες αὐτοὺς τοῖς στρατηγοῖς, εἶπον· Οὗτοι οἱ ἄνθρωποι ἐκταράσσουσιν ἡμῶν τὴν πόλιν Ἰουδαῖοι ὑπάρχοντες, &c. ac paulo poſt: Καὶ συνεπέστη ὁ ὄχλος κατ' αὐτῶν, καὶ οἱ στρατηγοὶ περιῤῥήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια, ἐκέλευον ῥαβδίζειν. Qui *Strategi* certe militares non erant: quum jam à tam longo tempore Macedonia ſubfuiſſet Romanis.

Quin & ſuos ſibi habebant στρατηγοὺς ipſi *Judæi*; nimirum Judaicos, ac quidem non Reipublicæ ſuæ aut civitatum, ſed *Templi Hieroſolymitani*, itidem plures numero

 ſimul.

ſimul. Hinc enim habemus cap. XXII. v. 4. Evangelii S. Lucæ: Καὶ ἀπελθὼν συνελάλησε τοῖς Ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς στρατηγοῖς τὸ πῶς αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς. Ac rurſus v. 52. Εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς πρὸς τοὺς παραγενομένους ἐπ᾽ αὐτὸν Ἀρχιερεῖς καὶ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΣ τοῦ ἱεροῦ, καὶ Πρεσβυτέρους.

Videmus itaque illos, qui priori loco ſimpliciter στρατηγοὶ vocantur, hoc ſecundo appellari στρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ. Interim ſicuti hîc plures ſimul nominantur; ſic Act. IV. v. 1. unicus tantum nominatur, ac quaſi κατ᾽ ἐξοχὴν. Ita enim ibi habetur: Λαλούντων δὲ αὐτῶν πρὸς τὸν λαὸν, ἐπέστησαν αὐτοῖς οἱ Ἱερεῖς, καὶ ὁ ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ τοῦ ἱεροῦ, καὶ οἱ Σαδδουκαῖοι. atque iterum. v. 24. Ὡς δὲ ἤκουσαν τοὺς λόγους τούτους ὅ, τε Ἱερεὺς [ſubintellige Ἀρχιερέα, ita enim idem verſu 21. appellatur] καὶ ὁ ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ τοῦ ἱεροῦ, &c. tum denique v. 26. Τότε ἀπελθὼν ὁ ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ σὺν τοῖς ὑπηρέταις ἤγαγεν αὐτοὺς οὐ μετὰ βίας.

Fuit igitur is qui ſic ſolus nominatur vel caput cæterorum στρατηγῶν, ſeu præſes, adeoque eatenus πρῶτος στρατηγὸς; vel quod cum plures eſſent, tum ipſius vices ratione regiminis eſſent: quamvis, crediderim potius eum cæterorum præſidem fuiſſe; ſicut idem fere videmus in τοῖς Ἀρχιερεῦσι.

Quod verò munus ipſorum attinet (quum ſub Romanis eſſent, ac bella gerere ipſis minime liceret) videntur illi fuiſſe *Præfecti* cuſtodiæ Templi; quæ cuſtodia, ſeu cuſtodes, licet arma gererent, non tamen erant milites (ut infra clarius patebit: attamen tales, qui prohiberent vim quæ Templo inferri poterat; atque adeo excluderent ac prohiberent a Sanctis locis, ſeu gentilibus inacceſſis, illos qui Judæi non erant: (quibus & uſi videntur Judæi. Act. XXII. v. 30. cum Templi januas contra externos clauderent) tùm & Lictores erant, ſubſerviebantque τοῖς Ἀρχιερεῦσι, & γραμματεῦσι, cæteriſque in magiſtratu Judaico, quibus vi agere ex jure licebat, conſtitutis. Unde & priorem ob cauſam appellabantur

tur ἡ κουστωδία: qua ut communi jure jam dicti utebantur, ſic (ut ſupra vidimus) οἱ στρατηγοὶ ex eorum (ἀρχιερέων, γραμματέων, Φαρισαίων ac πρεσβυτέρων) numero erant, ex illiſque, procul omni dubio, electi. Hincque ad *Archiereas* & *Phariſæos* Pilatus (Matth. cap. XXVII. v. 65, 66.) Ἔχετε κουστωδίαν. ὑπάγετε καὶ ἀσφαλίσασθε, ὡς οἴδατε. Οἱ δὲ πορευθέντες ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον, σφραγίσαντες τὸν λίθον, μετὰ τῆς κουστωδίας. Hinc & illa habemus cap. XXVIII. v. 2. Ἰδού τινες τῆς κουστωδίας ἐλθόντες εἰς τὴν πόλιν ἀπήγγειλαν τοῖς Ἀρχιερεῦσιν ἅπαντα τὰ γενόμενα. Sicut autem cunctis illis ſerviebant, inde proculdubio hi *cuſtodes* etiam ὑπηρέται nominabantur: atque ad hos forſan ſpectant iſta verba Servatoris noſtri, apud Matthæum cap. V. v. 25. ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ ὑπηρέτῃ. Clarius tamen id patet ex Joan. cap. VII. v. 32. Καὶ οἱ Φαρισαῖοι, καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς ὑπηρέτας, ἵνα πιάσωσιν αὐτόν. tum & v. 45. tum denique cap. XVIII. v. Ὁ οὖν Ἰούδας λαβὼν τὴν σπεῖραν, καὶ ἐκ τῶν Ἀρχιερέων καὶ Φαρισαίων τοὺς ὑπηρέτας. ac verſu, 12. Ἡ οὖν σπεῖρα καὶ ὁ χιλίαρχος, καὶ οἱ ὑπηρέται τῶν Ἰουδαίων συνέλαβον τὸν Ἰησοῦν. In quibus Spira militaris Romanorum cum ſuo Chiliarcho, quos ſibi etiam auxilio aſſumpſerant, ab ὑπηρέταις τῶν Ἰουδαίων, qui milites non erant, clare diſtinguuntur. Hi itaque ὑπηρέται erant quibus & *cuſtodia* demandata erat Templi Hieroſolymitani, quibuſque præerant οἱ στρατηγοί; quibus rurſus unus præfuiſſe videtur ut πρῶτος στρατηγός; de quo, (ut ſic ad propoſitum noſtrum redeamus) quatenus ad Græcos & Aſiaticos pertinuit, nunc etiam adhuc aliquid addendum.

Sicut igitur plures ſæpe in una eademque civitate στρατηγοὶ ſimul erant, ſic quoque πρωτεία inter ipſos obtinebat; uti idem de *Archontibus*, oſtenſum eſt; tum & de aliis. Hinc enim ille Στρατηγὸς πρῶτος, ac quidem δὶς, ſeu ſecundâ vice, Lucius Bonnatus, in inſcriptione illa, quam pag. 243. adduxi. Ibi enim inter alia habemus ΚΑΙ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟ-

ΡΟΝ ΚΑΙ ΙΕΡΕΑ ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ ΠΡΩΤΟΝ ΔΙΣ, &c.

Annuum vero ipſorum munus fuiſſe imprimis ex ipſorum ἐπωνύμοις (ſive illi ſoli, ſive cum aliis ſimul regimen iſtud politicum obtinerent) patet; adeoque ex exemplis jam ſupra allatis: quibus addi poſſunt hæc ſequentia, ΕΠΙ ΣΤΡ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΑΠΕΛΛΑ ΑΠΟΛΛΟΝΙΔΕΩΝ; & in nummo qui ſub ſevero cuſus fuit, ΕΠΙ ΣΤΡ. ΑΙΛ ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ ΤΟ Β. ΠΕΡΠΕΡΗΝΩΝ: in alio rurſus, ΕΠΙ ΣΤΡ. ΑΝΤ. ΠΑΚΙΑΝΟΥ ΤΟ Β. ΑΔΡΥΜΥΤΤΗΝΩΝ. in alio iterum, ΕΠΙ ΣΤΡ. ΛΟΓΓΕΙΝΟΥ ΤΟ Β. ΤΩΝ ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΣΙΠ. denique (ut finem hiſce exemplis imponam) ΕΠΙ ΣΤΡ. Α. ΜΙΛΩΝΟΣ ΤΟ Β. ΑΒΥΔΗ.

Ex quibus, videmus quoque, illos quandoque plus vice ſimplici hoc munus adminiſtraſſe: ſicut & ex iſto *Lucii Bonnati* exemplo videmus, unum eundemque hominem plus ſemel, aliquando, ϛρατηγὸν πρῶτον fuiſſe; forſan & pluries; uti id in aliis muneribus annuis ſæpius contigiſſe videmus.

Στρατηγὺς tamen & Ἀντιϛρατηγὺς inter Græcos quoque locum habuiſſe, in Aſia, ut Prætores & Proprætores, æque ac Proconſules à Romanis eo in imperium miſſis, oſtendit hæc ſequens inſcriptio Pergami reperta, & a Sponio Itinerarii parte I. pag. 413. editionis Amſtelædamenſis, exhibita; tum & à Thoma Smitho, in Septem Aſiæ Eccleſiarum notitia:

ΓΑΙΟΝ

ΓΑΙΟΝ ΑΝΤΙΟΝ ΑΥΛΟΝ ΙΟΥΛΙΟΝ ΑΥΛΟΥ
ΥΙΟΝ ΚΟΥΑΔΡΑΤΟΝ ΔΙΣ ΥΠΑΤΟΝ ΑΝΘΥ
ΠΑΤΟΝ ΑΣΙΑΣ ΣΕΠΤΕΜΟΥΙΡΟΝ
ΕΠΟΥΛΟΝΩΝ ΦΡΑΤΡΕΜ ΑΡΟΥΑΛΕΝ
ΠΡΕΣΒΕΤΗΝ ΚΑΙ ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝ
ΚΑΙ ΒΕΙΘΥΝΙΑΣ ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ ΑΣΙΑΣ
ΠΕΣΒΕΥΤΗΝ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΕΠΑΡΧΙΑΣ
ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ ΚΡΗΤΗΣ
ΚΥΠΡΟΥ ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ ΛΥΚΙΑΣ ΚΑΙ ΠΑΜΦΥΛΙΑΣ
ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ ΚΑΙ ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΝΕΡΟΥΑΣ ΤΡΑΙΑΝΟΥ
ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ
ΔΑΚΙΚΟΥ ΕΠΑΡΧΙΑΣ ΣΥΡΙΑΣ Η ΒΟΥΛΗ
ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΤΩΝ ΠΡΩΤΟΩ ΝΕΩΚΟ
ΡΩΝ ΠΕΡΓΑΜΕΝΩΝ ΤΟΝ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΩΝ ΤΗΣ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ
ΤΩΝ ΣΤΑΤΙΩΤΩΝ

Inter *ἐπωνύμους* magiſtratus numerandi & *γραμματεῖς*; qui in pluribus Aſiæ urbibus obtinuere. Hi autem longe majoris dignitatis atque auctoritatis fuiſſe videntur, quam ii qui iſto nomine vel apud Romanos, vel etiam apud Athenienſes, gaudebant: quantumvis apud hos Athenienſes quandoque in Pſephiſmatis ipſorum nomen compareret; ſicut ex hiſce Ariſtophanis, in Theſmophoriazuſis, liquet:

Κηρ]

Κηρ] Ἄκυε πᾶς. ἔδοξε τῇ βυλῇ τάδε
Τῇ τῶν γυναικῶν. Τιμοκλεῖ ἐπεστάτει,
Λυσίλλ' ἐγραμμάτευεν. εἶπε Σωστράτη
Ἐκκλησίαν ποιεῖν, &c.

*Preco*] *Audi unusquiſque, viſa ſunt Senatui hæc,*
*Mulierum Senatui inquam. Timocles præerat*
*Lyſilla Scribæ officium exercebat; dixit Soſtrata,*
*Concionem facere*, &c.

De horum autem Γραμματέων munere ita Pollux libro 8. Γραμματεὺς, ὁ κατὰ πρυτανείαν κληρωθεὶς ὑπὸ τῆς βυλῆς, ἐπὶ τὰ γράμματα φυλάττειν, καὶ τὰ ψηφίσματα, καὶ ἕτερος ἐπὶ τὺς νόμυς ὑπὸ τῆς βυλῆς χειροτονύμενος. ὁ δὲ ὑπὸ τοῦ δημοσίυ αἱρεθεὶς γραμματεὺς, ἀναγινώσκει τῷ τε δήμῳ καὶ τῇ βυλῇ.

Nempe, ut bene notat ad Harpocrationem doctiſſimus Valeſius, numero primus erat, γραμματεὺς τῆς βυλῆς, & hic κληρωθεὶς καθ' ἑκάστην πρυτανείαν ὑπὸ τῆς βυλῆς; ejuſque officium erat cuſtodire decreta & ſcripta omnia (hicque fuiſſe videtur, qui in marmore apud ſponium pag. 406. vocatur Γραμματεὺς βυλευτῶν nempe Στράτων 'Ολυμπίυ Μελίτευς.) Aliter erat χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῆς βυλῆς. Tertius denique erat Scriba populi αἱρετὸς ὑπὸ τοῦ δήμυ. de quo præter hunc Pollucem, & Æſchinem, quoque Thucidides lib. 7. ubi de epiſtola Niceæ, in ſummis jam anguſtiis ad Syracuſas conſtituti, Athenienſibus prælecta loquitur; 'Ο δὲ γραμματεὺς τῆς πόλεως παρελθὼν, ἀνέγνω τοῖς 'Αθηναίοις. Sic de Senatus ſcriba Demoſthenes, pro Corona: ὁ γραμματεὺς τῆς βυλῆς: uti & Æſchines, contra Cteſiphontem, Ἵνα δὲ μὴ ἀποπλανῶ, ὑμᾶς ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως, ἀναγνώσεται ὑμῖν ὁ γραμματεὺς τὸ ἐπίγραμμα, ὁ ἐπιγέγραπται τοῖς ἀπὸ Φυλῆς τὸν δῆμον καταγαγῦσι, &c. *Sed ne vos ab inſtituto ſermone, longius abducam, epigramma, quod in eos qui populum a Phyla reduxerunt ſcriptum eſt, Scriba vobis recitabit.*

Ipſi

Ipſi autem Oratores mandabant τῷ γραμματεῖ, ut prælegerent illa aut illa ψηφίσματα, ſeu Decreta aut epiſtolas, aut alia publica acta, & leges quæ pro ſeſe contra adverſarios, adeoque in rem ſuam, afferri volebant; ut ſic majoris auctoritatis, minimeque ſuſpecta viderentur. Hinc enim illud λέγε, ad *Grammatea* ut, apud Demoſthenem de falſa Legatione: Λέγε δ' αὐτοῖς αὐτὰς τὰς ἐπιστολὰς τὰς τοῦ Φιλίππου. Λέγε δὲ τὸ ψήφισμα &c. Λέγε πρῶτον μὲν τὸ ψήφισμα, ὡς ὁρκοῦν προσήκει ὑμῖν· εἶτα τὴν ἐπιστολὴν τὴν τοῦ Φιλίππου· εἶτα τὸ Φιλοκράτους ψήφισμα· εἶτα τὸ τοῦ δήμου. Sic alibi: Λέγε μοὶ τὰ δόγματα, Amphictyonum ſcilicet. Et apud Æſchinem de Falſa Legatione: Ὅτι δὲ οὐδὲν ψεῦδος εἴρηκα πρὸς ὑμᾶς, λαβέτω μοι τὸ ψήφισμα ὁ γραμματεύς, καὶ τὰς τῶν συμπρέσβεων μαρτυρίας ἀναγνώτω. *Ut autem conſtet me nihil falſi dixiſſe apud vos, capiat Scriba Decretum, & collegarum teſtimonia recitet.* Hi *Scribæ* nempe ſervabant illa, & depromebant, ubi id deſiderabatur, prælegebant, ac denuo recondebant.

In multis Græcorum Aſiaticis urbibus hos γραμματέας magna auctoritate præfuiſſe, patet cum ex Actis Apoſtolorum (cap. XIX. v. 35. &c.) ut qui ad populum locutus, concionem quoque dimiſit, ſive, ut Græca habent, ἀπέλυσε τὴν ἐκκλησίαν; quod non vulgaris auctoritatis erat: tum & ex nummis, ubi ſæpius illi comparent; ut apud eruditiſſ. Morellium, in ſpecimine (ſecundæ edit. pag. 235.) ΕΦΕΣΙΩΝ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΓΡΑΜ. ΓΛΑΥΚΩΝ ΕΥΘΥΚΡΑΤΟΥΣ, qui ſimul γραμματεὺς & ἀρχιερεὺς, ſeu Pontifex ibi fuit. Sicut & ibidem pag. 116. ΕΦΕΣΟΣ ΚΥΖΙΚΟΣ ΕΠΙ ΠΑΙΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ ΟΜΟΝΟΙΑ. Quod ne de Cyzicenis capiendum videatur, facit hæc ſequens apud Harduinum, ΕΠΙ ΠΑΙΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ ΑΡΤΕΜΙΣ ΕΦΕΣΙΩΝ. Ita & apud Magneſios, ubi & στεφανηφόροι & alii quoque ἐπώνυμοι erant [ſicut & alibi a me oſtenſum eſt] id itidem ex nummis patet. Hinc enim I. ille Juliæ Mammææ habet. ΓΡΑ. ΦΡΟΝ-

ΤΕΙΝΟΥ ΜΑΓΝΗΤΩΝ. 2. Alexandri Severi hæc, ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΕΠ. ΓΡ. ΑΥΡ. ΤΥΧΙΚΟΥ. & 3. Gordiani Junioris, ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΕΠΙ. ΓΡ. ΑΜΑΡΑΝΤΟΥ ΜΟΣΧΙΩΝΟΣ.

Neque aliter ſub eodem Gordiano imperante ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΕΠΙ. ΓΡ. ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΥ, ac ſub Caracalla, ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΓΡ. ΦΛ. ΒΑΣΣΟΥ. tandemque ſub Maximino ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΓΡΑΜΜΑ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΥ. Ut autem inter hujuſmodi inſcriptiones ſignatas frequentius ſe produnt illi, qui fuere *Epheſiorum*, *Nyſæorum*, *Magnetum*, ac *Trallianorum*; ſic tamen reperiuntur & *Antiochenſium* & *Adrymyttenſium*, & *Pergamenorum*, & *Laodicenſium*, & *Mylaſenſium*, & præterea aliorum.

Apud *Nyſæos* autem ſicuti, γραμματεῖς obtinebant, ita & iidem ſecundum quandoque, ſeu ſecunda vice (forſan & pluries) iſtud munus obibant. Id namque ex hac inſcriptione nummi ſub Maximino cuſi liquet: ΕΠΙ ΓΡ. ΕΥΤΥΧΟΥ Β. ΝΥΣΑΕΩΝ. Quod idem tamen & apud alios locum habuiſſe, hæc ſequens ſatis clare indicat ΕΠΙ ΓΡ. ΦΛ. ΒΑΣΣΟΥ Β. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. Ex quibus quoque non obſcure apparet magiſtratum hunc annuum fuiſſe, atque ad eoſdem aliquando poſt interpoſitum tempus, ſive electione ſive ſortitione, iterum rediiſſe.

Porrò ὁ γραμματεὺς, ſecundum Erudítiſſimum Vaillantium, fuit *Senatûs ac populi Scriba, quique omnes Leges, Plebiſcita, & Senatus conſulta, in tabulas referebat, eorumque cuſtos & interpres* [de quo poſtremo tamen ego valde dubito] *erat & in omnibus Pſephiſmatis nomen ſuum, & ante* ἄρχοντος *&* στρατηγοῦ, *qui Senatus pro magiſtratus tempore Præſides fuiſſent præſcriptum habebat: cum illis quotannis creabatur, & ſi Archon aut Prætor è vita in magiſtratu exierat, nomen Scribæ in nummis ſignabatur: quod in urbibus ubi eorum nomen pro magiſtratu in nummis apponebatur, duo eligebantur ut Archontes & Duumviri, ut videre eſt in nummis.* An

An autem ille qui vocatur in marmoribus Oxonienſibus γραμματεὺς βȣλῆς δήμȣ (ſupple ϗ, ſicuti apud Sponium Tom. 2. pag. 404. habetur γραμματεὺς βȣλῆς ϗ δήμȣ) cum pag. 264. tum pag. 294. unus idemque fuerit cum illo qui pag. 295. nominatur γραμματεὺς τ πόλεως; uti & an in poſtremo iſto marmore, miſerabilem in modum mutilato, quum bis occurrat γραμματέων ibi duo ſimul γραμματεῖς, ſive uno eodemque tempore id muneris obeuntes, indicentur fateor mihi obſcurum atque incertum eſſe.

Quod ulterius ad ipſorum dignitatem attinet; in iſta inſcriptione quæ apud Reineſium Claſſe III. nº. 36. & apud Sponium in miſcellaneis pag. 369. occurrit, habemus I. ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΒΕΝΤΙΔΙΟΥ ΣΩΤΑ . . . . . ΚΑΙ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ ΑΙΛΙΟΥ ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΥ . . . . ΚΑΙ ΝΟΜΟΔΙΚΤΟΥ ΑΥΛΟΥ ΟΙΝΕΩΣ ac ſecundo (paucis interjectis) ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΑΥΡ. ΑΓΧΑΡΗΝΟΥ ΦΑΙΔΡΟΥ . . . . . . . . . ΚΑΙ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ ΑΣΣΥΡΙΟΥ ΣΥΛΛΕΩΣ . , . . . . . . . : : ΚΑΙ ΝΟΜΟΔΙΚΤΟΥ ΤΙΒ. ΚΛΑΥΔ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ: Quibus indicari videtur, ſicut ἀγῶνεσιν ſeu Certaminibus præſidebant ἄρχοντες; ac quidem hoc anno hic, alio vero alius quiſpiam; iique eſſent *Sacræ Synodi* i. e. Collegii moderatorum ac miniſtrorum præſides; ita & γραμματέα hujus collegii ſecundum locum occupaſſe (ſicut νομοδείκτης tertium) adeoque & in actis publicis ad illa Certamina ſpectantibus ſic in ſuo munere quoque ἐπώνυμον fuiſſe temporaque certaminum diverſa ab ipſo etiam (prout is hoc aut illo anno præſidebat quoque) fuiſſe denominata.

Habemus igitur hic & γραμματέα ſeu *Scribam Agonis Muſici:* ſive iſtius *Synodi*, aut *Collegii*, quod ei agoni præſidebat ac ſubſerviebat. Huc enim ſpectat ille ἄρχων, & non ad Reipublicæ regimen: ſicut ex νομοδείκτῃ qui tum huic, tum ſcribæ ſubjungitur, clareſcit.

Quantæ dignitatis alias & circa adminiſtrationem civitatum fuerint ex ſequentibus patet; ac 1. quidem ex lapide *Sardibus* urbe Lydiæ reperto; quem Reineſius Cl. VII. nº. 36. exhibet:

ΑΡΞΑΝΤΑϹ ΤΑϹ ΠΛΕΙϹΤΑϹ
ΑΡΧΑϹ ΚΑΙ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑϹ
ΕΝΔΟΞΩϹ ΚΑΙ ΕΠΙΦΑΝΩϹ
ΚΑΙ ΓΡΑΜΜΑΤΕΥϹΑΝΤΑϹ ΦΙΛΟ
ΤΙΜΩϹ ϗ τὰ λ.

2. Ex illo apud Napolitanos reperto, qui moribus Græcanicis ac ritibus (ſicut alibi ex Strabone oſtendo) maxime gaudebant, Claſſis I. nº. 203. reperiundo,

Η ΦΡΗΤΡΙΑ ΗΟΝΙΟΝΑΕΩΝ ΛΕΥΚΙΟΝ
ΕΡΕΝΝΙΟΝ ΠΥΘΩΝΟΣ ΥΙΟΝ ΑΡΙΣΤΟΝ
ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ
ΔΗΜΑΡΧΗΣΑΝΤΑ ΝΑΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΝ
ΤΑ ΓΡΑΜΜΑΤΙΣΑΝΤΑ ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΟΝ
ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΚΟΝ ΘΕΟΙΣ

Tum tertiò ex illa Agrigentinorum, quæ ſub finem hujus opuſculi integra (prout nunc habetur) adducenda erit:

ΕΠΙ ΙΕΡΟΘΥΤΑ
ΝΥΜΦΩΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΩΝΟΣ
ΠΑΡΑΠΡΟΣΤΑ ΤΑΣ ΒΟΥΛΑΣ
ΠΡΟΕΔΡΕΥΟΥΣΑΣ ΤΑΣ ΦΥΛΑΣ
ΤΩΝ ΥΛΛΕΩΝ ΠΡΟΑΓΟΓΟΥΝΤΟΣ
ΔΙΟΚΛΕΟΣ ΤΟΥ ΔΙΟΚΛΕΟΣ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣ ΑΔΡΑΝΙΩΝΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ καὶ τὰ λ.

4. Deni-

4. Denique ubi γραμματοφύλακα, alio nomine eodem tamen cum munere, ut puto, habemus, (nempe in miſcellaneis Sponii pag. nº. CXVI.) hoc modo:

ΠΑΤΕΡΝΙΑΝΟΝ ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ ΕΠΙ ΤΩΝ ΟΠΛΩΝ ΚΑΙ ΝΕΩΚΟΡΟΝ ΤΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ ΘΕΩΝ ΝΕΜΕΣΕΩΝ ΙΠΠΑΡΧΟΝ ΓΡΑΜΜΑΤΟΦΥΛΑΚΑ ΠΡΥΤΑΝΙΝ ΠΡΩΤΟΝ. ΑΓΟΡΑΝΟΜΟΝ ΤΑΜΙΑΝ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ, καὶ τὰ λ.

Quique hic ſimpliciter Γραμματοφύλαξ appellatur, in Fœdere *Smyrnæorum* ac Magnetum vocatur Γραμματοφύλαξ τῆς βυλῆς καὶ τȣ̃ δήμȣ: quales tamen ab aliis Γραμματέων ibi diſtingui videntur, nempe τοῖς τῶν ςαγμάτων: qui minime ἐπώνυμοι erant; ſed qui milites in catalogum redigebant; ex quo tum οἱ ἐξεταςαὶ ab illis Scribis juramentum exigebant, eos bene numerum &c. exhibuiſſe. Quas exhibitas deſcriptiones (ſive ut potius ipſa verba reddam.) Τὰς δὲ ἀνενεχθείσας γραφὰς οἱ ἐξεταςαὶ παραδότωσαν τῷ γραμματοφύλακι τῆς βυλῆς καὶ τȣ̃ δήμȣ. Ὁ δὲ θέσθω εἰς τὸ δημόσιον. Ἐπικληρωσάτωσαν δὲ οἱ ἐξεταςαὶ εἰς τὰς φυλὰς τὰ ἀνενεχθέντα ὀνόματα πάντα, καὶ ἀναγραψάτωσαν εἰς τὰ κληρωτήρια. Καὶ ἔςω μετυσία τοῖς ἀναγραφεῖσιν εἰς τὰ κληρωτήρια πάντων ὧν καὶ τοῖς λοιποῖς πολίταις μέτεςιν, &c. *Exhibitas autem deſcriptiones Quæſitores* [ἐξεταςαὶ] *tradunto ACTORVM SENATVS POPVLIQVE CVSTODI. Is publico archivo reponito. Sorte vero cooptanto Quæſitores edita nomina in Tribus, & deſcribunto in ſortium tabulas. Quin participes ſint ii, qui præſcripti fuerint in ſortium tabulis, rerum omnium quarum participes ſunt reliqui cives.*

# DISSERTATIO SEXTA,

## DE

# Concilio Amphictionum, &c.

## CAPUT I.

*Origo atque initium* Concilii Amphictyonum; *& an ab Acriſio an vero ab Amphictyone inſtitutum fuerit. Quænam gentes membra iſtius* Concilii *fuerint, tum initio, tum etiam poſterioribus temporibus. Quænam immutationes circa illud factæ fuerint; imprimis à Philippo Macedone. De* προμαντεία *Delphis, ſeu prærogativa, qua primi ordine aliqui præ cæteris conſulebant Oraculum: iſtaque occaſione de* προεδρεία, προδικία, *&* ἀτελεία, ἀσυλεία, *tum hic loci, tum alibi.*

HIſce jam utcunque pertractatis, non poſſum, non ſubjungere *Amphictyonas*: eo quod iſtud *Amphictyonum Concilium*, quod tanta fama atque auctoritate inter Græcos fuit, cum peculiaria quædam curaret Sacra, (hincque & Delphici Templi, atque Oraculi ſimul, curam gereret) tum & commune jus Græcorum (illorum ſaltem qui hujus communitatis participes erant) tutaretur; eorum nempe, libertatem, quamdiu ipſa Græcia libera fuit, tutaretur; judicia quædam peculiaria exerceret, bellaque Sacra aut profana pro iſta declararet ac ſuſciperet; aliaque plura gereret quæ ad iſtam communitatem pertinerent. Sicuti & *Sacerdotum* ac membrorum primariorum iſtius *Concilii*, ſive *Hieromnemonum* ac

ac *pylagorarum*, nominibus, ut ἐπωνύμων, annua tempora ſignata fuerunt.

Ut autem de origine iſtius *Concilii* prius agam, notandum diverſimode de illa ſcipſiſſe veteres: cum hi illam Amphictyoni, alii rurſus Acriſio adſcribant, atque illa quæ de Concilio iſto ante Acriſium narrantur plane fabuloſis deputent: quorum è numero quoque Strabo eſt; qui temporum fabuloſorum hiſtoriis non nimium credulus, ita libro nono loquitur: Τὰ πάλαι μὲν οὖν ἀγνοεῖται. Ἀκρίσιος δὲ τῶν μνημονευομένων πρῶτος διατάξαι δοκεῖ τὰ περὶ τοὺς Ἀμφικτύονας, καὶ πόλεις ἀφορίσαι τὰς μετεχούσας τοῦ συνεδρίου, καὶ ψῆφον ἑκάστῃ δοῦναι, τῇ μὲν καθ᾽ αὑτήν, τῇ δὲ μεθ᾽ ἑτέρας, ἢ μετὰ πλειόνων· ἀποδεῖξαι δὲ καὶ τὰς Ἀμφικτυονικὰς δίκας, ὅσαι πόλεσι πρὸς πόλεις εἰσίν. ὕστερον δ᾽ ἄλλαι πλείους διατάξεις γεγόνασιν, ἕως κατελύθη καὶ τοῦτο τὸ σύνταγμα, καθάπερ καὶ τὸ τῶν Ἀχαιῶν. αἱ μὲν οὖν πρῶται δώδεκα συνελθεῖν λέγονται πόλεις· ἑκάστη δ᾽ ἔπεμπε Πυλαγόραν, δὶς καθ᾽ ἔτους οὔσης τῆς συνόδου, ἔαρός τε καὶ μετοπώρου· ὕστερον δὲ καὶ πλείους συνῆλθον πόλεις. τὴν δὲ σύνοδον Πυλαίαν ἐκάλουν, τὴν μὲν ἐαρινήν, τὴν δὲ μετοπωρινήν, ἐπειδὴ ἐν Πύλαις συνήγοντο, ἃς καὶ Θερμοπύλας καλοῦσιν· ἔθυον δὲ τῇ Δήμητρι οἱ Πυλαγόραι. *Antiquiora ſane ignorantur. Sed Acriſius primus memoratur, qui Amphictyonum ordinem inſtituerit, & urbes definiverit, quibus in eo conſeſſu locus eſſet: ſinguliſque ſuffragii locum tribuerit, aliis pro ſe, aliis cum una aliqua aut pluribus aliis, communicata ſententia: judicia etiam ordinaſſe, quibus urbium inter ſe lites diſceptarentur. Poſtea temporis plures ſunt factæ conſtitutiones: donec illud quoque abolitum eſt collegium; itidem, ut Achæorum. Principio conveniſſe dicuntur duodecim civitates, quarum quævis ſuum mitteret legatum Pylagoram dictum. Conveniebatur bis per annum, ſcilicet Vere & Autumno. Concilium Pylæam nominabant, vernum & autumnale: quia ad Pylas conveniebant, quæ etiam à calidis aquis Thermopylæ appellantur. Cereri ſacrificabant Pylagoræ.*

Quæ

Quæ Strabonis verba paulisper illuſtrare, ac cum aliorum verbis conferre nitar, poſtquam & Pauſaniam, de hoc Concilio loquentem adduxero. Qui Pauſanias, dum rem altius repetit, ulteriuſque deducit quam Strabo, hoc modo loquitur in Phocicis, ſeu lib. 10. Καταστῆσαι δὲ συνέδριον ἐνταῦθα Ἑλλήνων, οἱ μὲν Ἀμφικτύονα τὸν Δευκαλίωνος νομίζουσι. καὶ ἀπὸ τούτου τοῖς συνελθοῦσι ἐπίκλησιν Ἀμφικτύονας γενέσθαι. Ἀνδροτίων δὲ ἐν τῇ Ἀτθίδι ἔφη συγγραφῇ, ὡς τὸ ἐξ ἀρχῆς ἀφίκοντο ἐς Δελφοὺς παρὰ τῶν περιοικούντων συνεδρεύσοντες· καὶ ὀνομασθῆναι μὲν Ἀμφικτίονας τοὺς συνελθόντας, ἐκνικῆσαι δὲ ἀνὰ χρόνον τὸ νῦν σφισιν ὄνομα. Ὑπὸ μὲν δὴ Ἀμφικτύονος αὐτοῦ φασιν ἐς συνέδριον κοινὸν τοσάδε γένη τοῦ Ἑλληνικοῦ συναχθῆναι· Ἴωνας, Δόλοπας, &c. *Conventum hoc in loco Græci conſtitutum ab Amphictyone primum Deucalionis filio, ſatis conſtanti hominum ſententia traditur; & ab eo conſeſſum illum Amphictyonas appellatos. Androtion vero in Attica hiſtoria, ſcribit, in Delphicum conſeſſum initio è circumvicinis conveniſſe conſiliarios: eoſque qui eo convenire ſolerent,* Ἀμφικτίονας (i. e. circumvicinos) *nominatos fuiſſe: poſtmodum vero id obtinuiſſe nomen, quo nunc appellantur,* Ἀμφικτύονες. *Ab ipſo quidem Amphictyone in commune concilium vocatos tradunt hos Græci nominis populi Jones, Dolopes,* &c.

Primo igitur initio, ſive id ab Amphictyone, ſive ab Acriſio repetendum ſit, Concilium iſtud fuit XII. urbium, qui ſingulæ ad *Pylæam*, quæ primitus, *Thermopylis* inſtituebatur, unicum mittebant *Pylagoram*. Crediderim ſane fundamenta iſtius Concilii jam ante Acriſium fuiſſe jacta, ab iſto vero illud in meliorem ordinem fuiſſe redactum, pluresque civitates illis XII. ſuperadditas; quanquam non plures numero *Pylagoræ* tunc adhuc eo mitterentur: ſed una unicum ſuffragium ferret, pro ſemetipſa, alia vero unicum pro duabus i. e. pro ſe atque alia ſibi juncta ſimul, alia denique pro pluribus ita ſimul junctis.

At

At tempore ulterius procedente plures Civitates acceſſiſſe patet ex illis, quæ a Pauſania narrantur; adeoque & ſuffragiorum numerum fuiſſe adauctum: quin totas tandem regiones ad κοινὸν illud ſeu *communitatem* illam nomen dediſſe, ſeſeque iſto fœdere devinxiſſe: atque hinc quoque factum fuiſſe ut plures numero *Pylagoræ* ſimul ab unica ſeu civitate, ſeu populo vel regione eò mitterentur: quamvis iſti plures ſimul miſſi unicum ſolum ferrent ſuffragium: donec & hæc temporis tractu mutarentur.

Manebat interim ille numerus XII. populorum ſeu gentium, quæ iſtius communitatis participes erant: ſed numerantur iſtæ pauliſper diverſe, a diverſis antiquorum ſcriptorum. Æſchines enim (Orat. περὶ παραπρεσβείας) hoc modo illas enumerat, de ſua ſcilicet ætate locutus: Κατηριθμησάμην ἔθνη δώδεκα τὰ μετέχοντα τοῦ ἱεροῦ· Θετταλοὺς, Βοιωτοὺς (οὐ Θηβαίους μόνους) Δωριέας, Ἴωνας, Περραιβοὺς, Μάγνητας, Δοκροὺς, Οἰταίους, Φθιώτας, Μαλεεῖς, Φωκεῖς. καὶ τούτων ἔδειξα ἕκαστον ἔθνος ἰσόψηφον γενόμενον τὸ μέγιστον τῷ ἐλάττονι· τὸν ἥκοντα ἐκ Δωρίου καὶ Κυτινίου, ἴσον δυνάμενον Λακεδαιμονίοις (δύο γὰρ ψήφους ἕκαστον φέρει ἔθνος) πάλιν ἐκ τῶν Ἰώνων τὸν Ἐρυθραία καὶ Πριηνέα τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ τοὺς ἄλλους κατὰ ταὐτά. *Enumerabam porro gentes XII. quæ Templi participes eſſent, Theſſalos, Bæotios,* [non Thebanos ſolos] *Dorienſes, Jones, Perrhibæos, Magnetes, Locrenſes, Oetæos, Phtios, Maleenſes, Phocenſes: & harum gentium unamquamque demonſtrabam par ſuffragii jus habere, maximam idem quod minimam: eum qui veniſſet Dorio & Cytinio, tantum valere quantum Lacedæmonias (binum enim quamque gentem ſuffragium ferre) ex Jonibus item Erythræum & Prienenſem quantum Athenienſes; & cæteros eodem modo.*

Harpocration vero, & Suidas, hoc modo gentes illas enumerant: *Jonas, Dorienſes, Perrhibæos, Bæotios, Magnetes, Achæos, Phtiotas, Maleenſes, Dolopes, Ænienas, Delphos, Phocenſes.*

At Pauſanias (ut jam pro parte indicavi) ita de ipſis loquitur: Ὑπὸ μὲν δὴ Ἀμφικτύονος αὐτοῦ φασὶν ἐς συνέδριον κοινὸν τοσάδε γένη τοῦ Ἑλληνικοῦ συναχθῆναι· Ἴωνας, Δόλοπας, Θεσσαλοὺς, Αἰνειανοὺς, Μάγνητας, Μαλεέας, Φθιώτας, Δωριεῖς, Φωκέας, Λοκροὺς τῇ Φωκίδι ὁμόρους ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Κνημῖδι. Καταλαβόντων δὲ Φωκέων τὸ ἱερὸν, καὶ ὕστερον δεκάτῳ ἔτει λαβόντος πέρας τοῦ πολέμου, μεταβολὴν καὶ τὰ Ἀμφικτυόνων ἔσχε. Μακεδόνας μὲν γὰρ τελεῖν ἐς Ἀμφικτύονας ηὕροντο, Φωκέων δὲ τὸ ἔθνος καὶ ἐκ τοῦ Δωρικοῦ Λακεδαιμόνιοι μετασχόντες ἐπαύσαντο Ἀμφικτυονίας· οἱ μὲν τοῦ τολμήματος ἕνεκα οἱ Φωκαεῖς, οἱ δὲ συμμαχίας ηὕραντο οἱ Λακεδαιμόνιοι τῆς Φωκέων ζημίας. Βρέννου δὲ τῶν Γαλατῶν στρατὸν ἀγαγόντος ἐς Δελφοὺς, προθυμίαν ἐς τὸν πόλεμον οἱ Φωκεῖς πλείστην τῶν Ἑλληνικῶν παρέσχοντο. καὶ ἀπὸ τοῦ ἔργου τούτου μεταλαχεῖν Ἀμφικτυονίας αὖθις καὶ ἐς τὰ ἄλλα ἐγένετο ἀξίωμα αὐτοῖς ἀνασώσασθαι τὸ ἀρχαῖον. Βασιλεὺς δὲ Αὔγουστος μετεῖναι καὶ Νικοπολίτας τοῖς πρὸς τῷ Ἀκτίῳ συνεδρίου τοῦ Ἀμφικτυόνων ἠθέλησε. Μάγνητας μὲν οὖν καὶ Μαλεεῖς, καὶ Αἰνειᾶνας, καὶ Φθιώτας, Θεσσαλοῖς συντελεῖν: τὰς ψήφους δὲ ὅσαι τούτων τε καὶ Δολόπων (οὐ γὰρ ἔτι ἦν Δολόπων γένος) Νικοπολίτας φέρειν. Οἱ δὲ Ἀμφικτύονες οἱ ἐπ' ἐμοῦ τριάκοντα ἀριθμῷ ἦσαν. Ἐκ Νικοπόλεως μὲν καὶ Μακεδονίας τε καὶ Θεσσαλῶν, ἀπὸ ἑκάστων δύο ἀριθμῷ ἦσαν· ἐκ δὲ Βοιωτῶν (Θεσσαλίας γὰρ καὶ οὗτοι τὰ ἀρχαιότερα ᾤκησαν, καὶ Αἰολεῖς τηνικαῦτα ἐκαλοῦντο) καὶ ἐκ Φωκέων τε καὶ Δελφῶν, παρὰ τούτων δύο ἑκάστων· εἷς δὲ ἐκ Δωρίδος τῆς ἀρχαίας. πέμπουσι δὲ καὶ Λοκροὶ οἵ τε καλούμενοι Ὀζόλαι καὶ οἱ πέραν Εὐβοίας, ἕνα ἑκάτεροι. καὶ Εὐβοεὺς ἐστὶν εἷς καὶ εἷς Ἀθηναῖος. Αἱ μὲν δὴ πόλεις Ἀθῆναι καὶ Δελφοὶ καὶ ἡ Νικόπολις, αὗται μὲν ἀποστέλλουσι συνεδρεύσαντας ἐς Ἀμφικτυονίαν πᾶσαν. Ἀπὸ δὲ ἐθνῶν κατειλεγμένων ἑκάστῃ πόλει ἀναμέρος ἐς Ἀμφικτίονας καὶ ἐν χρόνου περιόδῳ συντελεῖν ἐστιν. *Ab ipſo quidem Amphictyone in commune Concilium vocatos tradunt hos Græci nominis populos, Jones, Dolopas, Theſſalos, Ænianos, Magnetes, Maleenſes, Pthiotas, Dorienſes, Phocenſes, & Locros Phocidi finitimos, Cremidis montis accolas. Poſtea vero*

*quam*

*quam Phocenſes Templum diripuerunt, decennali jam bello confecto, mutationem etiam ſenſit Amphictyonum curia: ſiquidem Macedones locum in ea ſunt adepti: Phocenſium vero natio, & ex Dorico nomine Lacedæmonii, ſunt ordine moti: illi ob admiſſum ſacrilegium, hi quod opem Phocenſibus tuliſſent, mulcta affecti. Verum cum Galli duce Brenno Delphos adorti fuiſſent, præ cunctis Græcis Phocenſes ſtrenuè rem geſſerunt: quare & Amphictyonatum, & priſtinam omnem dignitatem receperunt. Auguſtus deinde Imperator Nicopolitanis etiam, qui ad Actium ſunt, locum eſſe inter Amphictyonas voluit: cum Magnetas, Maleenſes, Ænianas, ac Phtiotas contribuere ſe Theſſalis juſſiſſet: Suffragia autem quæ eorum & Dolopum fuerant (interierat enim jam Dolopum gens) ad Nicopolitanos tranſtulit. Fuerunt ætate mea Amphictyones numero XXX. A Nicopoli, Macedonia & Theſſalis bini: ex Bæotis vero (nam & hi priſcis temporibus Theſſaliæ partem tenuerunt, Æolenſes appellati) ex Phocenſibus item & Delphis bini: unus ex vetere Dorica terra. Mittunt præterea Locri qui Ozolæ appellantur, & ſimul qui ultra Eubœam ſunt, unum utrique. Unus Eubœenſis, & item unus Athenis accedit. Athenæ quidem, Delphi, & Nicopolis, omnes obeunt Amphictyonum conventus. Nam ex cæteris quos enumeravimus populis, vicem quiſque ſuam rato temporis ambitu in eum conſeſſum conveniunt.*

Mutationem hîc factam non obſcure videmus per Acriſium: forſan & alia quoque facta fuit intra Acriſii & Philippi Macedonis ætatem: quod poſtremum etiam, non tantum ex temporum conſtitutione, ſed & ex ipſa Æſchinis enumeratione, apparere videtur. *Theſſalos* enim nominat Æſchines & *Oetæos*, & *Locrenſes*, & *Bæotos*; ac quidem cum hac diſtinctione addita, *non ſolos Thebanos*, Thebanoſ-

que adeo a *Bœotis* ſeparatos in iſtarum gentium catalogo recenſet. *Oltæos* quoque (ut videmus) nominat, quos alii, uti *nec Dolopas*, memorant: quum Harpocration, & Suidas *Achæos* & *Dolopas* & *Ænianas* numerent. Nec *Delphos* memorat Æſchines; qui tamen ab Harpocratione & Suida memorantur: Sicuti nec *Bœotorum*, nec *Thebanorum* meminit Pauſanias, dum cæteros recenſet.

Nec certe cum idem Pauſanias enumerare ſuffragia, quæ ſua ætate ibi ferebantur, inſtituerit, eaque XXX. numero fuiſſe dicat, non tamen ultra XVII. adſcendit. Ita ut hîc aliquid in ipſo deficere videatur: cum XIII. reſtent, ab eo non memorata, ut numerus iſte XXX. compleatur. Nec præterea ipſi cum Æſchine convenit; qui ſingulis populis bina ſuffragia adſcribit: cum noſter *Dorienſibus*, *Locrenſibus* aliiſque duobus, ſingulis tantum ſingula ſuffragia attribuat. De Prienenſibus, in Jonia (ac quidem ubi Concilium *Panionium* habebatur) ac de Erythræis interim ita loquitur Æſchines, ut qui æquale ſuffragiorum jus cum Athenienſibus ac Lacedæmoniis obtinuerint.

Hic ſimiliter obſervandum, ex Joniæ urbibus, non ſolis majoribus verum & longe minoribus, vice ita, ut videtur obſervatâ delegatos *Pylagoras* atque *Hieromnemones* ad Pylæam (ſive illa ad Thermophylas ſive Delphis celebraretur) fuiſſe profectos: ſeu quod iſtæ vices ordine in orbem redirent, ſeu quod id electione facta contigerit. Quod maxime factum fuiſſe mihi videtur, ubi ac quando, duæ, tres, quatuor pluresve urbes ſimul unicum (ut Strabo narrat) ibi ferrent ſuffragium. Quod ex. gr. ita in Doride, quæ quatuor tantum urbibus conſtabat, proculdubio locum habuit.

Notanda denique illa, quæ Plutarchus de Themiſtocle narrat; hæc nempe ſequentia: Ἐν δὲ τοῖς Ἀμφικτυονικοῖς συνεδρίοις τῶν Λακεδαιμονίων εἰσηγουμένων ὅπως ἀπείργωνται τῆς Ἀμφικτυονίας

νίας αἱ μὴ συμμαχήσασαι κατὰ τοῦ Μέδου πόλεις, φοβηθεὶς μὴ Θετταλοὺς καὶ Ἀργείους, ἔτι δὲ Θηβαίους ἐκβαλόντες τοῦ συνεδρίου, παντελῶς ἐπικρατήσωσι τῶν ψήφων, καὶ γένηται τὸ δοκοῦν ἐκείνοις, συνεῖπε ταῖς πόλεσι, καὶ μετέθηκε τὰς γνώμας τῶν πυλαγόρων διδάξας ὡς τριάκοντα καὶ μία μόναι πόλεις εἰσὶν αἱ μετασχοῦσαι τοῦ πολέμου, καὶ τούτων αἱ πλείους παντάπασι μικραί. δεινὸν οὖν εἰ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἐκσπόνδου γενομένης, ἐπὶ ταῖς μεγίσταις δυσὶν ἢ τρισὶ πόλεσι ἔσται τὸ συνέδριον. *Quum in conventibus Amphictyonicis referrent Lacedæmonii ad Concilium, ut ab eo concilio arcerentur civitates quæ arma non conſociaſſent adverſus Medum, timens ne ſummotis a conſeſſu Theſſalis, Argivis, præterea Thebanis, illi haberent ſemel ad nutum ſuum ſuffragia, atque ex eorum voluntate omnia gererentur,* [quod poſtea Macedonibus ex tali artificio obtigit] *patrocinatus eſt hiſce civitatibus, & ſententias Pylagorarum circumegit; docens quæ conſortes belli fuiſſent unam & triginta civitates eſſe, atque has magnâ ex parte plane exiles. Non eſſe igitur ferendum, ſi excluſa a fœdere reliqua Græcia Concilium hoc ad duarum vel trium Ampliſſimarum civitatum arbitrium redigeretur,* &c. Quum ſcilicet XXXI. iſtis civitatibus illud jus ſuffragia ibi ferendi, a Lacedæmoniis ut videmus, concederetur, non voluit reliquam Græciam hinc excluſam Themiſtocles.

Non credo quidem omnes iſtas XXXI. civitates tunc ſingulas jus illud ſuffragii reverâ poſſediſſe: ſed id voluiſſe Themiſtoclem: ut ſi hæ omnes iſtud jus obtinerent, reliquas non poſſe excludi; quod æque civitates Græcæ eſſent.

Obſervandum quoque eſt, *Argivos* hîc quoque nominari; ut quos Lacedæmonii eodem prætextu excluſos volebant. Qui tamen Argivi neque a Strabone, neque ab ullo alio, inter Amphictyones numerantur: niſi velimus hos ſub communi Dorienſium (in Peloponneſo) nomine fuiſſe compre-

henſos: ſicut *Jones* in Aſia minori: qui æque ab *Jonibus Achæis* atque illi a *Doride*, extra Peloponneſum, originem ſuam trahebant.

Denique ex Pauſaniæ verbis videmus, nunc hos populos, vel civitates, inde fuiſſe extruſos, nunc illos fuiſſe allectos, aliorumque ſuffragia, vel tali, vel alia, occaſione aliis fuiſſe tributa: nec ſemper eaſdem civitates idem jus ſuffragii obtinuiſſe; nec ſemper omnes ſimul ad omnes conventus Pylæos comparuiſſe: poſtremis ſaltem (ac quidem Pauſaniæ) temporibus; cæteroſque, præter *Athenienſes*, *Delphenſes* ac *Nicopolitanos*, ſtatas ſuas vices eò conveniendi obſervaſſe.

Porrò hoc tandem obſervari debet Civitates iſtas, quæ ibi jus, ſive unius, ſive bini numero ſuffragii obtinebant, non ſemper unicum tantum eò miſiſſe *Pylagoram*. Sed videmus ex Æſchine, jam Philippi Macedonis tempore, ab Athenienſibus quatuor ſimul eo miſſos fuiſſe Pylagoras (inter quos & ipſe Æſchines ſemetipſum numerat, & Demoſthenes quoque ut optime Le Prideaux obſervat, numerandus eſt) una cum *Hieromnemone*, fuiſſe delegatos: non ſcilicet, quod majus jus ſuffragii (ut dixi) tunc haberent, ſed ob negotii tunc tractandi pondus, ac quod, factionibus laborante tunc populo Athenienſi, pars una alteri plane diffideret; hincque Demoſthenes æque atque Æſchines eò delegatus fuiſſet; aliique, ſive ex more, ſive ob cauſam modo dictam, ipſis adjuncti fuerint: quod tamen circa *Hieromnemones* ſe aliter habebat. Iſtumque morem credo & apud alios, populos ſcilicet potentiores obtinuiſſe; in turbido, ſaltem, Græcorum populorum ſtatu, aut metu hoſtis externi.

Ex Pauſaniæ verbis, jam ſupra adductis, videmus *Macedonas*, poſt decennale bellum cum Phocenſibus, locum inter *Amphictyonas* fuiſſe adeptos, extruſis inde his Phocenſibus. Quod quomodo factum nobis narrat, libro 16. Diodorus

dorus Siculus. Unde & clarius perſpicimus, cuinam fundamento innixus Demoſthenes dixerit. [Sicut & alibi rationes reddidi] τὴν Πυθίαν φιλιππίζειν: quod ille ſcilicet Oraculo Delphico, adeoque & Pythiæ, dominaretur; eamque cogere valeret, ut quicquid ille vellet, de quocunque negotio vaticinaretur. Verba autem ejus hæc ſunt: Οἱ δὲ Φωκεῖς συντριβόντες ταῖς ἐλπίσι, παρέδωκαν ἑαυτοὺς τῷ Φιλίππῳ. ὁ δὲ βασιλεὺς ἄνευ μάχης ἀνελπίστως καταλύσας τὸν ἱερὸν πόλεμον, συνέδρευε μετὰ τῶν Βοιωτῶν καὶ Θετταλῶν. ἔκρινεν οὖν συναγαγεῖν τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον, καὶ τούτῳ περὶ τῶν ὅλων διάγνωσιν ἐπιτρέψαι. ἔδοξεν οὖν τοῖς συνέδροις μεταδοῦναι τῷ Φιλίππῳ καὶ τοῖς ἀπογόνοις αὐτοῦ τῆς Ἀμφικτυονίας, καὶ δύο ψήφους ἔχειν ἃς πρότερον οἱ καταπολεμηθέντες Φωκεῖς εἶχον. τῶν δὲ ἐν Φωκεῦσι τριῶν πόλεων περιελεῖν τὰ τείχη, καὶ μηδεμίαν κοινωνίαν εἶναι τοῖς Φωκεῦσι τοῦ ἱεροῦ, μηδὲ τοῦ Ἀμφικτυονικοῦ συνεδρίου· μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτοῖς μηδὲ ἵππους, μηδὲ ὅπλα κτήσασθαι, μέχρις ἂν οὗ τὰ χρήματα ἐκτίσωσι τῷ θεῷ τὰ σεσυλημένα. τοὺς δὲ πεφευγότας τῶν Φωκέων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν μετεσχηκότων τῆς ἱεροσυλίας ἐναγεῖς εἶναι καὶ ἀγωγίμους πανταχόθεν· τὰς δὲ πόλεις ἁπάσας τῶν Φωκέων κατασκάψαι, καὶ μετοικίσαι εἰς κώμας, ὧν ἑκάστην μὴ πλεῖον ἔχειν οἰκιῶν πεντήκοντα, μηδὲ διεστάναι ἔλαττον σταδίου τὰς κώμας ἀπ᾽ ἀλλήλων. ἔχειν δὲ Φωκεῖς τὴν χώραν, καὶ φέρειν κατ᾽ ἐνιαυτὸν τῷ θεῷ φόρον τάλαντα ἑξήκοντα, μέχρις ἂν ἐκτίσωσι τὰ ἀπογραφέντα χρήματα κατὰ τὴν ἱεροσυλίαν. τιθέναι δὲ καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Πυθίων Φίλιππον μετὰ Βοιωτῶν καὶ Θετταλῶν, διὰ τὸ Κορινθίους μετεσχηκέναι τοῖς Φωκεῦσι τῆς εἰς τὸ θεῖον παρανομίας· τοὺς δὲ Ἀμφικτύονας καὶ τὸν Φίλιππον τὰ ὅπλα τῶν Φωκέων καὶ τῶν μισθοφόρων καταπετροκοπῆσαι, καὶ τὰ λείψανα αὐτῶν κατακαῦσαι, καὶ τοὺς ἵππους ἀποδόσθαι. ἀκολούθως δὲ τούτοις διέταξαν οἱ Ἀμφικτύονες τὰ περὶ τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ μαντείου, καὶ τἄλλα πάντα τὰ πρὸς εὐσέβειαν καὶ κοινὴν εἰρήνην, καὶ ὁμόνοιαν τοῖς Ἕλλησιν ἀνήκοντα· μετὰ δὲ ταῦτα Φίλιππος μὲν τὰ δεδογμένα τοῖς Ἀμφικτύοσι συγκαταστήσας, καὶ πάντα φιλοφρονηθεὶς, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Μακεδονίαν, οὐ μόνον δόξαν εὐσεβείας καὶ ἀρετῆς στρατηγικῆς περιπεποιημένος, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν μέλλουσαν αὐτῷ αὔξησιν γενέσθαι μεγάλας

προ-

προεγκατασκευασμένος. *At Phocenſes, rebus jam deſperatis, ſe dederunt Philippo. Rex autem cum ſic ſine pugna Sacrum illud bellum ad finem perduxiſſet, conſilium iniit cum Bœotiis & Theſſalis. Utile igitur duxit convocare concilium Amphictyonicum, illique (quaſi) judicium omnium rerum gerendarum permittere. Viſum itaque fuit Amphictyonici concilii membris participem facere Philippum ejuſque poſteros iſtius Concilii: utque duo ſuffragia* (in eo) *obtineret; quæ, antequam debellati fuiſſent, Phocenſes habuerant: utque trium urbium in Phocide muri ſubverterentur; nullaque communio eſſet Phocenſibus neque Templi, neque Concilii Amphictyonici; neque ipſis liceret ut equos aut arma poſſideant, donec pecunias quibus Deum ſpoliarant, reſtituiſſent. Profugos autem Phocenſium, omneſque illorum ſacrilegii participes devoti ut eſſent, atque undecunque in nexum ipſos abducere jus eſſet cunctæque urbes Phocenſium ut ſubruerentur, incolæque in pagos habitandos diſtribuerentur: quorum* [pagorum] *unaquæque non plures quam quinquaginta domos haberent, neque ultra ſtadium una ab altera diſtarent. Ac poſſiderent quidem Phocenſes terram, ſed quotannis redderent tributum ſexaginta talentorum, donec perſolviſſent æſtimatam atque indicatam pecuniæ mulctam, pro ratione Sacrilegii: utque Philippus conſtitueret, atque indiceret certamina Pythia, ſimul cum Bæotiis ac Theſſalis; eo quod Corinthii participes fuiſſent Phocenſibus injuriæ ac criminis in Deum. Ut porro Amphictyones ac Philippus arma Phocenſium contra rupes ac lapides confringerent, & fragmenta inde reliqua comburerent; equoſque redderent. Secundum hæc ordinarunt Amphictyones illa, quæ ad Oraculi curam atque adminiſtrationem pertinebant, cunctaque alia quæ ad religionem & communem Græcorum concordiam facerent. Poſt illa vero conſtituta Philippus, cum & ea ſimul cum illis conſtituiſſet,*

*ſtituiſſet, ac lubenti animo approbaſſit, rediit in Macedoniam; quando jam non tantum gloriam pietatis ac bellicæ virtutis ſibi comparaſſet; ſed & præterea hinc magna ſibi ad futurum incrementum adjumenta comparaſſet.*

Nec certe minus huc faciunt hæc Demoſthenis verba, ex tertia Orat. contra Philippum, de hoc ipſo Philippo: Ὀυ πρὸς τὸ πόλεις Ἑλληνίδας ἀνῃρηκέναι, τίθησι μὲν τὰ Πύθια, τὸν κοινὸν τῶν Ἑλλήνων ἀγῶνα, κἂν αὐτὸς μὴ παρῇ, τοὺς δούλους ἀγωνοθετήσοντας πέμπει; κύριος δὲ Πυλῶν καὶ τῶν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας παρόδων ἐστί, καὶ φρουραῖς, καὶ ξένοις τοὺς τόπους τούτους κατέχει; ἔχει δὲ καὶ τὴν προμαντείαν τοῦ θεοῦ, παρώσας ἡμᾶς καὶ Θετταλοὺς, καὶ Δωριέας, καὶ τοὺς ἄλλους Ἀμφικτύονας, ἧς οὐδὲ τοῖς Ἕλλησιν ἅπασι μέτεστι; *Nonne præterquam quod urbes Græciæ evertit, etiam Pythiis præeſt communibus Græcorum ludis? Quod ſi ipſe abfuerit Servos ſuos mittit certamini præfuturos? Nonne Pylas & Græciæ aditus tenet? Nonne præſidiis & peregrino milite loca illa tuetur? Nonne etiam in accipiendis Apollinis Oraculis prærogativam habet, repulſis nobis & Theſſalis & Dorienſibus & aliis Amphictyonibus: in cujus dignitatis ſocietatem non omnes Græci veniunt?*

In quibus verbis rurſus illud notandum, Philippum occupaſſe τὴν προμαντείαν, ſeu prærogativam Oraculum ante alios conſulendi (ut Latinus interpres illud vertit) & ita quidem ut ab illa alios deturbaret. Quæ προμαντεία hic equidem mihi non videtur, jus aliquid aut prærogativa prius ordine, præ aliis Oraculum conſulendi; atque ita quidem, ut ille qui προμαντεία iſta gaudebat, primus præ aliis, ac ſine ſortitione id conſuleret: ſed quo quis Oraculo ita dominaretur, ut ipſius quaſi imperium obtineret, atque ita perpetuo præſideret, ut Amphictyonibus aliis, qui ſive ſorte, ſive vice in orbem redeunte, nomine ipſorum provinciæ aut regionis (quæ Amphictyoniæ particeps eſſet) Oraculo præſiderent, iſtam prærogativam eriperet: atque ita Philippus non ſolis Athenienſibus

id faceret, verum & Theſſalis, & Dorienſibus, & omnibus cæteris Amphictyonibus.

Fuiſſe tamen ſive gentes, inter Græcos, ſive ſingulares homines, quibus ob merita in rempublicam primus locus, ratione ordinis ac temporis, præ aliis, circa Oraculi conſultationes concedebatur (quum interim Oraculi Antiſtites bene caverent, ne id ipſis circa expiſcandas poſtulationes, al quid detrimenti afferret) minime negare velim: cum & προξενίαν & πολιτίαν, & ἀτέλειαν, & ἀσυλίαν, & προεδρίαν, & alia nonnulla præter iſta, hominibus bene meritis erga hanc illamve rempublicam conceſſa fuiſſe reperiamus.

Quam jam poſterius memoratam προμαντείαν, fateor, mihi ſugeſſit, in epiſtola mihi auro contrà cara, Ampliſſimus Giſb. Cuperus, dum in memoriam revocaret mihi inſcriptionem apud Sponium in Wheler reperiundam, quamvis injuria temporum (forſan & hominum ſive Turcarum, ſive aliorum) miſere mutilatam: & ex qua nobis hæc ſequentia reſtant: quamquam aliter paulo a Wheler, aliter a Sponio excerpta fuit. Illa enim quam Wheler exhibet pag. 346. Itinerarii (ac quidem parte Secunda) hoc modo ſe habet:

. ΤΥΧΑ ΔΕΛΦΟ . . . .
. . ΑΝΓΙΑΤΡΩΝΑ . . . .
. . ΩΝΙΟ ΕΥΔΩΡΩΝ . . .
. . ΑΡΚΟΥ ΒΟΙΩΤΟΙΣ . . .
ΤΑΝΑΓΡΑΣ ΑΥΤΟΙΣ
Ι ΕΝΓΟΝΟΙΣ ΠΡΟΞΕ
Ν ΠΡΟΜΑΝΤΕΙΑΝ
. ΕΛΙ·ΑΔΑΣ ΥΛΙΑΝ
ΠΡΟΕΔΡΙΑΝ ΠΡΟΔΙΚΙ
ΑΝ ΕΠΙ ΤΙΜΑΝ ΚΑΘΑΠΕΡ
. ΔΕΛΦΟΙΣ ΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΘΟΙΝΙΩΝΟΣ ΒΟΥΛΕΥ
. ΝΤΩΝ . ΣΩΠΟΔΟΡΟΥ

Illa

Illa autem, quam profert Sponius, hoc modo:

. . . . ΑΔΕΛΦΟ
. . . ΑΝ ΠΑΤΡΟΝΑ
. . . . . ΕΥΔΩΡΩΙ
. . ΤΑΡΧΟΥ ΒΟΙΩΤΟΙΣ
ΤΑΝΑΓΡΑΣ ΑΥΤΟΙΣ
ΕΓΓΟΝΟΙΣ ΠΡΟΞΕ
. . ΠΡΟΜΑΝΤΕΙΑΝ
ΕΔΕΙΑΔΑΣΥΛΙΑΝ
ΠΡΟΕΔΡΙΑΝ ΠΡΟΔΙΚΙ
ΑΝ ΕΠΙΤΙΜΑΝ ΚΑΘΑΠΕΡ
. . . ΔΕΛΦΟΙΣ ΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΘΟΙΝΙΩΝΟΣ ΒΟΥΛΕΥ
. . Ν ΓΩΝ . . ΣΩΠΟΔΟΡΟΥ
. . . ΡΑΚΛΕΙ . . ΑΔΑΜΟΥ . .

Videmus ſatis clare (ſaltem iſti qui circa inſcriptiones aliquantulum verſati ſunt) hujus marmoris inſcriptioni & caput & caudam deeſſe; præterquam quod & aliàs nulla pene linea in illa reſtet integra. Hinc & incertum manet quid in lineis prima, ſecunda ac tertia, cum emendandum, tum ſupplendum, ſit: niſi quod omiſſo iſto ΕΥΔΩ, illud, quod ſequitur, ΡΩΙ, in ΒΟΙ mutandum videatur, ac cum ſequenti linea, inſerto Ω, conjungendum, atque ita ΒΟΙΩΤΑΡΧΟΥ legendum ſit: qui *βοιωτάρχης* forſan ex *Tanagra* fuit electus. Novimus, certe, ex Stephano, Strabone, ac Pauſania *Tanagram* ex præcipuis Bœotiæ urbibus fuiſſe, tum ob antiquitatem, tum ob religionem, tum denique ob Templa ac Theatrum, quibus ornata fuit.



A Del-

A Delphenſibus igitur, (ubi inſcriptio illa, ſicuti reperta, ita & proculdubio poſita fuit) videtur ille, cujus honori hoc marmor inſcriptum fuit, non ſolus, verum & ipſius poſteri, memoratis in illo prærogativis, honorati fuiſſe. Hoc namque liquere videtur, ex vocibus illis ΑΥΤΟΙΣ ΕΓΓΟΝΟΙΣ (quibus, uti credo vocula ΣΥΝ interſerenda, atque inde legendum ΑΥΤΟΙΣ ΣΥΝ ΕΓΓΟΝΟΙΣ: quamvis non ignorem illud σὺν manente eodem ſenſu ſæpius quandoque omitti) quibus poſteri denotantur. Prærogativæ autem iſtæ ſunt, non ſola ΠΡΟΜΑΝΤΕΙΑ, verum & præter ΠΡΟΕΔΡΙΑΝ & ΠΡΟΔΙΚΙΑΝ, etiam ΑΤΕΛΕΙΑ & ΑΣΥΛΙΑ ita enim iſta ΕΛΕΙΑ ΑΑΣΥΛΙΑΝ, emendanda, ſeu reſtituenda ſunt. Illuſtrarur autem hoc marmor quoque I. ex Decreto illo Byzantiorum, quod habetur apud Demoſthenem, in oratione περὶ ςεφάνε; in quo inter alia habentur hæc ſequentia: δεδόχθω τῷ δάμῳ τῶν Βυζαντίων, καὶ Περινθίων Ἀθηναίοις δόμεν ἐπιγαμίαν, πολιτείαν, ἔκτασιν γᾶς (namque ita certe legendum, non vero ἐκ τᾶς γᾶς: ſicuti id ſtatim illuſtrabitur per verba ἐγγείων ἔγκτησιν) καὶ οἰκίαν προεδρίαν ἐν τοῖς ἀγῶσι ποθ᾽ ὅλον ποτὶ τὰν βωλὰν καὶ δᾶμον περὶ τοῖς πρώτοις τὰ ἱερὰ, καὶ τοῖς κατοικεῖν ἐθέλουσι τὰν πόλιν, ἀλειτουργήτοις ἦμεν πάσαν πρὸς τὰν λειτουργίαν, &c. *Populo Byzantio & Perinthio placuit, jus matrimonii contrahendi & civitatis ac reipublicæ noſtræ communionem, agrorum & fundorum emendorum ac poſſidendorum poteſtatem Athenienſibus concedi: in ludis ac certaminibus principem locum ac proprium, in Prytaneo, in curia, apud populum, apud eos qui ſacris præpoſiti ſunt tribui: tum ſi qui volent in urbe noſtra domicilium ſuarum fortunarum collocare, omnium rerum immunitatem dari.*

2. Adhuc magis ex marmore, cujus inſcriptio (ex Douza) apud Gruterum pag. 419. exhibetur; (quodque alibi integrum a me adducitur) hoc modo:

ΔΕΔΟΧΘΑΙ ΤΗ ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ ΤΩ ΔΗΜΩ ΔΕΔΟΣΤΑΙ ΑΥΤΩ ΚΑΙ ΕΚΓΟΝΟΙΣ ΠΡΟΞΕ ΝΙΑΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑΝ ΠΡΟΕΔΡΙΑΝ ΑΤΕΛΕΙΑΝ ΧΡΗΜΑΤΩΝ ΠΑΝΤΩΝ ΩΝ ΑΝ ΕΙCΑΓΟCΙ ΚΑΙ ΕΞΑΓΩCΙ ΕΠΙ ΚΤΗCΕΙ ΚΑΙ ΕΓΓΕΙΩΝ ΕΓΚΤΗCΙΝ ΚΑΙ ΔΙΚΑC ΠΡΟΔΙΚΟΥC ΚΑΙ ΕΙCΠΛΟΥΝ ΚΑΙ ΕΚΠΛΟΥΝ ΚΑΙ ΠΟΛΕΜΟΥ ΚΑΙ ΕΙΡΗΝΗC ΑCΥΛΕΙ ΚΑΙ ΑCΠΟΝΔΕΙ ΕΙΝΑΙ ΔΕ ΑΥΤΟΙΣ ΚΑΙ ΕΦΟΔΟΝ ΕΠΙ ΤΗΝ ΒΟΥΛΗΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΠΡΩΤΟΙC ΜΕΤΑ ΤΑ ΙΕΡΑ, &c.

Per quæ hujus marmoris verba: iſta ΑΤΕΛΕΙΑ atque ΑΣΥΛΙΑ firmantur, ac ſimul explicantur.

Dubium quoque moveri poteſt an linea undecima mutilatæ iſtius inſcriptionis ἀδελφοῖς legendum ſit, adeoque reſtituendum ΚΑΘΑΠΕΡ ΑΔΕΛΦΟΙΣ; ubi tunc ſupponendum, fratres illius, cui hæc inſcriptio poſita eſt jam antea iisdem prærogativis, ſive honoribus gaviſos fuiſſe; an vero ſupplenda, atque interſerenda vocula καὶ hoc modo, ΚΑΘΑΠΕΡ ΚΑΙ ΔΕΛΦΟΙΣ: ut qui Delphenſes, ſine dubio, ſi illis ipſis Oraculum conſulendum eſſet, primas vices, ac quidem abſque ulla præeunte *Sortitione*, occupabant; utpote ipſis debitas, quod Oraculi hujus non tantum accolæ, verum & primi miniſtri, & tutores, & conſervatores eſſent; atque uti Lucianus in Phalaride I. loquitur, ἱεροί τε καὶ πάρεδροι τοῦ Πυθίου, καὶ μόνον οὐ σύνοικοι καὶ ὁμωρόφιοι τοῦ θεοῦ.

Archontas autem Delphis quoque præfuiſſe Magiſtratum, vel ſola iſta demonſtrat inſcriptio, quæ apud Gruterum pag. 129. 15.

ΕΠΙ ΑΡΙΣΤΑΓΟΡΑ ΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΕΝ ΔΕΛΦΟΙΣ, &c. ſtatim quoque adducenda.

Quinam vero ex Senatoribus (id enim per iſtud ΒΟΥΛΕΥΟΝΤΩΝ, ut ego legerem, indicari videtur) huic dedicationi, ut curatores, præter *Sopodorum*, ſubjuncti fuerint, nobis ignotum manet, ex dolenda iſtius marmoris ruina. Ἐπιμεληταὶ enim frequenter ſatis in dedicationum fine ſubjungi, notius eruditis eſt, quam ut hîc operoſe docere neceſſarium ſit: nec deſunt exempla in his ipſis Diſſertationibus. Quare & hos in iſto lapide (prout a Sponio exhibetur) ſubjunctos fuiſſe mihi firmiter perſuadeo. Verum nunc tempus eſt, ut denuo redeamus ad noſtros *Amphictyonas*.

## CAPUT II.

*Quibuſnam in locis hoc Concilium ſolemni tempore congregatum fuerit, nempe 1. ad Thermopylas, 2. ad Templum Delphicum. Ex quibus qualibuſque membris, ratione eo delegatorum, hoc* Concilium *conſtiterit: adeoque de* Hieromnemonibus *ac* Pylagoris*; iſtaque occaſione rurſus aliquid de* Polemarchis *dicitur; tum & ſuper inſcriptione una atque altera apud Gruterum ac Reineſium reperiunda, &c.*

UBinam locorum, ac quando, ſeu quibus anni temporibus, hos ſolemnes conventus egerint *Amphictyones* nos ſatis clare docent veteres ſcriptores. Ac quidem cum de temporibus, tum de locis, liquet ſatis ex ſupra adducto Strabonis loco. Is enim illa ibi de Amphictionibus narrat, occaſione Delphicæ urbis, Delphicique ibidem Oraculi. ubi, (cum

(cum bis per annum, verno atque autumnali tempore, congregarentur) poſt Acriſium ſaltem, *Amphictyones* Concilium iſtud initio veris concelebarunt: ſicut & initio Autumni ad Cereris templum in Thermopylis. Atque a *Pylis* (Portis ita dictis) ſeu *Thermopylis* Concilium iſtud Πυλαία appellatum fuit, ſicut & membra ejus Collegii Πυλαγόραι.

De *Concilio ad Thermopylas* ita Herodotus lib. VII. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Φοίνικος καὶ Θερμοπυλέων κώμη τι ἐστὶ οὔνομα Ἀνθήλη κεῖται, παρ᾽ ἣν δὴ παραρρέων ὁ Ἀισωπὸς, ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ, καὶ χῶρος περὶ αὐτὴν εὐρύς. ἐν τῷ Δημητρός τε ἱρὸν Ἀμφικτυονίδος ἵδρυται, καὶ ἕδραι εἰσὶ Ἀμφικτύοσι καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἀμφικτύονος ἱρόν. *A flumine Phœnice ad Thermopylas XV. ſtadiorum eſt intervallum, in quo vicus eſt nomine Anthela; quem præterfluens Aſopus in mare evolvitur: & ei locus eſt ſpatioſus circumjectus, ubi Templum Cereris Amphictyonidis exſtructum viſitur, & ſedilia Amphictyonibus, & ipſius Amphictyonis delubrum.*

De *Amphictyonum* ad *Templum Delphicum conventu* ita Strabo lib. 9. loquitur: Τοιαύτης δὲ τῆς εὐκαιρίας οὔσης τῆς περὶ τοὺς Δελφοὺς, συνήεσαν ῥαδίως ἐκεῖσε· μάλιστα δὲ οἱ ἐγγύθεν· καὶ δὲ καὶ τὸ Ἀμφικτυονικὸν συστήμα ἐκ τούτων συνετάχθη, περί τε τῶν κοινῶν βουλευσόμενον, καὶ τοῦ ἱεροῦ τὴν ἐπιμέλειαν ἕξον κοινοτέραν· ἅτε καὶ χρημάτων ἀποκειμένων πολλῶν, καὶ ἀναθημάτων, φυλακῆς καὶ ἁγιστείας δεομένων μεγάλης. *Tantam ob Delphorum opportunitatem, cum facile eò e vicinia conventum fuit; tum Amphictyonum etiam collegium inſtitutum fuit, quod & de publicis conſultaret rebus, & Templi communem ſuſtineret procurationem: quod accurata indigebat cuſtodia atque ſanctimonia, multis ibi pecuniis, multis depoſitis donariis.* Ex hoc Strabone videmus hunc conſeſſum, etiam de *publicis rebus conſultaſſe*: quod tamen ab erudititiſſimo Joan. Marſhamo aperte, his verbis, negatur: *Neque publicas Græciæ, ſed templi Delphici res ſacras procurabant*: cum tamen

men ipſe modò allata Strabonis verba adduxiſſet.

Scitum ſane iſtud Athenienſium, ab Æſchine adductum, & velut Demoſthene auctore factum, ita manifeſte Marſhami opinioni contrarium eſt; ut nullus dubitationi locus ſit.

Cum enim Cottyphus dux Amphictyonum, congregata Delphis concione, effeciſſet ut decretum fieret, quo *Amphiciſſenſes* ſuorum ſcelerum pœnas luerent: ſimulque, ut ante tempus, quod a majoribus conſtitutum, atque uſitatum, erat *Amphictyones* ad Pylas (cum jam Delphis congregati eſſent) convenirent: Demoſthenes, quando hoc jam Athenis referretur, quo minus id ab Athenienſibus fieret, interceſſit; ibique contra effecit, ut decerneretur: Τὸν δὲ ἱερομνήμονα (φησὶ) τῶν Ἀθηναίων καὶ τοὺς πυλαγόρους τοὺς ἀεὶ πυλαγοροῦντας πορεύεσθαι εἰς Πύλας καὶ εἰς Δελφοὺς ἐν τοῖς τεταγμένοις χρόνοις ὑπὸ τῶν προγόνων. *Ut Heromnemo Athenienſium & Pylagori, qui poſt hac hoc munere functuri eſſent, ad Thermopylas & Delphos iis temporibus, quæ a majoribus noſtris conſtituta ſunt, proficiſcerentur:* Verno ſcilicet *Delphis*, autumnali tempore ad *Thermopylas:* ut ibi & de re Græcorum publica, & de *Sacris* etiam, ſimul conſultarent: ſicut optime quoque ab Erudiſſimo H. Prideaux, ad Chronicum marmoreum, obſervatur, utroque in loco de iiſdem rebus, prophanis nempe ſeu politicis & bellicis, ac *Sacris* fuiſſe conſultatum ac decretum. Marſhamus interim Sacras tractatas fuiſſe Delphis, profanas ad Thermopylas. Et tamen Plinius ait lib. 35. c. 9. (ubi de Delphis loquitur) *Siquidem Amphictyones, quod eſt publicum Græciæ concilium, hoſpitia ei,* &c. ac lib. 7. c. 37. *Grammaticâ Apollodorus, cui Amphictyones Græciæ honorem habuere.* Quin & ipſum illud Concilium, quod *Delphis* congregatum ſuper rebus Græciæ ac bello Phocenſi Demoſthenis tempore congregatum erat, *Sacerdote Clinagora,* [ſicut ex ipſius oratione pro Cteſiphonte patet] ſemetipſum τὸ κοινὸν τῶν Ἑλλήνων συνέδριον appellat:

pellat: ſicut id etiam, ſive Delphis, ſive ad Thermopylas collectum eſſet, æque Cereris ad Thermopylas templi curam gerebant, quam Templi atque Oraculi Apollinis quod Delphis erat.

Idem Marſhamus, ut hinc duo diverſa Concilia Amphictyonum extundat, argumenta, quæ ipſi peremptoria, ſeu rem plane & abſque ulla exceptione probantia videntur, affert: ac primum quidem ex Heſychio; qui ita habet: Ἀμφικτίονες περίοικοι Δελφῶν, συναγόμενοι εἰς Πυλαίαν, Πυλαγόραι καὶ Ἱερομνήμονες. Quæ ipſe vertit *Amphictyones circum habitantes Delphos, congregati ad Pylæam, Pylagoræ & Sacrorum memores dicuntur*. Quod poſterius de *Hieromnemonibus*, *Sacerdotibus*, ſeu *Scribis Sacris*, minime intellexiſſe videtur. verum de illis, ac quatenus a ſe invicem, *Pylagoræ* ſcilicet ab *Hieromnemonibus*, differant, paulo inferius paucis enarrare conabor.

Ut porro ſecundum producat argumentum, ait: *Pauſanias utroſque* [Amphictyones] *diſtinguit: ac dicit, Conventum Achæorum* [de quo ego etiam infra aliquid dicam] *ad Ægium celebrari*, καθότι ἐς Θερμοπύλας τε καὶ ἐς Δελφοὺς οἱ Ἀμφικτύονες; *Sicut tam ad Thermopylas, quam ad Delphos Amphictyones*.

At, quæſo, quid aliud hæc indicant, quam *Amphictyones*, & ad *Thermopylas*, & ad *Delphos*, i. e. utroque in loco (at diverſis temporibus) fuiſſe congregatos? quod ex ſupra dictis abundè patet. Vellem ſane tanto viro non talia excidiſſe.

Nunc porro conſiderandum venit, ex quibus ac qualibus membris Concilium ratione eò delegatorum, compoſitum fuerit. Hi autem fuerunt *Hieromnemones* ac *Pylagoræ* jam aliquoties nominati. Prioribus tamen ævis an ſoli *Pylagoræ* (ac quidem ſinguli ex ſingulis urbibus aut populis ibi ſuffragio gaudentibus) ad Pylæam miſſi fuerint, ac quamdiu,

plane incertum & obſcurum eſt: uti &, an *Hieromnemones* ipſorum nomine ac numero fuerint comprehenſi; eo quod, initio ſaltem, etiam a pluribus urbibus ſimul (minoris potentiæ ſcilicet atque auctoritatis) unicus tantum eò mitteretur *Pylagora*.

At ſubſecutis temporibus videmus, non ſolos *Pylagoras*, & quidem plures numero; verum & *Hieromnemones* ab iſtis nomine & munere diſtinctos, ad iſtud Concilium fuiſſe delegatos. Plures nempe mittebantur (ex majoribus ſaltem civitatibus) *Pylagoræ*, unus vero *Hieromnemon*. Quod quam clare ex Æſchinis verbis liquet; cum illis quæ jam ſupra de Decreto Athenienſium attuli, tum his ſequentibus: Ἐπὶ γὰρ Θεοφράστου Ἄρχοντος, ἱερομνήμονος ὄντος Διογνήτου Ἀναφλυστίου, πυλαγόρους ὑμεῖς εἵλεσθε Μειδίαν τε ἐκεῖνον τὸν Ἀναγυῤῥάσιον (ὃν ἐβουλόμην ἂν πολλῶν ἕνεκα ζῆν) καὶ Θρασυκλέα τὸν Λεσβίον, καὶ τρίτον ἦ μετὰ τούτων ἐμέ. συνέβη δὲ ἡμῖν ἀρτίως μὲν εἰς Δελφοὺς ἀφῖχθαι, παραχρῆμα δὲ τὸν Ἱερομνήμονα Διόγνητον πυρέττειν, τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο συνεπεπτώκει καὶ τῷ Μειδίᾳ· οἱ δ' ἄλλοι συνεκάθηντο Ἀμφικτύονες· ἐξηγγέλλετο δ' ἡμῖν παρὰ τῶν βουλομένων. . . . . . . .
μεταπεμψάμενος δὲ ὁ ἱερομνήμων ἠξίου με εἰσελθεῖν εἰς τὸ συνέδριον, καὶ εἰπεῖν πρὸς τοὺς Ἀμφικτύονας ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ αὐτὸν οὕτω προῃρημένον. ἀρχομένου δὲ μου λέγειν, &c. *Theophraſto Archonte, Diogneto, Anaphlyſtio Hieromnemone (ſic enim appellant ſcribam Amphictyonicum) vos Pylagoras legiſtis Midiam illum Anagyraſium (qui utinam multas ob cauſas viveret) & Thraſiclem Leſbium, & me una cum his tertium. Accidit autem ut cum ſalvi Delphos perveniſſemus, continuò Diognetus Hieromnemon in febrim incideret, itemque Midias. alii Amphictyones in concilio aderant.* . . . . . . . . . *Ego arceſſitus ab Hierômnemone & in concilium INTROIRE JUSSUS, ut apud Amphictyones pro civitate noſtra dicerem, quippe qui mea ſponte hoc ipſum facere conſtitutum in animo haberem*, &c.

Hic

Hic ſane tres tantum *Pylagoræ*, præter *Hieromnemonem*, electi videntur: cum tamen H. Prideaux exiſtimet fuiſſe quatuor, interque illos unà *Demoſthenem:* quod is quidem tanta cum confidentia aſſerit, ut dicat: *Delirant enim, qui lectâ oratione Æſchinis contra Cteſiphontem: præter Æſchinem, Midiam, Anagyraſium, & Thraſiclem Leſbium, Demoſthenem etiam in illo conventu ſupponunt non fuiſſe Pylagoram.*

At optimus ille vir non animadvertit, Æſchinem, cum jam de factis Demoſthenis locutus fuiſſet, cum novo Archonte Diogneto, ac novo *Heromnemone*, de novis ſic quoque (ſeu de novo electis) loqui *Pylagoris*, inter quos ſemetipſum, adeoque poſtremum numerat, nulla *Demoſthenis* facta mentione. Qui quoque *Demoſthenes* id hic nullo modo oblitus fuiſſet: cum ſe ubique dictis ac factis hujus Æſchinis ipſius partibus vehementer opponeret: ac quidem adeo, ut is in legatione ad Philippum una cum Æſchine & aliis, ille (criminante ſuper iſta re ipſum Æſchine poſtea ad populum) quamvis minimus natu, adeoque & poſtremus ordine, primas dicendi vices ad Philippum & huic Æſchini & reliquis legatis præripuerit. nec ullo modo is ſilentium tenuiſſet in conventu, ubi talia, qualia ibi narrat Æſchines, tractabantur, verum omni vi ac conamine ſeſe interpoſuiſſet: ſicut etiam, poſt reditum horum Pylagorarum, Athenis revera fecit. Crediderim tamen numerum Pylagorarum (licet ſemper unus tantum Hieromnemo mitteretur) pro beneplacito, aut neceſſitate, reipublicæ eo immutatum fuiſſe.

Quod autem attinet *Hieromnemonas*, qui aliàs quoque ἱερογραμματεῖς appellantur, quatenus in adminiſtratione reipublicæ locum habebant (duplicis enim generis fuiſſe illi videntur) ubi adeo pro Secretariis, ut nunc loquimur, aut Zyndicis veniebant; illi in hoc conſeſſu ſuper *Pylagoras* eminuiſſe videntur, ac quidem ipſorum, capita ſeu præſides fuiſſe.

 Hinc

Hinc enim inter *Pylagoras* primus, & ante ipſos, nominatur: ut tam ex iis, quæ jam præceſſere videmus, quam ex hoc ſequenti, apud Æſchinem decreto, *Ut Athenienſium Hieromnemoni, & pylagoræ qui poſt illa futuri eſſent, &c.*

Atque hinc quoque accidit ut Æſchines dixerit ſibi ab Hieromnemone accerſito injunctum fuiſſe ut pro Civitate, apud Amphictyones. Quamvis dubitari poſſit, an non hic de illo *Hieromnemone*, qui toti conventui, pro iſto conſeſſus tempore preſidebat, ſermo ſit; ac non de *Hieromnemone* tunc febri ſuccumbente.

Aliquem enim ex *Hieromnemonibus* præſidis locum ſub nominc ἱερέως ſeu *Sacerdotis* ibi obtinuiſſe [nam de Delphorum Antiſtite, uti & de Cereris ad Thermopylas hîc altum ſilentium] patet ex Decretis illis quibus præſcribitur: Επὶ ἱερέως Κλειναγόρȣ, ἐαρινῆς Πυλαίας, ἔδοξε τοῖς Πυλαγόραις, ϗ τοῖς συνέδροις τ͂ Αμφικτυόνων, &c. *Sacerdote Clinagora, Pylæo concilio verno Pylagoræ, Amphictyonumque Aſſeſſores, &c.*

Item, Ἐπὶ ἱερέως Κλιναγόρȣ ἐαρινῆς Πυλαίας, ἔδοξε τοῖς Πυψγόραις καὶ τοῖς συνέδροις τ͂ Ἀμφικτυόνων, καὶ τῷ κοινῷ τ͂ Ἀμφικτυόνων, &c. *Sacerdote Clinagora, concilio Pylæo verno, Pylagoræ & Amphictyonum Aſſeßores, & commune Amictyonum ita cenſuerunt &c.* Quibus & illa addas jam ſupra memorata, *Theophraſto Archonte, Doigneto, Anaphlyſtio Hieromnemone.*

Ex quo poſteriori loco, etiam apparere videtur, illos *Hieromnemonas* annuos fuiſſe, cum *Pylagoræ* tantum ſemeſtres eſſent, i. e. unoquoque ſemeſtri, de novo eligerentur. Cum *Pylagoræ* ibi nominati (atque inter quos ipſe Æſchines quoque) electi fuerint ſub Archonte annuo, ac dum *Hiormnemo* eſſet, ſed non jam ſimul eligeretur, Diognetus; atque adeo ille quoque annuus eſſet; ſicut tali modo cum annuo Archonte Theophraſto nominatur.

Appellatur quidem ſimul, explicationis cauſa, non ipſo ab Æſchine, ſed interprete Latino, *Scriba* Amphictyonum; ſicut

[ſicut & *Pylagoræ* concilii Pylæi Oratores] at ipſe Æſchines, ita loquitur (ut ſupra jam vidimus:) Ἐπὶ γὰρ Θεοφράστου ἄρχοντος, Ἱερομνήμονος ὄντος Διογνήτου Ἀναφλυστίου, Πυλαγόρας ὑμεῖς εἵλεσθε, &c. *Theophraſto Archonte, Diogneto Anaphlyſtio Hieromnemone, vos Pylagoras legiſtis, &c.*

Sic quoque Byzantii (niſi ibi ἱερομνήμων annuus Magiſtratur, loco Archontos aut στρατηγοῦ fuerit) Ἐπὶ ἱερομνήμονος Βοσπορίχου Δαμάγητος ἐν ἁλίᾳ [crediderim legendum ἐν τᾷ ἁλίᾳ] ἔλεξεν ἐκ τᾶς βωλᾶς λαβὼν ῥήτραν, &c. *Sub Hieromnemone Boſporicho, Damagetus in concilio dixit; a ſenatu ſumens decretum, &c.*

At clarius illud eluceſcit ex ſequenti inſcriptione apud Gruterum, tam pag. 129 quam 1021 reperiunda.

ΕΠΙ ΑΡΙΣΤΑΓΟΡΑ ΑΡΧΟΝΤΟΣ

ΕΝ ΔΕΛΦΟΙΣ

ΠΥΛΑΙΑΣ εν ΗΣΙΗΣ

ΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΟΥΝΤΩΝ

ΑΙΤΟΛΩΝ

ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΥ ΑΛΕΞΑΜΑΕΝΟΥ

ΔΑΜΟΝΟΣ

Ita enim certiſſime hæc inſcriptio, duabus tantum literis inſertis, ſupleri debet pro aliis inde vetuſtate exoletis: quod per Πυλαίας ἐαρινῆς indicetur Pylæa iſta quæ ſingulis annis Delphis celebrabatur. Quod Marſhamus (qui illam quoque affert) non animadvertiſſe videtur: at multo minus ipſe Gruterus; qui illam (ut modò dixi) duobus in locis eodem modo exhibet; ac quidem, in poſteriori, cum hac ipſi ſubjuncta verſione: quæ immane quantum ab inſcriptionis ſenſu genuino diſcrepat:

SUB ARISTAGORA ARCHONTE IN DELPHIS JANITRICE ASIÆ, SACRORUM MEMORIÆ PRÆFECTIS Æ TOLIS POLEMARCHO ALEXEMENE DAMONIS F.

Mera monſtra certe hæc verſio loquitur; Delphos nempe fuiſſe *Janitricem Aſiæ*; quod omnibus eruditis novum, imo ridiculum eſſe debet: ſicut & Ætolos *Sacrorum memoriæ præfectos* fuiſſe: quibus accedat, *Polemarchum* pro nomine proprio & appellativo videri ſumptum: quod tamen clarius apparet in Marſhamo; qui hæc tria ita ordinat:

ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΥ ΑΛΕΞΑΜΕΝΟΥ ΔΑΜΟΝΟΣ

atque inde *Treſviros* aliquos extundit. Hæc enim ille: *Ad Delphicam hanc ſocietatem pertinet Ætolorum illud III virorum ſacrorum monumentum.* Ignorat nimirum *Polemarchi* munus, quod nemo pene eruditus ignorat: quod & ex hac inſcriptione liquet apud Ætolos quoque obtinuiſſe, æque ac apud Athenienſes.

De quorum *Polemarcho*, ita Pollux loquitur [erat enim is, ut alibi notavi, unus ex novem Archontibus; ſicut & dictus Pollux ipſum tertium numero inter Archontes recenſet] ὁ δὲ πολέμαρχος, θύει μὲν Αρθέμιδι ἀγροτέρα, καὶ τῷ Ἐνυαλίῳ &c. quæ jam ſupra a me, allata fuere. Unde & apud Athenæum lib. ϛ. ἡ πολεμάρχεια ςοὰ, ſeu porticus ubi *Polemarchi* jus dicebant. Eadem pene omnia de hoc *Polemarcho* Ariſtoteles; cum 6 politic. tum apud Harpocrationem: ne plures ex veteribus adducam.

Verti igitur debet hæc inſcriptio: *Archonte apud Delphos Ariſtagora, cum ibi Pylæa annua eſſet, Hieromnemonis munere fungentibus Ætolis, ac Polemarcho exiſtente Alexamene Damonis filio.*

Minime

Minime tamen pertendere velim *Polemarchi* munus apud Ætolos idem fuiſſe, cum eo quod apud Athenienſes obtinebat: cum nec alibi *Polemarchi* munus, eodem ut apud Athenienſes modo adminiſtraretur; ac pluribus in locis ſolum bellum ſpectaret: quod & ipſum nomen indicat.

At quæ nobis totam rem conficere videntur, ſunt ſequentia Suidæ verba; quæ clare oſtendunt Ætolos ſibi ſuos habuiſſe *Polemarchos*, ac quidem cum munere ſatis ſingulari. Ita enim ille: Πολεμεμάρχοι. ἡ ἀρχὴ συνέβαινε κλείειν πύλας, καὶ τὸν μεταξὺ χρόνον κυρλεύειν τῶν κλείδων, καὶ ποιεῖσθαι τὸ καθ' ἡμέραν τὴν δίαιταν ἐπὶ τῶν πυλόνων παρ' Αἰτωλοῖς. *Polemarchi Magiſtratus erat, quorum munus erat claudere portas, atque iſto intermedio tempore ſervare claves, ac tempore diurno victitare ad portas, apud Ætolos.*

Cum autem me jam finem huic digreſſiunculæ, ſuper inſcriptione modò allata, impoſuiſſe crederem, incidi in inſcriptionem, quæ apud Reineſium, Claſſe prima n° 241 habetur; & quæ non, ut puto eadem, ſed plane ſimilis, ac ſuper eadem re, licet alio loco (uti exempla docent, talia ſæpius contigiſſe) dedicata fuit, ac poſita; nempe, ſicut harum una in oppidi Bæotiæ Lebadiæ, diruto templo, altera in Cycladibus, reperta fuit, ita hæc in Apollinis templo ad urbem Delphorum: ac quidem, ut iſta ita, uti apud Reineſium habetur, hic quoque reponatur mihi operæ partium videtur:

ΘΕΟΙC

ΕΠΙ ΑΡΙCΤΑΓΟΡΑ ΑΡΧΟΝΤΟC ΕΝ ΔΕΛΦΟΙC ΠΤΛΑΙΑC ΗΡΙΝΗC ΙΕΡΟ ΜΝΗΜΟΝΟΥΝΤΩΝ ΑΙΤΩΛΩΝ ΠΟ ΛΕΜΑΡΧΟΥ ΑΛΕΞΑΜΕΝΟΥ ΔΑΜΟΝΟC

Reperimus hîc in capite vocem ΘΕΟΙC, quæ in illis Gruterianis non habetur; tum & pro ΗΣΙΗΣ in una earum, & ΗCΙΗC, in altera habemus ΗΡΙΝΗC. ΗΣΙΗΣ autem illud, ſive ΗCΙΗC, magnus Scaliger, in ΟΥΣΗΣ mutandum, atque ita legendum in utraque, judicat. Verum non ΟΥΣΗΣ, ſed ſupplendo hiatum, adeoque defectum, (ſive temporis, ſive alia ruina factum, neque ab exſcriptoribns, ut opportunt quidem, animadverſum) ΕΤΗΣΙΗΣ legendum eſſe, quovis pignore decertare auſim. Quod autem in hac Reineſii illud ΗΡΙΝΗC pro ΕΑΡΙΝΗC habendum (cum ipſo Reineſio) ſit, quivis vel primo intuitu perſpiciat.

Præterea (ut & hoc de iſto ΗCΙΗC addam) nimis magna diſcrepantia eſt inter ΟΥ & Η, ſicut & inter ΙΗ & Η, quam ut ſic pro ΟΥCΗC facile illud ΗCΙΗC legi queat: tum & iſtud ΟΥCΠC, quamquam ſubaudiatur, in Decretis non exprimi ſolebat: ſicuti formularum exempla jam ſupra ex Demoſthene allata oſtendunt: ut in quibus habemus quidem, Ἐπὶ ἱερέως Κλειογόρυ, ἰαρινῆς πυλαίας, ἔδοξε, &c. ſed iſtud ΟΥΣΗΣ minime additur: tum denique, ratione ſenſus vox ΕΤΗCΙΗC longe melius cum illa ΗΡΙΝΠC convenit: quod, uti iſta *autumnale* tempus deſignat. hæc *vernum* indicet. Ac quidem utroque in loco, cum Delphis, tum ad *Thermopylas* concîlium iſtud

iſtud *annuum* erat; ac quidem *Delphis Vernum*, ad *Thermopylas* vero *Autumnale*, ſive, ut Græce exprimunt, μετοπωρινὸν; adeoque apud utroſque, partitis vicibus ἐτήσιον: quod optime etiam obſervavit Reineſius. Quin (ut hoc jam modo dictis addam) vocem ἠρινὸς, etſiamſi aljàs ſic Jonice dicatur, apud Atticos (ſaltem ipſorum Comicos) pro ἐαρινὸς fuiſſe uſurpapatam oſtendant hi verſus Ariſtophanis, in Avibus, quos Chorus ita canit:

Ὦ, φίλη, ὦ ξυθὴ, ὦ
φίλτατον ὀρνέων
Πάντων ξύννομε τῶν ἐμῶν
Ὕμνων ξύντροφ' ἀηδοῖ
Ἦλθες, ἦλθες. ὤφθης.
Ἡδὺν φθόγγον, ἐμοὶ φέρων
Σ' αὐλὸν, φθέγμασιν ἠρινοῖς
Ἄρχου τῶν ἀναπαίστων.

*O dilecta, ô flava, ô*
*Dilectiſſima avium*
*Omnium, compaſcua meorum*
*Hymnorum, connutrix luſcinia,*
*Veniſti, veniſti, viſa es,*
*Dulcem ſonum mihi fe-*
*Rens. ſed ô bene vocalem ſo-*
*Nans tibiam ſonis vernis,*
*Incipe Anapæſta.*

Mmm Cap.

## CAPUT III.

*Pergitur ulterius circa Hieromnemones & Pylagoras. Hincque agitur de Eccleſia ſeu Concione in Amphictyonum Concilio: de horum Amphictyonum juramento: de Panegyribus, circa eaſque nundinis & ſpectaculis: De Certaminibus ac Ludis ibi peractis, de Amphictyonum Concilio in Calaurea, ad Templum Neptuni.*

DE *Hieromnemonibus* hiſce ita Ariſtophanis ſcholiaſtes, ſeu potius ſcholiaſtæ, quod plures huc ſymbolam contuliſſe (quamvis non æque feliciter) videantur: Ἀπήεσαν δὲ [Hieromnemones] ἐπίσκοποι τῶν ἀναλισκομένων ἐν ταῖς θυσίαις. ἱερομνήμονας ἔπεμπον εἰς πυλαίαν καὶ πυλαγόρας. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις. Ἀγαθὰ μεγάλα τῇ πόλει ἥκειν φέροντάς φασι τοὺς πυλαγόρας καὶ τὸν ἱερομνήμονα. καὶ εἰσὶν οἷον ἱερεῖς γραμματεῖς. Hinc non male de hiſce *Hieromnemonibus* affirmat eruditiſſimus Prideaux illos fuiſſe *Sacerdotes, qui circa res ſacras & Deorum cultum docti ac periti fuerint, memoriaque tenuerint, quo ritu ac quibus ſacris quiſque eorum colendus eſſet: illoſque adeo in eo ſolenni conventu ſacra Deo peregiſſe, &c.* At male, quod ibi *ſcribæ ac notarii exiſtentes Pylagororum juſſis paruerint adeoque ipſorum decreta exſecuti fuerint.* Quum tam ex jam ſuprà a me dictis quam ex nunc ſequentibus, conſtet, hos *Hieromnemonas* ſupra *Pylogoras* dignitate atque auctoritate eminuiſſe. Illi enim decernebant, ſi quid decernendum; unde & Demoſthenes de Æſchine: Τοὺς ἱερομνήμονας πείθει ψηφίσασθαι; ſicut & hujus Demoſthenis Scholiaſtes: Οἱ πεμπόμενοι εἰς τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον, ὡς κύριοι τῶν ψήφων ἐλέγοντο ἱερομνήμονες, *Qui ad concilium Amphictyonum miſſi erant, qui ibi decretis, quaſi ipſorum domini aut principes moderarentur, vocabantur Hieromnemones.* Neque enim ut perhibet Prideaux, *Pylagoræ* ſoli, ſed Amphi-

ctyonum

ctyonum concilium decrevit ἥκειν τοὺς Ἱερομνήμονας πρὸ τῆς ὀπώρας πυλαίας ἐν ῥητῷ χρόνῳ εἰς Πύλας, *ut Hieromnemones, ante ſolemne ei concilio tempus, more ac conſuetudine antiquitus conſtitutum, concilio indicto convenirent ad Pylas.* Quod, ut ita fieret (ut nempe extra iſta antiquitus conſtituta tempora convocarentur) contra jus ac fas eſſe oſtendit Demoſthenes: non vero ut *Hieromnemones* convenirent. Illos autem præſediſſe patet exinde, quod Diognetus ille (de quo ſupra ex Æſchine) qui alias verba pro Athenienſibus facere debuerat, quod jam febre correptus eſſet, munus illud, ſive onus, Æſchini tunc *Pylagoræ* demandarit; quod alias ex jure ac debito ipſi incumberet. Quamvis igitur apud eundem Æſchinem præco prædicat, *ut Hieromnemones & Pylagoræ eòdem* [contra Ampiſſenſes] *convenirent, Deo ac terræ ſacræ Auxilium laturi:* Attamen hæc apud Harpocrationem reperimus, Ἱερομνήμονες, οἱ μεταπεμπόμενοι εἰς τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον ἐκ ἑκάστης πόλεως τῶν συνεδρεύειν συνεχουσῶν οὕτω καλοῦνται. *Hieromnemones appellantur illi qui ad concilium Amphictyonum mittuntur ex ſingulis civitatibus quæ hujus concilii participes ſunt.* Nimirum omnes quidem *Hieromnemones* erant *Pylagoræ*; ſed non omnes *Pylagoræ Hieromnemones* erant: quod *Hieromnemones Pylagorarum* capita ac præſides eſſent, ſicut ex. gr. ἀρχιθέωροι primi, ſeu capita, τῶν θεωρῶν. de quibus tamen quoque inferius aliquid nobis dicendum erit.

Licet autem de *his Pylagoris* jam tantum locutus ſim, ut non neceſſe ſit, aliquid ſuperaddere; hæc tamen cæteris ſubjungenda duxi, cum modo dicti Harpocrationis: Ἐπέμποντο δὲ ἐκ τῶν πόλεων τῶν μετεχουσῶν τῆς Ἀμφικτυονίας τινες, οἵπερ ἐκαλοῦντο πυλαγόραι, tum & Heſychii illa: Πυλαγόραι οἱ προεστῶτες τῆς πυλαίας. Πυλαία δέ ἐστιν ἡ εἰς Πύλας τὰς Θερμοπύλας γενομένη σύνοδος τῶν Ἀμφικτυόνων. Nempe Pylæam iſtam, ſen Concilium [quod tamen æque de Delphico intelligendum] conſtituebant, ut προεστῶτες, ratione aliorum, de quibus quoque ſtatim men-

 tio

tio fiet ex Æſchine,) ac ſimul ita cum *Hieromnemonibus* Concilium iſtud conſtituebant; ut quamvis ſimul omnes Pylagoræ eſſent. hi tamen dignitate atque auctoritate (ut qui peculiari modo hîc ſacra curarent) cæteris Pylagoris ſupereminerent.

Quandoque tamen & *Eccleſia*, vel *concio*, ſeu longe amplior numero conventus habebatur: ſi nempe pondus rerum ibi tractandarum id deſideraret; aut ſtudia partium, ſi quando Concilium illud factionibus laboraret, in cauſa eſſent. Quali modo id accidiſſe tempore belli Phocenſis videmus ex Æſchine; cujus verba ſunt: Τῇ δὲ ὑϛεραίᾳ ἡμέρᾳ Κόττυφος, ὁ τὰς γνώμας ἐπιψηφίζων, ἐκκλησίαν ἐποίει τῶν Ἀμφικτυόνων. ἐκκλησίαν γὰρ ὀνομάζουσιν, ὅταν μὴ μόνον τοὺς πυλαγόρους καὶ τοὺς ἱερομνήμονας συγκαλέσωσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνθύοντας καὶ χρωμένους τῷ θεῷ. *Poſtridie Cottyphus, qui ſententias ratas faciebat, Amphictyonum concionem habuit. Concionem autem nominant, quando non ſolum Pylagoræ & Hieromnemones, ſed ii etiam qui una ſacra faciunt, & qui ad conſulendum Oraculum convenerunt, convocantur.* Qui Cottyphus, ut hoc verbulo addam, iſto tempore Concilii hujus primus Hieromnemon, ſeu Præſes, fuiſſe videtur: nec ſolùm ſententias rogaſſe, verum etiam poſt datas ac collectas illas decreto ſuo firmaſſe.

Porro Cottyphus iſte dux illorum ſimul qui contra Amphiſſenſes animati erant, ſuperſtitioſam, ac concitatam per alios multitudinem ſibi, ſuiſque, in auxilium aſcibat; ac per illorum cæcas aſſentationes, quibus ſe Deo atque Oraculo ſuppetias ire credebant, Amphiſſenſes condemnabat. Hiſce interim concitandis prætendebatur iſtud juramentum, quod Æſchines coram Philippo, in legatione ad illum decretâ, recitaverat (in oratione iſta, quam Demoſthenes falſis ac fabuloſis plenam arguit) ut ſic Philippus eo magis animaretur, ac ſuperſtitioſi magis incitarentur. Ita enim ille, in oratione, de *falſa legatione*: Ἅμα δὲ ἐξ ἀρχῆς διεξῆλθον τὴν κτίσιν τοῦ ἱεροῦ, καὶ τὴν πρώτην σύνοδον γενομένην τῶν Ἀμφικτυόνων, καὶ τοὺς ὅρκους

ὅρκους αὐτῶν ἀνέγνων, ἐν οἷς ἔνορκον ἦν τοῖς ἀρχαίοις, μηδεμίαν πόλιν τῶν Ἀμφικτυονίδων ἀνάστατον ποιήσειν μηδ' ὑδάτων ναματιαίων εἴρξειν, μήτ' ἐν πολέμῳ, μήτ' ἐν εἰρήνῃ. ἐὰν δέ τις ταῦτα παραβῇ, καὶ στρατεύσειν ἐπὶ τοῦτον, καὶ τὰς πόλεις ἀναστήσειν. καὶ ἐάν τις ἢ συλᾷ τὰ τοῦ θεοῦ, ἢ συνίδῃ τι ἢ βουλεύσῃ τὶ κατὰ τῶν ἐν τῷ ἱερῷ, τιμωρήσειν καὶ ποδὶ καὶ χειρὶ, καὶ φωνῇ καὶ πάσῃ δυνάμει. καὶ προσῆν τῷ ὅρκῳ ἀρὰ ἰσχυρά. *Eademque operâ a primordio commemorabam ut Templum ædificatum eſſet, ut Amphictyones initio conveniſſent; eorumque juſjurandum recitabam, quo veteres obſtricti eſſent, ſe nullam urbem Amphictyonica everſuros, neque aqua profluente prohibituros, ſive pace ſive bello. Quod ſi quis contra feciſſet ei ſe bellum illaturos, & urbes exciſuros. Si quis vero Apollinem vel ſpoliaret, vel conſcius eſſet illius injuriæ, vel conſilium daret contra Templum: eum ſe ulturos & pede & manu, & voce, & omnibus viribus. Annexam etiam eſſe jurijurando atrocem execrationem.*

Hoc juramentum igitur iſti Amphiſſenſium profanationi, sac:i ſcilicet agri, applicabatur ab illis qui bene Philippo, male Amphiſſenſibus, cupiebant: atque ita quidem, quaſi pene ſoli Deo atque Oraculo, terræque Deo ſacratæ, tutandis, hoc Concilium Amphictyonicum inſtitutum fuiſſet. Quod tamen ex ſupra dictis falſum eſſe liquet.

Unde etiam de Tullio rege Dionyſius Halicarnaſſæus, libro quarto, in hunc modum loquitur: Πάντων μάλιστα τῶν τοιούτων ἔργων τῆς Ἀμφικτύονος τοῦ Ἕλληνος ἐπίνοιαν ἠγάσθη, ὃς ἀσθενὲς ὁρῶν καὶ ῥᾴδιον ὑπὸ τῶν περιοικούντων βαρβάρων ἐξαναλωθῆναι τὸ Ἑλληνικὸν γένος, εἰς τὴν ἀπ' ἐκείνου κληθεῖσαν Ἀμφικτυονικὴν σύνοδον καὶ πανήγυριν αὐτὸς συνήγαγε, νόμους καταστησάμενος ἔξω τῶν ἰδίων, οὓς ἑκάστη πόλις εἶχε, τοὺς κοινοὺς ἅπασιν, οὓς καλοῦσιν Ἀμφικτυονικοὺς, ἐξ ὧν φίλοι μὲν ὄντες ἀλλήλοις διετέλουν, καὶ τὸ συγγενὲς φυλάττοντες ἔργῳ μᾶλλον ἢ λόγοις, λυπηροὶ δὲ τοῖς βαρβάροις καὶ φοβεροί. παρ' οὗ τὸ παράδειγμα λαβόντες Ἴωνές τε οἱ μεταθέμενοι τὴν οἴκησιν ἐκ τῆς Εὐρώπης ἐς τὰ παραθαλάττια μέρη τῆς Καρίας,

καὶ Δωριεῖς οἱ περὶ τοὺς αὐτοὺς τόπους τὰς πόλεις ἐνιδρυσάμενοι, ἱερὰ κατεσκεύασαν ἀπὸ κοινῶν ἀναλωμάτων· Ἴωνες μὲν ἐν Ἐφέσῳ, τὸ τῆς Ἀρτέμιδος· Δωριεῖς δὲ ἐν Ἐπιτροπίῳ, τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος, ἔνθα συνιόντες γυναιξὶν ὁμοῦ καὶ τέκνοις κατὰ τοὺς ἀποδειχθέντας χρόνους, συνέθυόν τε καὶ συνεπανηγύριζον, καὶ ἀγῶνας ἐπετέλουν ἱππικοὺς καὶ γυμνικοὺς, ἔτι τῶν περὶ μουσικὴν ἀκουσμάτων, καὶ τοὺς θεοὺς Κοινοῖς ἀναθήμασιν ἐδωροῦντο. θεωρήσαντες δὲ καὶ πανηγυρίσαντες, καὶ τὰς ἄλλας Φιλοφροσύνας παρ' ἀλλήλων λαβόντες, εἴ τι πρόσκρουσμα πρὸς πόλιν ἐγεγόνει, δικασταὶ καθεζόμενοι διῄτων, καὶ περὶ τοῦ πρὸς βαρβάρους πολέμου καὶ περὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμοφροσύνης κοινὰς ἐποιοῦντο βουλάς. *Maxime admiratus eſt inventum Amphictyonis, filii Hellenis; qui cum videret Græcam gentem infirmam eſſe, & facile a finitimis Barbaris deleri poſſe, ipſe eam in id concilium ac conventum, qui ab eo Amphictyonicus eſt dictus, coëgit, legeſque tulit, præter illas quæ cuique civitati propriæ & peculiares erant, eas quæ omnibus communes eſſent, quas Amphictyonicas vocant, quarum beneficio in mutua amicitiâ perpetuo continebantur, & cognationem re potius quam verbis ſervabant, & moleſti, & formidabiles barbaris perpetuò erant. Cujus exemplum ſecuti Jones, qui ſedes tranſtulerunt ex Europa in Cariæ partes maritimas, & Dorienſes, qui in iiſdem locis urbes condiderunt, Templa communibus ſumptibus exſtruxerunt, Jones Epheſi templum Dianæ, Dorienſes in urbe Triopio templum Apollinis, quò ſtatis temporibus CUM UXORIBUS ET LIBERIS conveniebant, & ſimul ſacrificia faciebant, & ſimul negotiabantur & mercatus exercebant, & certamina equeſtria, & gymnica, & muſica faciebant, Diiſque donaria communia dicabant. Peractis vero ſpectaculis, & nundinis, aliiſque feſtis, in quibus omnes omni humanitatis genere ſe mutuo excipiebant: ſi qua ſimultas inter civitates ob aliquam offenſam exorta fuiſſet, judices ſedentes de ea cognoſcebant, & de bello*

*contra*

*contra barbaros gerendo, & de mutuâ concordia inter ſe conſultabant.*

Quæ, ſane, Dionyſii verba & *Concilium* iſtud *Amphictyonicum*, & *Communitates* Aſiæ (tum *Panionium*, tum & alias) apprime illuſtrant; ſicut & illa Pauſaniæ verba quæ de Ludis ac Certaminibus, libro 10. ſeu in Phocicis, affert: Ἀρχαιότατον δὲ ἀγώνισμα γενέσθαι μνημονεύουσι, καὶ ἐφ' ᾧ πρῶτον ἆθλα ἔθεσαν, ᾆσαι ὕμνον ἐς τὸν θεόν. καὶ ᾖσε καὶ ἐνίκησεν ᾄδων Χρυσόθεμις ἐκ Κρήτης, οὗ δὴ ὁ πατὴρ λέγεται Καρμάνωρ καθῆραι Ἀπόλλωνα. Χρυσοθέμιδος ὕστερον Φιλάμμωνά τε ᾠδῇ μνημονεύουσι νικῆσαι, καὶ ἐπ' ἐκείνῳ Θάμυριν τὸν Φιλάμμωνος. Ὀρφέα δὲ σεμνολογίᾳ τῇ ἐπὶ τελεταῖς καὶ ὑπὸ φρονήματος τοῦ ἄλλου, καὶ Μουσαῖον τῇ ἐς πάντα μιμήσει τοῦ Ὀρφέως, οὐκ ἐθελῆσαι, φασὶν αὐτοὺς ἐπὶ ἀγῶνι μουσικῆς ἐξετάζεσθαι. Φασὶν δὲ Ἐλευθῆρα ἀνελέσθαι Πυθικὴν νίκην μέγα καὶ ἡδὺ φωνοῦντα, ἐπεὶ ᾄδειν γε αὐτὸν οὐκ αὐτοῦ τὴν ᾠδήν. λέγεται δὲ καὶ Ἡσίοδον ἀπελαθῆναι τοῦ ἀγωνίσματος, ἅτε οὐ κιθαρίζειν ὁμοῦ τῇ ᾠδῇ δεδιδαγμένον. Ὅμηρος δὲ ἀφίκετο μὲν ἐς Δελφοὺς ἐρησόμενος ὁπόσα καὶ ἐδεῖτο. ἔμελλε καὶ αὐτῷ κιθαρίζειν διδαχθέντι ἀχρεῖον τὸ μάθημα ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν τῆς συμφορᾶς γενήσεσθαι. Τῆς δὲ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος καὶ ὀγδόης ἣν Γλαυκίας ὁ Κροτωνιάτης ἐνίκησε, ταύτης ἔτει τρίτῳ ἆθλα ἔθεσαν οἱ Ἀμφικτύονες, κιθαρῳδίας μὲν καθὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς, προσέθεσαν δὲ καὶ αὐλῳδίας ἀγώνισμα, καὶ αὐλῶν. ἀνηγορεύθησαν δὲ νικῶντες Κεφαλήν τε ὁ Λάμπου κιθαρῳδίᾳ, καὶ αὐλῳδὸς Ἀρκὰς Ἐχέμβροτος, Σακάδας δὲ Ἀργεῖος ἐπὶ τοῖς αὐλοῖς. ἀνείλετο δὲ ὁ Σακάδας οὗτος καὶ ἄλλας δύο τὰς ἐφεξῆς ταύτης Πυθιάδας. ἔθεσαν δὲ καὶ ἆθλα τότε ἀθληταῖς πρῶτον τά τε ἐν Ὀλυμπίᾳ, πλὴν τεθρίππου, καὶ αὐτοὶ νομοθετήσαντες δολίχου καὶ διαύλου παισὶν εἶναι δρόμον. Δευτέρᾳ δὲ Πυθιάδι οὐκ ἐπὶ ἄθλοις ἐκάλεσαν ἔτι ἀγωνίζεσθαι. στεφανίτην δὲ τὸν ἀγῶνα ἀπὸ τούτου κατεστήσαντο· καὶ αὐλῳδίαν τε κατέλυσαν, καταγνόντες οὐκ εἶναι τὸ ἄκουσμα εὔφημον. Ἡ γὰρ αὐλῳδία μελέτη τε ἦν αὐλῶν σκυθρωπότατα, καὶ ἐλεγεῖοι καὶ θρῆνοι προσᾳδόμενα τοῖς αὐλοῖς. Μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ τοῦ Ἐχεμβρότου τὸ ἀνάθημα, τρίπους χαλκοῦς ἀνα-

ἀναθεὶς τῷ Ἡρακλεῖ τῷ ἐν Θήβαις. ἐπίγραμμα δὲ ὁ τρίπους εἶχεν· Ἐχέμβροτος Ἀρκὰς ἔθηκε Ἡρακλεῖ νικήσας τόδ᾽ ἄγαλμ᾽ Ἀμφικτυόνων ἐν ἄθλοις, Ἕλλησι δ᾽ ἀείδων μέλεα καὶ ἐλέγους. Κατὰ τούτου μὲν τῆς αὐλῳδίας ἐπαύθη τὸ ἀγώνισμα. Προσέθεσαν δὲ καὶ ἱππέων δρόμον. ἀνηγορεύθη δὲ ἐπὶ τῷ ἅρματι Κλεισθένης ὁ Σικυωνίων τυραννήσας. Ὀγδόῃ δὲ Πυθιάδι προσενομοθέτησαν κιθαριστὰς τοὺς ἐπὶ τῶν κρουμάτων τῶν ἀφώνων· καὶ Τεγεάτης ἐστεφανοῦτο Ἀγέλαος. τρίτῃ δὲ Πυθιάδι ἐπὶ ταῖς εἴκοσι προσέθεσαν ὁπλίτην δρόμον· καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ Τιμαίνετος ἐκ Φλιοῦντος ἀνείλετο τὴν δάφνην· Ὀλυμπιάσιν ὕστερον πέντε ὁ Δημάρετος Ἡραιεὺς ἐνίκησεν. Ὀγδόῃ δὲ ἐπὶ τεσσαράκοντα Πυθιάδι καὶ συνωρίδος εἶναι κατεστήσαντο δρόμον· καὶ Ἐξηκεστίδου Φωκέως ἐνίκησεν ἡ συνωρίς. Πέμπτῃ δὲ Πυθιάδι ἀπὸ ταύτης πώλους ἔζευξαν ὑπὸ ἅρματι· καὶ παρέδραμεν Ὀρφώνδα Θηβαίου τέθριππον. Παγκράτιον ἐν παισὶ καὶ συνωρίδα τε πώλων καὶ κέλητα πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον κατεδείξαντο Ἠλείων· τὸ μὲν πρῶτον Πυθιάδι ἐπὶ ταῖς ἑξήκοντα· καὶ ὁ Λαΐδας ἐνίκα Θηβαῖος. Διαλιπόντος δὲ ἀπὸ ταύτης μίαν, κέλητι ἔθεσαν δρόμον πώλῳ· ἐνάτῃ δὲ ἐπὶ ταῖς ἑξήκοντα συνωρίδι πωλικῇ. καὶ ἐπὶ μὲν τῷ πώλῳ τῷ κέλητι Λυκόρμας ἀνηγορεύθη Λαρισαῖος· Πτολεμαῖος δὲ ἐπὶ τῇ συνωρίδι Μακεδών. ἔχαιρον γὰρ δὴ Μακεδόνες οἱ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενοι βασιλεῖς, καθάπερ γε ἦσαν. Δάφνης δὲ στέφανον ἐπὶ τῶν Πυθίων τῇ νίκῃ κατ᾽ ἄλλο μὲν (ἐμοὶ δοκεῖν) ἐστὶν οὐδέν· ὅτι δὲ τῆς Λάδωνος Ἀπόλλωνα ἐρασθῆναι κατέσχηκεν ἡ φήμη. *Antiquiſſimum in Pythiis ludis, certamen fuiſſe memorant, hymnum in Apollinem canere: eique certamini primo propoſita fuiſſe præmia in eo ceciniſſe, & cantu viciſſe Chryſothemin Cretenſem; cujus pater Carmanor Apollinem de cæde purgaſſet. Poſt Chryſothemin, Philammonem cantu viciſſe memorant: poſt hunc, Tkamyrim Philammonis filium. Orpheum vero, initiorum traditione venerabilem, aliiſque animi dotibus elatum; ſimiliter etiam Muſæum, qui Orpheum in omnibus imitaretur, negant in muſicum illud certamen deſcendere voluiſſe. Tuliſſe narrant Eleutherum Pythicam palmam*

*mam vocis cauſa, cum alioquin cantilenam non ſuam decantaſſet. Heſiodum tradunt repulſam tuliſſe, quod non didiciſſet unà cum cantu citharam pulſare. Homerus Delphos quidem venit conſulendi, quod opus fuit, cauſa: ſed ei, etiam ſi fidibus didiciſſet, propter oculorum calamitatem nulli uſui ars eſſe potuiſſet. Quadrageſimæ demum & octavæ Olympiadis, quâ vicit Glaucias Crotoniates, anno tertio inſtituerunt Amphictyones certamina; cantus ad Citharam ut pridem; cantus idem ad tibiam, ipſarum etiam per ſe tibiarum. Renunciati ſunt Victores, de Citharœdis Cephalon, Lampi filius; de Aulœdis Echembrotus Arcas: de tibiis Sacadas Argivus. Idem vero poſtea Sacædas binis deinceps Pythicis ludis præmium meruit. Eadem præterea tunc quæ in Olympia, Athletis indicta ſunt certamina, quadrigis tamen exceptis; lege item latâ ut ſoli pueri tum longiore, tum repetito curſu certarent. Altera jam Pythiade, ſubmotis præmiis, coronarium duntaxat certamen ut eſſet ſtatuerunt; aulœdorum arte repudiata, quod triſte neſcio quid auditu, & minime læti ominis tibiis caneretur. Aulœdia enim, tibiarum ejusmodi erat modulatio, in qua triſtiſſima quæque, elegi, & funebria lamenta, tibiis accinebantur. Teſtimonium mihi fuerit Echembroti donum, æneus tripos Herculi Thebis dedicatus, cum hujuſmodi inſcriptione: ECHEMBROTVS ARCAS DEDICAVIT HOC SIMVLACRVM HERCVLI, CVM PRÆMIVM LVDIS AMPHICTYONVM MERVISSET, DECANTATIS INTER GRÆCOS MODVLIS ET ELEGIIS. Et hæc ſane fuit cauſa, quamobrem ad ludos Aulœdi non amplius admitterentur. Addiderunt deinde equorum curſum; & de quadrigis victor renunciatus eſt Cliſthenes, is qui Sicyoniorum tyrannus fuit. Octava Pythiade, addita hæc lex eſt, ut cithara ſine humanæ vocis acceſſione pulſaretur: coronam cepit Tegeates*

 *Age-*

*Agelaus. Viceſima demum tertiâ acceſſit armatorum curſus; de quo lauream reportavit Timenetus Phliaſius, Olympiadibus quinque poſtea quam vicerat Demaratus Heræenſis. Octava poſt hæc & quadrageſima Pythiade bigis certari cœptum. Vicere Phocenſis Execeſtidæ jugales. Quinta ab ea, pullis ad currum junctis decurſum eſt: antevertit Orphondæ Thebani quadriga. Jam pancratium inter pueros, bijugem & injugem pullum multis ſerius quam Elei annis admiſerunt: pancratium ſcilicet prima & ſexageſimâ Pythiade, qua Thebanus Laidas vicit: una poſt hanc interjecta, pullum induxerunt injugem: nona vero & ſexageſima pullorum bigas. Singulari pullo Lycormas Lariſſæus, bigis victor renunciatus Macedo Ptolomæus. Ægyptiorum enim reges Macedonas dici ſe (ſicuti ſane fuerunt) facillime paſſi ſunt. Lauream quidem Pythicis ludis peculiarem fuiſſe nulla alia de cauſa exiſtimo, quam quod Daphnem Ladonis filiam adamatam ab Apolline fama vulgavit.*

De Calauria autem (parva inſula ad Trœzenem) notatu digna ſunt quæ Strabo, libro octavo, tradit: præter Aſylum enim Neptuni, ibi quoque *Amphictyonum* aliquis conventus fuit. Ita enim is de hoc conventu loquitur: Ἦν δὲ καὶ Ἀμφικτυονία τις, περὶ τὸ ἱερὸν τοῦτο, ἑπτὰ πόλεων, αἳ μετεῖχον τῆς θυσίας· ἦσαν δὲ Ἑρμιὼν, Ἐπίδαυρος, Αἴγινα, Ἀθῆναι, Πρασιεῖς, Ναυπλιεῖς, Ὀρχομενὸς ὁ Μινύειος· ὑπὲρ μὲν οὖν τῶν Ναυπλίων Ἀργεῖοι συνετέλουν, ὑπὲρ Πρασιέων δὲ Λακεδαιμόνιοι. Οὕτω δ᾽ ἐπεκράτησεν ἡ τιμὴ τοῦ θεοῦ τούτου, παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὥστε καὶ Μακεδόνες δυναστεύοντες ἤδη μέχρι δεῦρο ἐφύλαττόν πως τὴν ἀσυλίαν, καὶ τοὺς ἱκέτας ἀποσπᾶν ἠδοῦντο τοὺς εἰς Καλαυρίαν καταφυγόντας· ὅπου γε οὐδὲ Δημοσθένη ἐθάρρησεν Ἀρχίας βιάσεσθαι στρατιώτας ἔχων, οἷς προστετάχει ὑπὸ Ἀντιπάτρου ζῶντα ἀγαγεῖν κἀκεῖνον, καὶ τῶν ἄλλων ῥητόρων ὃν εὕροι τῶν ἐν αἰτίαις ὄντων τῶν παραπλησίαις· ἀλλὰ πείθειν ἐπειρᾶτο· οὐ μὴν ἔπεισέ γε, ἀλλ᾽ ἔφθη φαρμάκῳ παραλύσας ἑαυτὸν

ἑαυτὸν τοῦ ζῆν. *Fuit & Amphictyonum conventus quidam ad hoc templum, civitatum ſeptem: quarum nomina Hermione, Epidaurus, Ægina, Athenæ, Praſiæ, Nauplia, Orchomenus Minyejus; ac pro Nauplia contribuebant Argivi, pro Praſiis Lacedæmonii. Adeo autem veneratio iſtius Dei* [Neptuni] *apud Græcos invaluit, ut & Macedones, Græciâ in ſuam redacta poteſtatem adhuc jus Aſyli illæſum ſervaverint, ac qui ſupplices in Calauriam confugiſſent, inde avellere ſint veriti: quando Archias etiam armata ſtipatus manu Demoſtheni vim ibi inferre non fuit auſus, cum ei ab Antipatro injunctum eſſet, ut & hunc & alios, qui ſimili in crimine eſſent, oratores vivos ſibi adduceret: ſed verbis eum ex Aſylo abſtrahere fruſtra eſt conatus, cum hauſto veneno ſe vita exſolvere Demoſthenes occupaſſet.*

Hæc poſteriora de Demoſthene cæteris, de *Amphictyonibus* addidi, ex affectu erga virum, cujus morti quin illachryment, ſibi temperare non poſſunt, qui vero libertatis amore, & ardore incenſi, ipſius interitum legunt apud Lucianum, in Demoſthenis hujus encomio; uti & apud Pauſaniam, in Atticis. Porrò, ut ad iſtud Amphictyonum in *Calauria Concilium* redeam, illud ſolum de eo addam; me credere ex æmulatione (non mala tamen) hoc ex illis ad *Delphos* ac *Thermopylas*, fuiſſe exortum.

---

## CAPUT IV.

*De Theoris ad Certamina &c. miſſis; deque ipſorum diverſis muneribus, cum circa Oracula conſulenda, tum circa pompas ad Panegyres deducendas, donaria mittenda, &c: tum & ad alia loca, Ludos nempe ac Certa-*

*mina ſimul celebranda. Denique de Architheoris eorumque munere; uti & de* συνθεώροις, *&c.*

OCcaſione horum *Amphictyonum*, non intempeſtive, ut credo, aliquid dicam de *Theoris* ſeu θεώροις, συνθεώροις & ἀρχιθεώροις, ſicut & de Pythiis qui Lacedæmoniorum regibus aſſidebant: licet de his poſterioribus jam alibi aliquid dixerim. Illos autem θεωρὺς ita nobis deſcribit Heſychius: Θεωροὶ οἱ θεωπρόποι, καὶ οἱ θεώμενοι, καὶ οἱ φροντίζοντες περὶ τὰ θεῖα. Quorum primi ac poſtremi, non vero ſpectatores, ad noſtrum propoſitum faciunt. Sic quoque Harpocration: Θεωροὶ μέν τοι λέγονται, οὐ μόνον οἱ θεαταὶ ἀλλὰ καὶ οἱ εἰς θεοὺς πεμπόμενοι· καὶ ὅλως τοὺς τὰ θεῖα φυλάττοντας, ἢ τῶν θείων φροντίζοντας οὕτως ὠνόμαζον· ὤραν γὰρ ἔλεγον τὴν φροντίδα. *Theori dicuntur non ſolum ſpectatores; verum & illi qui ad Deos conſulendos mittuntur: & in univerſum illi qui Sacra cuſtodiunt; qui Sacrorum curam gerunt.* ὤραν *enim curam vocabant.* Scholiaſtes Sophoclis ad OEdipum Tyrannum: Θέωρος δὲ ὁ πρὸς τοὺς θεοὺς διὰ χρησμοὺς ἀπερχόμενος. *Theorus eſt qui ad Deos oraculorum accipiendorum gratia proficiſcitur.* Et Triclinius ibidem: Θεωροὺς φασι τοὺς εἰς τὰ μαντεῖα ἀπιόντας τοῦ μαθεῖν ἕνεκα περὶ ὧν αὐτοῖς ἐστι ζήτησις. Quæ prioris Scholiaſtæ dictis plane gemina ſunt.

Hæc quidem horum Scholiaſtarum dicta ut vera eſſe poſſunt, ſic tamen magis id vocabulum ibi ſpectat ad illos, qui ad Oracula miſſi fuerant; ac quidem ex auctoritate publica. Quale exemplum habemus apud Arrianum lib. 7. Ἧκον δὲ καὶ παρ' Ἄμμωνος οἱ θεωροὶ, οὓς τινας ἐστάλκει ἐρησομένους, ὅπως θέμις αὐτῷ τιμᾷν Ἡφαιστίωνα. οἱ δὲ ὡς ἥρωϊ, ἔφησαν ὅτι θύειν θέμις ὁ Ἄμμων λέγει. *Per hos dies venerunt etiam, ab Hammone Theori, quos ſciſcitatum miſerat, quoſnam honores Hephæſtioni tribuere fas eſſet. Qui quidem Hammonem reſpondiſſe nuntiabant, fas eſſe ut Heroi ſacrificare.*

Ita

Ita & apud Athenienſes, in turpiſſimas adulationes erga Antigonum ac Demetrium delapſos, *Stratocles promulgavit ut qui ex plebiſcito publice ad Antigonum & Demetrium mitterentur, pro legatis dicerentur* θεωροὶ; *ſicut qui Delphos & Olympiam ſolennibus Græcorum, victimas pro civitatibus agunt.* Quæ Plutarchus, in Demetrii vita, ita Græce exprimit: Τὸ δὲ ὑπερφυέστατον ἐνθύμημα, τοῦ Στρατοκλέους· (οὗτος γὰρ ἦν ὁ τῶν σοφῶν τούτων καὶ περιττῶν καινουργὸς ἀρεσκευμάτων) ἔγραψεν ὡς οἱ πεμπόμενοι κατὰ ψήφισμα δημοσίᾳ πρὸς Ἀντίγονον ἢ Δημήτριον, ἀντὶ πρεσβευτῶν θεωροὶ λέγοιντο; καθάπερ οἱ Πυθοῖ καὶ Ὀλυμπίαζε τὰς πατρίους θυσίας ὑπὲρ τῶν πόλεων ἀπάγοντες ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς ἑορταῖς. Qui idem hæc ſequentia, poſt pauca interjecta, adjicit: Ὃ δὲ μάλιστα τῶν τιμῶν ὑπερφυὲς ἦν καὶ ἀλλόκοτον, ἔγραψε Δημοκλείδης ὁ Σφήττιος, ὑπὲρ τῆς τῶν ἀσπίδων ἀναθέσεως, εἰς Δελφοὺς, παρὰ Δημητρίου λαβεῖν χρησμόν· αὐτὴν δὲ παραγράψω τὴν λέξιν ἐκ τοῦ ψηφίσματος οὕτως ἔχουσαν, Ἀγαθῇ τύχῃ δεδόχθω τῷ δήμῳ χειροτονῆσαι τὸν δῆμον ἕνα ἄνδρα ἐξ Ἀθηναίων, ὅστις ἀφικόμενος πρὸς τὸν Σωτῆρα, καὶ καλλιερησάμενος, ἐπερωτήσει Δημήτριον τὸν Σωτῆρα πῶς εὐσεβέστατα, καὶ κάλλιστα, καὶ τὴν ταχίστην ὁ δῆμος τὴν ἀποκατάστασιν ποιήσαιτο τῶν ἀναθημάτων· ὅ, τι δ' ἂν χρήσῃ, ταῦτα πράττειν τὸν δῆμον. *Quod vero, præter ceteros honores modum exceſſit & fuit abſonum, de conſecrandis apud Delphos clypeis, Dromoclides Sphettius rogationem tulit, ut Oraculum a Demetrio peterent. Verba ipſa adſcribam legis, quæ ſic habent: Quod felix fauſtumque ſit, velit jubeat populus civem Athenienſem deſignet, qui ad SERVATOREM profectus, ubi litaverit conſulat Demetrium SERVATOREM, quemadmodum religioſiſſime, commodiſſime, & ocyſſime dona dedicaturus ſit. Quodcumque verò dederit Reſponſum, illud populus ſequatur.*

Quod hîc in tranſitu notandum duco, circa iſtud epithethon σωτὴρ, ſeu *Servator*, eſt, id per adulationem Impera-

toribus quoque Romanis poſtea, a Græcis quoque fuiſſe tributum, eoque illos ut Deos ipſos honoraſſe.

Hoc namque videmus ex ſequentibus inſcriptionibus, Hadriano ſic fuiſſe datum: ac quidem ex hac, apud Sponium, in Itinerarii tomo ſecundo:

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΔΡΙΑΝΟΝ
Ο Λ Υ Μ Π Ι Ο Ν
ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ
Α Β Υ Δ Η Ν Ο Ι
ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΣΩΤΗΡΑ
ΚΑΙ ΚΤΙΣΤΗΝ
ΔΙΑ ΠΡΕΣΒΕΥΤΟΥ
ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ ΜΑΙΟΡΟΣ

Tum & 2. ex hac

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ
ΑΔΡΙΑΝΩΙ
ΟΛΥΜΠΙΩΙ ΣΩΤΗΡΙ
ΚΑΙ ΚΤΙΣΤΗΙ

Sicut & in alia, pag. 105. n°. 9. apud Gruterum reperiunda, (quamque integram jam ſuprà pag. attuli) non quidem Abydenorum ſed ipſorum Athenienſium; ubi *Deam Romam* & *Auguſtum Cæſarem Servatorem* ſimili plane modo, atque unà honorari videmus.

Neque ipſi Romani a tali adulatione in Cæſares liberi fuere. Ita enim apud modo dictum Sponium (ne plura afferam exempla) habemus:

IMP.

IMP . CAES . M . AVRELIO
ANTONINO PIO FELICI
AVG . PRINCIPI IVVEN
TVTIS NVMINI PRAE
SENTI RESTITVTO
RI ET CONSERVATORI
SEMPER VITAE ADQVE
DIGNITATIS SVAE DEVO
TISSIMVS NVMINI EIVS
A . AEMILIVS MACER FAV
STINIA.
V . C.

Verum ut denuo redeamus ad θεωρὰς; talis fuit *Creon* Oedipo Tyranno, apud Sophoclem; qui de ipſo,

. . . . . παῖδα τὸν Μενοικέως
Κρέοντ' ἐμαυτοῦ γαμβρὸν ἐς τὰ Πυθικὰ
Ἔπεμψα Φοίβου δώμαθ' ὡς πύθοιθ' ὅ, τι
Δρῶν, ἢ τί φωνῶν, τήνδε ῥυσαίμην πόλιν.

*Miſi autem ad Oraculum Pythicum generum meum*
*Creonta Menæcei filium; ut ibi audiret, quænam*
*Mihi dicenda aut facienda ſint, ut liberem*
*Hanc civitatem.*

Incertum verò an autem iſti θεωροὶ, de quibus Arrianus (lib. II. de Expeditione Alexandri, ſub finem) loquitur, his verbis: Καὶ Καρχηδονίων τινὲς θεωροὶ ἐς τιμὴν τοῦ Ἡρακλέους, κατὰ δή τινα νόμον παλαιὸν, εἰς τὴν μητρόπολιν ἀφικόμενοι, tales ſimul fuerint: niſi

niſi conſtet, hunc Tyriorum Herculem etiam Oracula reddidiſſe: quod Doctiſſimus illius interpres B. Vulcanius ita, quamvis, meo judicio, non recte cepiſſe videtur. Ita enim illa vertit: *Erant &. . . . . nonnulli Carthaginienſes ORACULORUM CONSULTORES, qui ex veteri conſuetudine in honorem Herculis ad metropolim conveniebant.* Nam certe hi θεωροὶ potius eo, ex veteri lege, ſeu conſuetudine eo (ac quidem ſtatis vicibus, ut puto) veniebant, in Herculis honorem, ut ſic Tyrum metropolim ſeſe agnoſcere oſtenderent.

Neque Oraculi conſulendi gratia miſſi fuerant iſti viri, qui (teſtante T. Livio Dec. III. lib. 8. ſub finem) *Legati Delphos ad donum ex præda Aſdrubalis portandum miſſi M. Pomponius Matho, & Q. Catulus, tulerunt coronam auream CC pondo, & ſimulacrum ſpoliorum ex M pondo argenti facta.*

Neque, ut jam ſupra videre cœpimus, ſolum ad Oracula petenda, Deorumve voluntatem ita exquirendam, mittebantur; ſed & cum ad illa tum ad alia Templa, Sacrificia, ac Solennitates, ſeu Ludos ac Certamina Sacra, victimas ſuas, vel ſimul & donaria, vel etiam hæc ſeorſum offerenda; Sic enim Dionyſius Halicarnaſſæus in Lyſia: Ἔπεμψε γὰρ θεωροὺς εἰς τὴν Πανήγυριν ὁ Διονύσιος, ἄγοντας θυσίαν τῷ θεῷ· μεγαλοπρεπής τε καταγωγὴ τῶν θεωρῶν ἐγένετο ἐν τῷ τεμένει καὶ πολυτελὴς [σκηνὴν ſc. χρυσῷ τε καὶ πορφύρᾳ καὶ ἄλλῳ πλούτῳ κεκοσμένην] ἵνα θαυμασθείη μᾶλλον ὁ τύραννος ὑπὸ τῆς Ἑλλάδος. *Miſit namque Dionyſius Theoros ad ſolennem ac ſacrum conventum, qui Deo afferrent Sacrificia: Et magnificum præclarumque fiebat contubernium horum Theororum in luco; [tentorium ſcilicet, auro & purpurâ aliiſque divitiis ornatam;] ut ita hic tyrannus Græciam magis in ſui admirationem raperet.*

In honorem vero Dei hujus illiuſve illud feciſſe [quamvis quandoque ubi χρηστήριον aliquod erat, ſimul Oraculum, vel

dicis

dicis gratia, vel aliter, conſulerent] cum Græcos, tum Romanos, tum alias quoque gentes, oſtendunt hæc ſequentia: ac primò quidem quæ in Camilli vita ſic Plutarchus habet Οὐ μὴν ἀλλὰ πάντων ὅσον ἔδει μέρος εἰσενεγκόντων, ἔδοξε κρατῆρα χρυσοῦν κατασκευάσαντας εἰς Δελφοὺς ἀποστεῖλαι - - - - - - - - - - - - - - ἑλόμενοι δὲ τρεῖς ἄνδρας ἐκ τῶν ἀρίστων θεωροὺς, καὶ ναῦν μακρὰν εὐανδροῦντι πληρώματι καὶ κόσμῳ πανηγυρικῷ κατασκευάσαντες ἐξέπεμψαν. *Attamen ex iis quæ omnes prorata quiſque contulerunt, decreverunt craterem auream faciendam & Delphos mittendam - - - - - - - - - - - - - - Inde ex Principibus tres* θεωροὺς *in navi longa viris delectis inſtructa, & ornatu ſolenni, Delphos mittunt.*

Quod autem ad Delios attinet, & θεωροὺς ad Delum miſſos vel mittendos; quæque ibi ſolennia peragerentur, originem nobis horum ita libro tertio deſcribit Thucidides: Καὶ τὴν πεντετηρίδα τότε πρῶτον μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐποίησαν οἱ Ἀθηναῖοι τὰ Δήλια. ἦν δέ ποτε καὶ τὸ πάλαι μεγάλη ξύνοδος ἐς τὴν Δῆλον τῶν Ἰώνων τε καὶ περικτιόνων νησιωτῶν· ξύν τε γὰρ γυναιξὶ καὶ παισὶ ἐθεώρουν, ὥσπερ νῦν ἐς τὰ Ἐφέσια Ἴωνες· καὶ ἀγὼν ἐποιεῖτο αὐτόθι καὶ γυμνικὸς καὶ μουσικὸς. χοροὺς τε ἀνῆγον αἱ πόλεις. δηλοῖ δὲ μάλιστα Ὅμηρος ὅτι τοιαῦτα ἦν, ἐν τοῖς ἔπεσι τοῖσδε, ἅ ἐστιν ἐκ προοιμίου Ἀπόλλωνος,

Ἀλλὰ σὺ Δήλῳ Φοῖβε μάλιστα ἐπιτέρπεαι ἦτορ,
Ἔνθα τοι ἑλκεχίτωνες Ἰάονες ἠγερέθονται,
Αὐτοῖς σὺν παίδεσσι, καὶ αἰδοίης ἀλόχοισιν.
Οἱ δέ πυγμαχίῃ τε καὶ ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ
Μνησάμενοι τέρπουσιν, ὅταν στήσωνται ἀγῶνα.

Ὅτι δὲ καὶ μουσικῆς ἀγὼν ἦν, καὶ ἀγωνιούμενοι ἐφοίτων, ἐν τοῖσδε αὖ δηλοῖ, ἅ ἐστιν ἐκ τοῦ αὐτοῦ προοιμίου. τὸν γὰρ Δηλιακὸν χορὸν τῶν γυναικῶν ὑμνήσας, ἐτελεύτα τοῦ ἐπαίνου ἐς τάδε τὰ ἔπη, ἐν οἷς καὶ ἑαυτοῦ ἐπεμνήσθη,

Ἀλλ' ἄγεθ', ἱλήκοι μὲν Ἀπόλλων, Ἀρτέμιδι ξύν,
Χαίρετε δ' ὑμεῖς πᾶσαι. ἐμεῖο δὲ καὶ μετόπισθε

Μνήσασθ', ὁππότε κέν τις ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
Ἐνθάδ' ἀνείρηται ξεῖνος ταλαπείριος ἐλθών,
Ὦ κοῦραι, τίς δ' ὔμμιν ἀνὴρ ἥδιστος ἀοιδῶν
Ἐνθάδε πωλεῖται, καὶ τέῳ τέρπεσθε μάλιστα;
Ὑμεῖς δ' εὖ μάλα πᾶσαι ὑποκρίνεσθε ἀφήμως,
Τυφλὸς ἀνήρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ

Τοσαῦτα μὲν Ὅμηρος ἐτεκμηρίωσεν ὅτι ἦν καὶ τὸ πάλαι μεγάλη ξύνοδος καὶ ἑορτὴ ἐν τῇ Δήλῳ· ὕστερον δὲ τοὺς μὲν χοροὺς οἱ νησιῶται καὶ οἱ Ἀθηναῖοι μεθ' ἱερῶν ἔπεμπον. τὰ δὲ περὶ τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰ πλεῖστα κατελύθη ὑπὸ ξυμφορῶν, ὡς εἰκός, πρὶν δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τότε τὸν ἀγῶνα ἐποίησαν, καὶ ἱπποδρομίας, ὃ πρότερον οὐκ ἦν.

[Quod autem Græcos verſus attinet (ut hoc notem, antequam ad verſionem progrediar) non poſſum non afferre iſta quæ apud Thuciddiem meum ſic in Margine habentur: τὰς ἐνταῦθα διαφόρας γραφὰς ζήτει ἐν τῷ τέλει τοῦ βιβλίου *Latinam horum verſuum interpretationem oratione ſoluta ſcriptam, ubi res melius exprimuntur, vide in Apollinis hymno Æmilii Porti.*]

*Tunc quoque primum Athenienſes, luſtrationem, feſta luſtralia, ludoſque Deliacos, qui quinto quoque anno celebrabantur inſtituerunt* [atque celebrarunt.] *Fuit* [NB] *autem priſcis temporibus in Delo frequens Ionum & accolarum in inſulis circumjacentibus conventus. Nam cum uxoribus & liberis ad ſpectacula conveniebant* [ἐθεώρουν, quod hic alio ſenſu, quam de quo nunc agimus ſumitur; atque adeo ad ſpectatores &c. non ad θεωρίαν ceu munus ſacrum ſpectat,] *Ut nunc Iones ad ludos in Dianæ Epheſiæ honorem inſtitutos* [confluere ſolent.] *Illic autem Gymnicum Muſicumque certamen fiebat. Et civitates eò ſaltatorum choros mittebant. Quod autem hæc ita ſe habuerint, Homerus in primis declarat his verſibus, qui ſunt ex hymno Apollinis:*

*Tunc*

*Tunc tibi Magnopere in Delo mens geſtit Apollo,*
*Cum natis quoties cum conjugibuſque frequentes*
*Jones in fluxa celebrant tua compita veſte:*
*Ceſtibus & varii certamina ſacra choreis*
*Oblectant, referuntque tuas modulamine laudes.*

*Quod autem Muſices etiam certamen ibi fieret, & Muſici propoſito certamine illuc ſe conferrent, his quoque verſibus indicat, qui ſunt ex eodem Apollinis hymno. Nam Poſtquam Deliacum mulierum chorum celebravit, ſuam laudationem his verſibus finivit, in quibus & ſui ipſius mentionem fecit:*

*Verum agedum nobis adſis cum, Phœbe, Diana.*
*Vos etiam cunctæ me diſcedente valete:*
*Et memores eſtote mei poſt hac, homo ſiquis*
*Venerit huc alius peregre, dicatque, Puellæ,*
*Quis vir in his verſans unquam lepidiſſimus oris*
*Pectora præcipue demulſit veſtra canendo?*
*Vos uno aſſenſu ſic reſpondete faventes,*
*Vir qui luminibus captus Chion incolit altam.*

*His igitur argumentis Homerus manifeſte probavit vel priſcis temporibus ingentem conventum, & celebritatem in Delo fieri conſueviſſe. Poſtea vero Athenienſes & inſularum incolæ, cœtus quidem ſaltatorum cum ſacris eo Mittebant. Sed certamina & cætera Pleraque ut credibile eſt, adverſis caſibus exoleverunt, donec Athenienſes certamen tunc inſtaurarunt, & equorum curſum addiderunt, quod ante non fuerat.*

Quod autem de Jonibus affirmat (quum de ſolis inſulis Cycladibus alii tantum loquantur; ſaltem ubi de prima origine loquuntur) ex Heliodori Æthiopicis firmatur, ubi libro primo, de ſe ita Chariclea narrat: Γένος μὲν ἐσμὲν Ἴωνες·

 Ἐφε-

Ἐφεσίων δὲ τὰ πρῶτα γεγονότες, καὶ ἀμφιθαλεῖς ὄντες, νόμου τοὺς τοιούτους καλοῦντος ἱερᾶσθαι, ἐγὼ μὲν Ἀρτέμιδος, Ἀπόλλωνος δὲ ὁ ἐμὸς ἀδελφὸς οὗτος ἐλαγχάνομεν. ἐπειδὴ δὲ τῆς τιμῆς οὔσης, καὶ τοῦ χρόνου πληρουμένου, θεωρίαν εἰς Δῆλον ἤγομεν, ἔνθα μουσικούς τε καὶ γυμνικοὺς ἀγῶνας διαθήσεσθαι, καὶ τὴν ἱεροσύνην ἀποθήσεσθαι κατὰ τὸ πάτριον ἐμέλλομεν. ὁλκὰς οὖν ἐπληροῦτο χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου καὶ ἐσθήτων, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα πρός τε τοὺς ἀγῶνας, καὶ τὴν πάνδημον εὐωχίαν ἐπαρκέσειν ἔμελλε. καὶ ἀνηγόμεθα, τῶν μὲν πατέρων γήρατι προηκόντων, καὶ δέει τοῦ πλοῦ καὶ τῆς θαλάσσης οἴκαδε καταμεινάντων. ἄλλων δὲ πολιτῶν εἰς πλῆθος τῶν μὲν κατὰ τὴν αὐτὴν ὁλκάδα συνεισβάντων, τῶν δὲ σκάφεσιν ἰδίοις χρωμένων.

*Natione Iones ſumus, Epheſi in illuſtri familia nati. Cum autem pubertatis annos ingreſſi eſſemus, lege tales ad ſacerdotii munus vocante, ego Dianæ, frater autem hic meus Apollinis deſignatus eſt Sacerdos. Cæterum cum ſit annuus honor, & tempus impleretur, profecti ſumus in Delum cum ſacro apparatu, ibi Muſicos & Gymnicos* Ludos *exhibituri,* & *ſacerdotium more & inſtituto Majorum depoſituri. Quamobrem navis onerabatur auro & argento & veſtibus, & aliis rebus neceſſariis quantum ad Ludorum apparatum, & epulas populo publice inſtruendas ſatis eſſe videbatur. Solvebamus igitur ex portu, cum parentes tum ob ætatem provectiorem, tum ob metum navigationis & jactationis in mari, domi manſiſſent: porrò alii cives magna frequentia, pars eandem navim conſcendiſſent, pars ſuis navigiis uterentur.*

Videmus igitur 1 (ut hæc paucula ad Heliodorum notem) Ex Jonia Sacerdotes Apollinis atque Dianæ (quorum ſacerdotii munus annuum erat) & θεωροὺς (nec dubito quin & ἀρχιθεώρους egiſſe, niſi iſta cura ac dignitas ſeniori cuipiam ætate commiſſa fuerit) egiſſe. 2 Epulas hos θεωροὺς populo Deliorum, ob hanc θεωρίαν dediſſe. 3 Magnam catervam illos concomitatam fuiſſe, non publicis tantum, verum & pri-

privatis ſumptibus ac impenſis: cum ob certamina decertanda, tum ad ſpectacula: quin & maxime Parentes liberis ſuis ſacerdotibus (nec dubito quoque de aliis) præſentes ut ibi adeſſent ſtuduiſſe.

Neque ſolum præter inſulas Cycladas Jonas & Athenienſes, verum & omnes pene gentes, eò coiiſſe, ut *ſacra* iſta *Deliaca* unà celebrarent, oſtendit Callimachus, hymno ad Delum, his verſibus.

Ἀλλά τοι ἀμφιελεῖς δεκατήφοροι αἰὲν ἀπαρχαὶ
Πέμπονται· πᾶσαι δὲ χορὺς ἀνάγουσι πόληες
Αἵ τε πρὸς ἠοίην, αἵθ᾽ ἕσπερον, αἵτ᾽ ἀνὰ μέσσην
Κλήρους ἐστήσαντο, καὶ οἳ καθύπερθε Βορείης
Οἰκία θινὸς ἔχουσι, πολυχρονιώτατον αἷμα

*Sed tibi quotannis decimæferæ ſemper primitiæ*
*Mittuntur: omneſque tripudia agitant civitates*
*Quæque ad Auroram quæque ad Veſperam quæque ad Meridiem*
*Sedes poſuerunt, & qui ſupra Boream*
*Domicilia littus habent, valde longævum genus.*

Hæc & alii plures ex ſcriptoribus antiquis teſtantur.

Verum enim vero Athenienſes talia majori cum ambitu atque oſtentatione, quam reliquas gentes feciſſe, quod ad ipſos iſta Delus pertineret: atque imprimis ſi ἀρχιθεώροι ad hoc electi gloria atque ambitione tumerent, oſtendunt hæc Plutarchi verba de Nicia, in ipſius vita: Τῶν γὰρ χορῶν, οὓς αἱ πόλεις ἔπεμπον ᾀσομένους τῷ θεῷ, προσπλεόντων μὲν ὡς ἔτυχεν, εὐθὺς δὲ ὄχλου πρὸς τὴν ναῦν ἀπαντῶντος, ᾄδειν κελευομένων κατ᾽ οὐδένα κόσμον, ἀλλ᾽ ὑπὸ σπουδῆς ἀσυντάκτως, κατ᾽ οὐδένα κόσμον, ἀλλ᾽ ὑπὸ σπουδῆς ἀσυντάκτως ἀποβαινόντων ἅμα καὶ στεφανουμένων, καὶ μεταμφιεννυμένων, ἐκεῖνος ὅτε τὴν θεωρίαν ἦγεν, αὐτὸς μὲν εἰς Ῥηνίαν ἀπέβη τὸν χορὸν ἔχων, καὶ τὰ ἱερεῖα, καὶ τὴν ἄλλην παρασκευήν, ζεῦγμα δὲ πεποιημένον Ἀθήνησι πρὸς τὰ μέτρα, καὶ κεκοσμένον ἐκπρεπῶς χρυσώσεσι καὶ βαφαῖς, καὶ στεφάνοις,

καὶ 'αυλαίαις κοσμίζων, διὰ νυκτὸς ἐγεφύρωσε τ̄ μεταξὺ 'Ρηνίας καὶ Δήλου πόρον, οὐκ ὄντα μέγαν. εἶθ' ἅμα ἡμέρα τήν τε πομπὴν τῷ θεῷ καὶ τ̄ χορὸν ἄγων κεκοσμένον πολυτελῶς καὶ ᾄδοντα διὰ τ̄ γεφύρας ἀπεβίβαζε. μετὰ δὲ τ̄ θυσίαν, καὶ τ̄ ἀγῶνα καὶ τὰς ἑστιάσεις &c. - - *Nam cum chori quos civitates ad canendum mittebant in Apollinis honorem, appellerent promiſcuè; & quia navi turba repente occurrente canere jubebantur, nullo ordine, ſed nimia feſtinatione, incompoſite ſimul deſcenderent de navi, coronas ſumerent & veſtes: ille cum Theoriam duceret, trajecit ſecum in Rhenen chorum, victimaſque & reliquum apparatum trahens; ad hæc pontem Athenis paratum atque eximiè excultum auro, pictura, ſertis, tapetibus deportans, nocte fretum eo inter Rhenen & Delum medium, quod non eſt latum, junxit. Mox ubi diluxit, pompam Deo, & chorum magnificè comptum canentemque, traduxit per pontem. Poſt ſacra verò peracta, ludos, & epulum, palmam æneam poſuit, &c.*

Hinc ergo etiam, cum ſic plures urbes ſimul iſtas ſolemnitates celebrare moris eſſet, . . . . . . . . . . . . . . θεωροὺς ἐκάλουν τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων δημοσίως ἐκπεμπομένους συνθύσαντας καὶ συμπανηγυρήσαντας; *Advocabant Theoros illos, qui a civitatibus publice eo miſſi fuerant; ut cum ipſis ſimul ſacrificarent & ſolemne illud feſtum celebrarent.*

Athenienſes autem, ſi non primos, inter primos ſaltem, harum ſolemnitatum cultores fuiſſe, non obſcure colligitur, ex illis Platonis verbis, quæ ſub initium Phædonis habentur: Τῷ οὖν 'Απόλλωνι εὔξαντο (ὡς λέγεται) εἰ σωθεῖεν ἑκάστου ἔτους θεωρίαν ἀπάξειν εἰς Δῆλον· ἣν δὴ ἀεὶ καὶ νῦν ἔτι ἐξ ἐκείνου κατ' ἐνιαυτὸν τῷ θεῷ πέμπουσι. ἐπειδὰν οὖν ἄρξωνται τ̄ θεωρίας, νόμος ἐστὶν 'αυτοῖς ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ καθαρεύειν τὴν πόλιν, καὶ δημοσίᾳ μηδένα ἀποκτιννύναι, πρὶν ἂν εἰς Δῆλον ἀφίκηται τὸ πλοῖον, καὶ πάλιν δεῦρο. *Voverant autem, ut fertur, Apollini, ſi ſervarentur, quotannis in Delum Theoriam* [retineo id vocabulum, quod id ſatis

tis

tis per cætera à me dicta explicetur] *mittere. Quod quidem etiam nunc ſemper ex illo tempore, ſingulis ad Deum mittunt annis. Cum igitur inſtat illa Theoria, ex lege luſtrant urbem, neminemque eo tempore publice necant, donec Delum perveniat navis, rurſuſque inde huc* [*Athenas*] *revertatur.*

Neque ad Delum aut Delphos tantum Athenienſes (aliique,) verum & ad alios ſacros *Agonas*, ſeu certamina, ludos, ac ſolennia, præterquam ad Oracula) ſuos mittebant θεωροὺς; quin & ad Iſthmum & ad Olympiam, & ad Nemeam, & plures alias Græcorum panegyres: quod tam ex Andocide Oratore, quam & ex Platone diſcimus; ut quorum primus, in Oratione de Myſteriis, in hunc modum loquitur: Τρία μὲν ἔτη ἀποδημῶν, καὶ ἥκων ἐκ Κύπρου, οὐκ ἀσεβεῖν ἐδόκουν αὐτοῖς, μυῶν μὲν ἀδελφὸν, εἶτα δὲ καὶ ἄλλους ξένους ἐμαυτοῦ, καὶ εἰσιὼν εἰς τὸ Ἐλευσίνιον, καὶ θύων ὥσπερ ἐμαυτὸν ἄξιον νομίζω εἶναι, ἀλλὰ τοὐναντιόν λειτουργεῖν οὗτοι προὐβάλλοντο, πρῶτον μὲν γυμνασίαρχον Ἡφαιστείοις, ἔπειτα Ἀρχιθέωρον εἰς Ἴσθμον καὶ Ὀλυμπίαζε· εἶτα ταμίαν ἐν πόλει τῶν ἱερῶν χρημάτων. *Cum jam tribus annis abſens fuiſſem & ex Cypro venirem, non fui ipſis viſus impius, dum initiarem fratrem meum, ſicut & alios hoſpites meos, intrans in Eleuſinium & ſacrificans, ita uti me dignum videbatur Illi verò contrà ad adminiſtrationem munerum publicorum impulerunt: ac Primum quidem Gymnaſiarcham (me crearunt) in Vulcaniis; deinde Architheorum in Iſthmum & Olympiam; denique quæſtorem ſacrarum pecuniarum in urbe.* Secundus vero (Plato) lib. 12. De legibus: Πυθῶδε τῷ Ἀπόλλωνι, καὶ εἰς Ὀλυμπίαν Διῒ, καὶ εἰς Νεμέαν, καὶ εἰς Ἰσθμὸν χρὴ πέμπειν κοινωνοῦντας θυσιῶν τε καὶ ἀγώνων τούτων τοῖς θεοῖς. *Ad Pythium verò Apollinem, ad Jovem Olympium, Nemeam etiam & Iſthmum, mittendi ſunt aliqui, qui cum iis qui eò aliunde miſſi fuerint, ſimul ſacrificia ac ludos celebrent Dis iſtorum præſidibus.*

Vi-

Videntur autem fere omnis ætatis homines, ex una eademque civitate plures numero, ac quiam voluntarie, ſeu ſponte ſua, ſeſe harum θεωριῶν comitatui adjunxiſſe: ſaltemve chororum ſocios, illorumque vel aliorum munerum adminiſtros ſeſe eligi paſſos fuiſſe: ſicut id non obſcure videtur liquere, ex Iſocratis Æginetica; ubi ille Καὶ ὄτε θυσίαν, ὄτε θεωρίαν, ὄτε ἄλλην ἑορτὴν, χωρὶς ἀλλήλων ἠγάγομεν· ἐπειδὴ δ' ἄνδρες ἐγενόμεθα - - - - - - - - - *Neque vel ſacrificium, vel Theoriam, vel feſtum quodcunque demum aliud, ſeorſim* [ſive ab invicem ſejuncti] *celebravimus. Et jam adulti*; *&c.*

Poſtrema namque verba indicant, adoleſcentes illos ſeſe comites una his pompis tradidiſſe; choriſque forſan illarum ſeſe adjunxiſſe: quod pueri innuptæque puellæ, in illis ut plurimum cantarent; viri vero graviora *Theoriarum* munera obirent.

Ne autem quis cogitet *has Theorias* miſſas fuiſſe, ad ſolas Oraculorum ſedes, ſeu χρηστήρια; prætereaque tantum ad quatuor iſtos *Agonas* Græcorum celeberrimos, Pythios, Iſhmios Nemeos, atque Olympicos, conſideret hæc Plutarchi e Convivio ſeptem ſapientum: Ἐτύγχανε γὰρ εἰς Ταίναρον ἀπεσταλμένος, ἔκ τινῶν χρησμῶν τῷ Ποσειδῶνι θυσίαν καὶ θεωρίαν ἀπάγων. *Fuerat namque ad Tænarum miſſus, ut, Oraculis quibuſdam, ita monentibus, rem ſacram faceret, ac pompam duceret.* tum & alia, quæ de Panathenæis, Dionyſiis, aliiſque panegyreſin, partim a me afferuntur, partim apud alios (veteres ſc.) reperire licet. Neque ſoli iſti, qui ad ſolemnitates iſtas mittebantur; verum & iſti qui ad illas invitatum alios miſſi fuerant, eo nomine (θεωροὶ) quos tamen Heſychius &c ἱεραγγέλους dictos vult, quandoque veniebant. Hinc namque iſta apud Athenæum lib. 5. mihi pag 194. Πρέσβεις καὶ θεωροὺς Antiochus ad civitates mittit καταγγελοῦντας τοὺς ἐσομένους ἀγῶνας ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Δάφνης.

Ut

Ut autem θεωροὶ mittebantur plures numero ſimul; ſic & in illis erat ἀρχιθέωρος, ſicut jam in Andocide, ac Nicia, vidimus; hos autem Plato ἄρχοντας τῆς θεωρίας vocat, his verbis (De Leg. lib. 12.) Ἔπὶ δὲ τὰς εἰς τοὺς Ἕλληνας κοινῇ θυσιῶν καὶ θεωριῶν, καὶ ὅσων ἂν ἱερῶν κοινωνοῦσι ἱερῶν, ἐκ τούτων τοὺς ἄρχοντας τῆς θεωρίας ἑκάστης ἐκπέμπειν. Hi namque & toti Pompæ præerant, quatenus a ſua civitate miſſa fuerat, & chorum, & cætera ad pompam &c. facientia ordinabant: uti id non obſcure videmus ex inſcriptione iſta quæ apud Gruterum pag. 405 habetur; quæque digna eſt ut hîc tota reponatur, ſimulque defectus unus alterve (quod non uſque adeo integra ad noſtra tempora perdurarit) ſuppleatur:

ΕΠΙ ΑΡΙΣΤΑΙΧΜΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ

ΓΑΜΗΛΙΩΝΟΣ ΔΕΚΑΤΕΙ ΙΣΤΑΜΕΝΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑ ΚΥΡΙΑ ΕΝ ΤΩΙ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΗΡΙΩΙ ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΜΕΛΙΤΕΥΣ ΕΙΠΕΝ ΕΠΕΙΔΗ ΕΥΒΟΥΛΟΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ ΕΝ ΤΕ ΤΑΙΣ ΑΡΧΑΙΣ ΕΧΕΙΡΟΤΟΝΗΘΗ ΚΑΛΩΣ ΚΑΙ ΕΝΔΟΞΩΣ ΑΝΑΣΤΡΑΦΕΙΣ ΑΝΕΓΚΛΗΤΟΝ ΕΑΥΤΟΝ ΠΑΡΕΣΧΕΤΟ ΑΡΧΙΘΕΩΡΟΣ ΤΕ ΑΙΡΕΘΕΙΣ ΚΑΙ ΜΕΤΑ ΤΟΥ ΥΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΣΥΝΘΕΩΡΩΝ ΠΑΝΤΑ ΚΑΛΩΣ ΚΑΙ ΠΡΕΠΟΝΤΩΣ ΒΡΑΒΕΥΣΑΣ ΤΟ ΤΕ ΠΡΩΤΟΝ ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΟΙΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΟΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΤΟΝ ΕΝ ΔΗΛΩ ΤΙΜΗΘΗΝΑΙ ΧΡΥΣΩΙ ΣΤΕΦΑΝΩΙ ΑΝΑΓΟΡΕΥΜΕΝΩΙ ΕΝ ΤΩΙ ΕΝ ΑΣΤΕΙ ΘΕΑΤΡΩΙ. ΠΡΕΒΕΥΣΑΣ ΤΕ ΠΛΕΟΝΑΚΙΣ ΚΑΙ ΑΓΩΝΙΣΑΜΕΝΟΣ ΕΚΤΕΝΩΣ ΠΟΛΛΑ ΤΩΝ ΧΡΗΣΙΜΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΙΣ ΤΟΙΣ ΕΝ ΔΗΛΩΙ ΠΕΡΙΕΠΟΙΗΣΕΝ.

ΙΕΡΕΥΣ ΤΕ ΓΕΝΟΜΕΝΟΣ ΤΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ ΘΕΩΝ ΚΑΙ ΠΑΛΙΝ ΤΟΥ ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ ΚΑΙ ΠΑΛΙΝ ΑΙΡΕΘΕΙΣ ΥΠΟ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΚΑΙ ΛΑΧΩΝ ΤΟΥ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΚΑΙ ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΤΗΣ ΔΑΠΑΝΗΣ ΤΑΣ ΠΟΜΠΑΣ ΚΑΙ ΤΑΣ ἑορτὰς ἑλληΝ ΝΩΝ ΚΑΙ ΡΩΜΑΙΩΝ ΚΑΛΩΣ ΚΑΙ ΙΕΡΟΠΡΕΠΩΣ ΣΥΝΕΤΕΛΕ ΣΕΝ ΟΠΩΣ ΟΥΝ Ο ΔΗΜΟΣ ΦΑΙΝΗΤΑΙ ΕΥΧΡΗΣΤΩΙ τὰΣ ἀΞΙΑΣ ΑΠΟΔΙΔΟΥΣ ΧΑΡΙΤΑΣ ΑΓΑΘΕΙ ΤΥΧΕΙ ΔΕ ΔΟΧΘΑΙ ΤΗΙ ΒΟΥΛΗΙ ΤΟΥΣ ΛΑΧΟΝΤΑΣ ΠΡΟΕΔΡΟΥΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΠΙΟΥΣΑΝ ΕΚΚΛΗΙΣΑΝ ΧΡΗΜΑΤΙΣΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΟΝ ΓΝΩΜΗΝ ΔΕ ΞΥΜΒΑΛΛΕΣΘΑΙ ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΟΤΙ ΔΟΚΕΙ ΤΗΙ ΒΟΥΛΗΙ ΣΤΕ ΦΑΝΩΣΑΙ ΕΥΒΟΥΛΟΝ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΝ ΤΩΙ ΙΕΡΩΙ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΣΤΕΦΑΝΩΙ ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ. ΧΕΙΡΟΤΟΝΗΣΑΙ ΔΗ ΚΑΙ ΠΡΕΣΒΕΙΣ ΗΔΗ ΤΡΕΙΣ ΟΙΤΙΝΕΣ ΕΠΕΛΘΟΝ ΤΕΣ ΕΠΙ ΤΗΝ ΑΘΗΝΗΣΙΝ ΒΟΥΛΗΝ ΚΑΙ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ ΠΑΡΑΚΑΛΕΣΟΥΣΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ · ΣΥΝΕΠΙΧΩΡΗΣΑΙ ΤΟΙΣ ΕΠΙΨΗΦΙΣΜΕΝΟΙΣ ΕΥΒΟΥΛΩΙ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΩΙ ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ ΔΕ ΤΟ ΔΕ ΤΟ ΨΗΦΙΣΜΑ ΚΑΙ ΕΙΣ ΣΤΗΛΗΝ ΛΙΘΙΝΗΝ ΚΑΙ ΣΤΗΣΑΙ ΕΝ ΤΩΙ ΗΡΑΚΛΕΙΩ ΚΑΙ ΠΡΕΣΒΕΙΣ ΕΙΣ ΑΘΗΝΑΣ ΚΑΤΑ ΤΟ ΨΗΦΙΣΜΑ ΟΙΔΕ ΚΕΧΕΙΡΟ ΤΟΝΗΝΤΑΙ τρεῖς ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΟΣ ΕΚ ΜΥΡΡΙΝΟΥΤΤΗΣ ΞΕΝΟΦΙΛΟΣ ΘΙΝΑΙΟΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ

ΕΠΕΨΙΦΙΣΤΗ ΚΑΙ ΕΝ ΑΘΗΝΗΣΙΝ

Sub-

Subjunctæ erant coronæ novem, quarum quinta Hederacea, quadrato hoc ordine ſic inſcriptæ,

| | | |
|---|---|---|
| Η ΒΟΥΛΗ<br>ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ | Η ΒΟΥΛΗ<br>ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ | Η ΒΟΥΛΗ<br>ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ |
| ΙΕΡΕΥΣ<br>ΘΕΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ | ΙΕΡΕΥΣ<br>ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ | ΙΕΡΕΥΣ<br>ΘΕΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ |
| Η ΒΟΥΛΗ<br>ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ | ΙΕΡΕΥΣ<br>ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ | Η ΒΟΥΛΗ<br>ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ |

*Sub Archonte Ariſtomacho menſis Gamelionis die decimo, in ſolenni ſenatus Concilio in curia, dixit Menander Menandri F. Melitenſis: quandoquidem Eubulus Demetrii filius Marathonius, electus inter magiſtratus ſe bene & glorioſe, atque inculpate geſſit; & ARCHITHEORUS electus, cum filio ſuo aliiſque ſyntheoris cuncta bene ac decenter adminiſtravit; ac primum quidem effecit ut populus Athenienſis Deliorum in Panathenæis honoratus fuerit aurea corona, quæ in theatro quod in urbe* [Athenar. Atticar.] *eſt, proclamata fuit; ac multoties legatione functus ſit, ſummoque cum ſtudio in id incumbens multas utilitates, multaque beneficia Athenienſibus Deliorum contulit: tum & ſacerdos factus Magnarum Dearum, ac rurſum Æſculapii, inſuperque ſortitò Dionyſii; ac propriis ſumptibus pompas, & feſta Græcorum & Romanorum ſancte ac decenter concelebravit: (eapropter) ut populus videatur (illi) benemerito ac proficuo dignas rependere gratias; viſum eſt (quod felix fauſtumque ſit) ſenatui, ut illi qui præſides futuro jam concilio facti fuerint decretum ſenatus referant ad Populum; quod (nempe) viſum ſit ſenatui, ut coronetur Eubulus Demetrii F. ſacra Dei coronâ, ob virtu-*

 *tem*

*tem & benevolentiam ejus erga populum: utque eligantur tres legati qui abeant ad ſenatum Athenarum Atticarum & adhortentur populum, ut approbet illa quæ humaniſſimo* (ac benemerito) *Eubulo decreta ſunt; utque iſtud Decretum inſcribatur columnæ lapideæ, itaque ponatur in templo Herculis; atque ut* (denique) *ad legationem obeundam tres eligantur legati Antheſterius ex Merimutta, Xenophilus Thinæus, ac Demetrius Marathonius. Hoc decretum & Athenis comprobatum fuit: &c.*

Plura quidem notari poſſent ad hanc inſcriptionem, ſed notabo tantum hæc ex verſione, quæ apud Gruterum adjicitur; nempe ibi iſta verba (linea 8) Ἀρχιθέωρος τε ἱερηθεὶς malè Latine reddi, *Spectaculorum magiſter lectus;* cum tamen illa ad eam θεωρίαν, iſtoſque ἀρχιθέωρους, ſpectent, de quibus nobis nunc ſermo eſt. interpres namque non attendit ad Παναθηνᾶια, quæ linea ibi undecima nominantur; atque ad quæ noſter *Eubulus* una cum aliis συνθεώροις a Deliis miſſus fuerat. At enim ab Athenienſibus Atticis θεωρίαι ac θεωροὶ ad Delum in Apollinis honorem mittebantur; ſic vice verſa id ab Athenienſibus deliis Athenas ad Panathenæa fiebat, ut cum aliis coloniis feſtum illud concelebrarent. Namque ſicut θεωροὺς (ut Heſychii verbis utar) ἐκάλουν τοὺς τοῖς θεοῖς τὰς ἀπαρχὰς ἀπάγοντας; ſicque, teſte ſcholiaſte Ariſtophanis, ἐν τοῖς Παναθηναίοις πᾶσαι αἱ ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν ἀποικισθεῖσαι πόλεις βοῦν θυσόμενον ἔπεμπον, *in Panathenæis omnes civitates Athenis deductæ bovem ad ſacrificium mittebant;* ita & Athenienſes Delii (ut qui colonia eſſent Athenarum Atticarum) eo quoque pompam & *Bovem*, &c deducebant per ſuos *Theoros.*

Hiſce non addere nequeo illa, quæ de *Architheoris* habet Etymologici magni auctor, hoc modo: Ἀρχιθέωρος, ὁ ἡγούμενος τῶν θεωρῶν· θεωροὶ γὰρ εἰσὶν οἱ τὴν θεωρίαν φέροντες εἰς τοὺς Ἑλληνικοὺς ἀγῶνας, καὶ ὑπὲρ τῶν πατρίδων θύοντες.

Θεω-

Θεωρία itaque ut ὄψιν & θέαν denotat; ita præterea quoque Pompam iſtam quæ θεωρίας, ſeu ſpectandi, gratia eo mittebatur: atque etiam legatio iſta ac comitatus & ornatus & victimæ, quæ majori iſti ſive Panathenaicæ, ſive aliæ cuicumque demum ſimili Pompæ adornandæ & ſimul componendæ & concelebrandæ inſervire debebant: vel quandoque, non quidem ex debito, ſed motu ſpontaneo, huic illive Deo, deæve honorando (Neptuno, Jovi, Apollini, Minervæ aliiſve) ab urbibus ſuis mittebantur. Hincque etiam modo nonatus Heſychius (ne plura teſtimonia adducam, quod ob jam ſuprà allata id minime neceſſe ſit) Θεωροὶ, οἱ θεαταί εἰσι καὶ οἱ θεώμενοι, οἱ φροντίζοντες περὶ τὰ θεῖα, in talibus nempe, ſimilibusque feſtis. Quin & θεωρίδες ipſi ſunt (quamvis id hic minus ad rem facit) αἱ περὶ τ Διονύσου Βάκχαι quæ ad Dionyſias *Pompas*, ſeu *Theorias*, pertinebant.

Habemus igitur in hac inſcriptione & Ἀρχιθέωρον, & συνθέωρους, quorum caput ac Præſes Eubulus erat; qualiſque inter ſuos ad Delum Nicias fuerat: de quo jam ſupra locutus ſum.

Ut autem videmus illos θεωροὺς ſic plures numero fuiſſe, ita tamen non ſcimus quot numero fuerint. Neque exiſtimo omnes gentes eundem cum aliis numerum obſervaſſe; adeoque certum eum non fuiſſe præfinitum; ſaltem id non conſtare. Quod tamen apud Lacedæmonios in Pythiis miſſis obtinuit: ut qui ab utroque Rege bini numero eligebantur; ſicque quaternum numerum conſtituebant. Sic enim de ipſis, lib. VI. Herodotus: Καὶ ἐν πᾶσι ἀγῶσι πᾶσι προεδρίας ἐξαιρέτους, καὶ προξείνους ἀποδεικνύναι τοῖσι ἂν ἐθέλωσι τ ἀστῶν, καὶ Πυθίους αἱρέεσθαι δύο ἑκάτερον. Οἱ δὲ Πύθιοι εἰσι θεοπρόποι ἐς Δελφοὺς, σιτεόμενοι μετὰ τ βασιλέων τὰ δημόσια [unde & Xenophonti, de Lacedæmon. Republica, σύσκηνοι appellantur] *Liceatque illis* (Regibus) *primarios in ſpectaculis locos occupare, & illos quos velint, ex civibus Proxenos creare,*

*re; & utrique liceat binos eligere Pythios. ſunt autem Pythii, qui Delphos ad conſulenda Oracula mittuntur; quique publice cum regibus veſcuntur, &c.*

Sic idem quoque de iiſdem regibus: τὰς δὲ μαντηΐας τὰς γενομένας τούτους φυλάσσειν, συνειδέναι δὲ τοὺς Πυθίους. *Illos quidem vaticinia reddita ſervare, at Pythios illorum conſcios eſſe.*

Sicut autem Hiſce Lacedæmoniis hi *Pythii* præcipue θεωροὶ ad Oracula (ac proprie quidem ad Oraculum, Pythium unde & nomen illis) erant; ſic apud alios quoque erant θεωροὶ qui Delphos non ſolum Oraculi conſulendi gratia, ex auctoritate publica mittebantur; verum qui ad Ludos ibi concelebrandos Relegati fuerant, hincque πυθιασταὶ appellabantur: ut qui ad certamina Iſthmia, Olympica, vel Deliaca mittebantur Ἰσθμιασταὶ, vel Ὀλυμπιασταὶ, vel Δηλιασταὶ vocabantur. Unde & Heſychius: Δηλιασταὶ οἱ εἰς Δῆλον πεμπόμενοι θεωροί. *Deliaſtæ ſunt Theori qui in Delum mittuntur.* Neque aliter Harpocration: Δηλιασταὶ, οἱ εἰς Δῆλον ἐξελθόντες θεωροί. cujus ipſiſſimis verbis quoque Suidas utitur.

Denique videmus hîc Athenienſes Delios ita ſubfuiſſe Athenis Atticis (quam urbem propterea quoque, linea 14 τὸ ἄστυ vocant) ut neceſſe habuerint creare legatos, per quos ab iſtis Athenienſibus Atticis peterent, ut honorem quem Eubulo decreverant, approbare vellent. Quod etiam factum fuiſſe ex calce hujus inſcriptionis liquet.

CAPUT

# CAPUT V.

*De Hierophantis ſeu Summis Initiatoribus &c myſteriorum; ac Orgiophantis, de Cerycibus Daduchis, Epibomo, &c.* (*qua occaſione & de* τιμῇ *pro* Statua, *ſeu ſtatuæ dedicatione: tum denique de Lampadarchis, &c.*

Quos hactenus tractavi ſacerdotes, partim ad ſingulares civitates ſingulariaque illis ſacra, partim ad totas regiones, ſeu communitates ſpectant: qui vero nunc proxime ſequuntur, peculiari modo ad Athenienſes pertinent, *Hierophantæ* ſcilicet (nam τῶν σεβαστοφαντῶν alia ratio eſt) ac qui iſtis ſubminiſtrabant δᾳδοῦχοι, &c.

*Hierophantæ* igitur illi erant, qui Myſteriis *Eleuſiniis* præerant: quamvis & *Rex ſacrorum* (qui iidem pene erant, qui Romæ Pontifex Maximus) ibi ſuas miniſterii partes obtineret, cum cæteris ſuis procuratoribus, ſeu μετὰ τῶν ἄλλων ἐπιμελητῶν; ſicut jam ſupra ubi de hoc Rege loquerer, oſtendi. Alias namque *Hierophanta* non tantum præſidebat dictis ſacris, verum & myſtas initiabat, myſteriaque illa ſacra Epoptis monſtrabat; unde Heſychius: Ἱεροφάντης, μυσταγωγὸς, ἱερεὺς τὰ μυστήρια δεικνύων, ſeu *qui initiandos atque initiatos ad ſacra Myſteria introducit; qui Myſteria epoptis oſtentat*; ea nempe, quæ tanta cum cura, tantaque cum (prætenſa) ſanctimonia recondita habebantur.

Attamen *Hierophantæ*, non circa ſola Eleuſinia, ſed & circa alia plura Myſteria locum obtinebant. Plura alia enim præter hæc fuiſſe norunt eruditi, ut *Myſteria Magnæ Matris, Bacchi*, ſeu *Dionyſii*; cujus trieterica orgia cum ex Virgilio, tum & ex aliis nota ſunt; *Herculis, Dianæ, Iſidis, Dearum apud Æginam, Hecates; Jovis* quoque (ſive ille

Sa-

*Sabazius*, ſive alius fuerit;) ut in lapide apud Smyrnenſes poſito, atque inter Oxonienſia marmora exhibito, patet. Ita enim ibi habetur:

ΤΟΙΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΜΥΣΤΗΡΙΟΙΣ ΔΙΟΣ

Atque ut in alio, Puteolis in Campania reperto, (qui a Grutero pag. 67. exhibetur) quique ad *Liberum* ſpectat; ubi habemus:

LIBERO PATRI<br>SACRVM<br>T. T. FLAVII ECLE<br>CTIANVS ET OLIM<br>PIANVS FIL. EIVS<br>SACERDOTES<br>ORGIOPHANTAE

At de ipſis ejuſmodi Sacris nunc non agimus, ſed de *Hierophantis* qui ipſis præerant.

De quo *Hierophanta* hoc quoque notandum venit, quoquo quarto anno de novo alium fuiſſe electum. Id enim ex hiſce Philoſtratri verbis (quæ libro 4. cap. habentur) liquere ſatis clare videtur: ὁ δὲ ἱεροφάντης, οὐκ ἐβούλετο παρέχειν τὰ ἱερά, μὴ γὰρ ἄν ποτε μυῆσαι γόητα, μηδὲ τὴν Ἐλευσῖνα ἀνοῖξαι μὴ καθαρῷ τὰ δαιμόνια, &c. *Hierophanta autem illum ad (Initiationis) Sacra aditum præbere nolebat; dicebatque ſe nunquam initiaturum eſſe hominem præſtigiatorem: neque Eleuſinia ſe recluſurum homini qui circa Deos impius eſſet.* Ac paulo poſt: ὁ μὲν ἱεροφάντης, ἐπειδὴ ἐξείργων αὐτὸν οὐ φίλα τοῖς πολλοῖς ἐδόκει πράττειν, μετέβαλε τοῦ τόνου

καὶ

καὶ μυοῦ ἔφη· σοφὸς γάρ τις ἥκειν ἔοικας. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, μυήσομαι, ἔφη, αὖθις. μυήσει δέ με ὁ δεῖνα, προγνώσει χρώμενος, ἐς τὸν μετ' ἐκεῖνον Ἱεροφάντην, ὃς μετὰ τέσσαρα ἔτη τοῦ ἱεροῦ προὔστη. *Hierophanta vero cum conſideraret, quod ſi illum a Sacris excluderet, id multitudini fore tædioſum ac moleſtum, aliter loqui cœpit; & dixit, Initiare; apparet enim te eſſe virum ſapientem. Apollonius autem reſpondebat, Initiabor quidem alio tempore; &* [aliquem digito monſtrans] *initiabit me iſte. Vaticinatus ſic illum qui poſt hunc Hierophantes eſſet futurus; eum nempe, qui hinc poſt quatuor annos Sacris iſtis præſidebat.*

Quæ autem hac occaſione quoque, ut in tranſitu, mihi notanda videntur, ſunt iſta, quæ de *Epidauriorum die*, modo allatis directe præcedentia, habet hic noſter Philoſtratus, hoc modo: Ἦν μὲν δὴ Ἐπιδαυρίων ἡ ἡμέρα· τὰ δὲ Ἐπιδαύρια, μετὰ πρόρρησίν τε καὶ ἱερεῖα, δεῦρο μυεῖν Ἀθηναίοις πάτριον ἐπὶ θυσίᾳ δευτέρᾳ· τουτὶ δ' ἐνόμισαν Ἀσκληπιοῦ ἕνεκα, ὅτι δὴ ἐμύησαν αὐτὸν ἥκοντα Ἐπιδαυρόθεν ὀψὲ μυστηρίων. ἀμελήσαντες δὲ οἱ πολλοὶ τοῦ μυεῖσθαι, περὶ τὸν Ἀπολλώνιον εἶχον, καὶ τοῦτ' ἐσπούδαζον μᾶλλον, ἢ τὸ ἀπελθεῖν τετελεσμένοι. ὁ δὲ ξυνέσεσθαι μὲν αὐτοῖς αὖθις ἔλεγεν, ἐκέλευσε δὲ πρὸς τοῖς ἱεροῖς τότε γίγνεσθαι· καὶ γὰρ αὐτὸς μυεῖσθαι. Ὁ δὲ ἱεροφάντης, οὐκ ἐβούλετο, &c. *Erat forte Epidauriorum dies. In Epidauriis vero Sacris quæ Athenis celebrabantur a Patribus receptum ac ſolenne erat, poſt allocutionem & Sacrificia, huc uſque* [id eſt ad illum ultimum Sacrorum diem] *poſt ſecundam victimam initiare Sacris: Idque lege conſtituerant Æſculapii gratiâ: quod is ab Epidauro, ſero, (ac poſt ſolitos initiationum dies) eò adveniſſet. At multi negligentes initiationem (quæ in ipſis peragenda erat) Apollonio circumſtabant; magis ſtudentes ut illum conſpicerent, quam ut ipſi initiarentur. Ille autem dicebat ſe quidem alio rurſus tempore cum ipſis futurum (ac collocuturum) juſſitque eos, ut nunc initiationis Sacris ſe tra-*

*derent: addebatque, & ſe etiam initiari velle. Sed Hierophanta negabat, &c.*

Nullibi reperio hæc *Epidauria Eleuſiniis* ſacris ſuperaddita ac ſubjuncta fuiſſe; præterquam a Celeb. Meurſio (cæteri namque excepto P. Caſtellano, quæ habent a Meurſio habent) in *Græcia* ipſius *Feriata:* quam auctiorem multo, & emendatiorem eruditus orbis ſumma cum aviditate ab Ampliſſimo Gisb. Cupero exſpectat. Si interim Philoſtratum bene capio, vult is hæc *Epidauria* Sacra ita *Eleuſiniis* ſubnexa fuiſſe, ut etiam per illud ii, qui aut tempeſtatibus, aut aliis ex cauſis præpediti, non ſat tempori ad Eleuſinia, ut iis initiarentur accedere valuerant, adhuc iſto *Epidauriorum* die initiari potuerint; iteratis ſcilicet eum in finem tunc Sacrificiis: ac quidem ob Æſculapium, qui quoque non ſat tempori ad *Eleuſinia* pervenerat, nec tamen minus initiatus fuerat. Quam conjecturam tamen eruditorum judicio ſubmitto.

Hujus diei quoque meminit Pauſanias, in Corinthiacis, ubi de Epidauro, atque Æſculapio ibi nato, locutus hæc ſubjungit: Τοῦτο μὲν γὰρ Ἀθηναῖοι τῆς τελετῆς λέγοντες Ἀσκληπιῷ μεταδοῦναι, τὴν ἡμέραν ταύτην Ἐπιδαύρια ὀνομάζουσι, καὶ θεὸν ἀπ' ἐκείνου φασὶν Ἀσκληπιόν σφισιν νομισθῆναι. Quæ Romulus Amaſæus vertit: *Nam & Athenienſes initiorum diem unum, quem Æſculapio tribuunt, Epidauria nuncupant, atque ab illo ſe die divinos honores habere Æſculapio cœpiſſe tradunt.*

Quod porrò ad *Hierophantam* attinet, is circa hæc Sacra ordine ac dignitate omnium, excepto *Rege*, primus erat; hincque cæteri Sacerdotes ceu miniſtri ſequebantur; unde & Pollux eos hoc modo enumerat: Ἱεροφάνται, δᾳδοῦχοι, κήρυκες, σπονδοφόροι, ἱέρειαι, παναγεῖς, πυρφόροι, ὑμνῳδοὶ, ὑμνήτριαι, ſive ὑμνητρίδες, ἰακχαγωγὸς, διαιρίτης. Inter quos quisnam qualeſve fuerint οἱ παναγεῖς, atque an illi eximio quodam

gradu

gradu inter *Epoptas* eminuerint, mihi plane incertum, imo ignotum eſt: ſicut & quis qualisve fuerit ille κηροτρόφος, hîc inter Sacros miniſtros nominatus; (æque atque ἀρχιβουκόλος iſte *Dei Liberi* ſeu *Bacchi*, qui nullibi, præterquam in Inſcriptionibus occurrit.) tum & δαειρίτης: niſi forſan is peculiari modo *Proſerpinæ* dicatus fuerit; quod in Etymologico magno hæc reperiamus: Δάειρα ἡ Περσεφόνη παρὰ Ἀθηναίοις· παρὰ τὴν δᾷδα· ἐπειδὴ μετὰ δᾴδων ἐπιτελεῖται αὐτῇ τὰ μυστήρια· ἢ ὅτι δᾷδα φορεῖ. An autem, ut δᾳδοῦχος forſan fuit caput τῶν δᾳδουχούντων in pompa Cereri, ita δαειρίτης caput fuerit illarum, quæ Proſerpinæ δᾳδουχοῦσαι erant (modo tales ibi δᾳδουχοῦσαι fuerint) mihi æque incognitum. Neque nimis temere hîc conjecturis indulgendum cenſeo. Ἰακχαγωγὸν vero illum fuiſſe qui Ἴακχον ſeu *Bacchum* (id eſt ipſius *Imaginem*) portabat, paulò audentius aſſerere auderem: ut quem vigeſimo Boëdromionis menſis die (uno illorum qui Eleuſiniis Sacris dicati erant) ἐξ ἄστεως Ἐλευσινάδε ἔπεμπον: ſicut alii jam id ex Herodoto, ex Plutarcho, & ex Ariſtophanis Scholiaſte oſtenderunt.

At an rectum ordinem in iſta enumeratione Pollux ſervaverit merito quis dubitare queat, ſi ad omnes ab eo nominatos reſpiciat; cum præterea & τὸν ἐπιβώμιον prætermittat; qui alias poſt *Hierophantam* & *Hierocoryca* & *Daduchum* ſequitur, adeoque quartus ordine fuiſſe videtur: quamvis & in Inſcriptionibus Atticis, etiam non ſemper is ordo obſervetur. Apud Sponium namque, in Catalogo Atticarum Tribuum, in prima, inſcriptione habetur:

ΙΕΡΟΦΑΝΤΗΣ, ΙΕΡΟΚΗΡΥΞ, ΕΠΙΒΩΜΟΙ

in Secunda vero, ſic recto ordine:

ΙΟΥΛ . ΙΕΡΟΦΑΝΤΗΣ

ΑΙΛ . ΔΑΔΟΥΧΟΣ

ΕΡΕΝΝΙΟΣ ΙΕΡΟΚΗΡΥΞ

ΜΕΜ . ΕΠΙΒΩΜΟΙ

Sic rurſus, in eodem catalogo, ac Tribu παλλήνη habemus, hanc admodum corruptam:

. . . ΙΤΟΙ. . . .

βουΗΣ ΚΑΙ ΔΗΜΟΥ

. . . ΟΣ ΠΑΛΛΗΝΕΥΣ

ἱεροΟΦΑΝΤΗΣ

ἱερΟΚΗΡΥΞ

. . . ΙΟΣ ΔΑΔΟΥΧΟΣ

Hic tres præcipuos Sacerdotes ac curatores miniſtroſque (excepto Rege) hujus *Sacri* habemus: neque adnumeratur illis ὁ ΕΠΙΒΩΜΩΙ; ſive quod id ex ruina marmoris acciderit, ſive quod is non ſemper, in inſcriptionibus, hiſce tribus adnumeretur: quod ultimum & in Plutarcho obſervamus, ubi de Alcibiade locutus illos inverſo ordine hoc modo adducit: Ἔλεγον δὲ Θεόδωρον μέν τινα δρᾶν τὰ τοῦ Κήρυκος, Πολυτίωνα δὲ τοῦ Δαδούχου, τὰ δὲ τοῦ Ἱεροφάντου Ἀλκιβιάδην· τοὺς δὲ ἄλλους ἑταίρους παρεῖναι καὶ μυεῖσθαι, μύστας προσαγορευομένους. *Dicebant Theodorum quendam PRECONIS partes egiſſe, Polytionem DADUCHI, Alcibiadem vero* [ut qui præcipuus inter ipſos erat] *HIEROPHANTÆ: reliquos ſocios adfuiße, atque initiatos, adeoque & MYSTAS appellatos.*

An autem ille ΕΠΙΒΩΜΩΙ fuerit, ut Sponius vult, *celuy qui avoit ſoin de l'Autel, qui aræ curam gerebat* [Eleuſiniæ ſc.] an vero is fuerit quaſi *Æditus* Templi Eleuſinii, mihi quoque

que

que incertum eſt. Certe Etymologici m gni auctor hæc habet: Βωμὸς σημαίνει δύο· τίμῳ, ἱερὸν ὅπȣ θύȣσιν τοῖς θεοῖς, παρὰ τὸ βῶ τὸ βαίνω, ὁ βεβαιως καὶ ἱδρυμένος τοῖς θεοῖς πρὸς θυσίαν, &c. tum & Heſychius: Βωμὸς, ἱερὸν, τίμῳ.

*Hierophantidem* quoque ſuam habuiſſe Athenienſes [quæ tamen *Hierophantæ* uxor fuerit; ut *Regina Regis*, cum Athenis tum Romæ, ſicut infra ex Pauſania liquebit] oſtendit nobis Plutarchus, in Sylla; ubi de Ariſtione Athenarum tyranno locutus, hæc inter alia addit: Τὸν μὲν ἱερὸν λύχνον ἀποσβηκότα διὰ σπάνιν ἐλαίȣ περιεῖδε· τῇ δὲ Ἱεροφάντιδι πυρῶν ἡμίεκτον προσαιτȣ́σῃ, πεπέρεως ἔπεμψε. *Sacram lucernam extingui olei penuria permiſit, & HIEROPHANTIDI tritici heminam* [quod tanta fames urgeret] *ab ipſo mendicanti* (heminam) *PIPERIS miſit.*

Verum alia quoque myſteria ſuas *Hierophantidas*, ſeu *Hierophantrias* habebant: ſicut patet ex iſtis Inſcriptionibus quas Gruterus pag. 309. n°. 2. & 3. exhibet, quaſque ubi de Sacris *Taurobolius* diſſerebam pag. 79. & 81. adduxi; *Hierophantriam* nempe *Deæ Hecatæ*: ſicut & in eadem Diſſertatione comparent *Hierophantæ Hecatæ*, tam *Sextilius Ageſilaus Ædeſius*, quam *Ulpius Egnatius Faventinus*: uti & in hac ſequenti, quæ apud eundem Grut. pag. 192. n°. 3. extat:

D.D.N.N. VALENTE ET VALENTINIANO AVGG. COSS.
TVRCIVS SECVNDVS ASTERIVS V. C. XVVIR S. F
PONTIVS ATTICVS V. C
SERVILIVS AEDESIVS V. C. P. P. HIEROF. HEC

Quibuſcum *Orgiophantæ*, *Electionus* & *Olympianus* conferendi ſunt; atque interim quoque notandum, duos ibi fratres nominari qui ſimul *Orgiophantæ* fuerunt. Quod tamen & in Bacchi myſteriis, ſeu Bacchanaliis (forſan & in aliis)

quoque locum habuiſſe, ex ſequenti exemplo apud Livium (lib. 8. Dec. IV.) patet: *Primo ſacrarium iſtud fœminarum fuiſſe, nec quenquam virum eo admitti ſolitum. Tres in anno ſtatos dies habuiſſe, quibus interdiu Baccho initiarentur. Sacerdotes invicem matronas creari ſolitas. Pacullam Miniam Campanam omnia, tanquam Deûm monitis immutaſſe. Nam & viros eam primam ſuos filios initiaſſe, Minium & Herennium Cerinnios, & nocturnum ſacrum ex diurno, & pro tribus in anno diebus quinos ſingulis menſibus dies initiorum feciſſe.* Qui fratres hîc certo certius *Hierophantæ* ſeu *Orgiophantæ* fuerunt. At plures ſimul quoque infra, ex Suida, alia occaſione oſtendam.

Ut autem illud nomen *Orgiophanta* quoque in viris obtinebat; ſic & *Orgiaſtæ* quandoque in fœminis: ut ex inſcriptione ad Eleuſina, reperta, atque apud Sponium T. 2. pag. 393. extante liquere videtur: Illa autem ita habet:

ΚΤΗΣΙΚΛΕΙΑ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ
ΑΧΑΡΝΕΩΣ ΟΡΓΙΑΣΤΗΣ ΤΟΝ
ΕΑΥΤΗΣ ΑΝΔΡΑ ΣΟΦΟΚΛΗΝ
ΞΕΝΟΚΛΕΟΥΣ ΑΧΑΡΝΕΑ ΔΑ
ΔΟΥΧΗΣΑΝΤΑ ΔΗΜΗΤΡΙ ΚΑΙ
ΚΟΡΗ ΔΙΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Fateor hanc vocem etiam ſumi poſſe pro myſta fœmina ſimul cum aliis Ὀργιαζέσῃ: ſed cum hæc δᾳδέχε uxor fuerit: ac Plutarchus, de Orac. defectu, dicat: Δαίμονας νομίζωμεν ἐπισκόπους θείων ἱερῶν καὶ μυστηρίων ὀργιαστὰς, *Arbitros divinorum ſacrorum, & initiorum auſpices & autores*; quod idem eſt ac ſi *Orgiophantas* vel *Hierophantidas* dicas, id de ſimplici Myſta non intelligendum videtur. *Hierophantides* tales quoque reperimus apud Sophoclis Scholiaſten, ad Ædipum Colonæum,

lonæum, hoc modo: Ἴστρος δὲ τῆς Δήμητρος εἶναι στέμμα φησὶ τὴν μυῤῥίνην, καὶ τὴν σμίλακα· καὶ τὸν Ἱεροφάντην, καὶ τὰς Ἱεροφαντίδας καὶ τὸν δᾳδοῦχον, καὶ τὰς ἄλλας ἱερείας, μυῤῥίνης ἔχειν στέφανον.

Sicut denique in aliis myſteriis *Hierophantæ*, *Orgiophantæ*, atque *Orgiaſtæ* tali nomine Sacerdotes veniebant, ſic & in Tauroboliis, uti oſtendi, *Taurobolini*, vel etiam *Ducis Myſtici*, adeoque *myſtagogi* ſeu *Protomyſtæ*; quin & *Patromyſtæ*, ſeu πατρὸς τῆς ἱερᾶς τάξεως ſive *Synodi myſtarum*. Quæ σύνοδος τῶν μυστῶν nobis occurrit apud Gruterum pagg. 309. & 1097. (Quas inſcriptiones adduxi ubi de στεφανηφόροις loquebar) Sic & τῇ συνόδῳ τῶν ἐν Σμύρνῃ μυστῶν (apud Sponium in Miſcelianeis. pag. 353. & 354.) ſcribit Cæſar Ælius Adrianus Antoninus; ac filius ipſius eidem συνόδῳ τῶν περὶ τὸν Βρεισέα Διόνυσον; cujus *Synodi Patromyſtæ* erant ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΣ ΑΡΤΕΜΑΣ ΠΑΤΡΟΜΥΣΤΗΣ & ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΕΥΔΗΜΟΣ ΠΑΤΡΟΜΥΣΤΗΣ, iſtius ſcilicet dei *Bacchi Briſei*: ut cujus Orgia ac Ludi apud Smyrnæos celebrabantur. Adde denique, jam dictos *Hierophantas* atque *Hierophantidas* ſimplici aliquando *Sacerdotis* nomine venire. Nam de tali *ſacerdote fœmina* loquitur procul omni dubio inſcriptio ſtatuæ, quæ Thyatiris *Ulpiæ Marcellæ*, *Sacerdoti Dianæ*, erecta fuit, inde, quod illa iſtius Deæ Myſteria ſplendide admodum ac ſumptuoſe adminiſtraſſet,

H. BOY-

Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ
ΕΤΕΙΜΗΣΑΝ ΟΥΛΠΙΑΝ
ΜΑΡΚΕΛΛΑΝ ΤΗΝ ΙΕΡΕ
ΙΑΝ ΤΗΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ
ΜΑΡΚΟΥ ΟΥΛΠΙΟΥ ΔΑ
ΜΑ ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ ΚΑΙ ΚΑ
ΝΙΔΙΑΣ ΒΑΣΣΗΣ ΘΥΓΑ
ΤΕΡΑ ΕΠΙΤΕΛΕΣΑΣΑΝ ΤΑ
ΤΗΣ ΘΕΟΥ ΜΥΣΤΗΡΙΑ
ΚΑΙ ΤΑΣ ΘΥΣΙΑΣ ΛΑΜ
ΠΡΩΣ ΑΝΣΤΗΣΑΝΤΩΝ
ΤΗΝ ΤΕΙΜΗΝ ΑΝΔΡΟΝΕΙ
ΚΟΥ ΤΟΥ ΑΝΔΡΩΝΕΙΚΟΥ
ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΟΝΕΙΚΗΣ ΤΗΣ
ΜΗΝΟΓΕΝΟΥΣ ΤΩΝ ΘΡΕ
ΨΑΝΤΩΝ ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ

Quod optime obſervat (in Inſcriptionibus ſuis Athleticis pag. 52. &c. editionis Romanæ) eſt in iſta inſcriptione, quæ cum ſtatua honori Ulpii Domeſtici erecta fuit vocem τειμὴν pro *ſtatua* ſumi debere. Ibi enim verba habent ΤΗΝ ΤΕΙΜΗΝ ΑΝΑΤΙΘΕΝΤΟΣ; quod in jam modo adducta inſcriptione adhuc clarius indicatur per verba hæc ΑΝΑΣΤΗΣΑΝΤΩΝ ΤΗΝ ΤΕΙΜΗΝ. Neque aliter (ut idem bene notat) intelligenda Herodiani verba quæ libro ſeptimo, (Stephanicæ editionis pag. 149) ita de Maximini avaritia, habet: Ναῶν τε ἀναθήματα, θεῶν τε ἀγάλματα, καὶ ἡρώων τιμὰς, καὶ εἴ τις ἦν κόσμος δημοσίων ἔργων, ἢ καλλωπίσματα πόλεως, ἢ ὕλης νόμισμα ποιῆσαι δυναμένης, πᾶν ἐχωνεύετο. *Adhæc templorum omnium donaria,*

*STA-*

*STATVÆ QVE DEORVM, heroumque honores* [pro qua voce honores in hac Politiani verſione, etiam *ſtatuæ* reponi debet] ***tum quicquid publici operis aut civilis ornamenti, aut materiæ denique fuit nummis idoneæ conficiundis, omnia pariter ignibus conflabantur.*** Neque aliò quoque ſpectare exiſtimo illa, quæ ſic in ſequenti inſcriptione (quæ pag. 337. nº. 51. in Sponii Miſcellaneis extat) habentur.

Α ΒΟΥΛΑ ΚΑΙ Ο ΔΑΜΟΣ
ΤΗΣ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΣ
ΚΩΙΩΝ ΠΟΛΕΩΣ ΤΕΙ
ΜΑΣΕΝ ΚΑΤΑ ΤΑ ΠΟ
ΛΕΙ ΕΙΩΘΕΝΤΑ ΑΡΧΟΝ
ΤΟΣ ΜΑΡΚΟΥ ΑΥΡ. ΑΡΙΣΤΙΩΝΟΣ
ΚΟΣΜΟΥ ΥΙΟΥ
Π. ΣΑΛΛΟΥΣΤΙΟΝ
ΣΕΜΠΡΟΝΙΟΝ ΟΥΙ
ΚΤΟΡΑ, &c.

Nec denique aliò hanc, in Thera inſula repertam.

Ο ΔΑΜΟΣ ΑΦΗΡΟΙΞΕ ΚΑΙ ΕΤΕΙΜΑΣΕ ΤΟΝ ΙΕΡΑ
ΑΠΟΛΛΟΝΟΣ ΚΑΡΝΗΙΟΥ ΔΙΑ ΓΕΝΟΥΣ ΑΔΜΗΤΟΝ ΘΕΟΚΛΕΙ
ΔΑ ΠΑΣΑΣ ΑΡΕΤΑΣ ΕΝΕΚΑ ΚΑΙ ΣΩΦΡΟΣΥΝΑΣ

Illis quæ modò ex Herodiano de *Maximino* attuli gemina videntur & hæc, ex eodem ipſius libro; niſi hîc τιμαὶ pro titulis honorum ſtatuis ipſius ſubſcriptis capiendæ ſint: Ἀνδριάντες οὖν καὶ εἰκόνες, τιμαί τε πᾶσαι τοῦ Μαξιμίνου κατεσπῶντο. Magis itaque hæc: Καὶ τὰς μὲν τοῦ Μαξιμίνου τιμὰς καθῄρουν, εἰκόσι δὲ καὶ

ἀνδρεάσι Γορδιανοῦ τὰς πόλεις ἐκόσμουν. Sicut tandem & hæc: Τὰς δὲ τοῦ Μαξιμίνου τιμὰς ἀνατρέπουσι.

Nunc quoque notandum *Hierophantæ* nomine non ſolos illos veniſſe, qui Myſteriis hiſce illiſve præerant, verum & alios; Ἀρχιερέας nimirum, ſeu Pontifices; & Flamines quidem potiſſimum illos, qui Cæſarum ſive Auguſtorum apud Latinos Flamines erant. Qui Flamines, uti notum eſt, nulla myſteria, ſed ſola Auguſtorum Sacerdotia, ac quæ ad illa pertinerent, adminiſtrabant. Ita ut illud Φαίνω in voce ἱεροφάντης ibi nihil præter peculiarem ac majorem gradum Sacerdotii denotet. Quod patet ex Plutarcho; qui in Numa ita de Pontifice Maximo loquitur: Ὁ δὲ μέγιστος τῶν ποντιφίκων οἷον ἐξηγητοῦ καὶ προφήτου, μᾶλλον δὲ ἱεροφάντου τάξιν ἔχει. *Maximus vero Pontificum Interpretis* [Deorum] *ac Vatis inſtar eſt; ſeu potius, Hierophantæ munus obtinet: dum &c.* Sicut etiam ex Philone, qui in libro de vita Moſis, de LXX, ſic dictis, Interpretibus ita: Οὐχ ἑρμηνεῖς ἐκείνους, ἀλλ' ἱεροφάντας καὶ προφήτας προσαγορεύοντες. *Neque interpretes ipſos, verum Hierophantas appellantes.* In quibus tamen poſterioribus verbis Hierophanta magis Sacrorum doctorem denotat: ſicut id etiam pro maxima parte, in Pontifice Maximo Romanorum (ut ſupremo ſacrarum Legum Legiſlatore quoque) locum habebat. An vero ille *Apronianus*, qui ex Aringii Roma Subterranea, apud Reineſium Claſſe I. n°. 207. comparet, inter hos, an vero illos, de quibus primum locutus ſum, numerandus ſit, erudito Lectori dijudicandum relinquo. Iſta autem (quam mutilam credo) ita habet:

ΕΣΤΙΑΙ ΔΙΟΝΥΣΟΥ

ΑΠΡΩΝΙΑΝΟΣ ΙΕΡΟΦΑΝΤΗΣ

Ad poſteriores autem (ut ad illos rurſus revertar) pertinent illi, de quibus loquuntur inſcriptiones; cum illa quæ mutilata apud

apud Reineſium Claſſe V. n°. 33. ſicut & apud Sponium occurrit, quaque indicari videtur σεβαστοφάντης *Cæſaris Claudii* ac *Romæ*; hujuſque *Claudii*, per Neronem, ἀποθέωσις: tum iſtæ, quas ex Douzæ appendice itineris ſui Conſtantinopolitani, & inde quoque ex Grutero, jam ſupra, ubi de Aſiarchis, atque iſta occaſione quoque de Galatarchis loquebar, attuli.

Quod porrò circa *Hierophantas* animadverti poteſt eſt, illos nominari fas non fuiſſe, (ab illis ſaltem, qui ab ipſis initiati fuerant; prout Eunapius in Vita Maximi loquitur. Ita enim ille: Ὡς δὲ καὶ ταῦτα εἶχε καλῶς, ἀκούσας τι πλέον εἶναι κατὰ τὴν Ἑλλάδα παρὰ τῷ ταῖν θεαῖν Ἱεροφάντῃ, καὶ πρὸς ἐκεῖνον εὐθὺς ἔδραμε. τοῦ δὲ Ἱεροφάντου κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὅς τις ἦν τοὔνομα, οὐ μοι θέμις λέγειν. ἐτέλει γὰρ τὸν ταῦτα γράφοντα, καὶ εἰς Εὐμολπίδας ἦγε. *Quum igitur hæc quoque egregiè eſſent acta, atque audiviſſet aliquid amplius eſſe in Græcia apud Dearum* [Eleuſiniarum Athenis] *Hierophantam, citus etiam ad illum cucurrit. Hierophantæ autem iſtius temporis quod fuerit nomen, non mihi fas dicere. Conſecrabat enim eum qui hæc ſcribit, & ad Eumolpidas duxit.*

Qua de cauſa id dicat Eunapius, fateor me aliàs non ſat bene comprehendere; quum *Hierophantarum* nomina plus ſemel in Græcorum Inſcriptionibus compareant: niſi (ut attigi) illud interdictum pertineat ad iſtos, qui ab hoc illove *Hierophanta* initiati, reverentiæ erga eos gratia hîc ſilentium tenere debuerint: quod id, ut dixi, de aliis minime liqueat.

Addit Eunapius præterea iſtud; *Hierophantæ illius temporis.* quod tamen non indicat, eos nullibi perpetuos fuiſſe; quamvis temporarios, atque ſingulis quadrienniis de novo creatos, cum apud Athenienſes, jam id ex Philoſtrato, habuerimus, tum & alibi, apud Pauſaniam, reperiamus; ſicut ex ſequentibus patet: Τῆς δὲ πόλεως ἐνταῦθα διʼ ἐνιαυτοῦ πέμπτου τὴν τελετὴν, οὐ κατὰ ἔτος ἄγουσιν. Ἱεροφάντης οὐκ ἐς τὸν βίον πάντα ἀπο-

 δέδεικ-

δεδεικται· κατὰ δὲ ἑκάστην τελετὴν, ἄλλοτε ἐστιν ἄλλος σφίσιν αἱρετὸς, λαμβάνων ἣν ἐθέλῃ καὶ γυναῖκα. Καὶ ταῦτα μὲν διάφορα τῶν ἐν Ἐλευσῖνι ὀνομάζουσι· τὰ δὲ ἐς αὐτὴν τὴν τελετὴν, ἐκείνων ἐστὶν ἐς μίμησιν. *Celeæ autem quinque admodum ſtadia ab urbe abſunt, & Cereri illic quadriennis ſingulis, non unoquoque anno ſacrum celebrant. Hierophanta non ad omnem vitam creatur,* [ut alibi videtur in uſu fuiſſe] *ſed per ſingula feſta ab illis eligitur, habens* [*NB*] *etiam, ſi volet, uxorem. Et hæc quidem diſcrepantia ab Eleuſiniis nominant: quod vero ad ipſum initiorum ritum attinet, peraguntur hæc ad illorum imitationem.*

*Daduchos* autem ad vitam ſive perpetuos fuiſſe, atque hæreditario [ut id alibi etiam de *Pontificibus* vidimus] oſtendit ſic idem Pauſanias, in Atticis: Τούτους δὲ ἐς τὸν τέταρτον πρόγονον Λέοντα, δᾳδούχους πάντας ὑπῆρξε γενέσθαι παρὰ τὸν βίον αὐτῆς· πρῶτον μὲν τὸν ἀδελφὸν Σοφοκλέα εἶδε δᾳδουχοῦντα, ἐπὶ δὲ τούτῳ τὸν ἄνδρα Θεμιστοκλέα, τελευτήσαντος δὲ τούτου, Θεόφραστον τὸν παῖδα. *Illos enim ad quartum ex progenitoribus Leontem Daduchos omnes eſſe contigit per vitam hujus; primum quidem fratrem Sophoclem vidit Daduchum; poſt hunc vero maritum Themiſtoclem, hoc autem mortuo Theophraſtum filium.* Ad quos *Daduchos* nunc nobis ulterius pergendum eſt.

Ad *Hierophantas* enim illos, qui myſteriis præerant, pertinebant, ſicut jam vidimus, *Daduchi* ſeu δᾳδοῦχοι, illoſque ordine ac dignitate proxime ſequebantur. Iſti autem facem ferebant; *Quia* (ut Lactantius lib. I. cap. 21. loquitur) *Proſerpinam facibus in Ætnæ vertice accenſis, quæſiſſe in Sicilia Ceres dicitur: idcircò ſacra ejus ardentium tædarum jactatione celebrantur*, &c.

Fiebat igitur id *Cereri* ac *Proſerpinæ*, cujus initia hîc celebrabantur; in quibus ut, teſte Euſebio, Ἱεροφάντης *Creatoris*, ſic *Daduchus* (δᾳδοῦχος) Solis, κῆρυξ ſeu ἱεροκῆρυξ Mercurii perſonam gerebant. Ita enim ille: Ἐν δὲ τοῖς κατ᾽ Ἐλευσῖνα μυ-

μυστηρίοις, ὁ μὲν Ἱεροφάντης εἰς εἰκόνα τοῦ δημιουργοῦ ἐνσκευάζεται, Δαδοῦχος δὲ εἰς τὸν ἡλίου. καὶ ὁ μὲν ἐπὶ βωμῷ εἰς τὸν σελήνην, ὁ δὲ Ἱεροκήρυξ Ἑρμοῦ. *In Myſteriis Eleuſiniis Hierophantes ad Demiurgi imaginem compoſitus eſt; Daduchus ad Solis, Epibomus ad Lunæ, ac denique Hieroceryx ad Mercurii.*

Unicus ibi erat δαδοῦχος; ſicut ubique δαδοῦχος ſingulari numero dicitur, non plurali. Plures uno tamen ſimul fuiſſe, videri forſan alicui poſſet ex hac inſcriptione, quæ apud Sponium It. T. 2. pag. 409. reperitur:

ΑΡΞΑΝΤΟΣ ΤΗΝ ΕΠΩ. . . . . . . :
ΤΙΒ. ΚΛ. ΣΥΣΠΙΔΟΣ ΔΑΔΟΥΧΟΥ
ΤΙΒ. ΚΛ. ΛΥΣΙΛΛΟΥ ΔΑΔΟΥΧΩΥ
ΣΥΝΚΛΗΤΙΚΩΝ ΑΝΕΘ. . . . . . . . . .
ΕΝΝΕΑ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΟ. . . . . . . . .
ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΔΙΠΛΩ. . . . . . . .
ΛΟΓΙΣΤΗΝ ΚΑΤΑ ΠΕ. . . . . .
ΕΠΙΔΑΥΡΙΟΣ ΧΑΙΡΩ. . . . . . .
ΤΗΣ ΔΕ ΑΛΛΗΣ ΑΡΕΤΗΣ

At pro magna admodum parte exoleta vetuſtate nihil certi nobis exhibere poteſt: niſi quod, cum Tib. Cl Syſpidis filius ac Tib. Cl. Lyſilli filius, aliquis cujus nomen deletum eſt ſub Archonte cujus quoque nomen deletum, columnam, in qua inſcriptio iſta inſculpta fuit, erexerint ob merita; quæ tamen non exprimuntur: quod multa, imo præcipua, in hac inſcriptione vetuſtate detrita deſint, & ſpatiolarum præterea illarum juſta diſtantia, in cæteris reddendis non obſervata ſit: unde & minus recte dijudicare valemus, an olim in illa ambo iſti Tiberii Claudii ſic, abſque aliis interpoſitis, ſe immediate ſubſecuti ſint: adeoque an uno eodemque tempore δαδοῦχοι fuerint:

rint: quod tamen ex appoſitione unius tantum *Archontis* videretur poſſe concludi.

At videmus, ex illis quæ jam ſuprà dicta fuere, plures ſimul fuiſſe *Hierophantas*: quod etiam ex ſequentibus Suidæ verbis liquet: Ἔυξαντο δὲ καὶ τῇ βουλῇ καὶ τῇ κόρῃ διά τε τῶν Ἱεροφάντων καὶ τοῦ Δαδούχου σωτηρίαν αὐτοῖς. *Orabant autem & Senatum & Proſerpinam per Hierophantas ac Daduchum, ut ſalutem Obtinerent.*

Ubi ſicut plures *Hierophantas*, ſic tamen ſolum unicum habemus *Daduchum* ſeu *Lampadephorum*. Niſi forte per vices plures (verum unicus unica vice) cum *Hierophantæ*, tum *Daduchi* ſacra iſta munera impleverint. Vel quod potius reor, unicus fuerit *Hierophanta*, unicuſque *Daduchus* in *Magnis Myſteriis*, unicuſque utrorumque itidem in *Parvis*: cum ambo hæc Myſteria uno eodemque anno; hæc quidem in menſe Antheſterione, illa vero in Boëdromione, celebrarentur: illique aliquando, ob cauſas mihi ignotas, ambo ſimul hæc vel illa ſacra conjunctim obirent; ac quandoque quidem ita Hierophantæ duo adeſſent (præſertim in ſupplicationibus, ut ex Suida conjicere licet) cum unico Daducho, quandoque duo ſimul Daduchi unico cum Hierophanta. Verum enim vero hæc inter conjecturas, non uſque adeo ſolidas ponantur.

Certius liquet hos *Daduchos* non ſolos Lampada portaſſe, ſed & alios myſtas plures ac forſan plurimos numero; quorum duces ac moderatores hi *Daduchi* eſſent: atque ad hos poſteriores reſpicere Statium Sylv. lib. 4. dum ita ibi canit:

*Tuque Actæa Ceres, curſu cui ſemper anhelo*
*Votivam taciti quaſſamus lampada Myſtæ.*

Quod ſane firmatur ex baſi illa apud Sponium Tom. 2. pag. 216. & G. Whelerum, pag. 516. reperiunda: quamque hîc

hîc poſt illos non poſſum non (ex Sponio) repræſentare:

Dum interim in hiſce verſor, video (quod prius non animadverteram) G. Whelerum inſcriptionem illam quam modo ex Sponio attuli, perfectiorem eatenus exhibere; quod in ipſius non duo, ut in Sponii, *Daduchi*, verum tres numero compareant. Ita enim illam, ac quidem occaſione Baſis iſtius, exprimit:

ΑΡΞΑΝΤΟΣ ΤΗΝ ΕΠΩ. . . . . . . .

ΤΙΒ. ΚΛ. ΣΩΣΙΠΟΛΟΣ ΔΑ. . . .

ΤΙΒ. ΚΛ. ΛΥΣΙΑΔΟΥ ΔΑ. . . .

ΤΙΒ. ΚΛ. ΛΕΟΝΙΔΟΥ ΔΑΔΟΥΧΟΥ

ΣΥΓΚΛΗΤΙΚΩΝ ΑΝΕΘ. . . . . . &c.

Sic de *Cerycibus* ſeu *Hierocerycibus* dubitari queat, an non plures numero ſimul fuerint: quamvis exiſtimem inſcriptionem nunc ſequentem, quæ huic dubitationi anſam præbet, reſpicere potius ad familiam iſtam κηρύκων, quæ Athenis, ſicut illa Ευμολπιδῶν, locum habebat: cujuſque familiæ caput, rector ac moderator (forſan tamen etiam ſimul ἱεροκήρυξ) ille, cui dicata hæc inſcriptio, fuerit. Paucula tantum ex inſcriptione illa (cum jam integra alibi a me exhibita fuerit) huc afferam, nempe hæc:

ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΟΥ ΚΗΡΥΚΩΝ ΓΕΝΟΥΣ

ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΓΕΡΟΥΣΙΑΣ

Verum plura hîc nec de *Hierophantis*, nec de *Daduchis*, nec de *Cerycibus*, nec de *Epibomis*, nec denique de aliis miniſtris ad Eleuſinia Sacra ſpectantibus, addam. Conſulat Lector, cui talia jucunda, ſuper illis, Meurſium *de Eleuſiniis*, ac P. Caſtellanum de *Feſtis* Græcorum.

Ne-

Neque tamen omittere poſſum illa, quæ mihi de *Lampadophoris*, de *Lampadodromiis*, atque hinc de *Lampadarchis*, occurrunt, paucis attingere. De quibus, ſicut dicti Meurſius ac Caſtellanus conſuli poſſunt ulterius, nobis hæc ſequentia notaſſe ſuffecerit; nempe *Lampadophoros* fuiſſe illos, qui in *Panathenaicis*, in *Hephæſtiæis*, & in *Prometheis* agonibus ac ludis, ſive pedites, ſive in equis *Lampadodromiâ* certabant: unde & *Lampaduchi* appellabantur (teſte Heſychio) cum jam victores in iſto curſus certamine evaſiſſent.

Λαμπαδάρχαι autem, (ex Ariſtotelis libro V. Politicorum) videntur fuiſſe iſti, qui huic curſus certamini ac ludo præerant, quique impenſas ſeu ſumptus illis adornandis ac perficiendis faciebant; ſubminiſtrando ſcilicet lampadas aliaque, quæ huic feſto ac certamini aut neceſſaria aut honorifica erant: quæ interim illis propriis ſumptibus, ſive ex ſorte, ſive voluntarie perficere incumbebat. Ipſius vero Ariſtotelis verba ſunt: Λειτουργεῖν τὰς δαπανηρὰς μὲν, μὴ χρησίμους δὲ λειτουργίας, οἷον χορηγίας καὶ λαμπαδαρχίας. *Sumptus facere in munera Reipublicæ, quæ impenſâ quidem eos qui illa gerunt, gravant, at ipſi Reipublicæ inutiles ſunt: quales ſunt munus erogationis ſumptuum in Ludos Choricos, & præfectura Certaminis Lampadum.*

Ipſum certamen nobis ita deſcribit Pauſanias, in Atticis: Ἐν ἀκαδημίᾳ δέ ἐστι Προμηθέως βωμὸς, καὶ θέουσιν ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὴν πόλιν ἔχοντες καιομένας λαμπάδας· τὸ δὲ ἀγώνισμα, ὁμοῦ τῷ δρόμῳ φυλάξαι τὴν δᾷδα ἔπι καιομένην, ἐστιν· ἀποσβεσθείσης δὲ οὐδέν ἐστι τῆς νίκης τῷ πρώτῳ, δευτέρῳ δ' αὖ αὐτοῦ μέτεστιν· εἰ δὲ μηδὲ τούτῳ καίοιτο, ὁ τρίτος ἐστὶν ὁ κρατῶν. εἰ δὲ καὶ πᾶσιν ἀποσβεσθείη, οὐδείς ἐστιν ὅτῳ καταλείπεται ἡ νίκη. *In Academiâ Promethei ara eſt, à qua homines in urbem accenſas lampadas præferentes decurrunt. In eo enim certamen eſt, ut in curſu accenſæ conſerventur. Cujus enim fax extincta fuerit, is Victoria ſucceſ-*

*ſucceſſori* (ſive ipſum proxime ſequenti) *cedit: eademque ratione ille tertio. Quod ſi nulli ardentem perferre licitum fuerit, palma in medio relinquitur.*

Non autem in omnibus *Lampadadromiis* (quæ, ut jam notavi, tres numero erant) certamen uno eodemque cum cæteris peractum fuiſſe, oſtendere videntur illa Herodoti verba, ubi libro octavo, de *Angariis* Perſarum loquitur: Ὁ μὲν δὴ πρῶτος δραμὼν παραδιδοῖ τὰ ἐντεταλμένα τῷ δευτέρῳ· ὁ δὲ δεύτερος τῷ τρίτῳ· τὸ δὲ ἐνθεῦτεν ἤδη κατ' ἄλλον διεξέρχεται παραδιδόμενα, κατάπερ Ἕλλησι ἡ λαμπαδηφορίη, τὴν τῷ Ἡφαίστῳ ἐπιτελέουσι· *Quorum curſorum primus mandata tradit ſecundo, ſecundus item tertio: & ita deinceps illa mandata in alium atque alium pertranſeunt, quemadmodum apud Græcos fax quam Vulcano per vices ferre, curſores perſeverant.* Qui Curſores in certamine tamen illas tradebant iis, qui ipſis poſteriores in curſu erant; non (ut apud Herodotum Perſæ) illis ad quos priores illi vehementius currendo pervenerant, dum ipſi poſteriores eſſent: ac fiebat iſta lampadis traditio jam decurſo ſpatio.

# DISSERTATIO SEPTIMA

## DE

## *Agonothetis, Hellanodicis, Alytarchis, Panegyriarchis, &c.*

### CAPUT I.

*De* Agonibus *obiter agitur: poſt quos de* Hellanodicis, Agonothetis, *ſimilibuſque Certaminum, Ludorumque judicibus; ac quidem* 1. *de* Hellanodicis: *qua occaſione de* Navigio *in Smyrnæorum Olympicis per urbem vecto; iſtaque rurſus* de Navi *Athenienſium Panathenaica; tum & de* illa *in Delo; quin &* iſta, *quæ ſub Severo in Amphitheatro Romano fabricata fuit; atque omnis fere generis feras effudit.*

*Plus ſemel iisdem, aliisve Certaminibus eoſdem ut* Agonothetas *præfuiſſe: unde rurſus tranſitur ad* Hellanodicas, Æſymnetas *&c. An ad lævam* Hellanodicarum *manum* Agonothetæ *ſederint. Porro de* Maſtigophoris, *&* Alytarchis; *quonamque munere hi poſteriores functi fuerint: &c.*

MAgis Sacra tamen, & longe majoris uſus atque auctoritatis videbantur munera illa 'αγωνοθετῶν ſive *Agonothetarum*, ac *Panegyriarcharum* horumque ſimilium, ac ſub alio quandoque nomine idem pene regimen obtinentium (quale fuit iſtud *Hellanodi-*

*nodicarum* in Elide, ſeu potius Olympia:) ob ἀγῶνες ſeu *Sacra Certamina*, ac *Ludos*, quibus illi moderabantur. Plurima hujusmodi *Certamina* ac *Ludos* inter Græcos, & alibi (in Italia, Africa, &c.) obtinuiſſe, eaque magis magiſque tractu temporum numero fuiſſe adaucta; imprimis cum jam adulatio erga Cæſares ſive Auguſtos, indies increſceret, ex antiquis cum Scriptoribus, tum marmoribus, tum denique & nummis diſcimus. Quatuor numero a prima vetuſtate honore, auctoritate, ac ſplendore excelluiſſe, cunctis eruditis notiſſimum eſt: hinc iſtud quippe Archiæ epigramma, quod incipit. Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, &c.

At præter iſta *Olympia* in Piſis erant & *Olympia* Athenis, Alexandriæ & Smyrnæ, &, puto, alibi. Pythia, quoque præterquam ad Delphos, in Sibis, in Magneſia, in Mileto, in Pergis, in Theſſalonica; forſan & alibi. Præter quæ (ne de Iſthmiis ac Nemeis nunc quoque addam) etiam alia erant in Cæſarum, ſive Imperatorum, Romanorum honorem celebrata: qualia fuere τὰ Σεβαστὰ ἐν Νεάπλι, Πιάλια ἐν Πυτεόλοις, aliaque plura, quorum totus confici poſſet catalogus; ut qualia quoque fuere Ἀδριάνεια, Ἄκτια ἐν Νικοπόλει, Ἀντινόεια, tum & Ἀντώνεια, ſive Ἀντωνείνια, plurimaque, ut dixi, alia; quorum, ſi quis multa unico fere obtutu perluſtrare velit, is Inſcriptionum Gruteri pag. 314. tum & alias, conſulat; ut & Sponii Miſcell. pag 364. & 365; quæque idem J. Sponius, ac Whelerus, in Itinerariis ſuis adduxere.

Ad hos igitur Ἀγῶνας, ſeu *Certamina publica* & *Sacra*, pertinebant Ἀγωνοθέται, illiſque moderabantur. De quibus igitur, ſicut & de Ἑλλανοδίκαις, de Αἰσυμνήταις, Ἀγωνάρχαις ſive Ἀγωνιστάρχαις, Ἀγωνοθέταις, Ἀγωνοδίκαις & Βραβευταῖς ſimilibuſque nunc quoque aliquid dicendum eſt; atque inquirendum in quibus hi omnes aut inter ſe convenirent, adeoque & uni eidemque fuerint, in quibus vero ab invicem

diverſi; majorive aut minori in dignitatis, ratione muneris, gradu conſtituti.

Hoc ut eo melius procedat conſideremus verba Pauſaniæ; qui Eliacorum priore ita loquitur: Τὰ δὲ ἐπὶ τοῖς ἀγωνοθετοῦσιν οὐ κατὰ τὰ αὐτὰ καθεστηκότα ἦν ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἐφ' ἡμῶν, ἐς αὐτοὺς νομίζουσιν· ἀλλ' Ἴφιτος μὲν τὸν ἀγῶνα ἔθηκεν αὐτὸς μόνος· καὶ μετὰ Ἴφιτον ἐποίουν ὡσαύτως οἱ ἀπὸ Ὀξύλου. πεντηκοστῇ δὲ Ὀλυμπιάδι ἀνδράσι δύο ἐξ ἁπάντων λαχοῦσιν Ἠλείων ἐπετράπη ποιῆσαι τὰ Ὀλύμπια· καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἀπὸ ἐκείνου διέμεινε τῶν Ἀγωνοθετῶν ὁ ἀριθμὸς τῶν β΄. Πέμπτῃ δὲ Ὀλυμπιάδι καὶ εἰκοστῇ ἐννέα Ἑλλανοδίκας κατέστησαν· τρισὶ μὲν δὴ ἐπιτέτραπτο ἐξ αὐτῶν ὁ δρόμος τῶν ἵππων· τοσούτοις δὲ ἑτέροις ἐπόπταις εἶναι τοῦ πεντάθλου· τοῖς δὲ ὑπολοίποις τὰ λοιπὰ ἔμελε τῶν ἀγωνισμάτων. Δευτέρᾳ δὲ ἀπὸ ταύτης Ὀλυμπιάδι, προσετέθη καὶ ὁ δέκατος ἀθλοθέτης. Ἐπὶ δὲ τῆς τρίτης καὶ ἑκατοστῆς, φυλαί τε Ἠλείοις δώδεκα, καὶ εἷς ἀπὸ φυλῆς ἑκάστης ἐγένετο Ἑλλανοδίκης. πιεσθέντες δὲ ὑπὸ Ἀρκάδων πολέμῳ μοῖραν ἀπέβαλον τῆς γῆς, καὶ ὅσοι τῶν δήμων ἦσαν ἐν τῇ ἀποτμηθείσῃ χώρᾳ, καὶ οὕτω ἐς ὀκτώ τε ἀριθμὸν φυλῶν ἐπὶ τῆς τετάρτης συνεστάλησαν Ὀλυμπιάδος καὶ ἑκατοστῆς, καὶ Ἑλλανοδίκαι σφίσιν ἴσοι ταῖς φυλαῖς ᾑρέθησαν. Ὀγδόῃ δὲ ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν Ὀλυμπιάδι, ἐπανῆλθον αὖθις ἐς ἀνδρῶν δέκα ἀριθμόν. καὶ ἤδη τὸ ἀπὸ τούτου διαμεμένηκεν ἐς ἡμᾶς. *In Agonothetis a majorum more ætatis noſtræ inſtitutum variavit. Iphitus enim ſolus a ſe editis Ludis præfuit. Idemque poſt Iphitum ab omnibus Oxali poſteris eſt obſervatum. Quinquageſima Olympiade Duumviris ex ipſa Eleorum civitate ſorte ductis Olympiorum cura mandata eſt. Atque ille quidem binorum Agonothetarum numerus ad multos pòſt annos ſervatus eſt. Quintâ pòſt & viceſima Olympiade novem Hellanodicas conſtituerunt. Eorum tres de equorum curſu, totidem de quinquertio, reliqui de cæteris certaminibus cognoſcebant. Secunda deinceps Olympiade Athlotheta decimus additus fuit. At tertiâ ſuper centeſimam in Tribus duodecim Elei deſcripti ſunt; ac deinde Tribus ſingulæ ſuum*

*ſuum dedere Hellenodicam. Afflicti poſt hæc Arcadum bello, & agri parte mulctati, amiſſis inſuper omnibus pagis qui adempta agri parte continebantur, in Tribus octo contracti ſunt, quarta & viceſima Olympiade. Eo factum ut Hellanodicæ totidem, quot Tribus remanſerant, legerentur Octava poſtremò quæ ſupra centeſimam fuit, priſtinus decem virornm numerus rediit, idemque uſque ad noſtram ætatem permanſit.*

Qui numerus decem *Hellanodicarum* firmatur, ex Philoſtrato, ubi (lib. III) ita loquentem inducit: Ἡμεῖς δὲ, ὦ Ἀπολλώνιε, καὶ τὰ Ἠλείων πάτρια Αἰγυπτίων ἀκούοντες, καὶ τοὺς Ἑλλανοδίκας, οὓς προΐστανται τῶν Ὀλυμπίων δέκα ὄντας, οὐκ ἐπαινοῦμεν τὸν νόμον, τὸν ἐπὶ τοῖς ἀνδράσι κείμενον. κλήρῳ τε γὰρ συγχωροῦσι τὴν αἵρεσιν, ὃ γὰρ ἂν καὶ τῶν φαυλοτέρων τις αἱρεθείη ὑπὸ τοῦ κλήρου. εἰ δὲ γ' ἀριστίνδην, ἢ καὶ κατὰ ψῆφον ᾑροῦντο τοὺς ἄνδρας οὐκ ἂν ἡμάρτανον παραπλησίως. *Nos vero Apolloni, qui ab Ægyptiis Eleorum patriam conſuetudinem (narratam) audivimus, & Hellanodicas, quos ludis Olympicis præficiunt decem numero eſſe, legem iſtam, circa iſtos viros eligendos non laudamus. Sorti namque electionem committunt, quæ prudentiæ nihil habet, ita ut poſſit etiam peſſimus quiſpiam ſorte eligi Quod ſi ex optimis quibuſque, viritim eligerentur, nequaquam ſimilis error incidere poſſet.*

Ex quibus verbis ſimul videmus hos *Hellanodicas* ſorte electos fuiſſe: ſicut & ex Pauſania videmus, illos partitis officiis iſtud munus adminiſtraſſe; atque ita quidem, ut cum tres numero Certaminibus equeſtribus, ſeu curruum, tres quinquertio, ſeu pentathli præeſſent, reliquos ſive illi tres numero, ſive quatuor, (ſi decem eſſent) reſtarent, *Thematitis agonibus*, i. e. *Tragicis*, *Comicis*, aliiſque *Muſicis* Certaminibus præfuiſſe: Sicut & inde, apud Philoſtratum, videmus ita Polemonem Sophiſtam præſediſſe Olympiis quæ Smyrnæ agebantur, ipſique hanc

 non

non injucundam hiſtoriolam accidiſſe (ita enim Philoſtratus) Ἀγωνιστοῦ δὲ τραγῳδίας ἐν τοῖς κατὰ τὴν Σμύρνην Ὀλυμπίοις, τὸ ὦ Ζεῦ ἐς τὴν γῆν δείξαντος, τὸ δὲ ὦ γῆ ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνασχόντος, προκαθήμενος τῶν Ὀλυμπίων ὁ Πολέμων ἐξέωσεν αὐτὸν τῶν ἄθλων, εἰπών, οὗτος τῇ χειρὶ ἐσολοίκιζε. *Cum tragœdiæ actor in Olympiis, quæ apud Smyrnæos agebantur: O JUPITER, exclamaßet, manu terram oſtendens: & O TERRA vultu in cœlum erecto. Præſidens in Olympiis Polemon, eam exegit dicens: hic manu ſolæciſmum fecit.*

Quæ verba ſicuti non quidem de Olympicis Ludis in Elide celebratis loquuntur, tamen ſatis indicant, etiam aliis in Olympiis, iſtorum exemplo celebratis, certos Agonothetas certis Certaminibus præſediſſe: ſicut & alio loco oſtenditur, eundem Polemonem, alio tempore, in iisdem Olympiis Tragicorum certaminibus præfuiſſe: atque alio rurſus loco, occaſione iſtorum Smyrnenſium Olympiorum notabilem valde ritum ibi videmus obſervatum: quem quod alibi non tam facile occurrat, hîc præterire (quamtumvis minus hîc ad rem faciat) ſilentio præterire nequeo, his verbis comprehenſum: Προκαθῆσθαι γὰρ τῶν Ἀδριανοῦ Ὀλυμπίων ἔδοσαν τῷ ἀνδρὶ καὶ ἐκγόνοις [ſive mavis, ut in textu habetur, ἐγγόνοις, utrumque enim in marmoribus occurrit] καὶ τῆς ἱερᾶς τριήρους ἐπιβαίνειν. πέμπεται γάρ τις μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι μετάρσια τριήρης ἐς ἀγοράν, ἣν ὁ τοῦ Διονυσίου ἱερεὺς οἷον κυβερνήτης εὐθύνει, πείσματα ἐκ θαλάττης λύουσαν. *Viro huic & poſteris ejus datum eſt, in Adriani Olympiis præſidere; & ſacram triremem conſcendere. Menſe enim Atheſterioni triremis elata in forum mittitur, quam Dionyſii ſacerdos, tanquam gubernator, jam funem è littore ſolventem, regit.*

Dubitare interim quoque licet, an non hæc *Triremis*, in Smyrnæorum Olympiis ſic acta, inducta fuerit eo, ad exemplum iſtius navis quæ in Athenienſium Panathenæis peplo adornata per Ceramicum uſque ad Eleuſinem vehebatur; ac de

de qua Suidas ita, in voce πέπλος, loquitur: πέπλος· τὸ ἄρμενον τῆς Παναθηναικῆς νεώς· ἣν οἱ Ἀθηναῖοι κατεσκεύαζον τῇ Ἀθηνᾷ διὰ πενταετηρίδος, ἧς καὶ τὴν πομπὴν διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ ἐποίουν μέχρι τοῦ Ἐλευσινίου. *Peplus velum eſt Panathenaïcæ navis, quam Athenienſes quinto quoque anno Minervæ apparabant; cujus pompam quoque deducebant per Ceramicum uſque ad Eleuſinium.*

De *navi* autem iſta Panathenaicâ, Philoſtratus, in vita Herodis Attici, loquitur; dum de illius Sophiſtæ magnificentiâ, inter alia, & hæc ſequentia narrat: Στεφανωθεὶς δὲ καὶ τὴν τῶν Παναθηναίων, καὶ ὑμᾶς, εἶπεν, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ Ἑλλήνων τοὺς ἥξοντας, καὶ τῶν ἀθλητῶν τοὺς ἀγωνιουμένους, ὑποδέξομαι σταδίῳ λευκοῦ λίθου. καὶ εἰπὼν ταῦτα, τὸ στάδιον, τὸ ὑπὲρ τὸν Ἰλισσὸν εἴσω τεττάρων ἐτῶν ἐπετέλεσεν, ἔργον ξυνθεὶς ὑπὲρ πάντα τὰ θαυμάσια· οὐδὲν γὰρ θέατρον αὐτῷ ἁμιλλᾶται. κἀκεῖνα περὶ τῶν Παναθηναίων τούτων ἤκουον, πέπλον μὲν ἀνῆφθαι τῆς νεὼς ἡδίω γραφῆς σὺν οὐρίῳ τῷ κόλπῳ· δραμεῖν δὲ τὴν ναῦν οὐχ ὑποζυγίων ἀγόντων, ἀλλ' ὑπογείοις μηχαναῖς ἐπολισθαίνουσαν. ἐκ Κεραμεικοῦ δὲ ἄρασαν χιλίᾳ κώπῃ, ἀφεῖναι ἐπὶ τὸ Ἐλευσίνιον, καὶ περιβαλοῦσαν αὐτό, παραμεῖψαι τὸ Πελάσγικον, κομιζομένην τε παρὰ τὸ Πύθιον ἐλθεῖν, οἷ νῦν ὥρμισται. *Cum corona in feſto Panathenaico donatus eſſet, vos (inquit) Athenienſes, & cæteros Græcos, qui huc acceſſuri ſunt, & Athletas, qui hic decertaturi ſunt, in ſtadio ex albo lapide conſtructo excipiam. Ac poſtquam hæc dixiſſet, ſtadium illud, quod Iliſſo flumini imminet, intra quadriennium* (poſt quod jam denuo Panathenæa celebranda eſſent,) *perfecit; opus ita perfectum, ut cuncta mirabilia ſuperet nullum enim theatrum cum eo decertat. Illa quoque de iſtis Panathenæis audivi, peplum e NAVI fuiſſe ſuſpenſum jucundius (ſolito) picturâ, ac cum ſinu proſperum ventum indicante; navimque nullis trahentibus jumentis cucurriſſe, ſed ſubterraneis machinis proceſſiſſe, & mille ramis ſublatam (quaſi) ac provectam ex Ceramico ad Eleuſinium per-*

*perveniſſe, idque circumcucurriſſe, atque ita, prætervectam fuiſſe ad Pythion, ubi nunc (quaſi in portu,) conſiſtit.*

Hæc eo libentius afferre volui, quod inde diſcere videamur, iſtam *Navim* antiquitus protractam fuiſſe jugatis equis, aliiſve jumentis; eamque vecturam ab *Herode Attico*, (ut & hîc, ſicut in aliis, ſuam oſtentaret magnificentiam) pro iſto ſaltem tempore, immutatam fuiſſe; ipſiuſque ſumptibus tunc actam, occultatis machinis, ac quidem longe majore cum apparatu atque oſtentatione quam unquam antea [ſicut & in ipſo *Peplo*, & illis quæ ipſi intexta nunc erant, tum & circa ſinum ejus protenſam ac proſperum ventum ita indicantem, fecerat] quaſi revera & remis, & vento, actam per pelagus.

Quare eruditiſſ. Meurſius (ut hoc cum pace manium tanti viri dicam) hîc nihil agere mihi videtur, dum ex hoc Philoſtrati loco oſtendere conatur, hanc vecturam ab *Herode* ipſiuſque ſumptu, inſtitutam, ratione modi, jam antea, & ab antiquis temporibus, obtinuiſſe. Neque enim indicant id ullatenus aut Heliodorus in Æthiopicis ſuis, dum ait: ὅτι τὴν ναῦν Ἀθηναῖοι ἐπὶ γῆς τῇ Ἀθηνᾷ πέμπουσι; neque Ariſtophanis Scholiaſtes; dum ita loquitur: ὅτι καὶ ἡ ναῦς ἐπὶ γῆς πλέει παρ' αὐτοῖς. Quamvis minime negare auſim hæc ita temporibus *Herodem* ſequentibus obtinuiſſe: cum ipſe tamen talis machinæ auctor fuiſſet.

Illam autem *Navim* aliàs ſemper, quamdiu perduraret, eandem fuiſſe, liquere videtur ex hiſce Pauſaniæ (in Atticis) verbis: Τοῦ δὲ Ἀρείου πάγου πλησίον δείκνυται ναῦς ποιηθεῖσα ἐς τὴν Παναθηναίων πομπήν· καὶ ταύτην μὲν ἤδη του τις ὑπερεβάλλετο. Τὸ δὲ ἐν Δήλῳ πλοῖον οὐδένα πω νικήσαντα οἶδα, καθῆκον ἐς ἐννέα ἐρέτας ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων. Quæ Rom. Amaſæus vertit: *Non longe ab Areopago NAVIS oſtenditur ad Panathenæorum pompam fabricata; quâ fortaſſe major facile inve-*

*inveniatur: ea vero quæ Deli eſt omnes quas ego norim magnitudine ſuperat. e foris enim ejus novenis eminent remigibus tranſtra.*

Quod autem dicat *fortaſſe majorem iſta aliam inveniri*, indicare videtur, pluribus in locis, ac ſimilibus in ſolennitatibus, ſeu Panegyribus, ſimiles naves actas ſeu deductas fuiſſe. Ac de Deliaco, tum & de Smyrnenſi (ut modo vidimus) conſtat.

Adde quod apud Dionem reperiamus deſcriptionem navigii, in ipſo Circo, ſeu Amphitheatro Romano, Severo imperante, in nuptiis *Antonini* ac *Plautillæ*, non minus mirabilis, ſed ad alium plane uſum: Ita enim is lib. LXXVI. narrat: Τῆς δὲ δεξαμενῆς ἀπάσης τῆς ἐν θεάτρῳ εἰς πλοίου σχῆμα κατασκευασθείσης, ὡς τετρακόσια θηρία καὶ δέξασθαι, καὶ ἀφεῖναι ἀθρόως, ἔπειτα ἐξαίφνης διαλυθείσης, ἀνέθορον ἄρκτοι, λέαιναι, πάνθηρες, λέοντες, στρουθοὶ, ὄναγροι, βίσωνες (βοῶν τι τοῦτο εἶδος βαρβαρικὸν τὸ γένος καὶ τὴν ὄψιν) ὥστε ἑπτακόσια τὰ πάντα καὶ θηρία καὶ βοτὰ ὁμοῦ καὶ διαθέοντα ὀφθῆναι καὶ σφαγῆναι. πρὸς γὰρ τὸν τῆς ἑορτῆς ἀριθμὸν ἑπταημέρου γεγονυίας, καὶ ἐκεῖνα ἑπτάκις ἑκατὸν ἐγένετο. *Cumque illarum (ferarum) receptaculum in Amphitheatro ædificatum eſſet inſtar NAVIS, ita ut in ſe reciperet quadringentas feras, eaſque ſimul reddere poſſet; ex navi iſtâ ſubitò diſſoluta exſilierunt Urſi, Leænæ, Pantheræ, Leones, Struthiones, Onagri, Biſontes, quod genus boum eſt patriâ & aſpectu Barbarum. Iſtaque ſeptingentæ feræ manſuetæque beſtiæ ſimul concurrere, ac poſtea confodi viſæ ſunt. Ad numerum enim dierum hujus feſti, quod ſeptem dierum erat, etiam illæ ſeptingentæ numero fuerunt.*

Ac maxime notabilis eſt iſte nummus, qui propterea cuſus ab uno latere hujus *Severi* caput ac nomen oſtentat, ab altero vero hanc inſcriptionem, LAETITIA TEMPORVM, atque effigiem *Navis*, ſimul cum feris (quin & quadri-

drigas) eam circumcurrentibus; atque in parte ſecunda Theſauri Brandeburgici, nunc nuper ab eruditiſſ. Begero editi, pag. 692. exhibetur.

Verum enim vero redeamus denuo ad *Agonothetas*; de quibus ex Polemonis exemplo (tum & ex aliis, quæ in hoc ipſo opere occurrunt) diſcimus, unum eundemque hominem plus ſemel, diverſis temporibus, *Athletæ* munus adminiſtraſſe. Quod tamen de talibus, ut ſingulare quiddam, narrari videtur: atque hinc de Hippodromo Sophiſta hæc ſequentia habemus apud eundem Philoſtratum: Μεγάλου δὲ ἐν Θετταλίᾳ δοκοῦντος τὸ ἅπαξ προστῆναι τῶν Πυθίων, ὁ Ἱππόδρομος προέστη δὶς τῶν Πυθικῶν ἄθλων. *Porro cum magnum quippiam apud Theſſalos cenſeatur, ſemèl Pythiis agonibus præfuiſſe; Hippodromus bis Præfecturam adeptus Pythicis Certaminibus præſedit.*

Quæ tamen Præfectura non ad *Agonothetæ* munus, ſed ad *Panegyriarchæ* ſpectat; de quibus & ſtatim nobis aliquid dicendum erit: quod idem etiam de Polemone notandum venit; cui id ter, ac quidem Smyrnæ, contigiſſe videtur: quin & ſemel præterea Athenis; ut ex his ſequentibus ejuſdem Philoſtrati, fere colligere licet: Τὸ δὲ Ἀθήνησι Ὀλύμπιον, δι᾽ ἑξήκοντα καὶ πεντακοσίων ἐτῶν ἀποτελεσθὲν, καθιερώσας ὁ αὐτοκράτωρ ὡς χρόνου μέγα ἀγώνισμα, ἐκέλευσε καὶ τὸν Πολέμωνα ἐφυμνῆσαι τῇ θυσίᾳ. *Cum Athenis Olympicum conſecraret annorum quingentorum & ſexaginta curriculo peractum, Imperator, tanquam magnum temporis certamen Polemonem etiam ſacrorum hymnos celebrare juſſit.*

Ac quidem Lucianus, in *Vera* ſua *Hiſtoria*, quæ reverâ in poëtas, ac fabuloſos hiſtoricos eſt lepidiſſima Satyra, hujuſmodi vices in uno eodemque homine plures enumerat; cum libro ſecundo ita narrat: Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ἐνέστη ὁ ἀγὼν, τὰ παρ᾽ αὐτοῖς Θανατούσια. ἠγωνοθέτει δὲ Ἀχιλλεὺς τὸ πέμπτον, καὶ Θεσεὺς, τὸ ἕβδομον. *Progreſſu vero temporis initum eſt certamen,*

*men, quod apud ipſos Thanatuſia* (ſeu Mortualia) *appellatur: in quo Achilles quinta vice, Theſeus vero Septima Agonothetam agebat.*

Quæ licet fabuloſe confićta, tamen ex vero, & veterum conſuetudine ita ſcripta quis non immerito conjiciat. Quod interim, Certamen Θανατούσια ridendi ſolum gratia (ſicut & tota illa *Vera Hiſtoria*) confićtum, miror magnum illum Meurſium *Græciæ* ſuæ *Feriatæ* ſeriò inſeruiſſe: ſicut & Δαδὶν iſtud, ex eodem Luciani alia Hiſtoria (quantumvis ſeria) ſed quod ultra iſtius Alexandri Pſeudomantis vitæ terminum perduraſſe minime in animum inducere queam. Hoc tamen ex iſtis *Thanatuſiis* firmari videtur, (quum non fruſtra hîc ad mores ſui, antiquorumque temporum videatur reſpicere Lucianus) *Agonothetas* quandoque *ter*, *quater*, *quinquies*, quin & aliquando pluries, iiſdem Agonibus ut judices præſediſſe.

Sed ad *Hellanodicas* ut redeam, de illis adhuc paucula ſubjungenda duco: nempe Tzetzen a Scaligero rećte erroris argui, dum is inter alia, canit: Ἦσαν Ἑλλανοδίκαι δ' ἐκ τῶν Ἀμφικτυόνων, Οἱ Αἰτωλοὶ δὲ μάλιστα, καὶ σὺν αὐτοῖς Ἠλεῖοι: Quod contrà *Amphićtyones* quidem Pythico in Delphis certamini præſiderent; at nullo modo Olympico in Piſis. Ferri tamen aliquatenus Tzetzes poſſet, ſi apud ipſum legamus Ἀμφικτίονες (ut περικτίονες fuerint) non Ἀμφικτύονες. De Ætolis quæ addit quidem vera ſunt. At illis quæ de Hercule aućtore ex Pindari Scholiaſte affert Scaliger, præferenda ſunt iſta, quæ a Strabone libro 8. his verbis traduntur: Ἐάσαι γὰρ δεῖ τὰ παλαιά, καὶ περὶ τῆς κτίσεως τοῦ ἱεροῦ, καὶ περὶ τῆς θέσεως τοῦ ἀγῶνος· τῶν μὲν ἕνα τῶν Ἰδαίων δακτύλων Ἡρακλέα λεγόντων ἀρχηγέτην τούτων· τῶν δὲ Ἀλκμένης καὶ Διός, ὃν καὶ ἀγωνίσασθαι πρῶτον, καὶ νικῆσαι. τὰ γὰρ τοιαῦτα πολλαχῶς λέγεται, καὶ οὐ πάνυ πιστεύεται. Ἐγγυτέρω δὲ πίστεως, ὅτι μέχρι τῆς ἕκτης καὶ εἰκοστῆς Ὀλυμπιάδος ἀπὸ τῆς πρώτης, ἐν ᾗ Κέροιβος ἐνίκα στάδιον Ἠλεῖος, τὴν προστασίαν εἶχον

τῦ τε ἱερῦ, καὶ τῦ ἀγῶνος Ἠλεῖοι. *Omittenda enim ſunt vetuſta, quæ de auctore templi & inſtitutione certaminis feruntur; aliis auctorem horum facientibus Herculem unum de Dactylis Idæis, aliis Herculem Jovis & Alcmenæ filium, qui & certaverit primus & vicerit. Nam talia ſolent & varie dici, & non admodum credi. Vero propius eſt, uſque ad vigeſimam ſextam a prima Olympiade, in qua curſu vicit Corœbus Eleus, cùm templo, tum certamini præfuiſſe Eleos*, &c.

Ut autem & ad Elidem & alibi, præterquam Ἑλλανοδίκων, Certaminum præſidibus iſtis nomen Ἀγωνοθετῶν tribuebatur, ſic antiquis magis temporibus Αἰσυμνῆται appellabantur.

Hi Αἰσυμνῆται vero alias reges erant antiquis. Hinc enim Ariſtoteles lib. IV. Polit. cap. 10. ait, Reges, Tyrannos ſeu Monarchas per electionem aſſumptos vocatos fuiſſe Αἰσυμνήτας. Sic enim ibi loquitur: Ἔστι γὰρ τῶν βαρβάρων ἐνίοις αἱρετοὶ αὐτοκράτορες μονάρχαι· καὶ τὸ παλαιὸν ἐν τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν ἐγίγνοντό τινες μόναρχοι τοῦτον τὸν τρόπον. *Nam & apud nonnullas Barbarorum nationes, principes, penes quos ſolos ſumma ſit omnium rerum poteſtas: & olim apud priſcos Græcos fiebant hoc modo quidam principes, ſoli imperium obtinentes, quos Æſymnetas appellabant.* ac lib. III. cap. 15. Καθάπερ οἱ ἀρχαῖοι τὰς φυλακὰς ἐδίδοσαν, ὅτε καθιστᾶιεν τινα τῆς πόλεως, ὃν ἐκάλουν Αἰσυμνήτην ἢ τύραννον. *Quales antiqui cuſtodias tribuebant, ubi quem civitatis Æſymnetam, quemadmodum appellabant, aut tyrannum creaſſent.* Verum vide & illa quæ capite XIV. diſſerit.

Ab hiſce igitur illa appellatio ad ἀγωνοθέτας traducta: quamvis numerus illorum apud Eleos aliquando uſque ad duodecim accreverit. Atque huc reſpicere videtur Heſychius, dum ex Appione, ait: Αἰσυμνητήρ . . . τῷ βασιλεῖ τῷ τηροῦντι τὰ αἴσια, ὅ ἐστι τὰ δίκαια, & Αἰσυμνᾶ, βασιλεύει. denique, Αἰσυμνῆται οἱ τοῦ Ἀγῶνος προεστῶτες, ἢ ἐφόροι. ubi videmus etiam,

*Aiſym-*

*Aiſymnetas certaminum præſides, aut miniſtros.*

Apud eundem Heſychium & hæc ſequentia habemus: Ἀγωνοθέτης ἀρχῆς ὄνομα Ἀθήνησιν· ὡς δὲ Νίκανδρος, Ἀθλοθέτης ὁ τὰ μένα γυμνικά, Ἀγωνοθέτης δὲ ὁ τὰ μουσικὰ ἀκροάματα διατιθέμενος. Quamvis ipſe alias hæc nomina confundat; ut: Ἀθλοθέτης, Ἀγωνοθέτης. quod & Pollux facit; qui tamen ſæpiſſime non tam nomina atque appellationes explicat, quam ſimilia atque affinia inter ſe, licet non eadem vi aut ſenſu, ſimul congerit. Unde & hæc ſequentia habet: Ἀγωνοθέται, ἀθλοθέται, ἀγώνων διαθέται, ἄθλων ἐπιμεληταί, ἔφοροι, ἐπόπται, προστάται, ἐπίσκοποι. Sic denique Heſychio Ἀγωνοθέτης βραβευτής eſt.

Verum enim vero de nominibus jam ſatis: niſi quod hæc ex Luciano mihi addenda videantur: Λυ. Ἦ οὖν ποτε καὶ παρὰ τοὺς Ἀθλοθέτας αὐτοὺς ἐκαθέζου; Ἑρμ. Νὴ Δία ἔναγχος Ὀλυμπίων ἐπὶ τὰ λαιὰ τῶν Ἑλλανοδικῶν, Εὐανδρείδου τοῦ Ἠλείου θέαν μοι προκαταλαβόντος ἐν τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις. ἐπεθύμουν γὰρ ἐγγύθεν ἅπαντα ὁρᾶν τὰ παρὰ τοῖς Ἑλλανοδίκαις γιγνόμενα. *Luc. Nunquid igitur etiam aliquando juxta Athlothetas conſediſti? Hermo. Per Jovem nuper in Olympiis, ad Hellanodicarum lævam: Euandrida Eleo inter ſuos cives ſpectaculum* (ſeu locum) *mihi occupante. Omnia enim quæ ab Hellanodicis fiunt propius videre cupiebam.*

At mira, & quæ nihil minus quam quod vult, indicant, ex hiſce Luciani verbis elicit doctiſſimus Faber, Agoniſticôn lib. I. initio cap. 19. Nempe *ad lævam Hellanodicarum manum Athlothetas conſediſſe.* Ait enim apud Lucianum Hermotimus, ſe, ut commodius ſpectaret, ad lævam *Hellanodicis* aſſediſſe. quos *Hellanodicas* alio nomine jam ante *Athlothetas* appellaverat. Quod vel ſomnolento oculo legenti ſtatim apparet. Opportet ſane mentem iſtius doctiſſimi viri aliorſum plane diſtractam fuiſſe. Alias enim minime gentium tale quid inde extudiſſet. Et tamen, quod mireris, ipſe If. Caſaubonus: *Non ubique tamen Agonothetæ præſidebant:*

 *nam*

*nam in ludis ſacris univerſæ Græciæ communibus, Hellanodicis præſidentibus, ad lævam ſedebant Athlothetæ.* Quæ, abſque ulteriori examine ex hoc Fabro hauſta, ſic notis ſuis in Hiſtoriam Auguſtam videtur inſeruiſſe.

Porrò de commiſſionibus per Ἑλλανοδίκας etiam hæc Lucianus habet, in Hermotimo dialogo: κάλπις ἀργυρᾶ πρόκειται ἱερὰ τοῦ θεοῦ. εἰς ταύτην ἐμβάλλονται κλῆροι μικροὶ ὅσον δὴ κυαμιαῖοι τὸ μέγεθος, ἐπιγεγραμμένοι. ἐγγράφεται δὲ ἐς δύο μὲν, ἄλφα ἐν ἑκατέρῳ. ἐς δύο δὲ τὸ βῆτα. καὶ ἐς ἄλλους δύο τὸ γάμμα. καὶ ἑξῆς κατὰ ταὐτὰ, ἢν πλείους οἱ ἀθληταὶ ὦσι, δύο ἀεὶ κλῆροι τὸ αὐτὸ γράμμα ἔχοντες. προσελθὼν δὲ τῶν ἀθλητῶν ἕκαστος, προσευξάμενος τῷ Διΐ, καθεὶς τὴν χεῖρα ἐς τὴν κάλπιν, ἀνασπᾷ τῶν κλήρων ἕνα καὶ μετ' ἐκεῖνον ἕτερος. καὶ παρεστὼς μαστιγοφόρος ἑκάστῳ, ἀντέχει αὐτοῦ τὴν χεῖρα, οὐ παρέχων ἀναγνῶναι, ὅ τι τὸ γράμμα ἐστὶν, ὃ ἀνέσπακεν. ἁπάντων δὲ ἤδη ἐχόντων, ὁ Ἀλυτάρχης οἶμαι, ἢ τῶν Ἑλλανοδικῶν αὐτῶν εἷς, οὐκ ἔτι γὰρ τοῦτο μέμνημαι, περιϊὼν, ἐπισκοπεῖ τοὺς κλήρους ἐν κύκλῳ ἑστώτων. καὶ οὕτω τὸν μὲν τὸ ἄλφα ἔχοντα, τῷ τὸ ἕτερον ἄλφα ἀνεσπακότι, παλαίειν ἢ παγκρατιάζειν συνάπτει. τὸν δὲ τὸ βῆτα, τῷ τὸ βῆτα ὁμοίως. καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ὁμογράμμους κατὰ ταυτά. οὕτω μὲν γὰρ, ἢν ἄρτιοι ὦσιν οἱ ἀγωνισταὶ, οἷον ὀκτὼ, ἢ τέσσαρες ἢ δώδεκα. ἢν δὲ περιττοὶ, πέντε, ἑπτὰ, ἐννέα, γράμματι περιττὸν ἑνὶ κλήρῳ ἐγγραφὲν, συμβάλλεται αὐτοῖς, ἀντίγραφον ἄλλο οὐκ ἔχον. ὃς δ' ἂν τοῦτο ἀνασπάσῃ, ἐφεδρεύει, περιμένων ἔστ' ἂν ἐκεῖνοι ἀγωνίσωνται. οὐ γὰρ ἔχει τὸ ἀντίγραμμα. καί ἐστι τοῦτο οὐ μικρὰ εὐτυχία τοῦ ἀθλητοῦ, τὸ μέλλειν ἀκμῆτα τοῖς κεκμηκόσι συμπεσεῖσθαι. *Argentea urna Deo Sacra in medio poſita eſt: in eam parvæ ſortes conjiciuntur, fabæ magnitudine literis inſcriptæ. Duabus, utrique nimirnm ALPHA inſcribitur; duabus item BETA, duabus quoque aliis GAMMA, ac deinceps ordine literarum, ſi ſint Athletæ plures, duæ ſemper ſortes eandem literam habent. Tum Athletarum quiſque accedit, & invocato Jove, manuque in urnam immiſſa, unam ex ſortibus trahit, & poſt eum alter & adſtans unicuique*

*que Flagellifer* [maſtigophorus] *protenſa manu obſtat quo minus legant quænam ſit litera quam traxit. Sed quum jam habent omnes, Alytarchus, opinor, aut unus ex Hellanodicis (non enim id amplius memini) circumeundo ſortes in orbem ſtantium inſpicit. Sicque eum qui ALPHA habet, cum eo qui ALPHA alterum traxit, aut lucta, aut pancratio decertaturum committit: eum quoque qui BETA cum eo qui Beta, ſimiliter; alioſque eâdem ratione qui eaſdem literas ſortiuntur. Sic enim committuntur, ſi pari numero ſint Athletæ, ut octo, vel quatuor, vel duodecim. Si vero impares, quinque, ſeptem, novem, ſupervacua aliqua litera uni ſorti inſcripta, una cum aliis in urnam conjicitur, literam aliam reſpondentem ſibi non habens: quam qui traxerit victori imminet, EXPECTANS dum illi certaverint: non enim oppoſitam literam habet. Nec parva eſt iſta felicitas Athletæ, quod viribus integer, cum defeſſis eſt certaturus.* Talis autem, ut in ſequentibus indicat, vocabatur ἔφεδρος.

Juramentum interim ante certamen, ac quidem, ut puto, ante hanc ſortitionem debitè peractam, non a ſolis *Athletis*, verum & ab ipſis *Hellanodicis* præſtari debebat, quale hîc a Pauſania deſcribitur: Ὁ δὲ ἐν τῷ βυλευτηρίῳ, πάντων ὁπόσα ἀγάλματα Διὸς μάλιστα ἐς ἔκπληξιν ἀδίκων ἀνδρῶν πεποίηται. ἐπίκλησις μὲν Ὅρκιός ἐστιν αὐτῷ, ἔχει δὲ ἐν ἑκατέρᾳ κεραυνὸν χειρί. παρὰ τούτῳ καθέστηκε τοῖς ἀθληταῖς, καὶ πατράσιν αὐτῶν, καὶ ἀδελφοῖς, ἔτι δὲ γυμνασταῖς ἐπὶ κάπρου κατόμνυσθαι τομίων, μηδὲν ἐς τὸν Ὀλυμπίων ἀγῶνα ἔσεσθαι παρ' αὐτῶν κακούργημα. οἱ δὲ ἄνδρες οἱ ἀθληταὶ καὶ τὸ δὲ ἔτι προσκατόμνυνται, δέκα ἐφεξῆς μηνῶν ἀπηκριβῶσθαι σφίσι τὰ πάντα ἐς ἄσκησιν. ὀμνύουσι δὲ καὶ ὅσοι τοὺς παῖδας ἢ τῶν ἵππων τῶν ἀγωνιζομένων τοὺς πώλους κρίνουσιν, ἐπὶ δικαίου καὶ ἄνευ δώρων ποιήσασθαι κρίσιν· καὶ τὰ ἐς τὸν δοκιμαζόμενον δὲ καὶ μή, φυλάξειν καὶ ταῦτα ἐν ἀπορρήτῳ. *In curia Jovis eſt ſignum ſpecie perfidioſis hominibus quam maximeformidandum. Horcii ejus cognomen. Utraque manu fulmen tenet. Solenne verò Athletis*

*letis omnibus eorumque parentibus, fratribus, quin & inſuper gymnaſtis, ſuper apri extis verbis conceptis dejerare, nihil ſe fraudis facturos quo minus Olympici ludi rite fiant. Athletæ quidem ipſi hoc amplius jurant, ſe decem menſes continuos accurate meditatos quæ ad exercitationem requiruntur. Jurant etiam qui de pueris vel equorum pullis in certamen prodeuntibus judicant (Hellanodicæ ſcilicet) ſe ex jure ſine ullis donis judicium laturos. quà vero re adducti quemvis aut probarint aut improbarint, ſe non eſſe in vulgus prolaturos.*

Hæc Eliacorum priore tradit; in poſteriore vero hæc ſequentia, de horum Hellanodicorum pro tempore habitaculo, tum & de ipſorum altero juramento, hæc nobis narrat: Κατὰ ταύτην τὴν στοὰν ἰόντι ἐς τὴν ἀγορὰν, ἔστιν ἐν ἀριστερᾷ παρὰ τὸ πέρας τῆς στοᾶς ὁ Ἑλλανοδικαιών. ἀγυιὰ δὲ ἡ διείργουσα ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἐστὶν αὐτόν. Ἐν τούτῳ τῷ Ἑλλανοδικαιῶνι οἰκοῦσι δέκα ἐφεξῆς μῆνας οἱ αἱρεθέντες ἑλλανοδικεῖν, καὶ ὑπὸ τῶν νομοφυλάκων, ὅσα ἐς τὸν ἀγῶνα σφᾶς δεῖ ποιεῖν, διδάσκονται. *Secundum hanc porticum ad forum accedenti ad lævam, circa extremam porticus partem, eſt Hellanodicæon, medio calle a foro diviſus. In eo perpetuos decem menſes habitant, ii qui ad ludorum præfecturam ſunt delecti: totoque eo tempore a Legum conſervatoribus (quos nomophylacas appellant) edocentur de omnibus quæ in ludorum celebratione fieri ab eis convenit.*

Hi igitur admittebant, excludebant, caſtigabant, mulctas imponebant; denique remunerabantur ac coronabant *Athletas:* totique adeo Agoni, ac cunctis ad iſtum ſpectantibus moderabantur: ipſi interim delecti ex Hieronicis, (niſi me fallit opinio) quod ἡ σύνοδος ξυστική, ſeu Senatus Xyſticus, qui Gymnaſiis cum Gymnaſiarcha moderabantur, inde electus fuerit, tamen mulctis quoque ſubjecti.

De Hieronicarum præmiis ac prærogativis ſatis large agit eruditiſſimus Faber; neque iſta uſque adeo huc ſpectant: quod

quod de perſonis ac munere præpoſitorum nobis hîc potiſſimum ſermo ſit. De *Athletis* tamen hæc ſequentia, ex Tertullian Scorpiace non poſſum non afferre: quod illa nos & ad Maſtigophoros & ad Alytarchas (quos male Doctiſſ. Faber pro unis iisdemque cum Hellanodicis ſeu Agonothetis, habet) reducant. Ita autem ille cap. VI. loquitur: *Agonas iſtos, contentioſa ſolennia & ſuperſtitioſa certamina Græcarum & religionum & voluptatum quanta gratia ſeculum celebret, etiam Africæ liquuit. Adhuc Carthaginem ſingulæ civitates gratulando inquietant, donatam Pythio agone poſt Stadii ſenectutem. Ita ab ævo digniſſimum creditum eſt ſtudiorum experimentum, committere artes, corporum & vocum præſtantiam exprimere præmio indice, ſpectaculo judice, ſententiâ voluptate: qua nulla ſunt prælia, nonnulla vulnera. pugni quaſſant, calces arietant, ceſtus dilaniant, FLAGELLA DILACERANT: nemo tamen Agonis præſidem ſugillaverit, quod homines violentiæ objectet. injuriarum actiones extra ſtadium. Sed quantum livores illi & cruores & vibices negotiantur, intendet: coronas ſcilicet, & gloriam & dotem, privilegia publica, ſtipendia civica imagines, ſtatuas, & qualem poteſt præſtare ſeculum de fama æternitatem, de memoria reſurrectionem. Pyctes ipſe non queritur dolere ſe, nam vult. corona premit vulnera, palma ſanguinem obſcurat, plus victoria tumet quam injuria. Hunc tu læſum exiſtimabis, quem vides lætum? Sed nec victus ipſe de Agonotheta caſum ſuum exprobrabit.* &c.

Verba autem illa *flagella dilacerant*, procul omni, mihi, dubio reſpiciunt ad flagra *maſtigophororum*: qui uti adſtabant ſortientibus, ita & ſegnes illos excitabant & incitabant, vel aliàs contra certaminum leges peccantes corrigebant. Atque ad iſta reſpicit Xenophon, cum in Lacedæmoniorum Politiâ, de Ephororum poteſtate locutus, ita

pergit: Τοσαύτην δ' ἔχοντες δύναμιν, οὐχ ὥσπερ αἱ ἄλλαι πόλεις ἐῶσι τοὺς αἱρεθέντας ἀεὶ ἄρχειν τὸ ἔτος ὅπως ἂν βούλωνται, ἀλλὰ ὥσπερ οἱ τύραννοι καὶ οἱ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ἐπιστάται, ἤν τινα αἰσθάνωνται παρανομοῦντά τι, εὐθὺς παραχρῆμα κολάζουσι. *Tanta quum eorum poteſtas ſit, non quemadmodum alius fit in urbibus, magiſtratus creatos ex animi arbitratu toto anno uti permittunt imperio; Sed regum inſtar, eorumve præſidum qui certaminibus Gymnicis moderantur, ſi quem in leges aliquid committere animadvertunt, eum ſtatim puniunt.*

Ut autem hi μαστιγοφόροι & μαστιγονόμοι appellati erant, ſic & ῥαβδοῦχοι a Suida, his verbis: ῥαβδοῦχοι ἦσαν ἐπὶ τῆς θυμέλης ῥαβδοφόροι τινὲς, πρὸς εὐταξίαν τῶν θεατῶν. Ita ut etiam turbam ſpectatorum, ſi ita id neceſſe foret, in ordinem cogerent: ſicuti & ἀγωνοθέτας atque ἀθλοθέτας concomitabantur. Addit porro, ἢ ῥαβδοῦχοι οἱ κριταὶ τοῦ ἀγῶνος, οὓς αἰσυμνήτας λέγουσι id eſt ἀγωνοθέτας. Virgam nempe illi, ſeu ſceptrum quoque gerebant, in ſignum iſtius magiſtraturæ; ſicuti coronam quoque in capite, & veſtem purpuream.

Hos verò ſive *maſtigophoros*, ſive *maſtigonomos*, ſive *Rabdophoros Brabeutas* quoque vocabant (uti ſæpius plura nomina inter ſe confunduntur, quæ ad hæc certamina ſpectant; quod latius oſtendere hic opus non eſt) ut apud Suetonium in Vita Neronis, cap. 53. videmus de ipſo Nerone: *Nam luctabatur aſſidue: nec aliter certamina gymnica Græciâ tota ſpectaverat, quam Brabeutarum more in ſtadio humi aſſidens: ac ſi qua paria longius receſſiſſent, in medium manibus ſuis protrahens.*

Attamen nec locus ſeſſionis iſte, neque munus iſtud *Agonothetarum*, aut *Hellanodicarum*, ſed ipſorum miniſtrorum erat.

Horum vero μαστιγοφόρων caput erat ac præfectus *Alytarchus* ille: quem tamen Faber lib. I. cap. 19 male cum *Agonothetis* & *Athlothetis* confundit. Hæc ſunt ipſius verba:

*Ath-*

*Athlothetas quidem & Agonothetas, EX quorum etiam numero fuit Alytarcha (qui ludos quod curaret, ipſiſque adeo præſideret, propterea illo Luciani loco Hellanodicis adjungitur haud ita multo poſt) purpurea veſte inſignes fuiſſe probat iſtud ejuſdem auctoris ſub initium illius dialogi qui Anacharſis inſcribitur; ubi Anacharſim de pugilum ſpectaculo in Lycæo Athenienſium gymnaſio loquentem facit, atque hoc quoque proferentem,* ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἄρχων οὗτοσι διΐστησιν αὐτοὺς καὶ λύει, τὴν μάχην· τεκμαίρομαι γὰρ τῇ πορφυρίδι τῶν ἀρχόντων τινὰ τοῦτον εἶναι.

Hæc quidem bene: verum iſta quæ de Luciani loco, ex Hermotimo (nam eò reſpicit) affirmat plane falſa ſunt: ut quivis primo quoque obtutu obſervare poteſt. Nam quamvis & *Alytarchum* & *Hellanodicas* is ſimul nominet, manifeſto tamen illos, ab invicem diſtinguit. nec impedit, quod *Alytarchus* illorum, in hac aut illa ipſorum muneris parte, aliquando vicariam operam navaverit: quod id ſæpius in aliis magiſtratibus quoque contigerit.

In eandem cum Fabro incidit foveam Humfredus Prideaux; qui ex eodem lib. 15. cap. 9. Codicis Theodoſiani (ad quod reſpicit etiam Faber) ita de Alytarcha infert: *Eodem igitur modo quo hi* [*Syriarchæ, Agonothetæ, Aſiarchæ* &c.] *ludis ſacris præſidebat, & ut Aſiarcha in Aſia, Bythinarcha in Bythinia, Lyſiarcha in Lycia, ſic Alytarcha Antiochiæ ſacerdos fuit, cui hoc munus demandabatur. Ut enim Aſiarchia Aſiæ, & Lyciarchia Lyciæ, ſic Alytarchia Antiochiæ peculiaris fuit.* Ac poſt nonnulla interjecta: *Sed revera Alytarchia Piſæorum, cujus mentio fit in hoc marmore, eadem eſt quæ poſtea Antiochenſium fuit. qui enim apud Antiochenſes edebantur Ludi Olympiaci, & Alytarchæ qui iis præſidebat, & ſacerdotium, a Piſæis ad eos transferebantur; iidemque illi Ludi Olympiaci fuere, qui ab omnibus Græcis tanto conventu quinto quoque anno cele-*

*celebrati erant.* Quod tum porro ex Joanne Antiocheno, inedito adhucdum, aſtruere nititur; ex eoque affirmat, *Imperante Commodo, populum Antiochenum de hac re* (tranſlatione ſcilicet Ludorum a Piſæis ad Antiochenſes) *ad eum Imperatorem retuliſſe; cujus decreto facta copia Ludos Olympiacos ab Olympia Antiochiam transferendi,* &c. *Sicque Alytarchiam, quæ prius Piſæorum fuerat deinde Antiochenſium fuiſse Sacerdotium. Quin & Diocletianum* (imo & ſequenti Olympiade quoque Maximianum) *factum ibi Alytarcham, ſeſe imperio abdicaſſe:* & cætera quæ ibi æque fabuloſe narrantur: ac de quibus meritò dicas,

*Pergula pictoris, veri nihil, omnia ficta.*

Neſcire, certe, aut diſſimulare videtur Doctiſſ. Prideaux Certamina Olympica & Athenis, & Alexandriæ, & Smyrnæ, & Megaris fuiſſe celebrata: ac de Ludis Olympicis Antiochenſibus nullam fieri alicubi mentionem, niſi apud hunc ineditum adhuc Joan. Antiochenum: præter quem nemo quoque ſciviſſe videtur, imperante Commodo iſta Certamina ac Ludos, cunctaque illa quæ ad ipſa pertinebant, a Piſæis ad Antiochenſes, ſive Antiochiam, fuiſſe tranſlata. At conceſſo Antiochiæ Ludos publicos ac Certamina unquam fuiſſe celebrata, unde docebit illa a Piſis illuc fuiſſe tranſlata; imo & *Alytarchiam,* quam pro ſummo regimine circa Certamina Olympica, atque inde apud Antiochenſes nobis venditare conatur? aut quomodo nobis oſtendet *Hellanodicarum* præſidem *Alytarcham* nomine ac munere fuiſſe? Dicat forſan, quiſquis hujus ſententiæ patronus fuerit, apud Lucianum, in Hermotimo) *Alytarcham* ante *Hellanodicas* nominari. Sed non ibi nominatur ut primus Hellanodica; verum exſerte ab *Hellanodicis,* qui & ſuum præſidem habebant (ſeniorem ſcilicet, uti ſupra oſtenſum eſt) diſtinguitur. Nec veſtimenta

ta conveniunt: ut quæ in *Agonothetis* & *Hellanodicis* purpurea, in his *Alytarchis* ab Joanne Antiocheno confiſtis ſtola candida eſſent.

Præterea confinguntur hîc duo Aſſeſſores, quorum unus fuerit γραμματεὺς alter ἀμφιθαλής, qui Deorum habitu veſtiti procedebant; ſicut & ipſe *Alytarches*; qui per eos dies quibus habitum *Alytarchæ* geſtabat, colebatur & adorabatur (ſicut Antiochenus perhibet) ut ipſe Jupiter.

Quibus accedat, quod (ſecundum hunc J. Antiochenum) Diocletianus iſtud munus ac veſtitum, ſic deſcriptum, ſimul depoſito Imperio, acceperit, ut quoque Maximianus ſequenti pòſt Olympiade, adeoque illi *Alytarchæ* Antiochenſes fuerint. cum clare conſtet, illos unà eodemque tempore Imperium depoſuiſſe, Diocletianum Nicomediæ, Maximianum Mediolani: iſtumque Salonam (in patriam) seceſſiſſe, atque ibi per reliquum vitæ decennium, non Antiochiæ, vixiſſe; Maximianumque seceſſiſſe in Lucaniam; unde rurſus ſummo Imperio inhiaverit.

Dum talia conſidero, non poſſum non ſimul ridere Lucumonas iſtos, cæteràque, quæ Ingerhamus, in Antiquitatibus ſuis Etruſcis ridicule ſatis confiſtis, (ut per iſtas Tranſalpinis ſcilicet hominibus imponeret) magna cum pompa atque ambitu producit: dum Inſcriptiones ſuas ex iſtis, quæ apud Gruterum pag. 142 habentur, effingit.

Quod igitur ad verum ἀλυτάρχην attinet, origo nominis ipſi ab ἀλύταις venit: atque hinc Etymologicum magnum: Ἀλυτάρχης ὁ τῆς ἐν τῷ Ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι εὐκοσμίας ἄρχων. Ἠλεῖοι γὰρ τοὺς ῥαβδοφόρους ἢ μαστιγοφόρους παρὰ τοῖς ἄλλοις καλουμένους, ἀλύτας καλοῦσι. καὶ τὸν τούτων ἄρχοντα ἀλυτάρχην. *Alytarcha erat ille, qui in Certamine Olympico decentiæ ac modeſtiæ moderabatur. Elei enim iſtos, qui Rabdophori & Maſtigophori apud alios nominantur, Alytas vocant, & ipſorum præſidem Alytarcham.*

Ex hoc ergo (tum & ex Cujacii lib. II. c. 13.) Petrus Faber quidem pene conſenſum præbet iſti originationi, ac muneri huic attributo: Attamen vocabulum iſtud deducere mavult ἀπὸ τοῦ ἀλύειν *lætari*; quod illud ſit ἐπαίρεσθαι *exultare*, *geſtire*, ac *diſſolvi præ gaudio*, &c. vel etiam ἀπὸ τῆς ἄλης, ſive a *Sordibus* quæ ſtrigili abraduntur ab unctorum *Athletarum* corporibus, in Gymnaſiis. Quod ſi verum eſſet, immane quantum diſtarent hi ab illis *Alytarchis*, quos doctiſſimus commentator ad marmora Oxonienſia Antiochiæ, uti Piſis (ſive apud Eleos) obtinuiſſe ſibi perſuaderi ſinit.

Phavorini, ac Cujacii, ex Etymologico, opinionem amplectitur (ad Inſcriptionem ſtatim adducendam) eruditiſſimus T. Reineſius. Cui certe aſtipulandum puto. Quamvis minime credam, cum ipſo, per iſtum *Moderatorem*, ſeu *Deſignatorem* (ſicut ibi non male Cruſerius vertit) intelligi a Plutarcho ἀλυτάρχην. Hiſtoriola illa ad quam Reineſius reſpicit, habetur in Vita Pompeii, ac ſane digna eſt ut hic integra afferatur; quod ſatis jucunda ſit. Illa autem ita habet: Ὁ δὲ μέγιστον δυνάμενος παρ' αὐτῷ, Δημήτριος ἦν, ἀπελεύθερος, οὐκ ἄφρων εἰς τ' ἄλλα νεανίας, ἄγαν δὲ τύχῃ χρώμενος. περὶ οὗ καὶ τοιοῦτόν τι λέγεται. Κάτων ὁ φιλόσοφος, ἔτι μὲν ὢν νέος, ἤδη δὲ μεγάλην ἔχων δόξαν καὶ μέγα φρονῶν, ἀνέβαινεν εἰς Ἀντιόχειαν, οὐκ ὄντος αὐτόθι Πομπηΐου, βουλόμενος ἱστορῆσαι τὴν πόλιν. αὐτὸς μὲν οὖν, ὥσπερ ἀεὶ, πεζὸς ἐβάδιζεν, οἱ δὲ φίλοι συνώδευον ἵπποις χρώμενοι. κατιδὼν δὲ πρὸ τῆς πύλης ὄχλον ἀνδρῶν ἐν ἐσθῆσι λευκαῖς, καὶ παρὰ τὴν ὁδὸν ἔνθεν μὲν ἐφήβους, ἔνθεν δὲ τοὺς παῖδας διακεκριμένους, ἐδυσχέραινεν, οἰόμενος εἰς τιμήν τινα καὶ θεραπείαν ἑαυτοῦ μηδὲν δεομένου, ταῦτα γενέσθαι. τοὺς μέντοι φίλους ἐκέλευσε καταβῆναι καὶ προϊέναι μετ' αὐτοῦ γενόμενος δὲ πλησίον ὁ πάντα διακοσμῶν ἐκεῖνα καὶ καθιστὰς, ἔχων στέφανον καὶ ῥάβδον, ἀπήντησε, πυνθανόμενος παρ' αὐτῶν ποῦ Δημήτριον ἀπολελοίπασι, καὶ πότε ἀφίξεται. τοὺς μὲν οὖν φίλους τοῦ Κάτωνος γέλως ἔλαβεν· ὁ δὲ Κάτων εἰπὼν, Ὦ τῆς ἀθλίας πόλεως, παρῆλθεν οὐδὲν ἕτερον ἀποκρινάμενος.

Plu-

*Plurimum apud eum* [Pompejum] *libertus poterat Demetrius, non inſipiens cætera juvenis, ſed inſolenter fortuna utens. de quo hoc refertur: Cato philoſophus, juvenis tum quidem, ſed magnæ jam opinionis & animi, Antiochiam abſente Pompejo ad viſendam perrexit urbem. Iter perpetuo faciebat more ſuo pedibus: amici, qui comitabantur eum, vectabantur equis. Hic contemplatus pro porta virorum turbam in veſtibus candidis, atque ex uno latere viæ ADULTOS, ex altero PUEROS diſcretos, ſtomachatus eſt, ratus honoris ſui & officii cauſâ hæc, quæ non morabatur, facta: amicos tamen ad pedes digredi & ſecum juſſit incedere. Quum prope veniſſent, occurrit iis CVM CORONA ET VIRGA Deſignator, qui omnia illa componebat, quærens de ipſis ubi Demetrium reliquiſſent, & quando eſſet adfuturus. Ibi Catonis amicis in riſum effuſis, Cato ait, O miſeram civitatem! neque alio dato reſponſo præteriit.*

Hic ſane *Deſignator*, aut *pædotriba* tantum fuit, aut ad ſummum *Gymnaſiarcha*. Ac ſiquidem fuiſſet ἀλυτάρχης; non talis, certe, qualem nobis Joannes Antiochenus ille depingit, ſeu potius confingit.

Inſcriptio autem illa, cujus modò mentionem feci, eſt hæc ſequens, cum apud Reineſium, tum inter Oxonienſia marmora, numero XLVI, reperiunda.

ΣΙΑΝΩ.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . ΣΙΑΝΩ . ΥΜΝΩΔ. . . . . .

ΑΔΡΙΑΝΟΥ . ΚΑΙ . ΥΜΝ. . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

ΕΚ ΠΡΟΓΟΝΟΝ lege ΩΝ

ΤΙΟΣ . Γ . ΚΛ. . . :

ΠΟΜΠΗΙΟΥ

ΒΟΥΛΕΥΤΟΥ

ΠΡΥΤΑΝΕΩΣ

ΕΓΓΟΝΟΥ

Γ . ΚΛ . ΟΥΑΛΕΡΙΟΥ

ΛΙΚΙΝΝΙΑΝΟΥ

ΙΕΡΕΩΣ

ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ

ΚΑΙ ΑΛΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΙΣΑΙΩΝ

ΤΟΙΣ ΓΝΗΣΙΟΙΣ

ΣΥΝΥΜΝΩΔΟΙΣ

ΘΕΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ

ΤΟΝ ΒΩΜΟΝ

: . . ΡΩΝ

. . . ΑΤΩ . . .

. . . . . . . . .

Fuit

Fuit igitur Ἀλυτάρχης, quantumvis etiam Sacerdos, non tamen ex numero τῶν Ἑλλανοδικῶν aut Ἀγωνοθετῶν vel Ἀθλοθετῶν (Qui extra Piſam quoque aut plures, aut pauciores ſimul numero erant; forſan & alicubi unici numero;) ſed inferioris gradus ac dignitatis præ illis, aliquis miniſter; qualiſque nobis ab Etymologici auctore deſcriptus eſt.

De *Hellanodicis* autem, ratione appellationis, & hoc addendum eſt; eos etiam habuiſſe præſidem ſuum, ſeniorem, videlicet inter ipſos. Quod hoc modo ex Philoſtrato liquere videtur (Lib 6. cap. 5.) Ἐνταῦθα, ἔφη, ὁ Θεσπεσίων πρεσβύτατος ἦν τῶν γυμνῶν, καὶ ἡγεῖτο μὲν αὐτοῖς πᾶσιν. οἱ δὲ, ὥσπερ Ἑλλανοδίκαι τῷ πρεσβυτάτῳ, εἵποντο κόσμῳ ἅμα καὶ σχολαίῳ βαδίσματι. Quæ vellem ita vertiſſe Morellium, Græcæ linguæ aliàs doctiſſimum, *Iſtic, inquit, Theſpeſion inter Gymnoſophiſtas, maximus honore ac dignitate* [ita enim Heſychius, πρεσβυτάτῃ, ἐντιμοτάτῃ] *& ipſis ut dux præerat. Illi autem, ut Hellanodicæ, ſeniorem ſuum ac ducem, ſeu caput, lento ac compoſito gradu ſequebantur.*

Hos autem appellatos quoque fuiſſe Ἑλλαδάρχας, non obſcure mihi patere videtur ex ſequenti hac inſcriptione; quæ apud Gruterum pag. 489. nº. . . reperitur:

| | |
|---|---|
| O T Π T O N | Φ T A H Γ |
| AIAION IION | MHNOPIZ |
| H E I A N O N | E I T Ω N |
| E Λ Λ Α Δ Α Ρ Χ η. | |
| C A N T A Φ | |

Alias extra Elidem communi nomine (niſi quod Delphis

Amphictyones vocarentur; quod ipſorum quoque hoc munus eſſet) appellabantur Ἀγωνοθέται cæteriſve iſtis nominibus quæ jam ſupra, cum de illis loqui inciperem, attuli.

Neque ſimpliciter ſemper Ἀγωνοθέται vocabantur, verum aut hujus iſtiuſve, horum iſtorum vel Certaminum, vel Deorum, in quorum honorem iſta Certamina, vel Ἀγῶνες, celebrabantur. Sic enim apud Smyrnenſes (ut in Oxonienſi marmore pag. 94. videmus) *Claudius Baſſus Agonothetes Dearum Nemeſeon* appellatur: quum iſtarum Dearum (quæ apud Smyrnenſes hos maximo in honore erant) Certamina Sacra celebrarentur.

Sic quoque de Cæſaribus in Deorum aut Heroum numerum relatis, (niſi id in Neocoriis celebrandis fieret) id videmus apud Sponium Tom. 2. pag. 411. Itinerarii, in marmore, prout, (pro parte ſaltem) ab ipſo optime emendatur:

ΚΗΡΥΚΕΥΣΑΝΤΑ . ΚΑΙ
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ . ΔΙΣ
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ . ΤΩΝ
ΜΕΓΑΛΩΝ . ΚΑΙΣΑΡΩΝ . ΣΕΒΑΣ
ΤΩΝ . ΚΑΙ . ΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΑ
ΕΠΙ . ΤΟΥΣ . ΟΠΛΕΙΤΑΣ . ΔΙΣ
. . . . . . . . ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝ

Ubi illud ΔΙΣ, in ſecunda linea, ad ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ *Palæſtrarum* referendum eſt: ſicut contra iſtud ΑΓΩΝΟΘΕΤ. ΤΩΝ ΜΕΓ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ ad *Certamina* in honorem Auguſtorum, vivorum tamen potius, quam jam mortuorum (cum nempe ipſorum *Neocoriæ* celebrarentur) reſpiciat. Quandoquidem alias *Agonothetæ communium* quandoque hujus illiuſve regionis *Ludorum* eſſent; uti ex marmore, ſequenti jam pagina, adducendo liquet: ubi in illis, ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΤΩΝ ΓΑΛΑΤΩΝ ſubintelligendum eſt, ΑΓΩΝΟΣ. Qui ἀγὼν ibi quoque diſtinguitur a *Sacris certaminibus* τῶν μεγάλων Ἀσκληπιείων, Ἰσθμίων, Πυθίων, &c.

Illud

Illud autem *Agonothetæ* munus, æque ac *Gymnaſiarchæ*, (de quo etiam ſtatim agam) non perpetuum, ſive ad vitam, erat: ſed ſemel, bis terve, ac proculdubio quandoque pluries, adeoque diverſis admodum ſæpe temporibus, ab hominibus ad id electis adminiſtrabatur; ſive id per pentaëteridas, ſive aliter fieret.

Hoc namque patet ex marmore, ſuperiori quidem parte mutilo, apud eundem Gruterum pag. 499. reperiundo:

COHORTI BREVC . . . .
TRIB . MIL . PROC
DIVI TITI ALEXAN
DRIAE AGONOTHE
TAE CERTAMINIS
PENTAETERICI . BIS
EX . TESTAMENTO
DOMESTICI . LIB
HEREDES
C . CECILIVS . FRONTO
M . FLAVIVS . VERANVS

Sicut & ex inſcriptione, quam quoque jam ſuprà, tantam, quanta ſupereſt, exhibui:

:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-: ΑΓΩ
ΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ ΔΙΣ ΤΟΥΤΕ
ΚΟΙΝΟΥ. ΤΩΝ ΓΑΛΑΤΩΝ Κ.
ΔΙΣ ΤΩΝ ΙΕΡΩΝ ΑΓΩΝΩΝ
ΤΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ ΑΣΚΛΕΠΙ
ΤΙΩΝ. ΙΣΘ. ΠΥΘΙΩΝ, &c.

Ex qua poſteriori inſcriptione ſimul videmus, unum eundemque hominem, non tantum diverſis temporibus, unico ejuſmodi certamini præfuiſſe, verum &, proculdubio diverſis temporibus, diverſis ſic Certaminibus præſediſſe.

At minime prætereunda illa inſcriptio, quæ, quamvis dimidiâ fere parte mutilata, nobis indicare videtur, ipſum Cæſarem Titum Veſpaſianum ita etiam tertium iſto *Agonothetæ* munere perfunctum fuiſſe. Extat autem illa inter Gruterianas pag. 173. n°. 8. hoc modo:

ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣΑ-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:-:<br>
:-:-:-:-:-:-ΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ . ΣΕΒΑΣΤΟΣ<br>
:-:-:-:-:-:-ΙΚΗΣ . ΕΣΟΥΣΙΑΣ ΤΟ . Ι.<br>
:-:-:-:ΟΣ . ΥΠΑΤΟΣ . ΤΟ . Η . ΤΕΙΜΗΤΗΣ<br>
:-:-:-ΟΘΕΤΗΣ . ΤΟ . Γ . ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΣ<br>
:-:-:-:-:-:ΥΠΕΣΟΝΤΑ . ΑΠΟΚΑΤΕΣΤΗΣΕΝ<br>
-:-:-:-:N . F . VESPASIANVS . AVG<br>
:-:-:-COS . VIII . CENSOR . P . P<br>
:-:-:-TIBVS . CONLAPSA . RESTITVIT

Hic initio lineæ quintæ ſupplendum eſſe Ἀγωνοθέτης cum inde liquet quod *Agonothetæ* & *Gymnaſiarchæ* munera pluries in uno eodemque homine concurrant; tum quod & de aliis Cæſaribus conſtet, illos cum *Agonothetæ* munere, *Agoniſtarchæ* ſaltem, Certaminibus ac Ludis præſediſſe.

Hinc enim Suetonius de Domitiano: *In ſtadio vero curſu etiam virginum certamini præſedit crepidatus purpureaque amictus toga Græcanicâ, capite geſtans coronam auream cum effigie Jovis ac Junonis, Minervæque: aſſidentibus*

*Diali*

*Diali ſacerdote, & collegio Flavialium pari habitu; niſi quod illorum coronis inerat & ipſius imago.*

Hinc quoque Spartianus de Hadriano Cæſare: *Multa in Athenienſes contulit, & pro Agonotheta reſedit*, pro *præſedit*, ut optime animadvertit, qui fere omnia optime, Cauſaubonus.

Denique (ne plura congeram) Dio de eodem: τὰ Διονύσια, τὴν μεγίστην παρ' αὐτοῖς ἀρχὴν ἄρξας, ἐν τῇ ἐσθῆτι τῇ ἐπιχωρίῳ λαμπρῶς ἐπετέλεσε. τόν τε σηκὸν τὸν ἑαυτοῦ τὸ Πανελλήνιον, οἰκοδομήσασθαι τοῖς Ἕλλησιν ἐπέτρεψε, καὶ ἀγῶνα κατεστήσατο, &c. *Dionyſia, defunctus maximo apud eos magiſtratu* [*Archontis* ſcilicet munere] *& uſitatâ illi regioni veſte indutus; magnifice celebravit; ac Templum Panhelenium* (quaſi dicas omnibus Græcis commune) *vocatum, Græcis, ut ædificarent permiſit; & certamen inſtituit.*

Ad quem Agona ſeu certamen proculdubio reſpicit Ælius Spartianus; dum de hoc Hadriano: *In Hetruria præturam imperator egit. Per Latina oppida dictator & ædilis, & duumvir fuit apud Neapolim Demarchus, in patriâ ſua Quinquennalis: & item Adriæ quinquennalis quaſi in alia patria &* [*NB*] *Athenis Archon fuit. In omnibus pene urbibus & aliquid ædificavit, & ludos edidit.*

Notabiles quoque ſunt hæ ſequentes inſcriptiones; ob illa quæ ipſis ſubjungenda duxi. prima itaque ipſarum extat (atque olim apud Mitelenos poſita fuit.) Gruteri Theſauri pag. 1091. n°. 4. hoc modo:

ΑΓΑΘΗΙ . ΤΥΧΗΙ
Α . ΒΟΛΛΑ . ΚΑΙ . Ο . ΔΑΜΟΣ
ΕΤΕΙΜΑΣΣΑΝ . ΑΥΡ
ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΝ : Β . ΤΟΥ
ΤΩ . ΥΜΕΝΑΙΩ . ΒΟΛΛΕΥ
ΤΑΝ . ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ
ΚΑΙ . ΠΑΝΗΓΥΡΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ
ΕΝΔΟΞΩΣ . ΚΑΙ . ΦΙΛ
ΟΤΕΙΜΩΣ

Secunda vero non magis prætereunda, apud Sponium Tom. 2. pag. 414. ipſius Itinerarii:

ΚΑΤΑ . ΤΟ . ΕΠΕΡΟΤΗΜΑ . ΤΗΣ . ΕΞ
ΑΡΕΟΠΑΓΟΥ . ΒΟΥΛΗΣ . ΚΑΙ . ΤΗΣ
ΒΟΥΛΗΣ . . . . : . . .
ΤΟΥ . ΔΗΜΟΥ . ΤΩΝ . ΑΘΗΝΑΙΩΝ
ΤΟΝ . ΑΡΞΑΝΤΑ . ΤΗΝ . ΤΟΥ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ . ΕΝ . ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙΣ
ΑΡΧΗΝ . ΚΑΙ . ΑΡΞΑΝΤΑ . ΤΗΝ
ΕΠΩΝΥΜΟΝ . ΑΡΧΗΝ ΚΑΙ . ΠΑ
ΝΗΓΥΡΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ . ΚΑΙ . ΑΓΩ
ΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ . ΤΩΝ . ΜΕΓΑ
ΛΩΝ . ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΩΝ . ΟΙΚΟ
ΘΕΝ . ΙΕΡΕΑ . ΠΑΝΑΓΗ . Π . ΕΡΕΝ
ΔΕΞΙΠΠΟΝ . ΠΤΟΛΟΜΑΙΟΥ . ΕΡ
ΜΕΙΟΝ . ΤΟΝ . ΡΗΤΟΡΑ . ΚΑΙ
ΣΥΝΓΡΑΦΕΑ . ΑΡΕΤΗΣ . ΕΝΕΚΑ
ΟΙ . ΠΑΙΔΕΣ

Qui

Qui παῖδες, per quos hoc monumentum fuit dedicatum, adhuc infra locum reperient.

---

## CAPUT II.

*Pergitur ad* Panegyriarchas; *& iſta occaſione paucis agitur de* Agoniſtarcha Commodiano, *uti &* Agonarchis; *atque in quibus illi differrent ab* Agonothetis. *Adrianum Cæſarem Athenis non* Agonothetam *ſed* Agonarcham, *ſeu* Panegyriarcham, *fuiſſe; ſicut antiquis temporibus Achilles inter Græcos, Æneas inter Trojanos fuerant. Ridicula quædam de Nerone. De* Panegyriarcha *in nummis (non* panegyriſta *aut* panegyri) *expreſſo. Hinc, data occaſione, de* Theſmothetis *eorumque munere: poſt quos, de* Agonothetis *(ſeu potius ἀγωνοθέτισι) fœminis, puellarumque ac fœminarum, cum in Olympiis, tum apud Laconas, & alibi, certaminibus ſuper* pulchritudine, curſu, pancratio, *&c. De nominibus* Agonotheta, Sophiſta, *&c. quæ in nummis exprimuntur. Hinc denique de* Pæanibus, Pæaniſtis, Ὑμνῳδοῖς, *ſive* Hymnologis, *&c.*

QUod autem in ambabus hiſce inſcriptionibus plane eodem modo occurrit, quatenus per voculam ΚΑΙ iſta duo munera ab invicem diſtinguuntur, eſt illud ΠΑΝΗΓΥΡΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ ΚΑΙ ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ. Nam quod in illa *Mitilenorum*, *Agonothetes* ante *Gymnaſiarcham* ponatur, id nihil hic pro dignitate majori *Agonothetæ* facit: ac ſolummodo indicare videtur, iſtum *Aurelium Artemidorum* non tantum *Agonothetam*, verum & *Panegyriarcham* fuiſſe: qui & alio nomine, ut puto, *Agoniſtarcha* vocabatur; qualis in

in hac ſequenti inſcriptione, (quam a Mercuriali Gruterus, Mercurialis vero a Ligorio habet) exhibetur:

APOLLINI INVICTO
SACRVM
M. AVRELIVS. M. AVG
LIB. APOLLONIVS
AGONISTARCHA. COM
MODIANVS

Unde bene, meo judicio, Mercurialis ait: *Agoniſtarcham vero eum fuiſſe puto, qui certaminum publicorum præfectus eſt:* minus bene vero, quæ de Palæſtræ cura ipſi commiſſa addit. Illud namque COMMODIANVS additum, crediderim eò reſpicere, quod *vice Commodi* Ludis ac Certaminibus præſederit.

Tales autem ſubſtitutos aliquando fuiſſe (ſicut id de Tiberio Druſum ſubſtituente Tacitus notat) clare videmus in C. Auguſto; de quo Suetonius, cap. 45. ejus vitæ: *Spectaculo plurimas horas, aliquando totos dies aberat: petita venia, commendatiſque qui ſuam vicem præſedendo fungerentur. Verum quoties adeſſet*, &c. Neque ipſe Commodus ſemper adfuiſſe Certaminibus videtur; quod Dio narret, (ubi lib. LXXII. de Cleandri morte loquitur) multitudinem puerorum, cum Circenſes fierent, in Circum irruiſſe, dum ipſe Commodus verſaretur in ſuburbio Quintilii, atque adeo nec Circenſibus præſideret, neque ipſe quidem præſens adeſſet. An autem iſto eodem tempore hic idem Apollonius ipſius *VICE Agoniſtarcha* fuerit, fateor, non liquet. interim videmus exinde quoque non obſcure, *Agoniſtarchas* ſeu mavis *Panegyriarchas*, *vice Cæſaris* Ludis præſediſſe; hincque Apol-

Apollonium dictum *Commodianum*, ac forſan ab ipſo Commodo hoc nomen ei impoſitum fuiſſe: quum ille ſic & *Romam COMMODIANAM*, & caſtra *COMMODIANA* vocaverit; *SENATVIQVE COMMODIANO ſalutem*, (γερουσίᾳ Κομμοδιανῇ εὐτυχεῖν, χαίρειν, &c. *ſcripſerit*; quin & ridicule ſemetipſum *Commodianum* appellaverit; eadem plane inſania, qua Cajus Caligula καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ ἱερᾶτο, καὶ τὸν ἵππον συνιερέα ἀπέφαινε, *ipſe ſibi ſacerdos fuit equumque ſuum collegam ſacerdotii adſcivit*.

Verum (ut rurſus ad *Panegyriarchas* accedamus) quod Adrianus Cæſar Athenis pro *Agonotheta præſediſſe* a Spartiano dicatur, puto inde accidiſſe, quod ille Agonothetæ nòmine ibi abuſive utatur pro *Agoniſtarchæ*, ſeu *Panegyriarchæ*; quo modo etiam iſte Adrianus, ut Dionis verbis utar, τὰ Διονύσια τὴν μεγίστην παρ' αὐτοῖς ἀρχὴν ἄρξας [ἄρχοντος nimirum ἐπωνύμου, cujus munus erat, atque officium, teſte Polluce, *Dionyſiis præſidere*] ἐν τῇ ἐσθῆτι τῇ ἐπιχωρίῳ λαμπρῶς ἐπετέλησε. *Dionyſia, dum apud eos* [Athenienſes] *maximo magiſtratu* (qui eſt *Primi Archontis*) *fungebatur, ac quidem in veſte illi regioni* (circa talia) *uſitata, celebravit*.

Non igitur illic proprie pro *Agonotheta*, ſed pro *Panegyriarcha*, præſedit; quum præterea *Agonothetas* Athenis decem ſimul numero fuiſſe, Pollux lib. VIII. cap. 9. ſic clare teſtetur: Ἀθλοθέται δέκα μέν εἰσιν, εἷς κατὰ φυλήν. δοκιμασθέντες δὲ ἄρχουσι τέσσαρα ἔτη, ἐπὶ τῷ διαθεῖναι τὰ Παναθήναια, τόν τε μουσικὸν, καὶ τὸν γυμνικὸν, καὶ τὴν ἱπποδρομίαν. *Athlothetæ quidem decem numero ſunt, unusquiſque ſecundum tribum. probati vero imperant quatuor annos ad ordinanda Panathenæa, muſicum, & gymnicum, & equeſtre certamen.*

Quod autem Pollux voce *Athlothetæ*, non *Agonothetæ* utatur, eſt quod ambæ hæ voces unum idemque munus denotent; neque aliter a ſe differant, quam quod, ſi curatius eas diſtinguere velis, *Athlotheta* magis ad Hymnicos ago-

nes, *Agonotheta* magis ad Muſicos ſpectet. Hinc enim Heſychius: Ἀγωνοθέτης. ἀρχῆς ὄνομα Ἀθήνησι, ὡς ἢ Νίκανδρος, ἀθλοθέτης ὁ τὰ μόνα γυμνικὰ, ἀγωνοθέτης ἢ ὁ τὰ μουσικὰ ἀκροάματα διατιθέμενος. An autem *Munerarius* (qua voce primus Auguſtus uſus eſt, magis *Agonothetam*, quam *Agoniſtarcham* deſignet (quamvis Gloſſæ veteres, hincque & J. Lipſius, id *Agonotheta*, ſive ἀγωνοθέτης, reddant) ac per *munerum editores* etiam *Agonothetæ* proprie dicti deſignentur, id eruditorum judicio ſubmitto. Quamvis minime negare velim hæc munera aliter apud Romanos, quam apud Græcos conſtituta fuiſſe, hincque & eadem nomina non ſemper, uno eodemque ſenſu veniſſe, (ſed & quandoque confuſa fuiſſe) ſicut exemplo *Gymnaſii* Græcorum, ac *Xyſti* Latinorum, adhuc infra oſtendere conabor.

Non magis, igitur, ibi in Dionyſiis Adrianus Cæſar fuit *Agonotheta*, quam in certamine, occaſione dedicationis Templi Panhelenii per ipſum inſtituto: de quo idem Dio, ſic ſtatim poſt illa jam allata verba: Τόν τε σηκὸν τὸν ἑαυτοῦ, τὸ Πανελλήνιον ὀνομασμένον οἰκοδομήσασθαι τοῖς Ἕλλησιν ἐπέτρεψε, καὶ ἀγῶνα ἐπ' αὐτῷ κατεστήσατο. *Templum ſuum, quod Panhellenium* [velut Græcis omnibus commune] *vocant, ut ædificarent permiſit: propter quod & inſtituit certamina.* quibus tamen an ipſe præſederit incertum eſt.

An vero ἀγωνάρχαι, de quibus, apud Sophoclem, Ajax, jam moriturus, loquitur, ἀγωνοθέται ſimpliciter, an contrà πανηγυριάρχαι intelligendi ſint, dubitari merito queat, quod is ita loquatur:

> Καὶ τἀμὰ τεύχη μήτ' Ἀγωνάρχαι τινὲς
> Θήσουσ' Ἀχαιοῖς. *Neque ulli Agonarchæ arma*
> *mea certaminis præmium ponent Achivis.*

Hîc nempe plures numero ſimul videntur indicari. Unde & apud Ovidium, ſuper armis Achillis (ad quæ hîc clare reſpicere videtur Ajax, eſt illud, *Conſedere duces.* etiamſi Duces Græ-

Græcorum (ſi in fabulis veritatem nos invenire poſſe putamus) hic, invidiæ amoliendæ cauſa, judices eſſe noluerint; ſed judicium iſtud ad captivos, ex urbe jam devicta, Trojanos tranſtulerint. Sic namque Neſtor, apud Quint. Smyrnæum Calabrum, ſuadet; ac poſt rationes iſtius conſilii addit:

Τοὔνεκα Τρωσὶν ἐφείωμεν εὔφροσι τήνδε δικάσσαι
Ἀντιθέῳ τ' Αἴαντι, φιλοπτολέμῳ τ' Ὀδυσῆι.

*Idcirco prudentibus Trojanis negotium permittamus*
*diſceptandi hanc litem*
*Inter Dîs comparandum Ajacem, & belli amantem*
*Ulyſſem.*

Atque hinc. . . . Οἱ δ' ἕνα θυμὸν ἐνὶ στέρνοισιν ἔχοντες
Ἀμφαδὸν ἠνήναντο δικασπολίην ἐρατεινήν.
Τῶν δ' ἄρ ἀναινομένων Τρώων ἐρικυδέες υἷες
Ἕζοντ' ἐν μεσσοῖσι, δορυκτητοί περ ἐόντες,
Ὄφρα θέμιν, κατὰ νεῖκος Ἀρήϊον, ἰθύνωσιν.

. . . *hi Græci igitur unam ſententiam in animis*
*habentes*
*Publice hujus controverſiæ dijudicationem detrectabant*
*Quibus recuſantibus, præclari Troum nati*
*Quamvis bello capti, in medio conſederunt,*
*Ut jus in (hac) controverſia militari recte admini-*
*ſtrarent.*

Verum, ut hæc adhuc rudiori, perantiquo ſaltem, ævo accidiſſe narrantur, quo circa ludos ac Certamina ea nondum conſtituta videntur, quæ poſteris temporibus; hinc argumenta minus deſumi poſſunt: tum quod hîc nulli ludi, ſed lis ac conteſtatio obtinuerint: quum aliàs ad Certamina, quæ Lu-

 dorum

dorum nomine recte veniebant pro *Panegyriarchis*, adeoque & pro *ſupremis Athlothetis*, ipſi Heroës ac principes, (ſicut inter Græcos Achilles, inter Trojanos Æneas) præſiderent. Hinc namque Homerus, in Patrocli funere,

. . . . . . . . . . . . . . . . . Αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
Αὐτοῦ λαὸν ἔρυκε, καὶ ἵζανεν εὐρὺν ἀγῶνα
Νηῶν δ' ἔκφερ' ἄεθλα, λέβητάς τε, τρίποδάς τε,
Ἵππους θ', ἡμιόνους τε, βοῶν τ' ἴφθιμα κάρηνα
Ἠδὲ γυναῖκας ἐυζώνους, πολιόν τε σίδηρον·
Ἱππεῦσιν μὲν πρῶτα ποδώκεσιν ἀγλά' ἄεθλα
Θῆκε, γυναῖκα ἄγεσθαι ἀμύμονα ἔργ' εἰδυῖαν,
Καὶ τρίποδ' ὠτώεντα δύω καὶ εἰκοσίμετρον
Τῷ πρώτῳ· αὐτὰρ αὖ τῷ δευτέρῳ ἵππον ἔθηκεν
Ἑξέτε' ἀδμήτην, βρέφος ἡμίονον κυέουσαν·
Αὐτὰρ τῷ τριτάτῳ ἄπυρον κατέθηκε λέβητα,
Καλόν, τέσσαρα μέτρα κεχανδότα, λευκὸν ἔτ' αὔτως·
Τῷ δὲ τετάρτῳ θῆκε δύο χρυσοῖο τάλαντα·
Πέμπτῳ δ' ἀμφίθετον φιάλην ἀπύρωτον ἔθηκε.

*. . . . . . . . . . . . . . . . . At Achilles*
*Ibi populum detinuit, & ſedere fecit ad latum certaminis locum:*
*E navibus autem proferebat præmia lebeteſque tripodaſque,*
*Equoſque, muloſque, boumque fortia capita*
*Et fœminas benè cinctas, candenſque ferrum.*
*Equitibus quidem primùm velocibus præclara præmia*
*Poſuit, mulierem ut ducerent inculpatam, opera doctam,*
*Primo: at ſecundo equam poſuit*
*Sexennem indomitam, fœtum mulum utero geſtantem:*
*At tertio igni non admotum depoſuit lebetem*
*Pulchrum, quatuor menſuras capientem, album etiamnum:*
*At.*

*At quarto poſuit duo auri talenta:*
*Quinto autem utrinque ſedem habentem phialam novam poſuit.*

Virgilius vero de Ænea, quem ita loquentem inducit:

*Prima citæ Teucris ponam certamina Claſſis,*
*Quique pedum Curſu valet, & qui Viribus audax,*
*Aut Jaculo incedit melior, levibuſque Sagittis,*
*Seu crudo fidit pugnam committere Cæſtu:*
*Cuncti adſint, meritæque exſpectent præmia palmæ.*

Hîc igitur ille *Panegyriarcha*, ac Ludorum ſeu Certaminum præſes; poſt vero *Athlotheta* (quod tamen duplici ſenſu venit; quum ad certamina, & etiam ad præmia ſpectare queat:) ubi, nempe,

*Munera principio ante oculos, circoque locantur*
*In medio: Sacri tripodes, virideſque coronæ,*
*Et palmæ pretium victoribus: armaque, & oſtro*
*Perfuſæ veſtes: argenti aurique talenta.*

At notandum quoque, non tam *Agonothetas*, quam *Panegyriarchas*, præter præmia etiam pœnas, non ſolis Athletis, verum & ipſis Spectatoribus, (in Panathenaicis ſaltem) poſuiſſe: quo *Agonarchæ* munus in ipſis clarius elucet. Oſtendunt hoc ſequentia Luciani, in Negrino, verba: Ἐμέμνητο πρός με φωνῆς τινος ἣν ἀκοῦσαι πάντων ἔφη κοινῇ προεμένων ἐν τῷ ἀγῶνι τῶν Παναθηναίων. ληφθέντα μὲν γάρ τινα τῶν πολιτῶν ἄγεσθαι παρὰ τὸν Ἀγωνοθέτην, ὅτι βαπτὸν ἔχων ἱμάτιον ἐθεώρει. τοὺς δὲ ἰδόντας ἐλεῆσαί τε, καὶ παραιτεῖσθαι· καὶ τοῦ κήρυκος ἀνειπόντος ὅτι παρὰ τὸν νόμον ἐποίησε, τοιαύτῃ ἐσθῆτι θεώμενος, ἀναβοῆσαι μιᾷ φωνῇ πάντας ὥσπερ ἐσκεμμένους, συγγνώμην ἀπονέμειν αὐτῷ ταῦτά γε ἀμπεχομένῳ. μὴ γὰρ ἔχειν αὐτὸν ἕτερα. *Memorabat mihi*

*vocem quandam, quam ajebat publice ab omnibus emiſſam audiviſſe ſe in Ludis Panathenaicis. Quendam ex civibus prehenſum, & ad LUDORUM PRÆSIDEM adductum fuiſſe, quod in veſte tincta ſpectaculo intereſſet. Cæteros autem qui hominem videbant miſertos illius, ac veniam precatos eſſe. Cumque Præco publicaret, eum contra leges feciſſe, quod tali cum veſte Ludos ſpectaret, omnes una voce, quaſi antea ſuper hoc deliberaſſent, exclamaſſe, ut venia daretur ſic induto: neque enim illum aliam veſtem habere.*

Hic autem vocem Ἀγωνοθέτης bene verti per *Ludorum Præſidem*, inde patet, quod, ut ſupra ex Polluce oſtenſum eſt, *Agonothetæ* decem numero Athenis (ſicut Olympiis decem *Hellanodicæ*) præſiderent: ut alias præterea rationes omittam.

Interim ex his verbis Luciani ſimul docemur, Spectatores candidis veſtibus amictos ad ſpectanda Certamina talia debuiſſe accedere: ut nimirum ſic ipſis veſtimentis publicam lætitiam teſtarentur.

Hæc itaque, aliaque plura ad *Panegyriarchas* pertinebant; qui cum *Agonothetæ* tantum illa videantur curaſſe, quæ ad ipſa certamina, adeoque ad Athletas illorumque artem & agoniſmata ſpectabant; ſicut & pœnis illos in ipſo certamine peccantibus per μαστιγοφόρους afficiciebant, ac contrà bene meritis præmia adjudicabant; *hi Panegyriarchæ* his Ludis ut ſummi præſides moderabantur: Sicut id jam vidimus in *Archonte* ἐπωνύμῳ Athenienſium; atque uti quoque idem videmus in *Rege Athenienſium*: de quo jam ſupra ex Polluce hæc adduxi, Ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν μυστηρίων προέστηκε μετὰ τῶν ἐπιμελητῶν, καὶ ληναίων, καὶ ἀγώνων τῶν ἐπὶ λαμπάδι. ac de *Polemarcho*, διατίθησι δὲ τὸν ἐπιτάφιον ἀγῶνα, &c. dum interim *Agonothetæ* victoriarum &c. judices ſederent: quamvis utrumque munus tam *Panegyriarchæ*, quam *Agonothetarum* ad Delphos in Pythiis *Amphictyones*, ad Olympiam in

in Olympicis *Hellanodicæ*, videantur impleſſe: niſi utrobique ipſorum præſes pro *Panegyriarcha* ſederit: quod mihi admodum veriſimile eſt.

Ad hujuſmodi autem *Panegyres* ſpectat illud decretum, quod a Demoſthene, pro Corona, hoc modo recitatur: Ἐπὶ Ἱερομνάμονος Βοσπορίχω; Δαμάγητος ἐν τῇ ἁλίᾳ [ſic enim hîc legi debet pro ἐυταλίᾳ] ἔλεξεν, ἐκ τᾶς βωλᾶς λαβὼν ῥήτραν· ἐπειδὴ ὁ δᾶμος ὁ Ἀθηναίων ἔν τε τοῖς προγενομένοις καιροῖς εὐνοέων διατελεῖ Βυζαντίοις, καὶ τοῖς συμμάχοις, καὶ τοῖς συγγενέσι Περινθίοις, καὶ πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας παρέσχηται ἔν τε τῷ παρεστηκότι καιρῷ, Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος ἐπιστρατεύσαντος ἐπὶ τὰν χώραν, καὶ τὰν πόλιν, ἐπὶ ἀναστάσει Βυζαντίων καὶ Περινθίων, καὶ τὰν χώραν δαΐοντος, καὶ δενδροκοπέοντος, βοηθήσας πλοίοισιν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι, καὶ σίτῳ, καὶ βέλεσι, καὶ ὁπλίταις ἐξείλετο ἅμε ἐκ τῶν μεγάλων κινδύνων, καὶ ἀποκατέστασε τὰν πάτριον πολιτείαν, καὶ τὼς νόμως, καὶ τὼς τάφως, δεδόχθω τῷ δάμῳ τῶν Βυζαντίων καὶ Περινθίων Ἀθηναίοις δόμεν ἐπιγαμίαν, πολιτείαν, ἔγκτασιν γᾶς [hæc alibi a me explicantur] καὶ οἰκείαν προεδρίαν ἐν τοῖς ἀγῶσι ποθ' ὅλον ποτὶ τὰν βωλὰν, καὶ τὸν δᾶμον, περὶ τοῖς πρᾶτα τὰ ἱερὰ, καὶ τοῖς κατοίκειν ἐθέλουσι τὰν πόλιν, ἀλειτουργήτοις ἦμεν πάσαν πρὸς τὰν λειτουργίαν, στᾶσαι δὲ εἰκόνας τρεῖς ἑκκαιδεκαπήχεις ἐν τῷ Βοσπορίχῳ [l. Βορίχῳ] στεφανούμενον τὸν δᾶμον τὸν Ἀθηναίων, ὑπὸ τῷ δάμῳ τῶν Βυζαντίων καὶ Περινθίων· ἀποστεῖλαι δὲ καὶ δωρεὰς ἐς τὰς ἐν τῇ Ἑλλάδι πανηγύριας, Ἴσθμια, καὶ Νέμεα, καὶ Ὀλύμπια, καὶ Πύθια, καὶ ἀνακαρύξαι τῷ στεφάνῳ, ᾧ ἐστεφάνωται ὁ δᾶμος ὁ Ἀθηναίων ὑφ' ἡμῶν, ὅπως ἐπιστέωνται οἱ Ἕλλανες πάντες, Ἀθηναίων ἀρετὰν, καὶ τὰν Βυζαντίων, καὶ Περινθίων εὐχαριστίαν. *Hieromnemone* (exiſtente) *Boſporicho, Damagetus IN CONCILIO verba fecit, (poteſtate dicendi ſibi facta a ſenatu:) quod populus Athenienſis cùm ſuperioribus temporibus perpetuam erga Byzantios, & ſocios cognatoſque Perinthios benevolentiam habuit, tum hoc tempore cùm Philippus Macedo bellum huic agro & huic urbi calamitoſum inferret, eo conſilio atque animo,*

*ut*

*ut Byzantios & Perinthios funditus deleret & everteret: cumque omnia partim incendio flammiſque vaſtaret, partim cæſis arboribus ferro popularetur, magno nobis uſui utilitatique fuit: auxilioque lato centum & viginti navibus, re frumentaria, armis, viris, magnis periculis nos liberavit, & antiquum nobis reipublicæ ſtatum, leges, ſepulcra majorum reſtituit: Populo Byzantio & Perinthio placere, jus matrimonii nobiſcum contrahendi, & civitatis ac reipublicæ noſtræ communionem, agrorum & fundorum emendorum ac poſſidendorum poteſtatem Athenienſibus concedi: in ludis ac certaminibus principem locum ac proprium, in Prytaneo, in curia, apud populum, apud eos qui ſacris præpoſiti ſunt tribui: tum ſi qui volent in urbe noſtra domicilium ſuarum fortunarum collocare, omnium rerum immunitatem dari: ſtatuas autem tres ſexdecim cubitorum in Boſporo poni, quæ ſignificent populum Athenienſem a populo Byzantio & Perinthio corona donari: mitti autem munera ac præmia ad celeberrimos totius Græciæ conventus, Iſthmica, Nemea, Olympia, Pythia: ibique prædicationem coronæ (qua corona populus Athenienſis a nobis donatus ſit) fieri, ut Athenienſium virtus, & Byzantiorum, Perinthiorumque gratus animus, Græcis omnibus perſpectus ſit & cognitus.*

Ut hujuſmodi πανηγύρεων præfecti ac moderatores nobis repræſentantur ab Homero & Virgilio, in Achille atque Ænea: ita id ſerioribus ævis locum habuiſſe videmus (ne plura exempla adducam) in Auguſto, atque in Hadriano, Cæſaribus: cum longe aliter *Nero*, cujus dicta ac facta quam plurima *non ſani eſſe hominis non ſanus juret Oreſtes* loco *Panegyriarchæ*, vel *Agonarchæ*, ipſe & Hiſtrio, & Citharœdus, & Aurigator, & neſcio quid non aliud fuerit: quin & perhibuerit ſe τ̃ μαστιγοφόρων flagella pertimiſcere. Sicut id ex Apollonii apud Philoſtratum (lib. V. cap. 2.) his verbis liquet:

liquet: Ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, ὡς μὲν ἐγώ, ἔφη, Τελεσίνου ἤκουον, δέδιεν ὁ χρηστὸς Νερῶν τὰς Ἠλείων μάστιγας. παρακελευομένων γὰρ αὐτῷ τῶν κολάκων νικᾶν τὰ Ὀλύμπια, καὶ ἀνακηρύττειν τὴν Ῥώμην ἤν γε, ἔφη μὴ βασκαίνωσιν Ἠλεῖοι· λέγονται γὰρ μαστιγοῦν, καὶ φρονεῖν ὑπὲρ ἐμέ. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἀνοητότερα τούτων παρανεφώνησεν. *Tunc Apollonius: Audivi ex Teleſino Elienſium loras vellum iſtum Imperatorem extimeſcere. Cum enim aſſentatores ipſum hortarentur, ut in Olympiis decertans victricem Romam præconis voce prædicari faceret: Modo mihi, inquit, Elienſes non inviderent. Feruntur enim verberibus cædere qui erraverint, atque etiam me ipſo elatiores eſſe. multaque alia his ſtultiora pronunciavit.*

Quam ridicule autem talia finxerit teſtis locuples nobis Suetonius, cujus verba (quamvis aliàs in omnium fere manibus ſint) hìc omittere nequeo: cum & illud munus μαστιγοφόρων (de quibus tamen latius infra) ſimul illuſtrent. Ita igitur ille cap. 23. & 24. *Quam autem trepide anxièque certaverit, quanta adverſariorum æmulatione, quo metu judicum vix credi poteſt. Adverſarios quaſi plane conditionis ejuſdem obſervare, captare, infamare ſecreto, nonnunquam ex occurſu maledictis inceſſere: ac ſi qui arte præcellerent, corrumpere etiam ſolebat. Iudices autem prius quam inciperet, reverentiſſime alloquebatur, omnia ſe facienda feciſse, ſed eventum in manu eſſe Fortunæ: illos ut ſapientes & doctos viros fortuita debere excludere: atque ut auderet hortantibus, æquiore animo recedebat: ac ne ſic quidem ſine ſollicitudine taciturnitatem pudoremque quorundam pro triſtitia ac malignitate arguens, ſuſpectoſque ſibi dicens. In certando verò ita legi obediebat, ut nunquam excreare auſus, ſudorem quoque frontis brachio detergeret: atque etiam in quodam tragico actu, cùm elapſum baculum citò reſumpſiſſet, pavidus & metuens, ne ob delictum certamine ſubmoveretur, non aliter confirmatus eſt quam adjurante*

 *Hypo-*

*Hypocrita, non animadverſum id inter exſultationes, ſucclamationeſque populi.* Hanc autem μαςίγωσιν etiam ad Tragœdos pertinuiſſe oſtendunt hæc Luciani verba, in *Reviviſcentibus:* Ἐπεὶ καὶ οἱ ἀθλοθέται μαςιγοῦν εἰώθασιν, ἤν τις ὑποκριτὴς Ἀθηνᾶν ἢ Ποσειδῶνα ἢ τὸν Δία ὑποδεδυκὼς, μὴ καλῶς ὑποκρίναιτο, μηδὲ κατ' ἀξίαν τῶν θεῶν. *Quandoquidem Athlothetæ flagris cædere conſueverunt eum hiſtrionem, qui Minervæ, aut Neptuni, aut Jovis perſonam repræſentans, actione non decorâ, nec Dis digna, utatur.* Quod jam ſupra notavi per μαςιγοφόρους, ſive ἀλύτας, quorum caput erat ἀλυτάρχης, factum fuiſſe.

At revertamur ad *Panegyriarchas;* quos non tantummodo in marmoribus, verum & in ſcriptoribus, tum & in nummis antiquis reperimus. Hinc namque Iſocrates, initio *Panegyrici*, ita: Πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων, καὶ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας καταστησάντων. quamvis illa & de primis πανηγύρεων auctoribus capi queant. Sed clarius Plutarchus, Sympoſiac. V. Ὅθεν οὐκ ὀρθῶς οἱ πλούσιοι νεανιεύονται κατασκευάζοντες οἴκους τριακοντακλίνους καὶ μείζους. ἀμίκτων γὰρ αὕτη καὶ ἀφίλων δείπνων ἡ παρασκευὴ, καὶ [NB] πανηγυριάρχου μᾶλλον ἢ συμποσιάρχου δεομένων. *Proinde non recte divites luxuriant, domos ædificantes triginta lectorum atque amplius capaces. is enim apparatus eſt conviviorum ab amicitiæ mutuo uſu alienorum, & ſolennis pompæ* [*panegyris* potius ego hîc retinerem] *præſidem potius, quam convivii rectorem requirentium.*

Quod autem ad nummos attinet, & P. Harduinus, & Vaillantius, ambo, afferunt hos ſequentes; quorum prior, ſub Gordiano cuſus, habet ΠΑΤ. ΒΑΚΧΙΟΥ ΠΑΝΗ. ΑΠΑΜΕΩΝ: alter verò ſub. Trai. Decio, ΕΠ. ΑΥ. ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΙΑΝΟΥ ΠΑΝΗΓ. ΑΠΑΜΕΩΝ; vel ut Vaillantius ΠΑΝΗΓΥΡ. ΑΠΑΜΕΩΝ. quod Occo corrupte ΠΑΝΗΓΗΡ expreſſerat. Obſcurius licet, idem exprimere videntur hi nummi ab Ægæen-

Ægæenſibus ſub Macrino & Diadumeniano Μακρινουπόλεως appellatione auctis, in honorem utriuſque, Patris ſc. ac filii, percuſſis. Μ. ΕΥΓ. Π. Θ. ΜΑΚΡΕΙΝΟΥΠ. ΑΙΓΕΑΙΩΝ ΔΖC eo tempore nempe quo utriuſque Νεωκόροι facti fuerunt, Ludoſque & Certamina ſub *Marco Eugene* horum *Panegyriarcha* inſtituerunt. Vaillantius interim, cum in hiſce Macrini ac Diadumeniani, tum in illis *Apamenſium* legit ΠΑΝΗΓΥΡΙCΤΗΘ ſeu *Panegyriſta.* Sic enim ille in *nummis Græce loquentibus*, editionis Amſtelæd. anni 1700. pag. 316. *Qui Panegyriſtæ dignitate ornatus erat, Deorum vel Imperatorum laudes & elogia in publicis Feſtorum, Ludorum & Certaminum conventibus proferebat, ex Luciano, & Jul. Polluce.*

Quod Pollucem attinet, talia in ipſo non reperio. Ac certe Lucianus huic aſſertioni minime favet. Ita enim is in Herodoto (unde teſtimonia Vaillantio noſtro peti debent) loquitur, de hoc ipſo Herodoto: Ἐν μιᾷ συνόδῳ πάνδημον τινὰ κοινὴν ψῆφον τῆς Ἑλλάδος λαβὼν, καὶ ἀνακηρυχθεὶς οὐχ᾽ ὑφ᾽ ἑνὸς, μὰ Δία, κήρυκος, ἀλλ᾽ ἐν ἁπάσῃ πόλει ὅθεν ἕκαστος ἦν τῶν πανηγυριστῶν. *Quod in uno conventu, ab omni Græcorum populo commune ſuffragium accepit: nec, certe, ab uno præcone, promulgatus, ſed in omnibus urbibus unde quiſque ſpectatorum eo advenerat.* Sicut & paulo poſt: ὅτι τε αὖ πανηγυρισταὶ, οὐ συρφετώδης ὄχλος, ἀθλητῶν ἢ μᾶλλον φιλοθεάμονες, ἐν παρέργῳ οἱ πολλοὶ τὸν Ἡρόδοτον τιθέμενοι, ἀλλὰ ῥητόρων τε, καὶ συγγραφέων, καὶ σοφιστῶν οἱ δοκιμώτατοι. Quæ certe ita vertenda ſunt: *Cum ſpectatores (ſive illi qui eo Feſti celebrandi cauſa convenerant) non eſſent vilis plebecula, ac qui magis cupiditate ſpectandi Athletas eo devenerant, quique adeo Herodotum parvipenderent, & obiter eum, & velut in tranſitu* [ſeu dum nil aliud haberent, quod ipſos ibi delectare poſſet] *audirent: ſed contra Rhetorum, hiſtoricorum, & Sophiſtarum celeberrimi.*

Unde ſat clare videmus iſtos *Panegyriſtas* tantummodo ſpectatores fuiſſe: niſi his & ipſos Athletas, qui ad ludos decertandos eo advenerant adnumerare velis; quod ipſis tamen nullam dignitatem auctoritatemve afferebat, unde in nummis ipſorum nomen ſignaretur, quod contra in Agonothetis, qui Panegyriarchis & dignitate, & auctoritate inferiores erant videmus.

Ita enim apud eoſdem *Apamenſes*, qui πανηγυριάρχας in nummis oſtentabant, etiam ἀγωνοθέτας quandoque in iis comparuiſſe, exemplo ſit hic ſequens Severi nummus, qui hac cum inſcriptione ab ipſo Vaillantio exhibetur: ΕΠΙ ΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥ ΑΡΤΕΜΑ Γ. ΑΠΑΜΕΩΝ ΝΕΩ. *Sub Agonotheta Artema tertiùm Apamenſium Neocororum.* Neque hìc (ſicut alibi noto) ἀγωνοθέτης aut πανηγυριάρχης velut magiſtratus, cujus nomine annus ſignaretur, in nummis exhibentur; ſed honoris tantum cauſâ, ſubintellecto magiſtratu illo (ſive ἄρχοντος, ſive ϛρατηγȣ̃, ſive cujuscunque demum alterius) ut ſic pateſcat, hos magiſtratus ſimul aut ἀνθυπάτȣ, aut ἀγωνοθέτȣ, aut πανηγυριάρχȣ, aut σοφιϛȣ̃, aut θεολόγȣ, aut denique alia quanam dignitate, ſive politica, ſive Sacra (ut ἀρχιερέως &c.) ornatos fuiſſe. Unum vero eundemque hominem (ut hoc adhuc addam) & πανηγυριάρχην & ἀγωνοθέτην quandoque fuiſſe, (quamvis forte ita diverſis temporibus, ut non ſimul idem πανηγυριάρχης atque ἀγωνοθέτης eſſet) oſtendunt inſcriptiones illæ, cum Athenienſium, tum Militenſium, jam ſupra a me allatæ.

At longe minus hìc quadrat iſtud ΠΑΝΗΓΥΡΙϹ, quod ex modo allatis nummorum inſcriptionibus extundit erudítiſſimus P. Harduinus. Ut enim ἀγῶνες aut Ludi illi, qui in *Panegyribus* peragebantur, in nummis quidem crebro exprimuntur; non tamen nude ita, atque in vago (ut ita loquar) vox πανήγυρις: ſed ſignabantur illi Ludi, ſeu Certamina peculiaribus ſuis appellationibus; ſive Pythia, ſive Olym-

Olympia illa vocarentur, ſive *Chryſanthina*, ſeu quocunque demum nomine (Auguſtalium Pialium &c.) illa venirent; ſicque etiam ſive his illiſve Dis Deabuſve, ſive Auguſtis eorumve uxoribus, filiiſve ſimul dicata eſſent.

Nam quod τὸ κοινὸν hujus illiuſve regionis aut provinciæ quandoque (quin & crebro) in nummis compareat, inde fit, quod hi illive nummi, hæc illave Certamina, ex auctoritate iſtarum communitatum aut cuſi, aut celebrata fuerint: ut ex. gr. ille Caracallæ nummus *Apamenſium* (quorum exemplo hic jam lubentius utor) ΕΠΙ ΑΡΤΕΜΑ Γ. ΑΠΑΜΕΙC ΚΟΙΝΟΝ ΦΡΥΓΙΑC. Et ratione Ludorum, ſub eodem Caracalla, ΚΟΙΝΟΝ ΘΡΑΚ. ΑΛΕΞΑΝ. ΕΝ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙ *Commune Thracum ALEXANDRIA in Philippopoli.* Sic etiam communes Agones ac Ludi Aſiæ celebrata per τȣ̃ κοινȣ̃ vocem exprimuntur; ut ΠΡΩΤΑ ΚΟΙΝΟΥ ΤΗC ΑCΙΑC ΕΝ CΜΥΡΝΗ. aut ΠΡΩΤΑ ΚΟΙΝΑ ΑCΙΑC CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΕΠΙ CΤΡΑ. ΚΛ. ΡΟΥΦΙΝΟΥ CΟΦΙ. aut ΠΡΩΤΑ ΚΟΙΝΑ ΑCΙΑC ΕΝ CΜΥΡΝΗ: vel ſi Sardibus celebrarentur, ſimplicius, ΚΟΙΝΟΝ ΑCΙΑC CΑΡΔΙΑΝΩΝ. At nullibi, quod ſciam, reperitur vox ΠΑΝΗΓΥΡΙC, vel cum aliis ſimul, vel nude poſita: ſed quæ in una eademque πανηγύρει, celebritate, ſeu ſolemni conventu celebrata fuere certamina, ſi plura ſimul, ita ex. gr. (aut ſimili fere modo) exprimuntur: ΜΗΤΡ. ΑΝΚΥΡΑC ΑCΚΛΗΠΙΑ CΩΤΗΡΕΙΑ ΙCΘ. ΠΥΘΙΑ; quandoque non expreſſo, ſive addito, nomine vel ἄρχοντος, vel ϛρατηγȣ̃, vel cujuscunque demum aliûs magiſtratûs aut Sacerdotis, &c. aut contra, ut in hac ſequenti inſcriptione, ΕΠΙ ΡΟΥΦΟΥ ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. CΑΡΔΙΑΝΩΝ. Verum quoniam hæc illis, qui aliqualem rei numismatariæ notitiam habent, ſatis nota eſſe debent, ea non amplius perſequar; ſed ad alia tranſibo.

Hæc tamen quæ ἀβλεψίᾳ prætermiſſa fuerant, illis, quæ de *Panegyriarchis* dixi, mihi adjungenda videntur: nempe

 de

de Polemone hæc Philoſtratus habet: Προκαθῆσθαι γὰρ τῶν Ἀδριανοῦ Ὀλυμπίων ἔδωκαν [Smyrnæi] τῷ ἀνδρὶ καὶ ἐγγόνοις, &c. unde & alibi, de eodem, προκαθήμενος τῶν Ὀλυμπίων, &c. tum & rurſus alio loco, Ὑποκριτοῦ δὲ τραγῳδίας ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν Ὀλυμπίων, οἷς ἐπεστάτει ὁ Πολέμων, &c. Ex quibus Polemonem non ut ſimplicem *Agonothetam*, ſed ut *Panegyriarcham*, præſediſſe Smyrnæorum Olympiis patet. Sicut eodem modo Hippodromus, itidem Sophiſta, bis Pythiis in Theſſalia præſedit. Ita enim de ipſo dictus modo Philoſtratus: Ὁ Ἱππόδρομος προέστη δὶς τῶν Πυθικῶν ἄθλων; ſicut & directe præcedit: Μεγάλου δὲ ἐν Θεσσαλίᾳ δοκοῦντος οὐχ ἅπαξ προστῆναι τῶν Πυθίων, ὁ Ἱππόδρομος, &c. quæ certe de *Panegyriarcha* intelligenda videntur, non de ſimplici *Agonotheta*.

Interim dum rurſus, extra oleas vagandi mihi libertatem ſumo, aliquid addere volui de *Theſmothetis*; occaſione iſtorum verborum, ΤΟΝ ΑΡΧΑΝΤΑ ΤΗΝ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΝ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙΣ ΑΡΧΗΝ. Quod *regis inter Themothetas munus* obtinebat atque obibat, præter illud ΤΟΥ ΕΠΩΝΥΜΟΥ, iſte P. *Heren. Dexippus*, atque adeo erat (non tamen, ut credo, uno eodemque tempore) *Theſmothetarum* caput ac præſes.

*Theſmothetæ* apud Athenienſes erant ſex numero, ac quidem ex numero *novem archontum*; uti ex his verbis Harpocrationis nobis notum ſit: Ἀρχή τις ἦν Ἀθήνησιν ἡ τῶν Θεσμοθετῶν, ἓξ τὸν ἀριθμὸν ὄντων· εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν καλουμένων ἐννέα ἀρχόντων. καλοῦνται δὲ οὕτως, ὅτι τῶν νόμων τὴν ἐπιμέλειαν εἶχον. *Magiſtratus erat apud Athenienſes Theſmothetarum, qui ſex numero erant, ſunt autem illi ex numero novem Archontum; atque appellantur ita, quod illis legum cura incumberet.*

Ipſorum vero munus pro parte ſaltem, ita deſcribit Æſchines contra Cteſipontem: Διαῤῥήδην προστέτακται τοῖς θεσμοθέταις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν διορθοῦν ἐν δημοσίῳ τοὺς νόμους, ἀκριβῶς ἐξετάσαντας καὶ σκεψαμένους εἴ τις ἀναγέγραπται νόμος ἐναντίος νόμῳ,

νόμῳ, ἢ ἄκυρος ἐν τοῖς κυρίοις· ἢ εἴπου εἰσὶ νόμοι πλείους ἑνὸς ἀναγεγραμμένοι περὶ ἑκάστης πράξεως. κἂν τι τοιοῦτον εὑρίσκωσιν, ἀναγεγραφότας ἐν σανίσιν ἐκτιθέναι κελεύει [ὁ Σόλων ſc.] πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων. τοὺς δὲ πρυτάνεις ποιεῖν ἐκκλησίαν, ἐπιγράψαντας νομοθέτας. τὸν δὲ ἐπιστάτην τῶν προέδρων διαχειροτονίαν διδόναι τῷ δήμῳ, καὶ τοὺς μὲν ἀναιρεῖν τῶν νόμων, τοὺς δὲ καταλείπειν ὅπως ἂν εἷς ᾖ νόμος, καὶ μὴ πλείους, περὶ ἑκάστης πράξεως. *Quin Theſmothetis hoc negotii diſerte datum eſt, ut quotannis leges in publico recognoſcant & corrigant, accurateque videant & conſiderent ſitne lex aliqua alteri legi adverſa, ſitne aliqua abrogata inter approbatas ac ratas: poſtremò ſintne plures unâ de ſingulis rebus perſcriptæ. Quod ſi quid hujusmodi reperiant, jubet eas* [Legiſlator] *in tabulis deſcriptas pro decem Heroum ſtatuis proponi; Prytaneſque concionem habere nominibus eorum adſcriptis qui leges tulerint: Epiſtatem vero,* (ſeu *Prytanum præſidem) ſuffragii poteſtatem populo dare, & leges alias tollere atque abrogare, alias intactas atque integras relinquere; ut lex una ſit ad unamquamque rem actionemque pertinens, non plures.*

Plura autem de his νομοθέταις ac προέδροις obſervare licet cum apud hunc Æſchinem, tum & Budæum in Pandectas, tam prima quam ſecunda parte: quæ hîc exſcribere nec lubet, nec convenit. Quæ autem de ipſis Pollux habet, jam præmiſſis illis, quæ ſimul cum cæteris *Archontibus* (Eponymo, Rege, & Polemarcho) adminiſtrabant, hæc ſequentia ſunt: ἰδίᾳ δὲ οἱ μὲν θεσμοθέται προγράφουσι πότε δεῖ δικάζειν τὰ δικαστήρια· καὶ τὰς εἰσαγγελίας εἰσαγγέλλουσιν εἰς τὸν δῆμον, καὶ τὰς χειροτονίας· καὶ τὰς προβολὰς εἰσάγουσι, καὶ τὰς παρανόμων γραφάς. καὶ εἴ τις μὴ ἐπιτήδειον νόμον γράψειε· καὶ στρατηγοῖς εὐθύνας. γίγνονται δὲ πρὸς αὐτοῖς γραφαὶ ξενίας, δωροξενίας, δώρων, συκοφαντίας, ψευδοκλητείας, ψευδεγγραφῆς, βουλεύσεως, ἀγραφίου, μοιχείας. εἰσάγουσι δὲ καὶ δοκιμασίαν ταῖς ἀρχαῖς, καὶ τοὺς ἀποψηφισμένους, καὶ τὰς ἐκ τῆς βουλῆς καταγνώσεις, καὶ δίκας ἐμπορικάς, καὶ με-

με-

μεταλλικὰς, καὶ ἐὰν δοῦλος κακῶς ἀγορεύῃ τὸν ἐλεύθερον. καὶ ταῖς ἀρχαῖς ἐπικληροῦσι τὰ δικαστήρια, τὰ ἴδια, καὶ τὰ δημόσια· καὶ τὰ σύμβολα, τὰ πρὸς τὰς πόλεις κυροῦσι, καὶ δικαστὰς [δίκας τὰς] ἀπὸ συμβόλων εἰσάγουσι, καὶ τὰς τῶν ψευδομαρτυριῶν ἐξ Ἀρείου πάγου. *Privatim vero* (ſive ut ſibi proprium) *Theſmothetæ præſcribunt, quando tribunalia, ac quando delationes, deferri debeant ad populum; ſicut & electiones, & injuriarum actiones inferunt; & eorum quæ contra leges dicta aut promulgata fuerunt: ac ſi quis legem Reipublicæ non conducentem ſcripſerit: quin & militiæ præfectis pœnas ſtatuunt: ac fiunt coram ipſis actiones, an quis civis, an contra peregrinus ſit, atque an quis peregrinitatis accuſatus judices pecuniâ corruperit: munerum acceptionis, calumniarum. Quin & ad ipſos pertinent lites falſæ in jus vocationis (ut ſi quis quaſi vocatus vadimonium deſeruiſſe videatur:) ut & falſæ ſive ementitæ inſcriptionis (velut ſi quis revera aut non, aut minoris ſaltem, inſcribendus ſit:) ut & de cæde ambiguâ (ſive, an maligne, an contrà vulnus illatum ſit; idque lethale aut contrà non lethale ſit:) ſive arbitrario, & ex pacto conſtitutis: actioneſque adverſus eos, qui aliàs publico debitores, tamen ex albo debitorum expuncti eſſent: Judicia quoque de adulteriis; ſicut & cenſuræ, & ejectionis e magiſtratu: de abſolvendis, (aut contra magiſtratu abrogandis:) de condemnationibus a ſenatu factis: judicia itidem ad mercaturam ſpectantia; & ad metallorum fodinas; atque an ſervus male & injurioſe de libero homine locutus ſit: de magiſtratibus judicia ſortitis, tam privata quam publica: Sicut denique & judices arbitros, ſive ex pacto mutuo utriuſque adverſariæ partis ſtatuunt: & tandem tractant falſorum teſtimoniorum lites ad ipſos ex Areo pago delatas.*

Quæ cuncta quidem paulo curatius vertenda eſſent; ac juſtum commentariolum mererentur: verum iſta hujus loci non

ſunt:

ſunt: quare pergendum nobis eſt. Notandum tamen hos *Theſmothetas* diverſum quoque tribunal ſibi ab iſto τῶν Ἀρχόντων habuiſſe; ut Ariſtoteles, de mundo, his ſequentibus teſtatur. Οἱ Ἄρχοντες μὲν ἐπὶ τὰ ἀρχεῖα ἐξίασιν, θεσμοθέται δὲ εἰς τὰ οἰκεῖα δικαστήρια. *Archontes ad Archeia conveniunt, at Theſmothetæ in propriam ſibi curiam.*

Quamvis autem aliàs *Rex*, ſeu βασιλεὺς, æque atque Ἄρχων ἐπώνυμος, ac Πολέμαρχος extra *Theſmothetarum* numerum poſitus eſſet; cum illis tamen, ſi non cunctis jam modo allatis, aliquibus tamen judiciis conjunctim eum præfuiſſe, ipſorumque præſidem fuiſſe, non obſcure ex hac ſuprà adducta inſcriptione liquet: tum quod, ut ſecundum ordine munus inter Archontas adminiſtrabat, ita in poſterum ad τοῦ ἐπωνύμου munus proveheretur: niſi primus ordine inter *Theſmothetas Rex* quoque nominatus fuerit, quatenus is ſolus judicio Heliaſtico, cum Scriba ſuo, præſideret, in iiſque jus ſingulare obtineret; ut apud Ariſtophanem.

κἂν ἔχῃ μεσημβρινὸς
Οὐδεὶς ἀποκλείσει θεσμοθέτης τῇ κιγκλίδι,

A judicum conſeſſu, atque obturatis foribus: quum alias, ubi leges examinandæ, aliave ſimilis ponderis peragenda ipſis eſſent, omnes illi ſimul, ac ſinguli cum ſuis ſcribis adeſſe deberent, judicumque ita collegium conſtituerent. Verum hæc eruditorum judicio dijudicanda relinquo.

AGmen hîc claudant *Agonothetides*; quas etiam Græcia habuit. In Olympia namque & fœminarum Agones Junonis in honorem celebrabantur: quos his verbis nos docet Pauſanias, in Eliacis: Διὰ πέμπτου δὲ ὑφαίνουσιν ἔτους τῇ Ἥρᾳ Πέπλον αἱ ἓξ καὶ δέκα γυναῖκες· αἱ δὲ αὐταὶ τιθέασι καὶ ἀγῶνα Ἡραῖα. ὁ δὲ ἀγών ἐστιν ἅμιλλα δρόμου παρθένοις, οὔτι που πάσαις ἡλικίας τῆς αὐτῆς· ἀλλὰ πρῶται μὲν αἱ νεώτεραι, μετὰ ταύτας δὲ αἱ ἡλικίᾳ δεύ-

τεραι, τελευταῖαι δὲ θέουσιν ὅσαι πρεσβύταται τῶν παρθένων εἰσί. Θέουσι δὲ οὕτω· καθεῖταί σφισιν ἡ κόμη, χιτὼν ὀλίγον ὑπὲρ γόνατος καθήκει, τὸν ὦμον ἄχρι τοῦ στήθους φαίνουσι τὸν δεξιόν. ἀποδεδειγμένον μὲν δὴ ἐς τὸν ἀγῶνα ἐπὶ καὶ ταύταις τὸ Ὀλυμπικὸν στάδιον, ἀφαιροῦσι δὲ αὐταῖς ἐς τὸν δρόμον τοῦ σταδίου τὸ ἕκτον μάλιστα· ταῖς τε νικώσαις ἐλαίας διδόασι στεφάνους, καὶ βοὸς μοῖραν τεθυμένης τῇ Ἥρᾳ· καὶ δὴ ἀναθεῖναί σφισιν ἔστι γραψαμέναις εἰκόνας. εἰσὶ δὲ καὶ διακονούμεναι ταῖς ἑκκαίδεκα κατὰ ταὐτὰ τῶν ἀγωνοθετουσῶν γυναῖκες. Ἐπανάγουσι δὲ καὶ τὸν τῶν παρθένων τὸν ἀγῶνα ἐς τὰ ἀρχαῖα· Ἱπποδάμειαν τῇ Ἥρᾳ τῶν γάμων τῶν Πέλοπος χάριν, τάς τε ἑκκαίδεκα ἀθροῖσαι γυναῖκας λέγοντες, καὶ σὺν αὐταῖς διαθεῖναι πρῶτον τὰ Ἡραῖα. *Ac Junoni ſane quinto quoque anno peplum matronæ ſedecim pertexunt, eædemque ludos faciunt Junonia, in his curſus certamen virginibus proponitur in claſſes ex ætate deſcriptis. Primæ enim currunt impuberes puellæ, tum grandiores, poſtremo natu maximæ* [Compara cum hiſce παῖδας, ἀγενείους, & ἄνδρας in maſculorum certaminibus.] *Ornatus idem eſt omnibus; paſſus capillus, demiſſa tunica ad genua, exertus uſque ad pectus dexter humerus. Deſcendunt & ipſæ in Olympicum ſtadium; ſed curriculum parte pene ſextâ detracta minuitur. Accipiunt victrices ex olea coronam. è bove etiam quâ Junoni litatum fuerit, partem capiunt. Et pictas quidem earum imagines dedicare fas eſt. Matronæ ſedecim ludis præſunt (ſive AGONOTHETIDES ſunt,) totidemque iis miniſtræ attributæ ſunt. Hoc ipſum etiam virginum ludicrum ad res priſcas referunt. Hippodamiam enim Junoni de Pelopis nuptiis ut gratiam referret ſedecim mulieres convocaſſe, & cum eis primam Junonios ludos inſtituiſſe.*

Fœminas autem ad Virorum Certamina accedere, illaque ſpectare interdictum erat: ſicuti ex ſequenti exemplo (apud eundem Pauſaniam) diſcimus: Κατὰ δὲ τὴν ἐς Ὀλυμπίαν ὁδὸν, πρὶν ἢ διαβῆναι τὸν Ἀλφειόν, ἔστιν ὄρος ἐκ Σκιλλοῦντος ἐρχομένῳ

πέτραις

πέτραις ὑψηλαῖς ἀπότομον· ὀνομάζεται δὲ Τυπαῖον τὸ ὄρος. κατὰ τούτου τὰς γυναῖκας Ἠλείοις ἐστὶν ἀθεῖν νόμος, ἢν φωραθῶσιν ἐς τὸν ἀγῶνα ἐλθοῦσαι τὸν Ὀλυμπικὸν, ἢ καὶ ὅλως ἐν ταῖς ἀπειρημέναις σφίσιν ἡμέραις διαβᾶσαι τὸν Ἀλφειόν. οὐ μὴν οὐδὲ ἁλῶναι λέγουσιν οὐδεμίαν, ὅτι μὴ Καλλιπάτειραν μόνην. εἰσὶ δὲ οἱ τὴν αὐτὴν Φερενίκην, καὶ οὐ Καλλιπάτειραν καλοῦσιν. αὕτη προαποθανόντος αὐτῇ τοῦ ἀνδρὸς, ἐξεικάσασα αὐτὴν τὰ πάντα ἀνδρὶ γυμναστῇ, ἤγαγεν ἐς Ὀλυμπίαν, [ſupple τὸν υἱὸν] μαχούμενον. νικῶντος δὲ τοῦ Πεισιρόδου, τὸ ἔρυμα ἐν ᾧ τοὺς γυμναστὰς ἔχουσιν ἀπειλημμένους, τοῦτο ὑπερπηδῶσα ἡ Καλλίπειρα ἐγυμνώθη. φωραθείσης δὲ ὅτι εἴη γυνὴ, ταύτην ἀφιᾶσιν ἀζήμιον, καὶ τῷ πατρὶ, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτῆς καὶ τῷ παιδὶ αἰδῶ νέμοντες. ὑπῆρχον δὲ ἅπασιν αὐτοῖς Ὀλυμπικαὶ νῖκαι. ἐποίησαν δὲ νόμον ἐς τὸ ἔπειτα ἐπὶ τοῖς γυμνασταῖς, γυμνοὺς σφᾶς ἐς τὸν ἀγῶνα ἐσέρχεσθαι. *In Via quæ Olympiam ducit cis Alpheum Scillunte venienti, celſa crepidine præruptus mons occurrit. Typæum illum appellant. Hinc de ſaxis fœminas dejicere Eleorum lex jubet, quæ ad Olympicos ludos penetraſſe deprehenſæ fuerint, vel quæ omnino Alpheum transmiſerunt, quibus eſt interdictum diebus. Non tamen deprehenſam ullam perhibent præter unam Callipatiram, quam alii Pherenicen nominant. Hæc, viro mortuo, cum virili ornatu exercitationum ſe magiſtram ſimulans, Piſidorum filium in certamen deduxit: jamque eo vincente ſepimentum id quod magiſtros ſecluſos habet, tranſiliens ſe denudavit* [improvide ſcilicet] *Fœminam tamen agnitam omni crimine liberarunt. Datumque hoc (ex judicum æquitate) patris, fratris, & filii gloriæ; qui omnes ex Olympicis ludis victores abierant. Ex eo (tamen) lege ſancitum eſt, ut nudati adeſſent ad ludicrum etiam ipſi magiſtri.*

Quouſque vero virgines ac fœminæ, diebus licitis, admiſſæ fuerint, idem Pauſanias poſt, alia occaſione, indicat; ubi, nempe, aram Jovis Olympii, & ſacrificia ad illam,

 deſcri-

deſcribit; ac quidem his verbis: Ἔστι δὲ ὁ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου βωμὸς ἴσον μὲν μάλιστα τοῦ Πελοπίου τε καὶ τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἥρας ἀπέχων, προκείμενος μέντοι γε πρὸ ἀμφοτέρων. κατασκευασθῆναι δὲ αὐτὸν οἱ μὲν ὑπὸ Ἡρακλέους τοῦ Ἰδαίου λέγουσιν, οἱ δὲ ὑπὸ ἡρώων τῶν ἐπιχωρίων γενεαῖς δύο ὕστερον τοῦ Ἡρακλέους. πεποίηται δὲ ἱερείων τῶν θυομένων τῷ Διῒ ἀπὸ τῆς τέφρας τῶν μηρῶν, καθάπερ γε ἐν Περγάμῳ. τέφρας μὲν γὰρ δή ἐστι καὶ τῇ Ἥρᾳ τῇ Σαμίᾳ βωμὸς, οὐδέν τι ἐπιφανέστερος ἢ ἐν τῇ χώρᾳ τῇ Ἀττικῇ. ἃς αὐτοσχεδίας Ἀθηναῖοι καλοῦσιν ἐσχάρας. Τοῦ βωμοῦ δὲ τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ, κρηπῖδος μὲν τῆς πρώτης προθύσεως καλουμένης πόδες πέντε καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατόν ἐστι περίοδος· τοῦ δὲ ἐπὶ τῇ προθύσει, περίμετρος ἑκάστου πόδες δύο καὶ τριάκοντα. τὸ δὲ ὕψος τοῦ βωμοῦ τὸ σύμπαν ἐς δύο καὶ εἴκοσιν ἐξήκει πόδας. Αὐτὰ μὲν δὴ τὰ ἱερεῖα ἐν μέρει τῷ κάτω τῇ προθύσει καθέστηκεν αὐτοῖς θύειν· τοὺς μηροὺς δὲ ἀναφέροντες ἐς τοῦ βωμοῦ τὸ ὑψηλότατον καθαγίζουσιν ἐνταῦθα. ἀναβαθμοὶ δὲ ἐς μὲν τὴν πρόθυσιν ἄγουσιν ἐξ ἑκατέρας τῆς πλευρᾶς λίθου πεποιημένοι· τὸ δὲ ἀπὸ τῆς προθύσεως ἐς τὸ ἄνω τοῦ βωμοῦ, τέφρας παρέχεται ἀναβαθμούς. Ἄχρι μέντοι τῆς προθύσεως ἔστιν ἀναβῆναι καὶ παρθένοις, καὶ ὡσαύτως γυναιξὶν, ἐπειδὰν τῆς Ὀλυμπίας μὴ ἐξείργωνται· ἀπὸ τούτου δὲ ἐς τὸ ἀνωτάτω τοῦ βωμοῦ, μόνοις ἐστὶν ἀνδράσιν ἀνελθεῖν. *Olympii quidem Jovis ara pari intervallo a Pelopio & JUNONIS æde diſtat, ante utriuſque frontem ſita. Erectam alii tradiderunt ab Idæo Hercule, alii ab indigenis Heroïbus, duabus ipſis ætatibus poſt Herculem. Congeſta illa eſt ex cinere collecto ex aduſtis victimarum femoribus. Talis & Pergami ara eſt, talis Samiæ Junonis, nihilo illâ quidem ornatior, quam in Attica, quas rudes appellant focos. Aræ Olympicæ ima crepido, quam* πρόθυσιν *appellant [quaſi PRIMAM SACRORUM STATIONEM dicas] ambitum peragit pedum centum & amplius quinque & Viginti: graduum ſingulorum ſupra imam iſtam crepidinem ambitus, pedes explet binos ac tricenos; univerſæ aræ altitudo pedes conficit binos prope & viginti. Ducuntur hoſtiæ*

*ſtiæ ad imæ crepidinis ſtationem: ibi eas patrio more mactant: femora in ſumma ara adolent. Et ad ſtationem quidem ab utroque latere per lapideos; ad aræ altiſſimam ſedem, per cineritios gradus ſcanditur. Et ad ſtationem* [πρόθυσιν] *quidem uſque tam virgines quam mulieres, cum* [*NB*] *in Olympiam venire nulla prohibet religio, poſſunt adſcendere; longius vero progredi ſolis viris fas eſt.*

Sicut autem vidimus hic curſus certamen inter Virgines, ita in ſequenti habemus ſuper Pulchritudine, cum inter fœminas, (tum & inter viros) certamen. Ita namque Athenæus libro 13, ſub finem loquitur: Καὶ Νυμφόδωρος ἐν τῷ τῆς Ἀσίας περίπλῳ, καλλίονας φησὶ γίνεσθαι γυναῖκας τῶν πανταχοῦ γυναικῶν ἐν Τενέδῳ τῇ Τρωϊκῇ νήσῳ· οἶδα δὲ καὶ περὶ κάλλους γυναικῶν ἀγῶνα ποτὲ διατεθέντα, περὶ οὗ ἱστορεῖ Νικίας ἐν τοῖς Ἀρκαδικοῖς. διαθεῖναι φησὶν αὐτὸν Κύψελον πόλιν κτίσαντα ἐν τῷ πεδίῳ περὶ τὸν Ἀλφειόν· εἰς ἣν κατοικίσαντας Παῤῥασίων τινὰς τέμενος καὶ βωμὸν ἀναστῆσαι Δήμητρι Ἐλευσινίᾳ· ἧς ἐν τῇ ἑορτῇ καὶ τὸν τοῦ κάλλους ἀγῶνα ἐπιτελέσαι, καὶ νικῆσαι πρώτην αὐτοῦ τὴν γυναῖκα Ἡροδίκην. ἐπιτελεῖται δὲ καὶ μέχρι νῦν ὁ ἀγὼν οὗτος. καὶ ἀγωνιζόμεναι γυναῖκες χρυσοφόροι ὀνομάζονται. Θεόφραστος δὲ ἀγῶνα κάλλους φησὶ γίνεσθαι παρὰ Ἠλείοις καὶ τὴν κρίσιν ἐπιτελεῖσθαι μετὰ σπουδῆς, λαμβάνειν δὲ τοὺς νικήσαντας ἆθλα ὅπλα, ἅπερ ἀνατίθεσθαι φησὶ Διονύσιος ὁ Λευκτρικὸς τῇ Ἀθηνᾷ· τὸν δὲ νικήσαντα ταινιούμενον ὑπὸ τῶν φίλων, καὶ πομπεύοντα ἕως τοῦ ἱεροῦ παραγίνεσθαι. τὸν δὲ στέφανον αὐτοῖς δίδοσθαι μυῤῥίνης ἱστορεῖ Μυρσίλος ἐν ἱστορικοῖς παραδόξοις. ἐνιαχοῦ δὲ φησὶν ὁ αὐτὸς Θεόφραστος, καὶ κρίσεις γυναικῶν περὶ σωφροσύνης γίνεσθαι καὶ οἰκονομίας, ὥσπερ ἐν τοῖς βαρβάροις· ἑτέρωθι δὲ κάλλους, ὡς δέον καὶ τοῦτο τιμᾶσθαι, καθάπερ καὶ παρὰ Τενεδίοις καὶ Λεσβίοις. *Et Nymphodorus in Aſiæ circumnavigatione Tenedias fœminas (ea Trojæ vicina inſula eſt) omnes alias ubivis terrarum mulieres pulchritudine ſuperare tradit. Notum hoc etiam eſt, de mulierum forma certamen olim inſtitutum fuiſſe, ut in Arcadicis tradit Nicias, ab eo Cypſelo, qui urbem prope Al-*

*Alpheum condidit: ad quam inhabitandam cum è Parrhaſiis quidam conveniſſent, lucum & aram Eleuſiniæ Cereri conſecrarunt, ejuſque feſto de pulchritudine certamen ut fieret, edixerunt, in quo prima victrix mulier fuit Herodice. Celebratur ad noſtram uſque memoriam id certamen, & quæ in eo contendunt fœminæ Chryſophori vocantur. Certari quoque de pulchritudine apud Eleos* [inter viros] *Theophraſtus prodidit, idque fieri cum libationibus: eſſe vero præmium victori armaturam; quæ, ut ait Dionyſius Leuctricus, Minervæ dedicatur. Eum porrò qui vicit, ab amicis redimitum vittis ac tæniis, coronatumque myrto, ad Deæ templum accedere ſcribit Marſilus, in hiſtoriis paradoxis. Idem Theophraſtus inquit, alicubi, ut apud Barbaros, fieri judicia de mulierum temperantia, & in adminiſtranda re familiari: Alibi vero de forma, ſeu Pulchritudine, tanquam & illa honoranda ſit; ut apud Tenedios & Leſbios.*

Habemus itaque hic fœminarum *certamina*, *Curſus* in Elide, *Pulchritudinis* diverſis in locis: quibus quoque *Pulchritudinis* certaminibus ἀγωνοθέτιδας *fœminas* præſediſſe mihi nullum dubium eſt; atque id ita factum fuiſſe, pro parte, ut pudori ita conſuleretur. Namque hæc meretricum certamina fuiſſe, taliumve quibus pudor atque honeſtas jam dudum inter amiſſa, aut nunquam cognita, putabantur, minime indicatur, aut conſtat.

At curſu decertaſſe, puellas Spartanas ac quidem ex Lycurgi inſtituto, nos ita docet Xenophon, ubi de ipſarum educatione loquitur: πρῶτον μὲν σωμασκεῖν ἔταξεν οὐδὲν ἧττον τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος φύλου. ἔπειτα δὲ δρόμου καὶ ἰσχύος ὥσπερ καὶ τοῖς ἀνδράσι, οὕτω καὶ ταῖς θηλείαις ἀγῶνας πρὸς ἀλλήλας ἐποίησε, νομίζων ἐξ ἀμφοτέρων ἰσχυρῶν καὶ τὰ ἔκγονα ἐρρωμενέστερα γίνεσθαι. *Itaque primùm non minus fœmininum ſexum habere Corporis exercitia juſſit, quam maſculinum. Deinde ſicut viris inter ſe*

*ſe certamina curſus & roboris inſtituit, ſic etiam fœminis: Quod ſtatueret ex utroque parente robuſto, etiam ſobolem robuſtiorem naſci.*

Talia autem *curſus* Certamina etiam Romæ aliquando *Virgines* decertaſſe cum ex Suetonio, tum ex Dione diſcimus; quorum primus in Domitiani vita: *In ſtadio vero curſu, etiam virginum certamini præſedit crepidatus.* Secundus vero, lib. LXVII. de eodem Domitiano: Ἐποίησε δὲ καὶ θέαν πολυτελῆ, ἐν ᾗ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐς ἱστορίαν ἐπίσημον παρελάβομεν, πλὴν ὅτι καὶ παρθένοι τὸν δρομικὸν ἠγωνίσαντο. *Edidit ſumptuoſum ſpectaculum, de quo nihil dignum hiſtoria accepimus, præterquam quod VIRGINES curſu certaverunt.*

Fœminas autem quoque ſub hoc eodem Domitiano ad gladium depugnaſſe, ex Suetonio; quin & obiter, ex Dione Erudit. Lipſius, in Saturnalibus notat. Quæ Dionis verba ipſa mihi digna videntur, ut hîc, quatenus hoc factum tangunt, integra afferam, ex fine libri LXXV. hoc modo: Ἐγένετο ἐν ταύταις τῶν ἡμέραις καὶ ἀγὼν γυμνικός· ἐν ᾧ τοσοῦτον πλῆθος ἀθλητῶν ἀναγκασθὲν συνῆλθεν, ὥστε ἡμᾶς θαυμάσαι πως αὐτοὺς [ego hîc legerim αὐτὰς] τὸ στάδιον ἐχώρησε. καὶ γυναῖκες δὲ ἐν τῷ ἀγῶνι τούτῳ ἀγριώτατα ἀλώμεναι [legendum puto ἁμιλλώμεναι] ἐμαχέσαντο, ὥστε καὶ ἐς τὰς ἄλλας πάνυ ἐπιφανεῖς ἀπ' αὐτῶν ἀποσκώπτεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο ἐκωλύθη μηκέτι μηδεμίαν γυναῖκα μηδαμόθεν μονομαχεῖν. *Per id tempus factum eſt mulierum certamen, in quod coacta tanta venerat multitudo Athletarum; ut miraremur omnes, quemadmodum eas ſtadium caperet. In hoc certamine ita crudeliſſime decertantes pugnaverunt, ut etiam in cæteras matronas in opido illuſtres ab eis deſumpta ſcommata jacerentur: unde prohibitum fuit, ne amplius ulla mulier, undecunque orta, more gladiatorio certaret.* Αὐτὰς pro αὐτοὺς in textu lego, quod id ad fœminas *Athletas* mihi ſpectare videatur: niſi quis velit tantam

etiam

etiam multitudinem Athletarum maſculi ſexus huc concurriſſe, non ad decertandum (quum hoc mulierum certamen eſſet) ſed ad ſpectandum, ut ſtadium ipſos vix capere potuerit. Audacter quoque ἀμιλλῶμθυαι pro ἀλῶμθυαι (&, quod in margine habetur editionis Lunclavii, ἀλάμεναι) quod ex illis ſenſus non ſat commodus, huc ſpectans, niſi & aliud certaminis genus hîc comminiſcamur, elici queat.

Verum enim revertamur *ad Laconas*, de quorum aliis certaminibus quidem obſcurius loquitur Xenophon per hæc, καὶ ἰσχύος. at diſtincte ſatis Plutarchus, in Vita Lycurgi, his verbis: Τὰ μὲν σώματα τῶν παρθένων, δρόμοις καὶ πάλαις, καὶ βολαῖς δίσκων, καὶ ἀκοντίων διεπόνησεν, ὡς ἥ τε τῶν γινομένων ῥίζωσις ἰσχυρὰν ἐν ἰσχυροῖς σώμασιν ἀρχὴν λαβοῦσα βλαστάνοι βέλτιον, αὐταί τε μετὰ ῥώμης τοὺς τόκους ὑπομένουσαι καλῶς ἅμα καὶ ῥᾳδίως ἀγωνίζοιντο πρὸς τὰς ὠδῖνας. *Corpora virginum curſu lucta, diſcorum & telorum jactu exercuit, ut & fœtus radix validum in valentibus corporibus exordium accipiens germinaret melius, atque illæ ſtrenuè partus excipientes, bene & facile adverſus puerperii decertarent dolores.*

Nec minus ſignate atque eleganter Propertius, lib. III. Elegiâ 12. ad Sparten, de Ludis Laconicus:

*Multa tuæ Sparte, miramur jura palæſtræ,*
*Sed mage virginei tot bona gymnaſii:*
*Quod non infames exercet corpore ludos*
*Inter luctantes nuda puella viros:*
*Quum pila veloci fallit per brachia jactu,*
*Increpat & verſi clavis adunca trochi.*
*Pulverulentaque ad extremas ſtat fœmina metas,*
*Et patitur duro vulnera pancratio.*
*Nunc ligat ad ceſtum gaudentia brachia loris,*
*Miſſile nunc diſci pondus in orbe rotat.*
*Gyrum pulſat equis, niveum latus enſe revincit,*

*Virgi-*

*Virgineumque cavo protegit ære caput.*
*Et modo Taygeti crines aſperſa pruinâ*
*Sectatur patrios per juga longa canes.*
*Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis*
*Thermodoonteis turba lavatur aquis.*

Quæ duo poſtrema diſticha, quamvis ad certamina non ita ſpectent, hîc omittere non potui. Certe *Laconas* etiam ſibi ſuas habuiſſe, circa talia Certamina, *Agonothetidas*, dubitare me non patitur inſcriptio illa, quam jam ſupra, pag. 272. exhibui integram; & in qua videmus *Flaviam Moſhon*, non ſolum ΑΡΧΙΕΡΕΙΑΝ ΑΣΙΑΣ ΝΑΟΥ ΤΟΥ ΕΝ ΕΦΕΣΩ, ΠΡΥΤΑΝΙΝ, ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΝ ΔΙΣ, ΚΑΙ ΙΕΡΕΙΑΝ ΤΗΣ ΜΑΣΣΑΛΙΑΣ, ſed & ΑΓΩΝΟΘΕΤΙΝ fuiſſe. Hæc enim *Flavia*, mihi procul omni dubio, illud munus apud Maſſilienſes (ex *Phocæa* in Aſia minori oriundos) adminiſtravit; ſaltem titulo iſto gaviſa fuit: aut ſi illa, ſicut & Pontifex templi Dianæ in Epheſo, ſimul & Sacerdos Maſſiliæ fuit; adeoque in diverſis locis Sacrorum miniſterio dicata) alio quopiam in loco quod ego minus credo hoc munere perfuncta fuit; tamen minime liquet id de Elide eſſe intelligendum. Quin & Plato huc reſpicere videtur, dum ita, lib. VII. de Legibus: Τοὺς γὰρ παῖδας τε καὶ τὰς παῖδας ὀρχεῖσθαι, δὴ δεῖ καὶ γυμνάζεσθαι μανθάνειν. ἢ γάρ; ΚΛ. Ναί. ΑΘ. Τοῖς μὲν τοίνυν παισὶν ὀρχησταὶ, ταῖς δ' ὀρχηστρίδες ἂν εἶεν, πρὸς τὸ διαπονεῖν οὐκ ἀνεπιτηδειότεροι. *Pueros etenim puellaſque oportet tripudium & Gymnaſticam diſcere. nonne?* CLIN. *Sic oportet.* ATHEN. *Saltandi igitur magiſtri pueris, ac puellis MAGISTRÆ dentur, ut his apte exerceantur.* Ac paucis interjectis: κόρας μὲν ἕως ἔτι, πάσας τὴν ἐν ὅπλοις ὄρχησιν καὶ μάχην μεμελετηκυίας. *Et adhucdum puellæ ſaltare in armis, ac pugnare conſueſcant.*

Quantumvis autem illicitum eſſet fœminis, ut accederent ad certamina in Olympiis decertanda, tamen conſtat (ſicut

Bbbb &

& illud notavit P. Faber, lib. I. cap. 26.) nonnullas ibi eva-
ſiſſe Olympionicas; dum ſic inter viros, licet ipſe non præſen-
tes, ſed per Aurigas ſuos equoſque domi alitos, eoque miſſos,
decertarent συνωρίδι ſive *biga*. Hinc namque Pauſanias, ſub
initium Eliacorum II. ita loquitur: Ἐς δὴ τὸν Ἀρχιδάμου Κυνίσκαν,
ἐς τὸ γένος τε αὐτῆς, καὶ ἐπὶ τὰς Ὀλυμπιονικὰς νίκας, πρότερον
ἔτι ἐδήλωσα ἐν τοῖς λόγοις οἳ ἐς τοὺς βασιλέας τοὺς Λακεδαιμονίων
ἔχουσι. Πεποίηται δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ παρὰ τὸν ἀνδριάντα τοῦ Τρωίλου, λί-
θου κρηπὶς, καὶ ἅρμα τε ἵππων, καὶ ἀνὴρ ἡνίοχος· καὶ αὐτῆς
Κυνίσκας εἰκὼν Ἀπελλοῦ τέχνη. *De Cyniſca vero Archidami
filia* [quam tamen Plutarchus ipſius ſororem facit, in Vita
Ageſilai] *ejuſque genere, & in Olympicis certaminibus pal-
ma, omnia ſunt ea in parte explicata, qua in enumerandis
Lacedæmoniorum regibus hiſtoriæ operam ſumpſimus. Pro-
pe Troili vero ſtatuam crepido quædam lapidea extat, ſu-
perque ea equorum quadriga, & auriga; ipſius etiam Cyniſcæ
ſtatua ab Apelle facta.*

Locus ille, quem reſpicit, reperitur in Laconicis ejus, ha-
betque hoc modo: Ἐγένετο δὲ Ἀρχιδάμῳ καὶ θυγάτηρ, ὄνομα μὲν
Κυνίσκα, φιλοτιμότατα δὲ ἐς τὸν ἀγῶνα ἔσχε τὸν Ὀλυμπικὸν, καὶ πρώ-
τη τε ἱπποτρόφησε γυναικῶν, καὶ νίκην ἀνείλετο Ὀλυμπικὴν πρώ-
τη. Κυνίσκας δὲ ὕστερον γυναιξὶ καὶ ἄλλαις, καὶ μάλιστα ταῖς ἐκ Μακε-
δονίας, γεγόνασιν Ὀλυμπικαὶ νῖκαι, ὧν ἡ ἐπιφανεστέρα ἐς τὰς νί-
κας ἐστὶν αὐτῆς. *Habuit Archidamus & filiam, quæ ad
Olympicas victorias virili propemodum animo adſpiravit:
primaque hæc fœminarum omnium equos aluit, & prima
Olympicam palmam tulit. Poſt eam enim & aliæ, impri-
mis vero è Macedonia nonnullæ ſunt victrices in Olympi-
cis renuntiatæ: quibus tamen illa longe gloria præſtitit.*
Sic in I. Eliacorum exemplum adducit mulieris Macedoni-
cæ; nempe: Ἐπὶ μὲν δὴ τῇ συνωρίδι Βελιστίχην ἐκ Μακεδονίας
τῆς ἐπὶ θαλάσσῃ γυναῖκα ἀναγορευθῆναι. *Bigarum palmam
Beliſtichen, fœminam è maritima Macedoniæ ora, abſtu-
liſſe,*

*liſſe*, ſeu *victricem fuiſſe renunciatam.*

De alia tamen Laconica quoque hæc ſequentia narrat: Πρὸς δὲ τῷ σκηνώματι ὀνομαζομένῳ γυναικὸς ἐστὶν εἰκών. Λακεδαιμόνιοι δὲ Ἐρυλεωνίδα λέγουσιν εἶναι· νίκην δὲ ἵππων συνωρίδι ἀνείλετο Ὀλυμπικήν. *Ad ſcenoma, quod ita nominant, mulieris eſt imago, Lacedæmonii eam Euryleonidam eſſe dicunt; quæ equorum bigis in Olympia palmam tulit.*

Verum hæc poſteriora, ſic datâ occaſione allata non faciunt, ut jam dixi, ad *Agonothetides*: quare hinc ad alia tranſgrediar: niſi quod hæc paucula, de Virorum ſuper pulchritudine certamine apud Eleos, iſtis quæ jam ſupra ex Athenæo adduxi, ex ejuſdem ſcriptoris lib. XIII. adjungenda cenſeam: Ἐν Ἔλιδι δὲ καὶ κρίσις γίνεται κάλλους, καὶ τῷ πρώτῳ τὰ τοῦ θεοῦ φέρειν τεύχη δίδοται, τῷ δὲ δευτέρῳ βοῦν ἄγειν, ὁ δὲ τρίτος τὰς θύηλας ἐπιτίθησιν. *In Elide pulchritudinis etiam fit judicium. Quem pulcherrimum eſſe judices pronuntiarunt, Dei arma ipſi ferenda traduntur: proximus ab eo bovem victimam agit; tertius inſulas, vittas coronas, libamina, & id genus reliqua imponit.*

Quod incogitanter prætermiſeram eſt, de *Agonothetis* cogitari poſſe, eos, alicubi ſaltem, fuiſſe ἐπωνύμους; ac quidem ita, ut ſi non ratione reipublicæ adminiſtrandæ, tamen in faſtis ipſorum nomina comparerent; eo quod in nummo Apamenſi, qui ſub *Severo* cuſus fuit, atque ab Eruditiſſimo Falconerio, occaſione alterius nummi ab ipſo explicati, exhibitus fuit cum hac inſcriptione ΕΠΙ ΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥ ΑΡΤΕ. [credo ſupplendo legendum ΑΡΤΕΜΩΝΟϹ] ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΑΠΑΜΕΩΝ. ubi & porrò ſupplendum puto [ſicut id & in aliis nummis ſæpe ſubintelligitur] ΟΜΟΝΟΙΑ. Iſtud namque ΕΠΙ, ut eo redeamus, talem ἐπωνυμίαν indicare videtur.

Attamen in aliis nummis illud ΕΠΙ quoque ſæpius occurrit, ubi nullam ἐπωνυμίαν deſignat. Sic enim pag. 279. habui-

buimus, ΕΠΙ Μ. ΑΥΡ. ΤΕΡΤΙΟΥ ΑCΙΑΡΧΟΥ; (in Smyrnenſium nempe nummo) uti & ΕΠΙ ΤΕΡΤΙΟΥ ΑCΙΑΡΧΟΥ: quum & aliàs apud eoſdem habeamus, ΕΠΙ CΤ. ΑΥΡ. ΔΑΜ. ΑCΙΑΡ. *Sub Stratego Aurelio Dama, ſimul exiſtente Aſiarchâ.* Quo ſatis clare indicatur *Damam* iſtum ἐπώνυμον quidem fuiſſe, quatenus erat ϛρατηγὸς, ſed non quatenus *Aſiarcha*: licet minime dubitem, in faſtis communium Aſiæ ludorum, *Aſiarchas*, ut eatenus ἐπωνύμους, fuiſſe ſignatos.

Sic quoque exiſtimo in illo Smyrnenſium nummo, cujus inſcriptio ita habet, CΜΥΡ. Γ. ΝΕ. ΕΠ. ΠΟΛΛΙ. ΑΝΘΥ. Pollionem hunc, dum eſſet Aſiæ Proconſul, ſimul, honoris cauſa, quando hic nummus cuſus fuit Smyrnenſium fuiſſe ϛρατηγὸν; ac proconſulatus hic ita factum fuiſſe mentionem, ut inde aliis pateret quantæ præterea auctoritatis ϛρατηγοὶ iſto tempo illi honorati fuerint: eandemque ob cauſam in alio nummo apparere Aponianum Proconſulem hoc modo: CΜΥΡ. ΕΠΙ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ ΑΠΡΟΝΙΑΝΟΥ. Proconſulari imperio viros, id ſibi dedecori non duxiſſe, ut ϛρατηγοὶ eſſent Smyrnenſium, eo minus mirum nobis videri debet, quod Adrianus Cæſar, jam ſummum imperium adeptus, tamen ἄρχων Athenienſium eſſe voluerit; ac Conſtantinus Magnus etiam, jam Auguſti titulo ac dignitate honoratus, ibi & nomen, & munus ϛρατηγοῦ ἐπὶ τῶν ὅπλων, ſeu *Curatoris publicæ annonæ* (ut ſupra, pag. 410. oſtendi) aſſumpſerit.

Quin *Sophiſtarum* nomina quandoque fuiſſe in nummis expreſſa ut Sophiſtarum, quamvis minime quatenus eâ ratione ἐπώνυμοι eſſent, ſed quod τοῦ ϛρατηγοῦ munus obirent, videmus aqud eoſdem Smyrnenſes (ne ab illis ad alios digrediar.) Sic namque ex. gr. habemus in nummo, ſub Severo & Caracalla cuſo: CΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ; ΡΟΥΦΙΝΟΥ CΟΦΙ. quod plenius in alio exprimitur hoc modo: ΕΠΙ

CΤΡΑ.

CΤΡΑ. ΚΑ. ΡΟΥΦΙΝΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΣΜΥΡΝ. Illud ΕΠΙ namque, æque actque iſtud ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ, in multis quidem exprimitur, in multis contrà non. Ac nihil clarius eſt quam *Sophiſtas*, quatenus *Sophiſtas*, nullo fuiſſe in magiſtratu aut Sacerdotio: quantumvis aliàs & quandoque Conſules eſſent, aut Conſulares, aut Archontes, aut Pontifices (ſive Aſiæ, ſive Lyciæ, ſive aliarum Regionum urbiumve) aut exercituum Duces: qualia exempla nobis apud Philoſtratum occurrunt; qui & Herodem Atticum διςύπατον vocat, ſive plus ſemel Conſulem: licet in faſtis Conſularibus is ſemel tantum, ac quidem ſub Æl. Adriano occurrat. Fieri tamen potuit, ut ſemel ordinarius Conſul, ſemel quoque ſuffectus fuerit. Certe Gellius lib. I. çap. 2. de ipſo ita loquitur: *Herodes, Atticus vir & Græcà facundia, & Conſulari honore præditus.* Qua propter ἐπωνυμίαν hinc, quatenus aut Conſules, aut *Proconſules*, aut *Aſiarchæ*, aut *Sophiſtæ*, aut *Agonothetæ*, in nummis comparent, ullam quis exſculpere jure queat: niſi, ut dixi, quatenus id ad Collegiorum, Collegiatorumve, aliorumve munerum corpora pertineat. Verum uti hæc, atque ſimilia, eruditioribus ignota eſſe nequeunt, ita ulterius iis aliquid ſuperaddere minime neceſſarium duco.

---

## CAPUT III.

*Dum per paulò majus otium hæc mea relegere mihi contigit (quod vellem mihi ubique contigiſſe) ſic, præter exſpectationem* currente rota mihi urceus exit; *ac pro tribus quatuorve pagellis, totum caput inde enaſcitur, his duobus proxime præcedentibus ſubjungendum. Quare illa, quæ in fine lemmatis capitis ſecundi, de* Pæanibus, *ac*

Pæaniſtis, *&c. addideram, inter* errata *numerari libenter patiar; atque hoc Lemma huic nunc ſequenti tertio capiti præfigi.*

*De* Pæanibus *ipſorumque origine: de Certaminibus inter* Pæanum *cantores Delphis, ante cæteros, Agones ibi conſtitutos. Illos initio Diis ſolis cantatos fuiſſe, & Heroibus: hinc & poſtea Regibus quandoque; quin & tandem, per fœdiſſimam adulationem ipſorum adulatoribus, & meretricibus. De ipſorum uſu in bellis, tum ante pugnas, ſeu prœlia, tum poſt illa, ob jam partam victoriam; tum & ob pacta fœdera; tum denique & ob reſtitutam pacem. Hinc de illorum uſu pacis temporibus in conviviis, ac ſolemnitatibus.*

*De differentia inter* Hymnos, Scolia *&* Pæanes. *De* Hymnodis, Hymnologis, *&* Pæaniſtis *in ſolemnitatibus, & Ludis publicis, &c. deque ipſorum Collegiis cum in Græcia, tum & in Italia, ſeu Romæ. Singula iſtorum Collegiorum ſingulis ſuis numinibus fuiſſe attributa ex lapidibus oſtenſum; illaque non tantum aliorum* Deorum, *apud Romanos, alibique; verum &* Cæſarum, *ſive* Auguſtorum *fuiſſe, &c.*

POſt *Agonothetas*, *Hellanodicas*, cæteroſque Certaminum præſides, judices, ac miniſtros, non male, ut puto, tranſibimus, ad *Hymnodos*, *Hymnologos* & *Pæaniſtas:* ut qui etiam ad ſolennia Sacra (qualia Panathenæa, Eleuſinia, Dionyſia, Olympia, ſimiliaque alia fuerunt) Certaminaque ac Ludos, ob *Hymnos* ac *Pæanes*, in illis quoque decantandos, pertinuerunt: quamvis & alibi tam pacis quam belli temporibus, hi *Hymni* ac *Pæanes* obtinuerint.

*Pæaniſtarum* nomen nullibi, quod ſciam, præterquam in marmoribus (ac quidem unico hactenus, apud Gruterum) reperitur.

peritur. *Pæanas* tamen, qui iidem cum *Pæaniſtis* fuerunt, Heſychius in Lexico ſuo agnoſcit (niſi forte, & hic παιανισαὶ legendum ſit, ut Sopingius non fruſtra ad hunc Heſychium notat) dum ait: Παιάναι, οἱ τοὺς παιᾶνας ᾄδοντες. ſicut & apud eundem habetur: Παιὰν Ζεὺς τιμᾶται ἐν Ῥόδῳ, ἢ εἶδος ᾠδῆς: tum & alibi ipſi παιὰν eſt ᾠδὴ ἐπὶ ἀπαλλαγῇ κακοῦ ἢ αἰσχροῦ τινος, ac παιὰν στυγνὸς, θρηνητικὸς ὕμνος: cum aliàs παιᾶνας interpretur, κώμους, εὐφημίας, ᾠδὰς, ὕμνους εἰς θεόν. De cujuſmodi *Pæanibus* atque *Hymnis* mihi quoque, antequam ad ipſos *Pæaniſtas*, atque *Hymnodos* (ſive ὑμνῳδοὺς) procedam, aliquid in anteceſſum dicendum videtur.

Hi *Pæanes* igitur primitus *Apolloni*, ut *Pæani*, proprii, ac dicati hymni erant; ac quidem, ut Ariſtophanis Scholiaſtes vult, ἐπὶ παύσει λοιμοῦ ᾀδόμενοι, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ παύσει πολέμου· πολλάκις δὲ καὶ προσδοκωμένου κακοῦ; uti & contrà aliquando (ut idem, ad Irenem, notat) erant ὕμνοι εὐχαριστήριοι. At ſequentibus ævis etiam aliis Dis canebantur, (ut ex ſequentibus patebit) ac quidem Athenis, inter alios, Æſculapio Apollinis filio, teſte Philoſtrato: qui libro 3. cap. V. de Vita Apollonii, (dum de Indis loquitur) ita narrat: Οἱ δὲ ᾖδον ᾠδὴν, ὁποῖος ὁ παιὰν ὁ τοῦ Σοφοκλέους, ὃν Ἀθήνησι τῷ Ἀσκληπιῷ ᾄδουσι. *Ipſi vero canebant cantum, Sophoclis ſimilem Pæani, quem Athenis Æſculapio cantari mos eſt.*

Quatenus autem hinc ad laudes Deorum Heroumve pertinebant, de iſta nobis ita Pauſanias narrat, in Bœoticis: Λύκιος δὲ Ὠλὴν, ὃς καὶ τοὺς ὕμνους τοὺς ἀρχαιοτάτους ἐποίησεν Ἕλλησιν, οὗτος ὁ Ὠλὴν, ἐν Εἰλειθυίας ὕμνῳ μητέρα ἔρωτος τὴν Εἰλείθυιαν φησὶν εἶναι. Ὠλῆνος δὲ ὕστερον, Πάμφως τε ἔπη καὶ Ὀρφεὺς ἐποίησαν, &c. *Lycius vero Olen, qui antiquiſſimos Græcis fecit hymnos, in Lucinæ hymno, matrem eſſe Cupidinis Lucinam ipſam dicit. Et qui poſt Olenem carmina fecerunt, Pamphus & Orpheus*, &c.

Ex quibus diſcimus, & Olenem primum fuiſſe, qui *Hymnos*

*nos*

*nos* compoſuit; & Lucinæ hymnum eum compoſuiſſe: Sicut & in Atticis, ait illum Hymnum a Cretenſibns decantatum fuiſſe: atque in Corinthiacis, eundem & Junonis Hymnum feciſſe; & alium in Achaiam, (in Eliacis.) Ita ut admodum antiqui ſint, hymni etiam in aliorum Deorum Dearumque laudes cantati.

Certamina vero prima ad *Delphos Hymnorum Apollinis*, præ cæteris omnibus inſtituta fuiſſe, idem Pauſanias nos in Phocicis hoc modo docet: Ἀρχαιότατον δὲ ἀγώνισμα γενέσθαι μνημονεύουσι, καὶ ἐφ' ᾧ πρῶτον ἆθλα ἔθεσαν, ᾆσαι ὕμνον εἰς τὸν θεόν. καὶ ἦσε καὶ ἐνίκησεν ᾄδων Χρυσόθεμις ἐκ Κρήτης, οὗ δὴ ὁ πατὴρ λέγεται Καρμάνωρ καθῆραι Ἀπόλλωνα. Χρυσοθέμιδος ὕστερον Φιλάμμωνά τε ᾠδῇ μνημονεύουσι νικῆσαι, καὶ ἐπ' ἐκείνῳ Θάμυριν τὸν Φιλάμμωνος. *Antiquiſſimum in Pythicis ludis certamen fuiſſe memorant hymnum in Apollinem canere; eique certamini primo propoſita fuiße præmia in eo ceciniße, & cantu viciße Chryſothenim Cretenſem; cujus pater Carmanor Apollinem de cæde purgaſſet. Poſt Chryſothenim, Philammonem cantu viciſſe memorant: poſt hunc Thamyrim Philammonis filium.* Poſt hæc etiam & cætera certamina, temporum tractu, acceſſerunt.

Apud Arcades autem, præ cæteris Græcis, hos *Pæanas* jam olim in uſu fuiſſe, ſic clare doceri videmur a graviſſimo hiſtoriarum ſcriptore Polybio; ubi libro IV. ait: Ταῦτα γὰρ πᾶσιν ἐστὶ γνώριμα, καὶ συνήθη, διότι σχεδὸν παρὰ μόνοις Ἀρκάσι, πρῶτον μὲν οἱ παῖδες ἐκ νηπίων ᾄδειν ἐθίζονται κατὰ νόμους τοὺς ὕμνους καὶ παιᾶνας, οἷς ἕκαστοι κατὰ τὰ πάτρια τοὺς ἐπιχωρίους ἥρωας καὶ θεοὺς ὑμνοῦσι· μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς Φιλοξένου καὶ Τιμοθέου νόμους μανθάνοντες, πολλῇ φιλοτιμίᾳ χορεύουσι κατ' ἐνιαυτὸν τοῖς Διονυσιακοῖς αὐλοῖς ἐν τοῖς θεάτροις· οἱ μὲν παῖδες τοὺς παιδικοὺς ἀγῶνας· οἱ δὲ νεανίσκοι τοὺς τῶν ἀνδρῶν λεγομένους. ὁμοίως γε μὴν καὶ παρ' ὅλον τὸν βίον τὰς ἐν ταῖς συνουσίαις, οὐχ οὕτω ποιοῦνται διὰ τῶν ἐπεισάκτων ἀκροαμάτων, ὡς δι' αὑτῶν, ἀνὰ μέρος ᾄδειν ἀλλήλοις προστάττοντες. καὶ τῶν μὲν ἄλλων μα-

θημάτων

θημάτων ἀρνηθῆναι τι μὴ γινώσκειν, οὐδὲν αἰσχρὸν ἡγοῦνται· τήν γε μὴν ᾠδὴν οὔτ᾽ ἀρνηθῆναι δύνανται, διὰ τὸ κατ᾽ ἀνάγκην πάντας μανθάνειν· οὔτ᾽ ὁμολογοῦντες ἀποτρίβεσθαι. διὰ τὸ τῶν αἰσχρῶν παρ᾽ αὐτοῖς νομίζεσθαι τοῦτο. καὶ μὴν ἐμβατηρίαις μετ᾽ αὐλοῦ καὶ τάξεως ἀσκοῦντες, ἔτι δ᾽ ὀρχήσεις ἐκπονοῦντες μετὰ κοινῆς ἐπιστροφῆς καὶ δαπάνης κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἐν τοῖς θεάτροις ἀποδείκνυνται τοῖς αὐτῶν πολίταις οἱ νέοι. *Nam ut notum uſuque compertum eſt omnibus, ſoli ferme ſunt Arcades, apud quos pueri primo ab ipſa infantia ex legibus aſſueſiant hymnos & Pæanes canere; quibus more patrio ſinguli ſuos Heroas & Deos concelebrant Deinde Philoxeni ac Timothei nomos addiſcentes, quotannis per Liberalia ipſi in Theatris cum ſaltatione & tibiis, ſummo ſtudio puerilia quæ vocant ludicra pueri agitant, juvenes quæ dicuntur virorum. Similiter & in univerſa vita, quoties convivantur, non tam aſcititiis acroamatis ſeſe oblectant, quam ipſi per ſe cantionibus, quas ſuâ quemque vice canere alius alii imperat. Et cæterarum quidem diſciplinarum aliquam ſe tenere ſi quis negaverit, probri loco non ducunt: at cantandi peritiam, neque negare poſſunt; quia diſcendi neceſſitas omnibus incumbit: neque peritiam fatentes, quo minus canant, ullam excuſationem afferre; quoniam turpe id moribus ipſorum habetur. Quin etiam ad præliares modulos cum tibia & ordinata acie ſe exercentes, ſaltationibus ad hæc operam navantes, cura ſumptuque publico, quotannis prodeunt juvenes in theatrum, ut ſuæ induſtriæ ſpecimen civibus edant.*

Quæ tam large afferre lubuit, ut inde ſimul liqueat, quam non immerito Virgilius, illud de Arcadibus (in Gallo ſuo) cecinerit,

. . . . . . *Soli cantare periti Arcades.*

Hæc autem, & plura lectu digniſſima, ex eodem Polybio fere iiſdem plane verbis, Athenæus in librum ſuum Dei-

Cccc pno-

pnoſophiſtarum XIV. tranſtulit. Interim obſervamus hîc, & *Pæanas* in laudem Deorum, atque Heroum iſtius gentis, tum & *Pæanas* bellicos, decantatos fuiſſe in conviviis *publicis* (quod Athenæus addit;) ac ſuper illis Pæanibus mutua in theatris certamina facta fuiſſe.

Ac quidem Diis, ac poſt hos Heroibus, ita *Pæanes* dicati erant, ſoliſque illis cantabantur, ut Demophilus quidam Ariſtotelem violatæ religionis criminatus ſit, ſubornatus ab alio, impietatis reum egerit; quod in conviviis de *Hermeia* tyranno, ſacrum hymnum, ſeu *Pæana*, quotide (ut perhibebant) cecinerit; vel, ut ipſius Athenæi verbis utar, ὡς ἀσεβοῦντος καὶ ᾄδοντος ἐν τοῖς συσσιτίοις ὁσημέραι εἰς τὸν Ἑρμείαν παιᾶνα.

Et tamen poſteris temporibus, neque admodum diu poſt hæc, illud genus adulationis ita invaluit, ut idem Athenæus (eodem libro XIV, ac paucis interjectis) adjungat, (de alio prius carmine locutus) hæc ſequentia: Οὐκ ἔχει δ' οὔτε τὸ παιανικὸν ἐπίῤῥημα, καθάπερ ὁ εἰς Λύσανδρον τὸν Σπαρτιάτην γραφεὶς ὄντως παιάν, ὅν φησι Δοῦρις, ἐν τοῖς Σαμίων ἐπιγραφομένοις ὥροις, ᾄδεσθαι ἐν Σάμῳ. παιὰν δ' ἐστὶ καὶ ὁ εἰς Κράτερον τὸν Μακεδόνα γραφείς, ὃν ἐπικτήνατο Ἀλεξῖνος ὁ διαλεκτικός, ὥς φησιν Ἕρμιππος ὁ Καλλιμάχειος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ἀριστοτέλους. ᾄδεται δὲ καὶ οὗτος ἐν Δελφοῖς, λυρίζοντός γέ τινος παιδός. καὶ ὁ εἰς Ἀγήμονα δὲ τὸν Κορίνθιον Ἀλκυόνης πατέρα, ὃν ᾄδουσι Κορίνθιοι, ἔχει τὸ παιανικὸν ἐπίφθεγμα. παρέθετο δὲ αὐτὸν Πολέμων ὁ περιηγητὴς ἐν τῇ πρὸς Ἀράνθιον ἐπιστολῇ. καὶ ὁ εἰς Πτολεμαῖον δὲ τὸν πρῶτον Αἰγύπτου βασιλεύσαντα παιάν ἐστιν, ὃν ᾄδουσι Ῥόδιοι. ἔχει γὰρ τὸ ἰὴ παιάν, ἐπίφθεγμα· ὥς φησι Γεωργὸς ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ θυσιῶν. ἐπ' Ἀντιγόνῳ δὲ καὶ Δημητρίῳ φησὶ Φιλόχορος Ἀθηναίους ᾄδειν παιᾶνας, τοὺς πεποιημένους ὑπὸ Ἑρμίππου τοῦ Κυζικηνοῦ, ἐφαμίλλων γενομένων τῶν παιᾶνας ποιησάντων πολλῶν, καὶ τοῦ Ἑρμοκλέους προκριθέντος. *Præterea in eo carmine nulla eſt acclamatio Pæanica, velut in eo qui de Lyſandro Spartiata ſcriptus, Pæan verus eſt, quem*

*quem Duris in eo libro, cui titulus eſt, Samiorum fines, tradit à Samiis cantari. Eſt & Pæan, ſcriptum carmen in Craterum Macedonem, quod Alexinus Dialecticus compoſuit, ut inquit Hermippus Callimachius libro primo de Ariſtotele. Canitur ille Delphis, puero lyram pulſante. In eo quem de Agemone Corinthio, patre Alcyones cantant Corinthii, & quem in epiſtola ſua ad Aranthium Polemon orbis deſcriptor memorat, Pæanicæ ſunt acclamationes, quemadmodum & in eo, quem de Ptolemæo Primo Ægypti rege cantant Rhodii. Habet enim crebro repetita hæc verba,* ἰὴ παιὰν, *ut ait Georgius libro de Rhodiorum ſacrificiis. Philochorus ſcribit de Antigono & Demetrio Athenienſes Pæanas cantare, multis autoribus, ſed omnibus prælato Hermocle.*

Quæ hîc Athenæus de Lyſandro memorat, etiam Plutarchus, in ipſius Vita (ex eodem quoque Duri) tradit, hoc modo: Τότε δ' οὖν ὁ Λύσανδρος ὅσον οὐδεὶς τῶν πρόσθεν Ἑλλήνων δυνηθεὶς ἐδόκει φρονήματι καὶ ὄγκῳ μείζονι κεχρῆσθαι τῆς δυνάμεως. πρῶτον μὲν γὰρ (ὡς ἱστορεῖ Δοῦρις) Ἑλλήνων βωμοὺς αἱ πόλεις ἀνέστησαν ὡς θεῷ, καὶ θυσίας ἔθυσαν. εἰς δ' αὐτὸν πρῶτος παιᾶνες ᾔσθησαν, ὧν ἑνὸς ἀρχὴν ἀπομνημονεύουσι τοιάνδε, Τὸν Ἑλλάδος ἀγαθέας στρατηγὸν ἀπ' εὐρυχώρου Σπάρτας ὑμνήσομεν, ὢ ἰὴ παιάν. Σάμιοι δὲ τὰ παρ' αὐτοῖς Ἡραῖα Λυσάνδρεια καλεῖν ἐψηφίσαντο, &c. *Porro Lyſander cujus tunc erat major potentia quam cujuſquam fuiſſet ſuperiorum Græcorum, majorem potentia ſuâ viſus eſt arrogantiam & faſtum uſurpaſſe. PRIMO enim Græcorum aras ei (ut Duris tradit) civitates ut Deo erexerunt, victimaſque immolaverunt. In eum PRIMVM decantati Pæanes fuere: quorum unius exordium commemorant hujusmodi:*

*Ducem bonæ Pelaſgiæ lætis ab ampla plauſibus*
*Sparta canemus inclytum.*

 *Samii*

*Samii vero ſciverunt, ut Junonia apud illos Lyſandria dicerentur.*

Hæc ſi utcunque toleranda fuiſſent (quod prudentiores tamen non ita exiſtimabant) in Lyſandro; quin & pòſt in Antigono & Demetrio, tantis Athenienſium εὐεργέταις; illa omnem fœditatem ſuperant, quæ hi Athenienſes erga hujus Demetrii adulatores, quin & meretrices, ita adulatorie inſanientes conſtituerunt, ut ipſe talia cum indignatione admiraretur: quum tamen omnes adulationum ſpecies cupidiſſimo animo hîc Demetrius admitteret.

Verum hîc rurſus audiamus Athenæum; qui libro ſexto ita loquitur: Δημοχάρης γοῦν ὁ Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος ἀνεψιὸς, ἐν τῇ εἰκοστῇ τῶν ἱστοριῶν διηγούμενος περὶ ἧς ἐποιοῦντο οἱ Ἀθηναῖοι κολακείας, πρός τε τὸν Πολιορκητὴν Δημήτριον, καὶ ὅτι τοῦτ' οὐκ ἦν ἐκείνῳ βουλομένῳ, γράφει οὕτως. ἐλύπει μὲν καὶ τούτων ἔνια αὐτὸν ὡς ἔοικεν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἄλλως παντελῶς αἰσχρὰ καὶ ταπεινά. Λεαίνης μὲν καὶ Λαμίας Ἀφροδίτης ἱερά. καὶ Βουρίχου, καὶ Ἀδειμάντου καὶ Ὀξυθέμιδος τῶν κολάκων αὐτοῦ, καὶ βωμοὶ, καὶ ἡρῷα καὶ σπονδαί. τούτων δ' ἑκάστῳ καὶ παιᾶνες ᾔδοντο. ὥστε καὶ αὐτὸν Δημήτριον θαυμάζειν ἐπὶ τοῖς γινομένοις, καὶ λέγειν, ὅτι οὐδεὶς ἐπ' αὐτοῦ Ἀθηναίων γέγονε μέγας καὶ ἀδρὸς τὴν ψυχήν. *Itaque Demochares Demoſthenis oratoris conſobrinus, libro vigeſimo hiſtoriarum, cum aſſentationes explicat, quibus Demetrio cognomine Poliorcetæ adblanditi ſunt Athenienſes, quamvis ipſe nollet, ita ſcribit: horum quædam, ut apparebat, Demetrium offenderunt, quin etiam alia inſuper, & alia, prorſus fœda, & humilia: nimirum Leænæ Lamiæque Veneris templa: & Adeimanti & Oxythemidis aram, & heroa, & libationes: horumque ſingulis PÆANES canebantur; admirante ipſo Demetrio illa quæ ſic fierent, palamque dicente, quod ſuo tempore nullus Athenienſium inveniretur qui magni excelſique animi eſſet.* quæ poſteriora cum Dalechampii verſione comparentur.

Cætera

Cætera autem fœdiſſimæ adulationis apud ipſum legantur Athenæum: quod iſta minus quidem hujus loci ſint, non indigna tamen ut hiſce adjungantur ab illis, quibus lubet hujuſmodi Athenienſes comparare cum veteribus iſtis Perſarum aliorumque magnanimis victoribus, Philippique & Alexandri Antagoniſtis; inter quos hujus Democharis avunculus, Demoſthenes maxime excelluit.

Verum ut ad Deos denuo redeamus; notandum eſt, quod ſicut extra bella, bellorumque tempora hiſce canebantur Pæanes (de quibus ſtatim latius agam) ita etiam in bellis, atque ibi vel ante, vel poſt prælia, Diis (huic, illive) *Pæanes* fuiſſe cantatos: ante pugnas, ſeu prœlia, quidem Marti, Ἐνυαλίῳ (unde & Xenophon, Ἐνυαλίῳ ἐλελίζουσι, & Arrianus, Ἐνυαλίῳ ἀλαλάξαντες ἐνάντιον ἐφέροντο;) poſt prœlia vero Apollini: priores tum acquirendæ a Dîs victoriæ, tum animandis ad fortiter prœliandum militibus; poſteriores vero ἐπινικίους, & εὐχαριστικοὺς, ob victoriam jam ipſorum beneficio acquiſitam.

Hinc ad verba illa Thucididis (lib. I.) Ἤδη δ' ἦν ὀψὲ, καὶ ἐπεπαιώνιστο αὐτοῖς ὡς ἐπίπλουν, Scholiaſtes notat: Δύο παιᾶνας ᾖδον οἱ Ἕλληνες, πρὸ μὲν πολέμου, τῷ Ἄρει· μετὰ δὲ τὸν πόλεμον Ἀπόλλωνι. *Ante prœlium, ſeu conflictum, Marti, poſt prœlium Apollini.* Ut autem hîc voce πολέμου pro pugna, ſeu prœlio, utitur; ita lib. 4. ad hæc ejuſdem Thucididis verba, βάλλοντες τοῖς λίθοις καθύπερθεν ὄντες, καὶ παιωνίσαντες, ἐπῄεσαν αὖθις, ſic voce μάχης utitur: Δύο παιᾶνες ἦσαν· ἐνυάλιος, ὅτε ἦρχον, ὃς καὶ πρὸ τῆς μάχης ἐγίγνετο· καὶ ἕτερος, ὅτε ἐνίκων.

Quali autem modo *Pæan* iſte ante prœlium caneretur, oſtendit nobis eleganter Xenophon initio lib. VII. τῆς Κύρου παιδείας, his verbis: Ὅμως δὲ καὶ ὁ Κῦρος, ἐπεὶ παρήγγειλεν, ἐστράφησαν πάντες ἀντιπρόσωποι τοῖς πολεμίοις. καὶ ἦν μὲν πανταχόθεν πολλὴ σιγὴ, ὑπὸ τοῦ τὸ μέλλον ὀκνεῖν. Ἡνίκα δὲ ἔδοξε τῷ Κύρῳ καιρὸς ἤδη εἶναι, ἐξῆρχε παιᾶνα, συνεπήχησε δὲ πᾶς ὁ στρατός. μετὰ

δὲ τοῦτο τῷ Ἐνυαλίῳ τε ἅμα ἐπηλάλαξαν, καὶ ἐξανίσταται ὁ Κῦρος· καὶ εὐθὺς μὲν μετὰ τῶν ἱππέων λαβὼν πλαγίους τοὺς πολεμίους, ὁμόσε αὐτοῖς τὴν ταχίστην συνεμίγνυεν. *Sed ubi tamen Cyrus ſignum dedit, omnes ore adverſo ſe in hoſtes converterunt. Et erat altum ubique ſilentium præ futuri eventus formidine. Quum autem Cyro jam tempus eſſe videretur, PÆANEM exorſus eſt, & exercitus ſimul inſonuit. Deinde Martem* [*Enyalium*] *alta voce inclamabant, & Cyrus erupit, ſtatimque cum equitibus hoſtes aggreſſus ex obliquo, quam primùm manum cum ipſis conſeruit.*

At non ſoli *Marti* Græcos *Pæana* ante pugnam ceciniſſe, verum & *Neptuno* (forſan & aliis Dîs) oſtendunt hæc ejuſdem de Lacedæmoniis verba: Καὶ οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι, ἀρξαμένων αὐτῶν ἀποδημίας, πάντες ὕμνησαν τὸν περὶ τὸν Ποσειδῶ παιᾶνα. *Tum Lacedæmonii* [jam Argivorum regionem ingreſſi] *quod jam abeſſe domo cepiſſent, PÆANEM omnes, qui Neptuno ſolet accini, exorſi ſunt.* Quod tamen hîc non initio prœlii, quamvis alias ab accinctis ad prælia, factum fuit.

Exemplum *Pæanis* ob obtentam victoriam habemus apud eundem libro VII. hoc modo: Κἀκεῖνοι μὲν ταῦτα δειπνήσαντες, καὶ οἴκοθεν ἄλλα ἐλθόντα, ὡς ἐπ' εὐτυχίᾳ σπείσαντες, καὶ παιανίσαντες, καὶ φυλακὰς καταστησάμενοι, κατέδαρθον. *Quapropter illi tum iis veſcuntur, tum aliis quæ allata domo fuerant: factâque ob rem proſpere geſtam libatione, ac Pæane abſoluto, conſtitutis excubiis dant ſe quieti.*

Quin & jam pactis fœderibus, illos etiam *Pæana* ceciniſſe, ex hiſce ejuſdem libri ſeptimi verbis liquet: Βουλομένων δὲ ταῦτα καὶ τῶν Ἠλείων, ἔδοξεν ἀμφοτέροις εἰρήνην ποιήσασθαι, καὶ ἐγένοντο σπονδαί. γενομένων δὲ τῶν ὅρκων, καὶ ὀμοσάντων τῶν τε ἄλλων ἁπάντων, καὶ τῶν Τεγεατῶν, καὶ αὐτοῦ τοῦ Θηβαίου, ὃς ἐτύγχανεν ἐν τῇ Τεγέᾳ, ἔχων ὁπλίτας τριακοσίους τῶν Βοιωτῶν, οἱ μὲν ἄλλοι Ἀκαρνᾶνες, ἐν τῇ Τεγέᾳ αὐτοῦ καταμένοντες, ἐδειπνοποιοῦντο τε, καὶ εὐθυμοῦντο, καὶ σπονδὰς, καὶ παιᾶνας, ὡς εἰρήνης γεγενημένης, ἐποιοῦντο. *Quum hæc*

*&*

*& Eleis placerent, ambabus partibus viſum eſt pacem facere, ac libabant ſuper illa. Poſteaquam vero in hoc præſtitum eſſet Sacramentum, jamque non ſolum alii omnes, ſed ipſi quoque Tegeatæ unà cum illo Thebæo, qui gravis armaturæ peditibus CCC. Tegeæ Bœotis præerat, juraſſent: Acarnanes alii Tegeæ manentes, conviviis ac hilaritati vacabant, & PÆANES ut jam [NB] pace conſtitutâ, decantabant.*

Hinc nempe & apud Ariſtophanem Trygæus,

> Ἀκούετε λεῲ τοὺς γεωργοὺς ἀπιέναι
> Τὰ γεωργικὰ σκεύη λαβόντας ἐς ἀγρὸν
> Ὡς τάχιστα ἄνευ δορατίου καὶ ξίφους ἀκοντίου.
> Ὡς ἅπαντ' ἤδη 'στὶ μεστὰ τἀνθάδε εἰρήνης σαπρᾶς.
> Ἀλλὰ πᾶς χώρει πρὸς ἔργον εἰς ἀγρὸν παιωνίσας.

*TRYG.] Audite populus, jam coloni agros petant*
*Et arma ſecum perferant agreſtia*
*Quam citiſſime, abſque tragula, ſparo, enſe, ſpiculo*
*Quippe jam ſunt plena cuncta pacis antiquæ bonis.*
*Ergo in agrum quiſque cedat, Diſque Pæanem cantet.*

Ut autem ab his bellicis *Pæanibus* revertar ad illos, qui tempore pacis in *Panegyribus*, aliiſque caſibus, celebrabantur; Pollux, libro primo, oſtendit *Pæanas* hos, ſive *hymnos* (qui revera cum Pæanibus iidem, nec niſi diverſo reſpectu, diverſi erant) aliis quoque nominibus veniſſe, prout huic illive Deo, Deæve celebrarentur, dum ait: Αἱ δὲ εἰς θεοὺς ᾠδαὶ κοινῶς μὲν παιᾶνες, ὕμνοι. ἰδίᾳ δὲ, Ἀρτέμιδος ὕμνος, ὁ οὔπιγγος. Ἀπόλλωνος, ὁ παιάν. ἀμφοτέρων, προσῳδία. Διονύσου, διθύραμβος. Δήμητρος, Ἴουλος, &c.

*Hymnos* autem in Conviviis quoque fuiſſe decantatos, oſtendit nobis Athenæus per hæc ſequentia verba (lib. 14.)

Ἀλλὰ

Ἀλλὰ μὴν οἱ ἀρχαῖοι καὶ παρέλαβον ἔθεσι, καὶ νόμοις, τοὺς τῶν θεῶν ὕμνους ᾄδειν ἅπαντας ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν, ὅπως καὶ διὰ τούτων τηρῆται τὸ καλὸν καὶ σωφρονικὸν ἡμῶν· ἐναρμονίων γὰρ ὄντων τῶν ᾀσμάτων, προσγενόμενος ὁ τῶν θεῶν λόγος ἀποσεμνύνει τὸν ἑκάστων τρόπον. *At priſci homines conſuetudine legeque Deorum hymnos in conviviis ab omnibus cantari juſſerunt, ut reverentia numinum, ejus quod moderatum & honeſtum eſt, fines non tranſilirent. Adjuncta namque muſicis numeris de Dis oratione, magis compoſiti fiunt, & graves cujuſque mores.*

Sic, vidimus ſuprà, in exemplo Ariſtotelis παιᾶνας in menſis, ſeu conviviis fuiſſe decantatos; quamvis ille Ariſtotelis *Hymnus* non *Pæan*, ſed *Scolium*, fuerit; quod eo a *Pæane* (ut oſtenſum) differt, quod illud ἰὴ παιὰν crebro quidem repetatur in Pæanibus, nullo verò modo in *Scoliis*. *Scolion* autem, quod Heſychius παροίνιον ᾠδὴν vocat, ita dictum idem vult οὐ διὰ τὸν τῆς μελοποιΐας τρόπον, ὅτι σκολιὸς ἦν. ἀλλ' ὅτι οὐχ ἅπαντες ᾖδον αὐτά. ἀλλὰ μόνοι οἱ συνετοί. Quibus cum verbis ut convenit Athenæus; ita & ulterius *Scoliorum* genera explicat, hoc modo: Σκολιὰ δὲ καλοῦνται, οὐ κατὰ τὸν τῆς μελοποιΐας τρόπον ὅτι σκολιὸς ἦν. λέγουσι γὰρ τὰ ἐν ταῖς ἀνειμέναις εἶναι σκολιά· ἀλλὰ τριῶν γενῶν ὄντων, ὥς φησιν Ἀρτέμων ὁ Κασσανδρεὺς ἐν δευτέρῳ βιβλίῳ χρήσεως, ἐν οἷς τὰ περὶ τὰς συνουσίας ἦν ᾀδόμενα, ὧν τὸ μὲν πρῶτον ἦν, ὃ δὴ πάντας ᾄδειν νόμος ἦν· τὸ δὲ δεύτερον, ὃ δὴ πάντες μὲν ᾖδον, οὐ μὴν ἀλλά γε κατά τινα περίοδον ἐξ ὑποδοχῆς. τρίτον δὲ, καὶ τὴν ἐπὶ πᾶσι τάξιν ἔχον, οὗ μετεῖχον οὐκέτι πάντες, ἀλλὰ οἱ συνετοὶ δοκοῦντες εἶναι μόνοι, καὶ κατὰ τόπον τινὰ εἰ τύχοιεν ὄντες. διόπερ ὡς ἀταξίαν τινὰ μόνον παρὰ τἄλλα ἔχον τὸ μήθ' ἅμα, μήθ' ἑξῆς γινόμενος, ἀλλ' ὅπου ἔτυχεν εἶναι, σκολιὸν ἐκλήθη. τὸ δὲ τοιοῦτον ᾔδετο, ὁπότε τὰ κοινὰ καὶ πᾶσιν ἀναγκαῖα τέλος λάβοιεν. ταῦτα γὰρ ἤδη τῶν σοφῶν ἕκαστον ᾠδήν τινα καλὴν εἰς μέσον ἠξίουν προσφέρειν. καλὴν δὲ ταύτην ἐνόμιζον, τὴν παραίνεσίν τε καὶ γνώμην ἔχειν δοκοῦσαν χρησίμην τε εἰς τὸν βίον. *Scolia vero nuncupantur, non ob rationem & modum eorum verſuum, qui profecto eſt* σκολιός.

*Nam*

*Nam quod in pangendis carminibus, & cantionum modulis remiſſius eſt, σκολιὸν dicitur: Verum cum tria genera ſint, ut ſcribit Artemon Caſſandreus libro ſecundo De uſu carminum Scoliorum, quæ in hominum cœtu ac convictu canuntur, ac primum quidem, quod ab omnibus cantari ſolenne fuit: alterum quod omnes certe canebant, verum circuitu quodam, ut alius alii ſuccederet, ſervato omnium convivarum ordine: tertium, cujus participes non omnes erant, ſed quod ab iis ſolis recitabatur, qui eruditiores haberentur, & qui loco certo quodam [prout ipſis obvenerat] accubuiſſent. Quapropter quia extra ordinem (ſive inordinate quaſi) neque ſimul ab omnibus neque a proximis continenter ac deinceps, ſed prout quiſque (eorum qui canebant) accubuiſſet, SCOLIUM id appellatum eſt. Atque ejuſmodi Scolium cantabatur, cum eorum quæ omnibus communia & neceſſaria miniſtrata fuerant, jam finis eſſet. Tum enim decorum cenſebant ſapientem quemque pulchram quandam cantionem in medium proferre. Pulchram vero cantilenam putabant quæ exhortationem quandam complecteretur, aut egregiam (aliquam) ſententiam, quæ vitæ humanæ utilis eſſet.* Tum porro ſubjungit diverſa *Scolia*, alia ab aliis, in Deorum Dearumve laudem cantata.

Idem fere circa *Pæanas*, in conviviis, locum habuiſſe nullus dubito. verum a menſis ac conviviis ad Solemnitates, ſeu feſta, tranſeamus: in quibus ut *Pæanes* ac *Hymni* canebantur, ita illos ab hominibus ad id electis, ſeu conſtitutis celebratos fuiſſe, ex antiquis lapidibus conſtare videtur. De quibus igitur nunc aliquid dicendum.

Ὑμνῳδοὺς & Συνυμνῳδοὺς habuimus jam ſupra pag. 528. in lapidis fragmento, ſeu inſcriptione ex Oxonienſibus, ac Reineſio, adducta: ut quod dum de *Alytarchis* loquerer, attuli. unde non ſolum liquere videtur, plures numero illos unica in civitate fuiſſe, verum & collegia ipſorum fuiſſe conſtituta. Quod etiam non obſcure firmatur, ex iſto marmore, quod eodem loco (nempe Smyr-

næ) repertum (ac cum in Oxonienſibus quoque, tum, & a Reineſio exhibitum) ita, inter alia, habet:

. . . : . . ΚΑΙ. ΟΣΑ. ΕΠΕΤΥΧΟΜΕΝ
ΠΑΡΑ. ΤΟΥ. ΚΥΡΙΟΥ ΚΑΙ ΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΑΔΡΙΑΝΟΥ. ΔΙ. ΑΝΤΩΝΙΟΥ. ΠΟΛΕ
ΜΩΝΟΣ. ΔΕΥΤΕΡΟΝ. ΔΟΓΜΑ
ΣΥΝΚΛΗΤΟΥ. ΚΑΘ. Ο. ΔΙΣ. ΝΕΩ
ΚΟΡΟΙ. ΓΕΓΟΝΑΜΕΝ. ΑΓΩ
ΝΑ. ΙΕΡΟΝ. ΑΤΕΛΕΙΑΝ. ΘΕΟΛΟ
ΓΟΥΣ. ΥΜΝΩΔΟΥΣ, &c.

Quorum *Hymnodorum* (ſive ὑμνῳδῶν) forſan caput ac præſes fuit *Polemon* Sophiſta, in hoc marmore nominatus, cum quod is apud Smyrnenſes in permagna eſſet exiſtimatione atque honore; quoniam ita magnus horum Smyrnæorum apud Imperatorem eſſet patronus (quod quoque ex hac ipſa inſcriptione perſpicere licet) ut etiam ipſius jam mortui, olim pro Smyrnenſibus conſcripta oratio, pro Smyrnenſium primatu, præ ceteris maxime valeret, primatumque iſtum obtineret: tum quod etiam Imperator, quum is Athenis templum Olympicum conſecraret, *Polemonem* ibi *Sacrorum Hymnos* celebrare juſſerit.

Ita namque Philoſtratus, in hujus Polemonis vita, id teſtatur: Τὸ δὲ Ἀθήνησιν Ὀλύμπιον, δι' ἑξήκοντα καὶ πεντακοσίων ἐτῶν ἀποτελεσθὲν, καθιερώσας ὁ αὐτοκράτωρ ὡς χρόνου μέγα ἀγώνισμα, ἐκέλευσε καὶ τὸν Πολέμωνα ἐφυμνῆσαι τῇ θυσίᾳ. *Quum Athenis Olympicum conſecraſſet annorum quingentorum & ſexaginta curriculo peractum, Imperator, tanquam magnum temporis certamen, Polemonem etiam ſacrorum hymnos (ſeu Pæanas) celebrare juſſit.*

Ut

Ut autem Smyrna ſuos ſibi habebat ὑμνωδὲς; ſic illi (uti modo ex exemplo *Polemonis* didicimus) minime ex fece vulgi erant. Quod clarius adhuc ex hac jam ſequenti (apud Sponium Miſcell. pag. 354. reperiunda) inſcriptione liquet:

ΒΡΗΣΕΙ ΔΙΟ
ΝΥΣΩ ΟΙ
ΝΟΜΑΟΣ
ΝΕΙΚΕΡΩΤΟΣ
ΤΟΥ ΘΕΩΔΟΤΟΥ
ΠΡΥΤΑΝΙΣ
ΚΑΙ ΥΜΝΩΔΟΣ

Iſte nempe *OEnomaus Nicerotus* ibi ſimul ὑμνωδὸς ac *Prytanis* erat.

Neque tantum Smyrnæ, alibique in Græcia, hujusmodi ὑμνωδοὶ, ſive *Hymnologi*, obtinebant, ipſorumque *Collegia*; ſed etiam *Romæ*; ſicut id patet ex ſequenti inſcriptione, quæ apud Gruterum pag. 645. habetur:

TI . CLAVDIO GLYP
TO HYMNOLOGO DE
CAMPO CAELIMON
TANO VIXIT ANNIS
XXV . MENSIBVS VIII . FE
CIT . L . CEIONIVS . MA
GNVS FILIASTRO
BENE MERENTI
ET . T . CLAVDIVS CHRYSOCON
FRATRI PIENTISSIMO

Quin & plura ibi ejusmodi *Collegia* fuiſſe, oſtendit illud, HYMNOLOGO DE CAMPO CAELIMONTANO: tum etiam id, quod & diverſorum Deorum diverſa talia *Collegia* fuerint: ſicut & inde patere videtur, quod ut apud Smyrnenſes, tantum unicum nobis (quod ſciam) reſtat, *Bacchi Bryſei:* ita & *Romæ* plura ac plurium Deorum fuiſſe ſat clare conſtare videtur, ex iſto marmore, quod a Grutero pag. 314. n°. 2. repræſentatur hoc modo:

ΙΕΡΑ ΤΑΞΙC ΤωΝ ΠΑΙΑΝΙCΤωΝ
ΤΩΝ ΕΝ ΡωΜΗ ΔΙΟC ΗΛΙΟΥ
ΜΕΓΑΛΟΥ CΑΡΑΠΙΔΟC ΚΑΙ ΘΕωΝ
CΕΒΑCΤωΝ ΕΤΕΙΜΗCΑΝ ΕΜΒΗΝ
ΠΡΟΦΗΤΗΝ ΠΑΤΕΡΑ ΤΗC ΠΡΟ
ΓΕΓΡΑΜΜΕΝC ΤΑΞΕωC ΠΡΟΤΟ
ΜΗΜΑΡΜΑΡΙΝΗ Η ΑΝΑΘΕΙCΑ
ΕΝ Τω ΟΙΚω ΤωΝ' ΠΑΙΑ
ΝΙCΤωΝ ΤΗ ΠΡ Α̅ ΝωΝωΝ
ΜΑΙωΝ Η ΕCΤΙΝ ΚΑΤΑ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙC ΠΑΧωΝΙΑ
ΕΠΙ ΚΟΥΡΑΤΟΡΟC ΜΕΤΕΙΛΙΟΥ
ΑΜΠΛΙΑΤΟΥ ΠΡΕCΒΥΤΕΡΟΥ
CΕΞΤω ΕΡΟΥΚΙω ΚΛΑΡω
Β. ΓΝΕω ΚΛΑΥΔΙω.
CΕΒΗΡω ΚωC

Licet autem hic eoſdem *Pæaniſtas*, adeoque unum idemque

que Collegium, ſeu τάξιν (ut Græca habent) *Pæaniſtarum*, tum *Sarapidis*, tum *Auguſtorum* videamus; diverſi tamen alias fuere *Pæaniſtæ* Sarapidis, ab illis quæ *Pæaniſtæ Auguſtorum* erant, adeoque & diverſa ipſorum *Collegia*. Sic namque videmus alias *Sodalitates*, ac *Sacerdotum collegia*, ſingula ſuis ſingulis numinibus dicata fuiſſe: quamvis, uti ex exemplis, alia occaſione, ſupra allatis liquet, unus idemque homo plura ſimul Sacerdotia, ac quidem diverſorum admodum Deorum Dearumve obtineret, quin & diverſarum quandoque civitatum ac regionum: ac quamvis unicum Romæ *Collegium Tibicinum* ac *Fidicinum* eſſet, quod omnibus, (ut videtur) Sacris Romanis præſto eſſet; uti ex hac ſequenti inſcriptione, apud Gruterum pag. 175. n°. 10. reperiunda liquet,

COLLEGIO TIBICINVM
ET FIDICINVM ROMANORVM
QVI S. P. P. S
TITVS IVLIVS. TYRANNVS, &c.

Tamen non ſolum, plurimi *Singulares Sacerdotes* verum & multa *Sacerdotum Collegia*, ſingula ſuis Dis Deabuſve dicata erant. quod etiamſi nulla demonſtratione opus habeat, omittere nequeo hæc Suetonii de Caligula verba: *Quas ob res inter reliquos honores decretus eſt ei clypeus aureus; quem quotannis certo die COLLEGIA SACERDOTVM in capitolium ferrent, ſenatu proſequente, nobilibus pueris ac puellis [Patrimis nimirum ac Matrimis] carmine modulato, laudes virtutum ejus canentibus.*

De *Patrimis* autem *Matrimiſque* pueris, illa quæ Vopiſcus habet, in Aureliani vita, hæc Suetonii verba aliquatenus illuſtrare videntur, ubi ſuper inſpiciendis Sibillinis libris conſultatio habetur, atque inter alia Ulpius Syllanus primæ ſententiæ ſenator, ait: *Patrimis, Matrimiſque pueris carmen indicite.* Quæ carmina an hymni ſimpliciter an *Pæanes* fuerint, non exprimitur; nec cui Deo Deæve canerentur: quod, ut dixi, melius de *Hymnis* ac *Pæanibus* ab *Hymnologis*, Ὑμνῳδοῖς, ac Παιανισταῖς decantatis liquet. Illi namque *Patrimi* ac *Matrimi* ex Romuli inſtitutione è & ex Sacerdotum liberis, aut alias, ex aliis familiis (ſi hi eatenus orbi eſſent) atque ex ſingulis curiis electi fuerunt: puerique ad pubertatem uſque, puellæque quandiu virgines eſſent, certis Sacris, (teſte Dion. Halicarn.) ut illa ita optime peragerentur, miniſtrabant; hi contra diverſo admodum modo collegiati, etiam horum illorumve Cæſarum, ſive Auguſtorum, velut Deorum, Sacris, ut & Laudibus decantandis, Sacrati erant. Unde & Ὑμνῳδοὺς Adriani Cæſaris, & Συνυμνῳδοὺς τοῦ θεοῦ Ἀδριανοῦ, in illa, pag. 528. allata inſcriptione reperimus. quæ inſcriptio ſi integra nobis ſupereſſet, forſan (quantum conjicere licet) etiam Ὑμνῳδοὺς, (ſaltem Ὑμνῳδὸν) alterius cujusdam Auguſti, Deive exhiberet. Hæc autem *Hymnodorum*, tum & *Pæaniſtarum*, Collegia mihi inſtituta videntur, in Græcia Aſiatica, ut per illa Deorum Laudes, in Ludis eorum honori dicatis, ac quidem maxime occaſione *Neocoriarum* horum illorumve Auguſtorum, celebrarentur. Ut hoc autem obiter addam; verba illa, quæ in inſcriptione Græca modò adducta, linea octava & nona occurrunt, nempe ΕΝ ΤѠ ΟΙΚѠ ΤѠΝ ΠΑΙΑΝΙϹΤѠΝ, indicant horum *Pæaniſtarum contubernium*, ſeu domum in quam ſimul ut tales coibant: Quamvis hoc omnibus ac ſingulis Collegiis, Sodalitatibus, Fratriis ac Thiaſis proprium eſt;

eſt; adque adeo vix mereatur, ut cum aliqua cura notetur, cæteriſque ſuperaddatur.

Quare ab hiſce ita per occaſionem, ac quaſi per parentheſin tractatis, tranſeamus ad *Gymnaſiarchas* alioſque præpoſitos ac miniſtros *Gymnaſiorum*, ſeu *Paleſtrarum*; in quibus illorum Certaminum, ſeu Ludorum, qui aut Delphis aut in Olympia aut alibi, vel per Pentaëterides aliterve, vel in *Neocoriis Auguſtorum* fiebant, *Progymnaſmata* fiebant.

# DISSERTATIO OCTAVA
## DE
## *Gymnaſiarchis, &c.*

### CAPUT I.

*De* Gymnaſiarcharum *munere. Illud* annuum *fuiſſe (qua occaſione & ſuper vera lectione unius alteriuſque Inſcriptionis aliquid dicitur:) nec ſolummodo* annuum, *ſed quandoque, in uno eodemque homine, per aliquot ſubſequentes annos continuatum. Quid* λαδίκωμα *fuerit; atque hinc obiter de coronatis ob merita; pluriumque inde quandoque urbium civibus. Unde tranſitur ad* Gymnaſiarchas Menſurnos, *ſeu qui ex duodecim numero electis, unusquiſque ſuo menſe præſiderent Gymnaſio: qua rurſus occaſione diſſeritur de* Menſibus Atticis; *ipſorumque rectus ordo ex lapidibus certò oſtenditur: ſicut & quatenus illi, ratione temporum anni, cum menſibus Romanorum convenerint: tum denique de Menſibus* ἐμβολίμοις, *quatenus & iſti huc faciunt.*

POſt *Agonothetas* qui Certaminibus ac Ludis moderabantur, non male, meo judicio, ſequuntur *Gymnaſiarchæ* Græcorum [qua occaſione & de *Xyſtarchis* Italorum aliquid dicendum erit] tum & *Pædotribæ*, & *Sophroniſtæ*, & alii Gymnaſiorum miniſtri. *Gymnaſiarchæ* hi, ut eruditioribus notum eſt, toti *Gymnaſio*, adeoque & ſimul *Xyſto*, præerant, ac velut ipſius principes, omnia dirigebant, tempus & horas præſcribebant, atque alia denique, quæ ad hujusmodi exercita-

ercitationum ac locorum publicorum ſummos moderatores, ſeu præſides ac præfectos ſpectant, ſedulo curare debebant: ſicuti bene eruditiſſimus Medicus Hier. Mercurialis ex Plauto, ex Plutarcho, & ex Cicerone obſervat. Hinc & illi purpura veſtiti erant: ut ex Luciani Dialogo de Gymnaſiis, non obſcure liquet. Ita enim ibi Anacharſis: Ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἄρχων οὑτοσὶ διΐστησιν αὐτοὺς, καὶ λύει τὴν μάχην· τεκμαίρομαι γὰρ τῇ πορφυρίδι τῶν ἀρχόντων τινὰ τοῦτον εἶναι. ὁ δὲ ἐποτρύνει, καὶ τὸν πατάξαντα ἐπαινεῖ. *Sed neque hic præfectus ipſos ſejungit, & pugnam dirimit [etenim ex purpura conjicio hunc ex præfectis,] ſeu præſidibus (aliquem eſſe) ſed incitat & laudat eum qui percuſſit.*

Quæ poſtrema verba quoque indicant illos præſentes exercitationibus, ſeu certaminibus Gymnaſticis adfuiſſe; Athletaſque ibi ad publica Certamina decertanda, in Academia, in Lyceo, & in Cynoſargi (unumquemque loco ſibi deputato) inſtituiſſe atque ad Certamina præparaſſe, ſive illa eſſent Olympica ſive Pythica, ſive Iſthmica, ſive Panathenaica, ſive alia quæcunque demum; ad quæ, poſt talia exercitia hi Athletæ decertandi gratia ſe conferre vellent, ut coronas cæteraque privilegia ſibi ac civitatibus ſuis Victoriæ præmium acciperent, οἷον ἐλευθερίαν λέγω [ait apud eundem Lucianum Solon] αὐτοῦ τε ἑκάστου ἰδίᾳ, καὶ κοινῇ τῆς πατρίδος, καὶ πλοῦτον, καὶ δόξαν, καὶ ἑορτῶν πατρίων ἀπόλαυσιν, καὶ οἰκείων σωτηρίαν· καὶ συνόλως τὰ κάλλιστα, ὧν ἄν τις εὔξαιτο γενέσθαι οἱ παρὰ τῶν θεῶν. ταῦτα πάντα τῷ στεφάνῳ, ὅν φημι, συναναπέπλεκται, καὶ ἐκ τοῦ ἀγῶνος ἐκείνου περιγίνεται, ἐφ' ὃν αἱ ἀσκήσεις αὗται, καὶ οἱ πόνοι ἄγουσιν. *Nimirum libertatem privatim uniuscujuſque, patriæque communiter: præterea divitias, gloriam, & feſtorum patriorum fruitionem, & neceſſariorum ſalutem: Denique pulcherrima quæque quæ quivis ſibi a Dis dari optaret. Hæc omnia cum corona quam dico, contexuntur, & ex illo certamine accedunt, ad quod iſtæ exercitationes, & labores ducunt.*

Horum vero *Gymnaſiarcharum* munus annuum fuiſſe videtur: niſi ſi aliquando etiam id benemeritis, ſeu qui cum laude atque honore illud jam adminiſtraverant, per unum pluresve ſubſequentes annos, (ut annuum tamen) continuaretur: quamvis & aliàs quandoque ſecunda, tertia, quartave vice denuo eligerentur. An autem alicubi (ac qua ratione) etiam menſtruum fuerit, inferius quoque diſquirendum veniet.

Porro annuum illud fuiſſe videmus ex ſequenti hac inſcriptione, cum apud Gruterum, tum inter marmora Oxonienſia reperiundâ:

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΕΠΙ ΚΛ. ΑΤΤΑΛΟΥ ΑΡ
ΧΟΝΤΟΣ ΚΟΣΜΗΤΗΣ
ΕΦΗΒΩΝ ΙΕΡΕΥΣ ΘΕΟΥ
ΚΑΙ ΘΕΑΣ ΕΙΡΕΝΑΙ
ΟΣ ΠΑΙΑΝΙΕΥΣ
ΕΦΗΒΕΥΕΝ ΑΥΤΟΥ
ΥΙΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ
ΕΙΡΗΝΑΙΟΥ ΠΑΙΑΝΙ
ΕΥΣ ΕΓΥΜΝΑΣΙΑΡ
ΧΗΣΕΝ ΤΟΥ ΕΝΙΑΥ
ΤΟΥ ΤΟΥΣ ΕΦΗΒΟΥΣ
ΦΛ. ΣΤΡΑΤΟΛΑΟΣ
ΦΥΛΑΣΙΟΣ ΕΓΕΝΟΝ
ΤΟ ΕΦΗΒΟΙ ΔΙΑΚΟ
ΣΙΟΥ ΚΑΙ ΔΥΟ

Ubi ſub *Gymnaſiarcha* iſtius anni Stratoſilao habemus ephe-

ephebos in album Gymnaſii, ac numerum Athletarum, iſto anno proculdubio) relatos CCII. iſtiuſque adeo diſciplinæ, ſeu regimini ſubditos.

Quod vero notandum duco eſt, hanc eandem inſcriptionem, quæ inter Marmora Oxonienſia pag. 85. n°. 15. habetur, comparere quoque apud Gruterum pag. 317. n°. 3. ſed ibi linea 7. & 8. pro ΑΥΤΟΥ ΥΙΟC reperiri ΑΝΤΩΝΙΟC. quod ΑΝΤΩΝΙΟC hîc longe magis quadrat quam iſtud ΑΥΤΟΥ ΥΙΟC. Nam qualis iſte ſenſus, *Coſmetes* (*erat*) *Epheborum Irenæus Pæanieus*; *inter Ephebos* (vero) *erat IPSIUS filius*, *Dionyſius Irenæi filius*, præ illo: *Coſmetes Epheborum*. . . . . Irenæus *Pæanieus*; *inter Ephebos* [nempe illos qui jam nomen ſuum exercitationibus Gymnaſticis dederant] *erat Antonius Dionyſius Irenæi filius?* poſt quæ tum porrò ſequitur: *Gymnaſiarcha* (iſtius) *anni Ephebis moderabatur Flavius Stratoſilaus*, &c. Contrà autem hæc, quæ directe poſt illa, ΔΙΑΚΟCΙΟΙ ΚΑΙ ΔΥΟ in eadem inſcriptione, ſequuntur, ita corrupte apud Gruterum exhibentur, ut nullus ſenſus commodus inde elici queat; ut

ΛΑΜΠΑΔΑ
ΝΕΙΚΗCΑC
CΥΝΕΦΗΒΟΙC ΤΗΔΑ
ΝΕΘΗΚΑC Ο
ΤΗΓΙΔΗC
ΠΑΝΤΩΝΩ
ΤΥΧΙΔΟΥ
ΑΘΜΟΝΕΥC

Quantumvis ſic illa ibi vertantur: *Lampada victor cum adoleſcentibus hic depoſuiſti Otigides Pantono Tychidæ F. Athmoneus.*

 Inte-

Interim Scaliger hanc Inſcriptionis poſteriorem partem (in notis ad Gruteri Theſaurum) *ita egregie reformari* exiſtimat:

Λαμπάδα νεικήσας συν ἐφήβοις τῇ δ' ἀνέθηκα
Συντυχίδης Πάντων Εὐτυχίδου Ἀθμονεύς;

Quum interim in dictis marmoribus Oxonienſibus legatur hoc modo:

ΛΑΜΠΑΔΑ
ΝΙΚΗCΑC
CΥΕΦΗΒΟΙC CΤΗΛΑ
Ν ΕΘΗΚΕΝ Ο
ΤΙΓΙΔΗC
ΠΑΝΤΩΝΩ
ΤΥΧΙΔΟΥ
ΑΘΜΟΝΕΥC

Ubi ego iſta Παντώνω τυχίδου, ſic uti ibi exhibentur non diviſim legerem, ſed potius ita conjunctim, Παντωνωτυχίδου, adeoque, ea paulo altius repetendo, *Lampada* [ſeu in Lampadodromiæ certamine] *Victor, iis qui ſimul Ephebi erant* [aut ſi dividere ab invicem hæc duo CΥΝ & ΕΦΗΒΟΙC malis, *ſimul cum Ephebis*, quod tamen minus probo] *cippum poſuit Otigides Pantonotychidæ filius Athmoneus.*

Lectionem autem iſtam CΤΗΛΑΝ, tum & illam ΕΦΗΒΟΙC, confirmant, quæ cùm apud Gruterum, eadem pag. nº. 1. habentur, tum & in Oxonienſibus, quoque unica inſcriptione interpoſita, ſequuntur:

ΚΟCΜΗ-

ΚΟϹΜΗΤΕΥΟΝΤΟϹ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ . ΑΧΑΡΝΕΩϹ

ϹΤΗϹΕΝ ΑΧΗΡΙϹΤΟϹ

ϹΤΗΛΗΝ , ΜΕΓΑΚΥΔΕ

ϹΙΝ ΑϹΤΟΙϹ, &c.

*Athmonon* autem Tribum Atticam fuiſſe, oſtendunt hæc a Sponio Athenis deſcripta:

. . . . . . ΝΕΙΣ ΧΑΡΙΕΣΣΑ ΑΡΙΣΤΩ

ΝΟΣ ΕΞ ΑΘΜΟΝΕΩΝ

Tum & hæc ſequens inſcriptio, licet vetuſtatis ruinâ ſit capite truncata (apud eundem Sponium tomo 2. pag. 140. itinerarii exhibita:)

. . . . . . . . . . . . . . .

ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΥ

ΣΕΒΑΣΤΟΥ

ΑΘΗΝΑΙ ΑΡΧΗΓΕΤΑΙ ΣΤΡΑΤΗ

ΓΟΥΝΤΟΣ ΕΠΙ ΤΟΥΣ ΟΠΛΙΤΑΣ

ΕΥΚΛΕΟΥΣ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΥ

ΤΟΥ ΚΑΙ ΔΙΑΔΕΞΑΜΕΝΟΥ

ΤΗΝ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝ ΥΠΕΡ ΤΟΥ

ΠΑΤΡΟΣ ΗΡΩΔΟΥ

ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΟΣ ΕΠΙ

ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΝΙΚΙΟΥ ΤΟΥ

ΣΑΡΑΠΙΩΝΟΣ ΑΘΜΟΝΕΩΣ

Quæ porro etiam ad annuos *Gymnaſiarchas* (ut ad illos denuo revertamur) ſpectare videtur, eſt hæc ſequens:

ΕΠΙ ΘΕΩΝΟC
ΑΡΧΟΝΤΟC
ΚΟCΜΗΤΟΥ ΔΙΟΝ
ΥCΙΟΥ ΜΑΡΚΟC
ΑΝΑΦΛΥCΤΙΟC
ΓΥΜΝΑCΙΑΡΧΗCΑC

Quamvis id minus audacter affirmare auſim.

Ad continuatos vero per plures annos, cum iſto munere, *Gymnaſiarchas* pertinet hæc ſequens Inſcriptio; cujus verſionem quoque dare operæ pretium duxi:

ΕΔΟΞΕ ΤΟΙΣ ΑΛΕΙΦΟΜΕΝΟΙΣ ΕΠΕΙΔΗ
ΒΑΤΩΝ ΦΙΛΩΝΟΣ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΜΕΝ
ΕΠ ΕΤΗ ΔΥΟ ΠΡΟΧΕΙΡΙΣΘΕΙΣ ΓΥΜΝΑΣΙ
ΑΡΧΟΣ ΠΡΟΕΣΤΑΤΗΣΕ ΕΝΔΟΞΩΣ
ΚΑΙ ΚΑΤΑΞΙΩΣ ΑΥΤΟΥ ΤΕ ΚΑΙ ΤΩΝ
ΑΛΕΙΦΟΜΕΝΩΝ ΠΡΟΑΙΡΕΣΩΣ ΤΟΥ
ΓΥΜΝΑΣΙΟΥ ΑΝΤΘ ΩΝ ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΕΥΔΟ-
ΚΙΜΗΣΑΝΤΑ ΕΣΤΕΦΑΝΩΣΕΝ ΑΥΤΟΝ
ΕΠΙ ΤΑ ΠΡΟΕΙΡΗΜΕΝΑ ΕΤΗ ΔΥΟ ΘΑΛ
ΛΟΥ ΣΤΕΦΑΝΩ ΚΑΙ ΤΗΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΩΝ
ΑΝΑΓΡΑΦΗΝ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΟΣ ΧΑΡΙΝ
ΕΙΣ ΤΟ ΓΥΜΝΑΣΙΟΝ ΚΑΤΑΚΗΧΩΡΗΚΕΝ ΦΙ
ΛΟΤΙΜΙΑΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΤΗΣ ΛΟΙΠΗΣ Ε
ΠΙΜΕΛΕΙΑΣ ΗΣ ΕΧΩΝ ΔΙΕΤΕΔΕΣΕΝ ΕΙΣ
ΑΥΤΟΥΣ ΠΑΛΙΝ ΤΕ ΕΙΣ ΤΟ Κ C Λ ΚΑΙ Κ Ζ

Λ ΚΑΙ

Α ΚΑΙ Η Κ Α ΑΞΙΩΘΕΙΣ ΥΠΕΜΕΙΝΕ ΓΥ
ΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΙ ΚΑΙ ΤΗΝ ΑΡΜΟΖΟΥΣΑΝ ΕΥ
ΤΑΞΙΑΝ ΑΥΤΟΣ ΤΕ ΣΥΝΕΤΗΡΗΣΕΝ ΚΑΙ
ΤΟΥ ΤΟΠΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΛΕΙΦΟΜΕΝΩΝ Ε
ΚΤΕΝΕΣΤΕΡΟΝ ΚΑΙ ΦΙΛΟΤΙΜΟΤΕΡΟΝ ΕΤΙ
ΠΟΛΛΩΙ ΠΡΟΕΣΤΑΤΗΣΕΝ ΤΟΥΣ ΤΕ ΤΩΙ
ΕΡΜΕΙ ΚΑΙ ΗΡΑΚΛΕΙ ΤΙΘΕΜΕΝΟΥΣ ΥΠΕΡ
ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΓΥΜΝΙΚΟΥΣ ΑΓΩΝΑΣ
ΣΥΝΕΥΚΟΣΜΩΝ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΑΥΤΟΥ ΔΥ
ΝΑΜΙΝ ΚΑΙ ΙΔΙΑΝ ΕΚΤΙΘΕΙΣ ΑΘΛΑ ΤΑ
ΚΑΘΗΚΟΝΤΑ ΤΟΙΣ ΑΓΩΝΙΖΟΜΕΝΟΙΣ
ΕΦ ΟΙΣ ΘΕΩΡΟΥΝ ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΠΑΣΑΝ
ΠΡΟΘΥΜΙΑΝ ΚΑΙ ΣΠΟΥΔΗΝ ΕΝΔΕΙΚΝΥΜΕ
ΝΟΝ ΑΥΤΟΝ. ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΤΟΠΟΥ ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ
ΤΕ ΧΡΥΣΟΥΣ ΠΕΡΙΤΕΘΕΙΚΕΝ ΚΑΙ ΓΡΑΠΤΗ
ΤΕΤΙΜΗΚΕΝ ΕΙΚΟΝΙ ΒΑΤΩΝΑ ΦΙΛΩΝΟΣ
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ ΚΑΙ ΤΕ
ΤΑΡΤΟΝ ΚΑΙ ΠΕΜΠΤΟΝ ΕΞΗΣ ΚΑΙ ΤΗΝ ΕΝ
ΤΩΙ ΠΡΟΔΕΔΗΛΟΜΕΝΩΙ ΧΡΟΝΩΙ ΤΩΝ ΝΕ
ΩΝ ΠΡΟΣΤΑΣΙΑΝ ΕΥΣΧΗΜΟΝΑ ΤΕ ΚΑΙ
ΠΡΕΠΟΥΣΑΝ ΠΟΙΗΣΑΜΕΝΟΝ ΔΕΔΟΧΘΑΙ ΔΕ
ΚΑΙ ΝΥΝ ΕΠΑΙΝΕΣΑΙ ΑΥΤΟΝ ΕΠΙ ΤΟΥΤΟΙΣ
ΚΑΙ ΠΡΟΣΕΠΙΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙ ΠΑΛΙΝ ΧΡΥΣΩΙ
ΣΤΕΦΑΝΩ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΜΕΝ ΧΡΥΣΟΥΣ ΣΤΕΦΑ
ΝΟΥΣ ΕΙΣ ΛΕΥΚΩΜΑΤΑ ΧΩΡΗΣΑΙ ΤΟ ΔΕ ΔΟ
ΓΜΑ ΤΟ ΔΕ ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ ΕΙΣ ΣΤΕΛΗΝ ΛΙΘΙ

ΝΗΝ

ΝΗΝ ΚΑΙ ΑΝΑΘΗΝΑΙ ΕΝ ΤΩΙ ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑ ΤΩΙ ΤΟΠΩΙ ΤΟΥ ΓΥΜΝΑΣΙΟΥ ΠΡΟΣΑΞΙΩΣΑΙ ΔΕ ΑΥΤΟΝ ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΟ ΘΚ L ΕΤΙ ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗ ΣΑΙ ΔΙΟΤΙ ΤΟΥΤΟ ΠΡΑΞΑΣ ΕΣΤΑΙ ΠΑΣΙ ΤΟΙΣ ΑΛΕΙΦΟΜΕΝΟΙΣ ΚΕΧΑΡΙΣΜΕΝΟΣ.

*Placuit illis qui* [*in Gymnaſio decertandi cauſa*] *unguntur* [ſeu *ungi ſolent*] *quoniam Bato Philonis F. jam ante quidem per duos annos conſtitutus Gymnaſiarcha cum gloriâ, ac digne ipſo, atque unctorum placitis, Gymnaſio præfuit: quapropter & communitas ipſum ob illa per duos annos* [bene administrata] *frondeâ* [i. e *ex olivæ ramis*] *corona coronavit & inſcriptionem, ob iſta, memoriæ cauſâ in Gymnaſio conceſſit ob ſtudium ſc. ac diligentiam circa illa, cæteramque curam quam circa unctos geſſit: quodque rurſus in annum XXV. & annum XXVI. uti & XXVII. digne electus ſuſtinuerit Gymnaſiarchæ munus, ac convenientem decentiam* (in eo) *ipſe conſervaverit, atque loco & unctis adhuc longe majori cum Zelo præfuerit; & Certamina Mercurio ac Baccho in regis honorem ſimul adornaverit pro viribus ſuis; ac privatis ſumptibus expoſuerit Certaminis præmia, & decertantibus (ſive Athletis) convenientia: ob illa communitas videns ipſius omne ſtudium, ac benevolentiam, in loco iſto coronis aureis cinxit, & picta imagine honoravit Batona Philonis F. Gymnaſiarchæ munus jam tertium, quartum, ac quintùm ſucceſſive exercentem, & per iſtud jam memoratum tempus, adoleſcentium præfecturâ decenter ac cum gratia defungentem. Placet* [igitur, dicimus] *etiam nunc ea propter ipſum laudare, atque inſuper (rurſus) coronare corona aureâ: Et coronas illas aureas deponi in album* [*Gymnaſii*] *decretumque illud cippo (ſeu columnæ) inſcribi lapideo, illumque poni in loco Gymnaſii viſui maxime expoſito; hono-*

*honorarique illum amplius Gymnaſiarchæ munere in annum XXIX. quoniam, ſi id fecerit omnibus unctis gratus & acceptus erit.*

Decretum iſtud, porrò, eſt τῶν Ἀλειφομένων i. e. vel ſolorum iſtorum qui τὴν σύνοδον ξυστικὴν, ſive Synodum, ſeu, *Collegium Xyſticum*, quod infra (diverſis in inſcriptionibus) videbimus τὴν σύνοδον τῶν μυστῶν appellari, componebant: quodque adeo ex Athletis *Hieronicis* ac *coronatis* conſtabat: (de quo quoque latius ad illas inſcriptiones agam) vel etiam iſtis *Gymnaſtis*, ſive *Athletis*, qui ad iſtum gradum nondum provecti, adhucdum illorum ſuberant diſciplinæ: quibuſque interim ex ſuo numero *Gymnaſiarcham* eligere, ac conſtituere iterato, poteſtas erat. Hinc namque credo iſtam congregationem τῶν ἀλειφομένων, vocari τὸ κοινὸν: quod bis in hac occurrit inſcriptione. Cujuſmodi fere κοινὸν videmus quoque Delphis locum habuiſſe, ubi de *Amphictyonibus* loquor; ac quod jam alibi, ex Æſchyne, oſtendi conſtitiſſe non ſolis ex *Pylagoris* atque *Hieromnemonibus*; verum & ex iis qui ibi unà ſacra faciebant, & ex illis quoque, qui ad conſulendum Oraculum venerant.

Reliqua, quæ in hac inſcriptione conſideranda veniunt, vel ex jam ante allatis de *Agonothetis*, de κοινοῖς, &c. vel ex adhuc adducendis illuſtrari poſſunt. Pauca hîc tantum inſeram de voce λεύκωμα, quod hîc occurrit. de hac autem ita Suidas, in Lexico: Λεύκωμα τεῖχός ἐστιν ἀληλιμμένος γύψῳ πρὸς γραφὴν πολιτικῶν πραγμάτων ἐπιτήδειος. Dion vero, hiſce Suidæ firmandis: Τά τε ὀνόματα συμπάντων τῶν βουλευόντων εἰς λεύκωμα ἀναγράψας ἐξέθηκε; καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ νῦν κατ᾽ ἔτος οὕτω ποιεῖται. Apud Romanos ſic circa res publicas actum fuiſſe etiam ex Cicerone liquet; qui lib. II. de Oratore: *Res omnes ſingulorum annorum mandabat literis Pontifex Maximus, efferebatque in album, & proponebat tabulam domi, poteſtas ut eſſet populo cognoſcendi.*

Ut autem & hoc jam modò præcedentibus addam; notum ſatis eſſe debet, coronatos fuiſſe ſæpius vel homines hi aut illi, ob merita ſua in hanc illamve rempublicam (quale exemplum habemus in ipſo Demoſthene, ſicut ex ipſius oratione pro corona liquet) vel etiam *urbes*, ſeu *civitates* bene meritas erga alias. Oſtendit namque id ſatis clare vel ſolum iſtud Byzantinorum Decretum, ex modò nominata Demoſthenis oratione allatum.

De *Hieronicis* autem coronatis, *multarumque* ſimul *urbium* (ob victorias ibi adeptas) *civibus* factis, oſtendunt id, præter exempla jam ab aliis allata, inſcriptiones (ne plures afferam) iſtæ quæ apud Sponium pag. 361. n°. 106. & pag. 367. n°. exhibentur; ut in quarum priore *M. Aurelius Demoſtratus* audit *Sardianus*, *Alexandrinus*, *Antinoenſis*, *Athenienſis*, *Epheſius*, *Smyrnæus*, *Pergamenus*, *Nicomedienſis*, *Mileſius*, & *Lacedæmonius*; in poſteriori *G. Ant. Septimius Publius civis Pergamenus*, *& Smyrnæus*, *& Athenienſis & Epheſius*. Verum hæc ad Athletas victores in publicis Certaminibus (ac quidem majoribus) ſpectant.

At nunc diſquiramus, an alicubi aut aliquando, ac quanam ratione, *Gymnaſiarchæ* non annui ſed menſurni fuerint, ſeu menſtruo ſpatio eo munere functi. Videmus etenim in ſequenti hîc inſcriptione, cum a G. Whelero, tum & a Sponio repræſentatâ, *Gymnaſiarchas* (ac quidem Athenis, ubi eos jam ſuprà annuos vidimus) ſingulos ſingulis menſibus præpoſitos fuiſſe; quin & duos quoque ſimul uni eidemque menſi.

ΓΥΜΝΑ-

ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΑΙ ΚΑΘΩΣ ΕΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΝ
ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝΑ ΝΥΜΦΟΔΟΤΟΣ ΑΖΗΝΙΕΥΣ
ΠΥΑΝΕΨΙΩΝΑ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΝΥΜΦΟΔΟΤΟΥ ΑΖΗΝΙΕΥΣ
ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝΑ ΣΥΜΦΕΡΩΝ ΑΖΗΝΙΕΥΣ
ΠΟΣΕΙΔΕΩΝΑ Α. ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΜΕΛΙΤΕΥΣ
ΠΟΣΕΙΔΕΩΝΑ Β. ΚΛ. ΝΙΚΩΝ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ
ΓΑΜΗΛΙΩΝΑ ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ ΖΟΣΙΜΟΥ ΛΑΜΠΤΡΕΥΣ
ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝΑ ΜΑΚΡΕΙΝΟΣ ΖΟΣΙΜΟΥ ΛΑΜΠΤΡΕΥΣ
ΜΟΥΝΥΧΙΩΝΑ ΤΙΤΟΣ ΦΛΑΥ. ΑΛΥΠΟΣ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ
ΘΑΡΓΗΛΙΩΝΑ ΤΙΤΟΣ ΦΛΑΥ ... ΙΑΝ ... ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ
ΣΚΙΡΟΦΟΡΙΩΝΑ ΑΝΘΟΣ ΚΑΙ ΠΑΝΚΑΡΗΣ ΘΙΑΝΘΟΥ
ΛΑΜΠΤΡΕΙΣ
ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝΑ ΩΛΟΣ ΠΟΝΤΙΟΣ ΝΥΜΦΟΔΟΤΟΣ
ΑΖΗΝΙΕΥΣ
μεταΓΕΙΤΝΙΩΝΑ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ ΗΡΩΝ ΣΟΣ...Γ....Ν

Hanc autem inſcriptionem poſitam fuiſſe, cum jam ſub Romanorum imperio eſſent Athenienſes, non male conjicit, meo judicio, eruditiſſimus Sponius, ex nominibus aliquot mere Latinis, quæ in illa (præcipue ſi totam, quanta reſtat, perlegas) occurrunt. At majoris ponderis eſt, quod obſervet, hinc clare nobis eluceſſere rectum ac verum ordinem *menſium*, qui apud Athenienſes obtinebant. Interim omittit idem in deſcriptione menſem Ἐλαφηβολιῶνα, qui, inſerendus inter γαμηλιῶνα & Μουνυχιῶνα melius a Whelero obſervatus, huic laterculo hoc modo inſertus fuit,

ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝΑ ΑΙΚΙΝΝΙΟΣ ΠΟΛΥΑΙΝΟΣ
ΚΟΛΛΥΤΕΥΣ,

Sic contra ab hoc ipſo Whelero, dum eandem excerpſit, ſimili, ſive ἀβλεψίᾳ, ſive feſtinatione, menſis Ἀνθεστηριὼν (qui tamen apud Sponium, ac quidem ſuo loco, comparet) prætermiſſus eſt. Namque ambo, ut videtur, XII. menſium numero contenti fuere; minime advertentes, illum annum fuiſſe ἐμβολιμαῖον, eique menſem ἐμβόλιμον (qui tertio quoquo anno recurrebat, eique inſerebatur, ac ſemper Ποσειδεὼν erat) hîc quoque fuiſſe inſertum. Hinc enim *Poſideon*, qui alias tantum ſemel occurrere debuerat, bis ſeſe in hac inſcriptione prodit; ſicque ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ Α, ut ἐμβόλιμος, atque hinc ſtatim ΠΟΣΕΔΕΩΝ Β, nullo facto interſtitio occurrunt, quod ſic annus iſte XII. menſium eſſet. Quod aliter apparet in alterius inſcriptionis fragmento, apud eoſdem reperiundo; ut in quo illud Α. aut Β. minime reperiuntur:

ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝΑ ΙΟΥΛΙΟΣ ΕΥΦΡΑΝΩΡ

ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ

ΠΥΑΝΕΨΙΩΝΑ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΜΑΡΚΟΥ

ΒΑΣΙΛΕυς

ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝΑ ΣΥΜΜΑΧΟΣ ΑΡΙΣΤΟ

ΒΟΥΛΟΣ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ

ΠΟΣΕΙΔΕΩΝΑ ΑΡΤΕΜΟΝ ΜΕΝΟΔΩΡΟΥ

γαρηηΤΙΟΣ.

Niſi quis pro ΓαρηηΤΙΟΣ legere malit ΣΦεтΤΙΟΣ: Quamvis utram lectionem eligas, id hic minime ad rem nobis propoſitam faciat. Ex tali autem poſito menſium ordine, (quocum Joſephus Scaliger concordat) nobis fere videre licet, cuinam Latinorum menſi quiſque horum Athenienſium reſpondeat: modo fidem apud nos hi ſequentes ſcriptores reperiant; inter quos Plutarchus, in Julii Cæſaris vita ita loquitur: χειμῶνος

μῶνος ἐν τροπαῖς ὄντος, ἱσαμένου Ἰανουαρίου μηνὸς (οὗτος δ' ἂν εἴη Ποσειδεὼν Ἀθηναίοις) ἀφῆκεν εἰς τὸ πέλαγος. *Circa ſolſtitium brumale ineunte menſe Januario, (qui apud Athenienſes Poſideon ſit) in ſalum demiſit ſe.*

De Antheſterione idem ita, in Syllæ vita: Ἑλεῖν δὲ τὰς Ἀθήνας αὐτός φησιν ἐν ὑπομνήμασιν, Μαρτίαις Καλένδαις, ἥτις ἡμέρα συμπίπτει μάλιστα τῇ νουμηνίᾳ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος. *Ipſe commemorat in commentariis Sylla, cepiſſe ſe Athenas Cal. Martiis, qui dies plane in primum diem incidit menſis Antheſterionis.* tum & Appianus Belli Civilis lib. 2. hoc modo: Τελευτῆσαι τὸν Καίσαρα ἐν ἡμέραις αἷς καλοῦσιν Εἰδοῖς Μαρτίοις, Ἀνθεστηριῶνος μάλιστα μέσου. *Obiiſſe Cæſarem die illo quem vocant Idus Martios, medio potiſſimum menſis Antheſterionis.* tum rurſus Plutarchus in Publicola, de Metageitnione, ſic notat: Εἰδοῖς οὖν Σεπτεμβρίοις (ὃ συντυγχάνει περὶ τὴν πανσέληνον μάλιστα τοῦ Μεταγειτνιῶνος) ἠθροισμένων ἁπάντων εἰς τὸ Καπιτώλιον. *Idibus Septembribus, quod tempus incidit potiſſimum in plenilunium menſis, quem vocant Athenienſes Metageitniona, quum in Capitolium omnes conveniſſent.*

Ita enim reſponderit ὁ

| | |
|---|---|
| Ποσειδεών, Januario. | Σκιροφοριών, Julio. |
| Γαμηλιών, Februario. | Ἑκατομβαιών, Auguſto. |
| Ἀνθεστηριών, Martio. | Μεταγειτνιών, Septembri. |
| Ἐλαφηβολιών, Aprili. | Βοηδρομιών, Octobri. |
| Μουνυχιών, Majo. | Πυανεψιών, Novembri. |
| Θαργηλιών, Junio. | Μαιμακτηριών, Decembri. |

At Theod. Gaza, & qui ipſum hic ſequuntur, *Antheſterionem* faciunt *Novembrem*; *Boedromiona*, *Auguſtum*, &c. Alii aliter eos ordinant. Ac quidem Gaza ex Etymologia vocis, ratione *Anteſterionis* ἀπὸ τοῦ ἀνθέων στερεῖν τὴν γῆν argumentatur. Cui contradicunt, ipſi longe antiquiores, ta-

liumque rerum inde magis gnari, Philoſtratus atque Harpocration: quorum primus illud nomen ἀπὸ τοῦ ἀνθεῖν quibus florere incipit, derivat; alter vero ita: Ἀνθεστηριών. ὄγδοος μὴν ἔτος παρ' Ἀθηναίοις, ἱερὸς Διονύσου. Ἴστρος δὲ ἐν τοῖς τῆς συναγωγῆς κεκλῆσθαι φησὶν αὐτὸν, διὰ τὸ πλεῖστα τῶν ἐκ τῆς γῆς ἀνθεῖν τότε. *Antheſterion. qui menſis eſt Octavus apud Athenienſes ac Baccho ſacer. Iſter autem illum ait ita appellari, quod flores tunc maxime ex terra erumpant.*

Initium vero anni Attici oſtendit nobis Dionyſius Halicarnaſſæus, dum lib. I. ita de Troja capta loquitur: Ἴλιον μὲν γὰρ ἥλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ θέρους, ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος [ſive alias τρίτῃ ἐπὶ εἰκάδι] μηνὸς Θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι. περιττεύουσι δὲ ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἐκπληροῦσαι μετὰ τὴν τροπὴν εἴκοσι ἡμέραι. ἐν δὲ ταῖς ἑπτὰ καὶ τριάκοντα, ταῖς ἀπὸ τῆς ἁλώσεως διαγενομέναις τά τε περὶ τὴν πόλιν οἴομαι διοικήσασθαι τοὺς Ἀχαιοὺς, καὶ τὰς πρεσβείας ἀποδέξασθαι τὰς περὶ τῶν ἀφεστηκότων, καὶ τὰ ὅρκια ποιήσασθαι πρὸς αὐτούς· τῷ δὲ ἑξῆς ἔτει, &c. *Ilium enim captum eſt æſtate jam vergente, XVII. dies ante Solſtitium æſtivum, vigeſimo tertio* [aut, ſi ipſa verba Dionyſii retinere mavis, *deficientis octavo*] *die menſis Thargelionis quemadmodum Athenienſes tempora computant. Sed poſt Solſtitium ſupererant XX. dies, qui annum illum complebant. Itaque intra XXXVII. dies, qui urbis expugnationem ſunt ſecuti, exiſtimo Græcos res urbanas compoſuiſſe, & legatos ab illis, qui ſeceſſerant, recepiſſe; fœduſque cum ipſis feciſſe. Sequenti autem anno, &c.*

Ex jam allatis Dionyſii verbis conſtat, cum *Thargelion* Junio fere reſponderet, *Thargelionemque* ſequeretur *Scirophorion*, eumque rurſus *Hecatombæon*, a 23. *Thargaleonis* die adhuc reſtaſſe ad *Hæcatombæonem* dies 37, ejuſque adeo initium, initium novi anni conſtituiſſe: quo tempore &, (jam conſtitutis menſibus Romanorum) Auguſtus Menſis incipiebat.

bat. Quocum convenit, quod Harpocration, de quorundam menſium (ratione temporis) ordine loquens, ponat *Metageitnionem* Secundum numero; *Maimacterionem* quintum, *Poſideonem* ſextum (qui proinde cum Januario concidit) *Antheſterionem* octavum, & *Munychionem* decimum. Quæ plane cum marmoribus ſupra exhibitis conveniunt: ſimulque cum illis, quæ ex Plutarcho atque Appiano adduxi.

Non tamen uſque quaque ſemper conveniſſe Athenienſium menſes cum Romanis, videmus ex his Galeni Pergameni verbis, dum (quod notandum) ait: Ὅστις καιρὸς ἐν Ῥώμῃ μὲν ὁ καλούμενος Σεπτέμβριος ἐστὶν, ἐν Περγάμῳ δὲ παρ' ἡμῖν Ὑπερβερεταῖος, Ἀθήνησι δὲ Μυστήρια. *Quod tempus Romæ quidem vocatur September apud nos Pergami Hyperberetæus, apud Athenienſes vero Myſteria.* quod ſc. tunc illa celebrentur.

Sicut etiam videmus hinc Scaligerum, in laterculo ſuo menſium Atticorum, *Hecatombæonem* pro Julio habere, *Metageitnionem* pro *Auguſto*, *Boëdromionem* pro *Septembri*: qui *Boëdromion* aliàs *October* eſt. Nempe, ut eruditis notum eſt, habebant Athenienſes ſuos ἐξαιρέτους & ἐμβολίμους menſium dies, ſicque menſes cavos ac plenos; atque hinc quoque menſem ἐμβόλιμον, qui unicuique tertio inſerebatur: eratque is anni iſtius decimus tertius, ac ſequebatur *Maimacterionem*, præcedebat vero *Poſideonem*, atque ita iſtis interpoſitus vocabatur tum *Poſideon primus*; ſequens autem (qui cum Latinorum *Januario* concurrebat, *Poſideon ſecundus*: ſicut & ex priori marmore, in quo omnes menſes, (uti & ſimul ἐμβόλιμος) extant, clare liquet.

Anni autem, & menſium Atticorum rationem videmus traditam a Libanio, in ſecundo Argumento orationis Demoſthenis adverſus *Androtionem*; ac quidem hoc ſequenti modo: Ἰστέον ὅτι οὐκ ἐψήφιζον οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς μῆνας κατὰ τὸν ἡλιακὸν δρόμον, ὡς ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸν σεληνιακόν. κατὰ γὰρ τὸν ἡλιακὸν ἔχει ὁ ἐνιαυ-

τὸς

τὰς ἡμέρας τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε. ὥστε συμβαίνει ἔχειν τὸν μῆνα ἡμέρας τριάκοντα καὶ τρίτον. Δεκάκις γὰρ τριάκοντα, τριακόσια· δὶς τριάκοντα, ἑξήκοντα· λοιπὰ πέντε. τὸ τρίτον τῶν δώδεκα, τέσσαρα· λοιπὴ μία. δωδέκατον δὲ τῆς μιᾶς δύω ὧραι ἐστίν. κατὰ δὲ σεληνιακὸν δρόμον ὁ ἐνιαυτὸς ἔχει τριακοσίας πεντήκοντα τέσσαρας. ὥστε συμβαίνειν τὸν μῆνα ἔχειν ἡμέρας εἴκοσιν ἐννέα καὶ ἥμισυ. δεκάκις γὰρ εἴκοσι, διακόσια· δὶς εἴκοσι, τεσσαράκοντα· δεκάκις ἐννέα, ἐνενήκοντα· δὶς ἐννέα, δεκαοκτώ· καὶ τὸ ἥμισυ τῶν δώδεκα, ἕξ· ὥστε ὁμοῦ εἶναι ἡμέρας τριακοσίας πεντήκοντα τέσσαρας. ὑπολείπεσθαι δὲ κατὰ τὸν ἡλιακὸν δρόμον ἡμέρας ἕνδεκα. ἃς Ἀθηναῖοι κατὰ τριετείαν συνάγοντες ἐποίουν τὸν Ἐμβόλιμον μῆνα τριάκοντα τριῶν ἡμερῶν. *Scire licet Athenienſes menſium rationem non ex curſu Solis, ut nos, ſed ex curſu Lunæ iniviſſe. Nam curſus Solaris habita ratione annus habet dies trecentos ſexaginta quinque: ſecundum quam rationem menſis habet dies XXX. & trientem. Decies enim triginta, trecentos pariunt: bis triginta, ſexaginta; reliqui ſunt quinque. At tertia pars, ſeu triens duodecim, ſunt quatuor; reliquus eſt dies unus: duodecima pars unius diei duæ horæ ſunt. Ad curſum verò Lunæ annus habet dies 354. quo fit ut menſis quilibet diebus conſtet XXIX. & ſemiſſe. Nam decies viginti, ducentos pariunt: bis viginti, quadraginta: decies novem, nonaginta bis novem, decem & octo: dimidia pars duodecim ſunt ſex: ut in ſumma dies ſint 354. curſu Solari ſumma breviore diebus II. quos Athenienſes poſt tertium quemque annum coacervantes menſem ex illis Embolimum dierum triginta trium conflabant.*

De hoc anno Lunari loquitur Plato lib. VI. de Legibus, dum ait: Ἐπειδὴ μέλλῃ νέος ἐνιαυτὸς μετὰ θερινὰς τροπὰς τῷ ἐπιόντι μηνὶ γίγνεσθαι, ταύτης τῆς ἡμέρας τῇ πρόσθεν πάντας χρὴ τοὺς ἄρχοντας συνελθεῖν εἰς ἓν ἱερόν. Quæ M. Ficinus vertit, *Omnis magiſtratus tam annui quam majoris temporis pridie Calendas, menſis illius, quo poſt æſtivum ſolſtitium novus incipit annus, in templum unum conveniant.*

Quod

Quod autem ad ἐμβολίμους menſes attinet; inde eſt, meo judicio, cur veteres Scriptores quandoque inter ſe diſcrepant, ratione Menſium Atticorum, cum Romanorum menſibus componendorum: quod nempe illorum hic de anno ἐμβολιμαίῳ, alius vero de alio non ἐμβολιμαίῳ (ad iſta non advertendo, ſaltem id non memorando) locutus ſit; hincque & *Boëdromion* aliquando melius (licet rarius) cum *Septembri*, quam cum *Octobri* comparari potuerit.

Quare autem ſupra allatus *Gymnaſiarcharum* catalogus, in lapide, de quo nunc loquimur, à *Boëdromione* incipiat, non verò ab *Hecatombæone*, cujus initio Magiſtratus Athenienſes annuatim electi munera ſua obire incipiebant, in cauſa eſt, quod *Gymnaſiarchæ* (ſicut χορηγοὶ primo menſe poſt *Dionyſia* modò celebrata, de novo creabantur ad hinc ſequentia *Dionyſia*) ita poſt *magna Myſteria*, quæ *Boëdromione* menſe celebrabantur, electi videantur, atque ab iis muneris ſui adminiſtrationem adiiſſe: quum publicus, ſeu politicus, Magiſtratus non eſſent.

## CAPUT II.

Myſteria Magna *Athenienſium non* Pentaëterica, *ſed* annua *fuiſſe; illaque non ſolis civibus, verum & peregrinis, poſt ritas expiationes &c. peractas, patuiſſe. Annorum interſtitium à* Parvorum *initiatione uſque ad* Magnorum ἐποπτείαν, *fuiſſe ut plurimum quinquennale; breviſſimum autem, anno integro ad minimum intercedente.* Hierophantas *quoque non quinquennales, ſed annuos fuiſſe. De initiatione Apollonii Tyanæi: hincque diſſeritur ſuper loco Tertulliani, adverſus Valentinianos, contra Scaligerum ac Meurſium, &c.* Parva *quoque* My-

ſteria *fuiſſe* annua, *non* Triëterica. *Nec* Triëterica Orgia *Thebanorum cum* Dionyſiis *Athenienſium eſſe confundenda; neque hæc cum* Parvis Myſteriis: *quorum illa in* Ἄγραις, *hæc vero in* Λίμναις, *celebrabantur. De Demetrii Poliercetæ initiatione, &c. Ut* Myſteria *hæc Chriſtiani quoque ſenſim æmulati fuerint: denique de duobus ſimul* Gymnaſiarchis *uni eidemque menſi præfectis. Poſtremo, quid circa talia ac ſimilia temporum tractus immutaverit, etiam exemplo Senatus Athenienſium, ratione numeri Senatorum, oſtenditur.*

INterim hæc electio *Gymnaſiarcharum*, ad, vel poſt, *Magna Eleuſiniorum Myſteria*, firmat quoque opinionem illam, quæ ſtatuit iſta *Myſteria* non *Quinquennalia*, ſed *annua* fuiſſe; quandoquidem *Gymnaſiarchæ* minime *Quinquennales*, ſed *annui* erant; ita tamen, ut unuſquiſque eorum menſurno tantum regimine potiretur.

Quo tamen ſolo argumento iſta opinio non nititur, ſed Herodoti etiam & Iſocratis, & Ariſtidis diſertis, ſane, verbis: ut quorum primus ita, ex perſona Dicæi Athenienſis exulis, atque inter Perſas verſantis: Τὴν δὲ ὁρτὴν ταύτην ἄγουσι Ἀθηναῖοι ἀνὰ πάντα ἔτεα τῇ Μητρὶ καὶ τῇ Κόρῃ, καὶ αὐτῶν τε ὁ βουλόμενος, καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων μυεῖται. Καὶ τὴν φωνὴν τῆς ἀκούεις ἐν ταύτῃ τῇ ὁρτῇ ἰακχάζουσι. *Hoc vero feſtum QVOTANNIS Cereri & Proſerpinæ celebrant. Et his Sacris quicunque vult, tum Athenienſium ipſorum, tum & aliorum Græcorum, initiatur. Et vox quam audis, eſt in hoc feſto Bacchantium [ſive Jacchum cum clamore deducentium.]* Neque aliter Iſocrates; qui in Panegyrico ſuo ita loquitur: Δήμητρος γὰρ ἀφικομένης εἰς τὴν χώραν ἡμῶν, &c. καὶ δούσης δωρεὰς διττὰς, αἵπερ μέγισται τυγχάνουσιν οὖσαι, τούς τε καρποὺς, οἳ τοῦ μὴ θηριωδῶς ζῆν ἡμᾶς αἴτιοι γεγόνασι, καὶ τὴν τελετὴν, ἧς οἱ μετέχοντες περί τε τοῦ βίου τελευτῆς, καὶ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος ἡδίους τὰς ἐλπίδας ἔχουσιν

οὕτως

ὕτως ἡ πόλις ἡμῶν ὐ μόνον θεοφιλῶς, ἀλλὰ καὶ φιλανθρώπως ἔχει, ὥστε κυρία γενομένη τύτων ἀγαθῶν, οὐκ ἐφθόνησε τοῖς ἄλλοις, ἀλλ᾽ ὧν ἔλαβεν ἅπασι μετέδωκεν. Καὶ τὰ μὲν ἔτι καὶ νῦν ΚΑΘ᾽ ΕΚΑΣΤΟΝ ΕΤΟΣ δείκνυμεν. τῶν δὲ συλλήβδην τὰς ἐυεργεσίας, καὶ τὰς χρείας, καὶ τὰς ὠφελείας τὰς δι᾽ αὐτῶν γινομένας ἐδιδάξαμεν. *Nam quum Ceres poſt raptam Proſerpinam, erroribus acta in regionem noſtram perveniſſet; noſtriſque majoribus ob accepta beneficia (quæ non niſi initiatis audire fas eſt) bene cupiens, ampliſſima duo munera largita eſſet: fruges, quæ in cauſa fuerunt, ne more belluarum viveremus: & arcana illa ſacra, quibus initiati qui ſunt, hi & de vitæ exitu, & univerſo ævo ſpem habent meliorem: adeo non tantum accepta Diis, ſed & in homines benigna fuit noſtra urbs, ut nemini tanta bona invideret: ſed quæ acceperat, omnibus impertiret. Et hæc quidem etiam nunc* QVOTANNIS *oſtendimus: illarum autem beneficia omnia, utendique rationem, & utilitates inde capiendas, edocuimus.*

Nec denique minus clare id oſtendit Ariſtides, in Eleuſinia ſua oratione, his verbis: Πανηγύρεις τοίνυν αἱ μὲν ἄλλαι, δι᾽ ἔτυς πέμπτυ καὶ τρίτυ πληρῦνται. μόνη δὲ ἡ τῶν Μυστηρίων, παντὸς ἔτυς ἐνιαύσιος εἶναι. *Et alii quidem conventus publici [& Sacri] quinto quoquo, vel tertio celebrantur anno: hic autem, ad quem pertinent Myſteria* SINGVLIS ANNIS *inſtaurantur.* tum & per hæc, in Panathænaica: Ἀλλὰ μὴν τῶνγε Μυστηρίων, τὰ μὲν ὡς ἀρχαῖα τετίμηται· τὰ δὲ ὡς ἀναγκαῖα· τὰ δὲ ὡς πλείστοις γνώριμα. πάσαις τοίνυν ταῖς ψήφοις προφέρει τὰ Ἐλευσίνια. Καὶ περὶ μὲν τῶν ἄλλων ὐχ ἡμῶν ὁ λόγος. μόνοι δὲ τῶν Ἑλλήνων ΚΑΘ᾽ ΕΚΑΣΤΟΝ ΕΤΟΣ ποιεῖτε πανήγυριν, ὐδεμιᾶς πεντετηρίδος φαυλοτέραν. καὶ δέχεσθε τῷ Ἐλευσινίῳ πλείυς ἢ ἕτεροι τῇ πάσῃ πόλει. καὶ πάντες ἐρίζυσιν ἀεὶ τῆς παρύσαν ἑορτὴν νικᾶν πολυανθρωπίᾳ. *Myſteria porro quum alia propter antiquitatem, nonnulla neceſſitatis, quædam etiam celebritatis cauſa in honore ſint, omnibus utique modis præſtant Eleuſinia. Ut autem de*

 *aliis*

*aliis dicere ſuperſedeam, ſoli certe Græcorum QVOTANNIS panegyrin nullis QVINQVENNALIBVS deteriorem celebratis; pluresque in Eleuſinium (templum) quam reliqui in urbem totam recipitis: omnibus etiam hanc ſolennitatem hominibus turbâ ſuperare contendentibus.*

Quæ præterea tam ex his Ariſtidis, quam quoque ex Herodoti & Iſocratis, verbis liquent, ſunt, ad *Magna* illa *Myſteria* (non ſolummodo ad *Parva*) non ſolos Athenienſes, verum & reliquos Græcos, tum vero & alios, undecunque exteros homines admiſſos fuiſſe. Quod poſterius non ſolius Apollonii Thyanæi, uti & Demetrii regis exemplis, ſed & Ciceronis tum verbis, tum etiam ipſius atque Attici exemplo, clareſcit. Ita namque ille libro I. de Natura *Deorum: Mitto Eleuſinem ſanctam illam & auguſtam, ubi initiantur gentes oræ ultimæ:* ſicut & lib. 2. de *Legibus*, per dialogum, loquitur: *M. Quid ergo agent Jacchus Eumolpidæque noſtri, & auguſta illa Myſteria, ſiquidem ſacra nocturna tollimus? non enim populo Romano, ſed omnibus bonis firmiſque populis leges damus.* ATT. *Excipis credo, illa, QVIBVS IPSI INITIATI SVMVS.* M. *Ego vero excipiam. Nam mihi cum multa eximia Divinaque videntur Athenæ tuæ peperiſſe, atque in vitam hominum intuliſſe, tum nihil melius illis Myſteriis, &c.*

Temporibus autem magis antiquis peregrinos à Magnis fuiſſe excluſos, cum ex aliis, tum ex verbis Apollodori, (lib. 2. & mihi pag. 106.) clare liquet. Ita enim is de Hercule: Ἦν δὲ οὐκ ἐξὸν τοῖς ξένοις ΤΟΤΕ μυεῖσθαι.

Verum enim vero hæc, ſimiliaque, accurate pertractat Eruditiſſimus Meurſius, in Eximio opere de Eleuſiniis. qui tamen illa de *annorum interſtitio* inter Minora ac Majora non ſatis bene cepiſſe videtur; ſicut ſtatim quoque docere conabor. Quod interim ad hæc *Myſteria* adhuc pertinet, (quodque addendum duco, dum jam ſic extra oleas vagor) eſt,

eſt, permirum videri, magnum illum Joſephum Scaligerum, (quin & Meurſium, de quo quoque ſtatim) aſſerere, *Magna Myſteria* fuiſſe *Quinquennalia.* quod lib. I. de *Emendatione Temporum* pag. 29. ex Seneca Tragico ſic adſtruere conatur: *Nam Majora Myſteria erant Pentaëterica: de quibus idem Seneca, Hercule Furente,*

*Quantus Eleum coit ad Tonantem*
*Quinta cum Sacrum revocavit æſtas;*
*Quanta cum longæ redit hora noctis,*
*Creſcere & ſomnos cupiens quietos*
*Libra Phœbeos tenet æqua currus,*
*Turba ſecretam Cererem frequentat,*
*Et citi tectis properant relictis*
*Attici noctem celebrare Myſtæ.*
*In Hippolyto.*
*Iam quarta Eleuſin dona Triptolemi ſecat,*
*Paremque toties libra compoſuit diem.*

*Nimirum fiebant* τῇ εἰκάδι βοηδρομιῶνος, *poſt confectum ſidus æquinoctii Autumnalis, quinto anno redeunte.*

Priora quidem de Olympicis ſacris, ut Quinquennalibus, clare ac vere dici conſtat. At nihil quod illa Myſteria quinquennalia faciat, à Seneca dici apparet.

Quæ autem ex Hippolito affert ſolummodo docent, Theſeum, qui iſta loquitur, jam poſt quatuor annos, quatuorque præterlapſa Eleuſinia, ab Inferis in lucem, adeoque & Athenas reverſum. Quod ut clarius pateſcat, Senecæ verſus, in iiſque Theſei verba, paulo altius repetam.

*Tandem profugi noctis æternæ plagam,*
*Vaſtoque manes carcere umbrantem polum.*
*Ut vix cupitum perferunt oculi diem!*

*Iam quarta Eleuſis dona Triptolemi ſecat,*
*Paremque toties libra compoſuit diem:*
*Ambiguus ut me ſortis ignotæ labor*
*Detinuit inter mortis & vitæ mala.*
*Pars una vitæ manſit extincto mihi*
*Senſus. Malorum finis Alcides fuit.*

Magis ſtringere videntur iſta Apollonii Thyanæi apud Philoſtratum (lib. IV. cap. 6.) verba: quæ tamen quoque pro *Quinquennalibus* iſtis nihil faciunt. Quod ut clarius perſpiciatur (tum quia & inferius ad alia nobis inſervient) etiam paulo altius repetenda videntur. Habent ſe itaque hoc modo: Ἀμελήσαντες δὲ οἱ πολλοὶ τοῦ μυεῖσθαι περὶ τὸν Ἀπολλώνιον εἶχον. καὶ τοῦτ' ἐσπούδαζον μᾶλλον, ἢ τὸ ἀπελθεῖν τετελεσμένοι. ὁ δὲ ξυνέσεσθαι μὲν αὐτοῖς αὖθις ἔλεγεν, ἐκέλευσε δὲ πρὸς τοῖς ἱεροῖς τότε γίνεσθαι· καὶ γὰρ αὐτὸς μυεῖσθαι. ὁ δὲ Ἱεροφάντης οὐκ ἐβούλετο παρέχειν τὰ ἱερά· μὴ γὰρ ἄν ποτε μυῆσαι γόητα, μηδὲ τὴν Ἐλευσῖνα ἀνοῖξαι ἀνθρώπῳ μὴ καθαρῷ τὰ δαιμόνια. Ὁ δὲ Ἀπολλώνιος οὐδὲν ὑπὸ τούτων ἥττων αὑτοῦ γενόμενος, οὔπω, ἔφη, τὸ μέγιστον, ὧν ἐγὼ ἐγκληθείην ἄν, εἴρηκας, ὅτι περὶ τῆς τελετῆς πλείω ἢ σὺ γιγνώσκω· ἐγὼ δὲ ὡς παρὰ σοφώτερον ἐμαυτοῦ μυησόμενος ἦλθον. ἐπαινεσάντων δὲ τῶν παρόντων, ὡς ἐρρωμένως, καὶ παραπλησίως αὑτῷ ἀπεκρίνατο, ὁ μὲν Ἱεροφάντης, ἐπειδὴ ἐξείργων αὐτὸν οὐ φίλα τοῖς πολλοῖς ἐδόκει πράττειν, μετέβαλε τοῦ τόνου καὶ μυοῦ ἔφη. σοφὸς γάρ τις ἥκειν ἔοικας. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, μυήσομαι, ἔφη, αὖθις· μυήσει δέ με ὁ δεῖνα· προγνώσει χρώμενος, ἐς τὸν μετ' ἐκεῖνον Ἱεροφάντην, ὃς μετὰ τέτταρα ἔτη τοῦ ἱεροῦ προὔστη. Quæ ita reddit Federius Morellius: *Cum plurimi Apollonio circumſtantes curam Sacrorum* [initiationem] *negligerent, magis de illo videndo audiendoque, quam de ſe expiandis eſſent ſolliciti: ipſe ad eos converſus, aliaſque collocuturum pollicitus, tunc ſacris operam dare illos juſſit, & ſe ſacris initiari velle dixit. Verum Sacrorum Antiſtes, quem illi Hierophantam appellant, illum ſacris admittere noluit, aſſerens nunquam ſe initiaturum eſſe hominem incantatorem,*

*nec*

*nec Eleuſinem patefacturum ei qui purus à dæmonibus non eſſet. Apollonius nihil propterea dejectus animo: Maximum, inquit, eorum, in quibus accuſari poſſem, omiſiſti, quod cum de ſacris, arcaniſque myſteriis multa plura, & ſecretiora, quam tu, cognoſcam: tamen ad te tanquam ſapientiorem initiandus acceſſerim. Cum omnes qui aderant reſponſionem illam conſtanter, aperteque factam laudarent, & ſacrorum Antiſtes odioſum ſe, moleſtumque omnibus eſſe animadverteret, quod illum ſacris prohibuiſſet, mutatâ voce, Initiare, inquit, vir enim ſapiens eſſe videris. Tunc Apollonius: Ego certe paulo poſt initiabor, & digito quendam ex circumſtantibus notans: Ille, inquit me initiaturus eſt, divinatione quadam præmonſtrans eum qui Antiſtes templi futurus erat, quod poſt quartum annum evenit.*

Quæ Apollonii, apud Philoſtratum, verba nihil aliud volunt, quam quod, poſt quadriennium Athenas reverſus hic Apollonius, ſeſe initiari curaturus eſſet ab illo, qui tum temporis futurus eſſet *Hierophanta;* adeoque ab illo, qui quadriennio poſt hunc præſentem *Hierophantam* iſto munere decorandus eſſet: non vero indicant quod hujus præſentis *Hierophantæ* munus, nullis aliis interpoſitis *Hierophantis*, eouſque perduraret. Quandoquidem iſtud jam peractis *Myſteriis* finiretur, aliuſque denuo eligendus eſſet: neque ulla exempla, quod ſciam, ſe prodant, per ſubſequentia ſibi quatuor *Magna Myſteria*, unum eundemque hominem in iſtius muneris adminiſtratione permanſiſſe. Et ex jam antedictis indubitatò patet, hæc *Magna Myſteria* (ſicut id de Minoribus quoque verum eſt, atque ſtatim obiter oſtendetur) *annua*, non vero *quinquennalia* fuiſſe. unde & ſequitur *Hierophantas* non *Quinquennales* ſed annuos fuiſſe: ſicut id in Ἀρχιερεῦσι, ſeu *Pontificibus*, locum habebat; niſi illi iſtud ἀρχιερείας munus ex jure Hæreditario, vel aliter in perpetuum, ſive ad vitam, obtinerent. Interim verbulo monendum cenſeo lectorem Græce peritum, ut, ſicut alibi,

alibi, ſic maxime hic, verba Græca Philoſtrati cum verſione Morellii conferat. Qui ſane, an ipſe interpres fuerit, an vero aliquis ex ipſius diſcipulis, valde dubito.

Porro idem Scaliger, de iiſdem Magnis Myſteriis, libro V. de Emend. Temp. pag. 418. ut illa fuiſſe Quinquennalia hæc Tertulliani verba (ex primo capite libri adverſus Valentinianos) affert: *Nam & illa Eleuſinia, hereſis & ipſa Atticæ ſuperſtitionis, quod tacent, pudor eſt. Iccirco & aditum prius cruciant: diutius initiant, quam conſignant: cum & portas ante quinquennium inſtituunt, ut opinionem ſuſpendio cognitionis ædificent: atque ita tantam Majeſtatem exhibere videantur, quantam præſtruxerunt cupiditatem. Sequitur jam ſilentii officium. Attente cuſtodiunt, quod tarde invenitur. Cæterum tota in adytis divinitas, tot ſuſpiria portarum, totum ſignaculum linguæ, ſimulacrum membri virilis revelatur.*

Legit in his Tertulliani Verbis Magnus Scaliger; ac cum illo etiam Meurſius, & Salmaſius, pro *cum & portas*, aliter, nempe *cum epoptas*; ſicut & pro *ſiparia*, aut, ſi mavis, *ſuſpiria*, *portarum* legunt *ſuſpiria epoptarum*.

Itane *inſtituebant* ante quinquennium *Epoptas?* quum tantum poſt quinquennalem inſtitutionem Epoptæ fierent; tandiuque ſimpliciter myſtæ manebant, donec ad ἐποπτείαν admittebantur? ac ſuſpirabant Epoptæ, ut fierent tandem Epoptæ? Sane fateor hæc me plane non capere. Prius illud *& portas* levi mutatione emendari ſic poteſt, *ad portas* (ut Petavius quoque vult) *quinquennium inſtituunt:* Atque ut aditus crucient, vel *ſiparia portarum* obtendant, (ſi ita legere placet) vel per diuturna *ſuſpiria portarum*, ſive *ad portas*, opinionem ſuſpendio cognitionis ædificent, &c. Silentii officium, quod vocat, ſeu potius juramentum, præceſſiſſe τ̃ ἐποπτείαν minime negare velim: at per gradus, adeoque, ut per portarum præſtructiones, initiationes has, quas Ter-

Tertullianus confuſe ſatis proponit, ad ἐποπτείαν proceſſiſſe nullum dubium eſt. Atque hiſce illuſtrandis non male, ut puto, faciunt illa, quæ Seneca *Nat. Quæſt.* lib. VIII. cap. 31. ita profert: *Non ſemel quædam ſacra traduntur: Eleuſis ſervat quod oſtendat reviſentibus. Rerum natura ſacra ſua non ſemel tradit. Initiatos nos credimus; in veſtibulo ejus hæremus. Illa arcana non promiſcue, neque omnibus patent. REDVCTA & interiore ſacrario clauſa ſunt.*

Unde & Pſellus: Ἐπὶ τῶν λεγομένων τελετῶν, τὰ μὲν ἄδυτα ἦν, ὡς δηλοῖ καὶ τοὔνομα· τὰ δὲ παραπετάσματα [*portæ & ſiparia*] προβέβληνται, ἀθέατα ἐν τοῖς ἀδύτοις φυλάττοντα. ἐν δὲ τοῖς Ἐλευσινίοις οὐκ ἀνεμίγνυτό τε ταῦτα, καὶ ἀνεγυμνοῦντο τὰ κεκρυμμένα. ἐγίνετο γὰρ τοῦτο ἐν περιόδοις ἐτῶν, ἵνα μὴ τὰ ἀβέβηλα βεβήλοις πολλάκις ὀπταίνοιτο. *Quod ad initiationes, quæ dicuntur, alia quidem adyta, vel recondita erant, ut & nomen innuit. vela autem propendebant, inviſibilia iſta, quæ in adytis erant, cuſtodientia. In Eleuſiniis vero non commiſcebantur illa, & revelabantur occultata. Fiebat enim illud PER CIRCVITVS ANNORVM, ne profana ſacroſanctis mixta* (ut aliàs ſæpius fieri poterat) *cernerentur.* Ita enim iſtud πολλάκις hîc exponendum duco.

Quin & huc optimè faciunt illa, quæ Clemens Alexandrinus, Protreptici libro V. habet: Οὐκ ἀπεικότως ἄρα καὶ τῶν μυστηρίων τῶν παρ' Ἕλλησιν ἄρχει τὰ καθάρσια, καθάπερ ἐν τοῖς βαρβάροις τὸ λουτρόν. μετὰ ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ μικρὰ μυστήρια, διδασκαλίας τινὰ ὑπόθεσιν ἔχοντα, καὶ προπαρασκευῆς τῶν μελλόντων. τὰ δὲ μεγάλα περὶ τῶν συμπάντων. οὐ μανθάνειν ἔτι ὑπολείπεται, ἐποπτεύειν δὲ, καὶ περινοεῖν τήν τε φύσιν, καὶ τὰ πράγματα. *Non indecenter ergo & Myſteria, quæ apud Græcos inchoant luſtrationes, quemadmodum & apud Barbaros lavacrum. Poſt hæc autem ſunt Parva Myſteria, doctrinæ quoddam fundamentum habentia, & præparationis futurorum: Magna vero univerſorum. DISCERE NON AMPLIVS*

 *RESTAT,*

*RESTAT, contemplari vero, & comprehendere naturam & ipſa facta.*

Inſtituebantur ergo tandiu, donec ſatis perfecti in illa doctrina, ut digni, ad iſtam ἐποπτείαν (exacto tamen prius, ut dixi ſilentii juramento) admitterentur. Præcedebant autem antequam ad *Parva* admitterentur Sacrificia & purificationes, ſeu καθάρσεις. Quæ tamen minime oſtendunt, *Magna Myſteria* fuiſſe *Quinquennalia;* ſicut & *Salmaſius*, & *Petavius*, illa *Annua* fuiſſe ſtatuunt.

Celeberrimus verò, ratione Græcarum Antiquitatum, Meurſius, illa etiam, ſi verba ejus bene capio, *quinquennalia* fuiſſe ſtatuit; quamvis aliam rationem circa progreſſus, a Minoribus ad Majora, ineat. ita enim ille loquitur, Eleuſiniorum ſuorum cap VIII, poſt verba iſta Tertulliani (contra Valentinianos) allata: *Atque hoc* [initiari nempe diutius &c.] *de iis eſt capiendum, qui ipſis Myſteriis Majoribus initiabantur. Nam* [NB] *quos primis minoribus initiari contigiſſet, iis opus quadriennium exſpectare; quos ſecundis, triennium; quos tertiis, biennium; quos quartis unum tantum annum; idque minimum intervallum omnium erat. Et de his Plutarchus ſentit, in Demetrio.* Επόπτευον ἢ τοὐλάχιστον ἀπὸ τ̃ μεγάλων ἐνιαυτὸν διαλιπόντες. *Conſpiciebant autem minimùm ab magnis annum interponentes. Sed luxatus, corruptuſque, iſte locus; & legendum,* ἐπόπτευον ἢ ἐπὶ τ̃ μεγάλων, τοὐλάχιστον ἐνιαυτὸν διαλιπόντες. *Conſpiciebant autem in magnis, minimùm interponentes annum. Epoptæ enim, fiebant in Magnis anno minimum uno, poſtquam Myſtæ facti eſſent: non autem poſt Magna anno uno, in minoribus, quod iſta lectio præ ſe fert.*

Hactenus J. Meurſius. At Iſ. Caſaubonus (licet improbante D. Petavio) in textu Græco Plutarchi, pro ἀπὸ τ̃ μεγάλων reponit, (ac bene meo judicio) ἀπὸ τῶν μικρῶν: uti ſtatim videbimus, ubi de Demetrii regis, initiatione loquar.

Nunc

Nunc vero aliquid ſuper Meurſii opinione addam.

Is igitur vult Magna quidem fuiſſe *Quinquennalia*, Parva vero *Annua*. Sed plures pauciores ve annos intercurriſſe myſtis, prout primis, ſecundis, tertiis, quartiſve Myſteriis Parvis, poſt jam prægreſſa *magna*, initiati fuiſſent. Atque ita quidem, ut ſi jam primis Parvis poſt Magna illa recurrentibus, non ante iſtud fere Quinquennale ſpatium, quod inter iſta Parva, & proxime (poſt quatuor annos circiter) ſequentia Magna, initiati fuiſſent; ipſis eouſque antiquam Epoptæ fieri poſſent exſpectandum eſſet: ac ſic de cæteris. Verum talia minime ex Tertulliano, aut Plutarcho liquent; quorum verbis tamen hîc niti videtur.

Melius certe Cl. Salmaſius, qui ad Hiſtorias Auguſtas, aſſerit, his verbis: *Sciendum enim eſt parva & magna myſteria intra eundem annum agi ſolita, & utraque quotannis: parva Antheſterione menſe, magna Boëdromione. qui parva illa initia acceperat, non fiebat Epopta in magnis, ſed illis tantum initiabatur, deinde anno poſt* ἐπώπτευεν, *in iisdem ſcilicet* μυστηρίοις. *Sic magna illa* μυστήρια *erant tam* μυστικὰ *quam* ἐποπτικά. *Nam neceſſe erat iis primum initiari, deinde interjecto anno ut minimum in Sacrarium admitti,* καὶ ἐποπτεύειν *licebat, &c.* Quæ tum porrò ex Plutarcho ac Scholiaſte Ariſtophanis firmat.

Quare miror magnum illum Scaligerum, tam immenſæ lectionis ac memoriæ, tum & judicii, virum, ad illa, dum de myſteriis utriſque ſcriberet, non curatius attendiſſe. Sicut enim Magna ponit *Quinquennalia*, ſic Parva aſſerit fuiſſe *Trieterica*. Quod & Petavius ad Themithium optime notavit.

Poſt enim allata (libro I. Em. Temp.) Heſychii & Thucididis verba, quibus de *Athenienſium Dionyſiis* loquuntur, addit: *De his manifeſto ſentit Seneca his Anapæſtis:*

*Nos Cadmeis orgia ferre*
*Tecum ſolitæ condita ciſtis,*
*Cum jam pulſo ſidere brumæ*
*Tertia ſoles evocat æſtas:*
*Et ſpiciferæ conceſſa Deæ*
*Attica Myſtas clauſit Eleuſis.*

*Quibus notatur tempus fuiße circa finem hiemis, & præterea* τριετηρικὰ *fuiße: quæ [NB] & dicebantur minora myſteria.*

At quæ hîc a Choro canuntur ad Orgia Dionyſii Thebana; non vero ad Attica Dionyſia ſpectant. nec magis quam iſta Virgilii de Didone in furorem acta, ob Æneæ abitum;

*Sævit inops animi, totamque incenſa per urbem*
*Bacchatur: qualis commotis excita ſacris*
*Thyas, ubi audito ſtimulant trieterica Baccho*
*Orgia, nocturnuſque vocat clamore Cithæron;*

(Qui Cithæron mons erat Bœotiæ) aut hæc Lucani (lib. V.)

*Parnaſſus gemino petit æthera colle*
*Mons Phœbo Bromioque ſacer, cui numine miſto,*
*Delphica Thebanæ referunt Triëterica Bacchæ.*

Nam quamvis Delphi ac Parnaſſus in Phocide eſſent, Thebanæ tamen Bacchæ hîc ſua celebrabant Triëterica Bacchi Orgia.

Illum autem Parnaſſum non ſoli Apolloni verum & Baccho ſacrum fuiſſe, præter Lucanum, etiam Macrobius ac Pauſanias teſtantur; quorum poſtremus ita: Ἀπὸ δὲ τοῦ Κωρυκίου χαλεπὸν ἤδη καὶ ἀνδρὶ εὐζώνῳ πρὸς τὰ ἄκρα ἀφικέσθαι τοῦ Παρνασσοῦ· τὰ δὲ νεφῶν τέ ἐστιν ἀνωτέρω τὰ ἄκρα, καὶ αἱ Θυιάδες ἐπὶ τούτοις τῷ Διονύσῳ καὶ τῷ Ἀπόλλωνι μαίνονται. *A Cerycio antro vel expedito iter arduum ac difficile ad Parnaſſi juga. Sunt enim*

*enim ea ſupra nubes; & illic Thyades per furorem Sacra Libero & Apolloni faciunt.*

Quod porrò illa quæ de Eleuſi in Senecæ verſibus memorantur, ad Minora Athenienſium (non Thebanorum) *Dionyſia* ſpectent, patet & indè quod hæc Athenienſium poſt hiemem, jam ineunte vere, ac menſe Antheſterione celebrarentur. Quo tempore licet & Thebanorum Triëterica celebrarentur, iſta minime cum *Dionyſiis Atticis* confundenda ſunt; ut quæ æque annua erant ac Parva illorum Myſteria; quæ perverſe admodum cum *Dionyſiis* a multis confunduntur, & pro unis iiſdemque habentur; eo quod uno eodemque menſe quotannis ibi celebrata fuerint.

At *Parva Myſteria* celebrabantur in Ἄγρα ſive Ἄγραις. Hinc enim (ne plura teſtimonia afferam) Stephanus, περὶ πόλεων, ait: Ἄγρα καὶ Ἄγραι, χωρίον ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς ἐστὶ καὶ τῆς Ἀττικῆς πρὸ τῆς πόλεως, ἐν ᾧ τὰ μικρὰ μυστήρια ἐπιτελεῖται, μίμημα τῶν περὶ τὸν Διόνυσον. ἐν ᾧ λέγουσι καὶ τὸν Ἡρακλέα μεμυῆσθαι. *Agra & Agræ, locus ita ſingulari & plurali numero dicitur. Et eſt ille in Attica ante urbem, in quo & Parva Myſteria celebrantur, ad imitationem eorum, in quibus Bacchum initiatum dicunt.*

Quæ poſteriora Stephani huic errori eruditis anſam dediſſe videntur: namque ibi aliàs τὰ Μικρὰ τῆς Δήμητρος ἤγετο Μυστήρια; quum contra τὰ Διονύσια in *Limnis* celebrarentur. Hinc enim Demoſthenes, in Oratione contra *Neæram*, ait: Διὰ ταῦτα ἐν τῷ ἀρχαιοτάτῳ ἱερῷ τοῦ Διονύσου ἐν Λίμναις ἔστησαν, ἵνα μὴ πολλοὶ εἰδῶσι τὰ γεγραμμένα. ἅπαξ γὰρ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου ἀνοίγεται, τῇ δωδεκάτῃ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνός. *Propter illa poſuerunt ea in templo Bacchi quod in Limnis eſt; ne multi norint, quid in illis ſcriptum ſit. Semel namque id unoquoque anno aperitur; duodecimo nempe die menſis Antheſterionis.*

Quæ verba nobis & locum, & tempus Magnorum Dionyſiorum ſatis clare exprimunt. Uno autem eodemque anno

& Parva & Magna Myſteria fuiſſe celebrata, oſtendunt nobis verba Plutarchi, ubi de Demetrii regis ſecundo Athenas adventu, & initiatione (in vita ipſius) ita loquitur: Τότε δὲ οὖν ἀναζευγνύων εἰς τὰς Ἀθήνας, ἔγραψε ὅτι βούλεται παραγενόμενος εὐθὺς μυηθῆναι, καὶ τὴν τελετὴν ἅπασαν ἀπὸ τῶν μικρῶν ἄχρι τῶν ἐποπτικῶν ἀναλαβεῖν. τοῦτο δὲ οὐ θεμιτὸν ἦν, οὐδὲ γεγονὸς πρότερον· ἀλλὰ τὰ μικρὰ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος ἐτελοῦντο, τὰ δὲ μεγάλα τοῦ Βοηδρομιῶνος· ἐπώπτευον δὲ τοὐλάχιστον ἀπὸ τῶν μεγάλων [legendum certe cum Caſaubono, μικρῶν] ἐνιαυτὸν διαλιπόντες. ἀναγνωσθέντων δὲ τῶν γραμμάτων, μόνος ἐτόλμησε ἀντειπεῖν Πυθόδωρος ὁ Δαδοῦχος· ἐπέραινε δὲ οὐδέν, ἀλλὰ Στρατοκλέους γνώμην εἰπόντος, Ἀνθεστηριῶνα τὸν Μουνυχιῶνα ψηφισάμενοι καλεῖν καὶ νομίζειν, ἐτέλουν τῷ Δημητρίῳ τὰ πρὸς Ἄγραν καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ἐξ Ἀνθεστηριῶνος ὁ Μουνυχιὼν γενόμενος Βοηδρομιών, ἐδέξατο τὴν λοιπὴν τελετήν, ἅμα καὶ τὴν ἐποπτείαν τοῦ Δημητρίου ἐπιλαβόντος. *Porro repetens tunc Athenas, velle ſcripſit ſe, ubi eò veniſſet ilico initiari, Myſteriaque a Parvis uſque ad ultima & recondita ſacra, quæ epoptica appellant, omnia percipere. Id autem nefas erat, neque viſum ante fuerat unquam: verum peragebantur Parva menſe Antheſterione, Magna vero Boëdromione: ac demum recondita Sacra inſpiciebant, interjecto a Parvis (ad Magna) ad minimum anno. Lectis autem literis ejus, unus ſuſtinuit intercedere Pythodoros, qui Dadûchus erat; incaſſum tamen. Cæterum latâ, ex Stratoclis ſententia lege, ut menſem Munichiona nuncuparent atque haberent Antheſteriona, Demetrium initiaverunt Myſteriis illis, quæ in* Ἄγραις *fiebant. Mox iterum ab Antheſterione Munychion converſus in Boëdromiona reliquas cæremonias recepit* [magnorum myſteriorum,] *ſimulque ad inſpectionem Sacrorum quoque admiſſus eſt Demetrius.*

Credibile eſt ipſum menſe *Munychione* Athenas appuliſſe, indeque factam fuiſſe hanc immutationem; ne exſpectare ipſi

ipſi neceſſe foret; quum alias jam præterito Antheſterione Boëdromion etiam prætermittendus fuiſſet: hincque munichiona, ex ipſius nomine *Demetriona* appellatum fuiſſe: niſi id jam ad hoc priorem ejus adventum Athenas fecerint. Ita enim de iſto facto Plutarchus: τέλος δὲ τὸν τε μῆνα τὸν Μουνυχιῶνα, Δημητριῶνα, καὶ τὴν ἡμέραν τὴν ἕνην καὶ νέαν, Δημητριάδα προσηγόρευσαν, καὶ τὴν ἑορτὴν τὰ Διονύσια, μετωνόμασαν Δημήτρια. *Ad poſtremum menſem Munychiona Demetriona, & diem trigeſimum* [qui alias ἕνα καὶ νέα] *Demetriadem appellaverunt. Adhæc Dionyſia, mutato nomine, vocaverunt Demetria.*

Ac forſan hac ſecunda vice ipſo Munychionis menſe Athenas appulit, ut initiaretur eo menſe, qui ipſi ſacer erat. Verum hæc nullius ponderis conjectura eſt; quamvis illa ab iſtius hominis ambitione ac vanitate non uſque adeo abludat.

Hoc interim magis certum, ipſum nullis conſuetis ad hæc καθαρσίοις, niſi λουτροῖς, ſeu θύμασιν & ἁγνείαις compendioſis admodum per ὑδρανὸν, uſum, ad Myſteria illorumque ἐποπτείαν acceſſiſſe. Cum aliàs, ut ſupra monui, καθάρσεις, &c. etiam ipſa Minora præcederent. Inde enim (ut hæc addam) Arrianus lib III. cap. 21. in Epictetum: Καὶ παρὰ τόπον ταῦτα ὠφελεῖ, καὶ παρὰ καιρὸν, καὶ μετὰ θυσίας δὲ, καὶ μετ' εὐχῶν, καὶ προηγνευκότα. καὶ προδιακείμενον τῇ γνώμῃ ὅτι ἱεροῖς προσελεύσεται, καὶ ἱεροῖς παλαιοῖς. οὕτως ὠφέλιμα γίνεται τὰ μυστήρια, &c. οὕτως εἰς φαντασίαν ἐρχόμεθα, ὅτι ἐπὶ παιδείᾳ καὶ ἐπανορθώσει τοῦ βίου κατεστάθη πάντα ταῦτα ὑπὸ τῶν παλαιῶν. *Pro ratione loci ac temporis proſunt. Item adhibito ſacrificio, adhibitis precibus, caſtitate, animoque ſic affecto, quod ſis ad ſacra acceſſurus, vetuſtaſque cæremonias. Sic initia fiunt utilia, ſi eam præbeant opinionem, quod erudiendæ, & corrigendæ vitæ cauſâ hæc ab antiquis omnia ſint inſtituta.*

Talibus autem καθαρσίοις, ſeu Luſtrationibus præviis, poſteriori-

ſterioribus ævis ſaltem, non ſemper ſic initiandos uſos fuiſſe, liquere videtur, ex exemplo Apollonii Tyanæi (verbiſque de illo jam ſupraallatis;) quod ſcilicet ille jam Epidauriorum, i. e. poſtremo, Myſteriorum Majorum die Athenas appulſus, non alia de cauſa ab initiatione prohibitus ab Hierophanta videatur; quam quod is ipſi γόης ſeu præſtigiator, atque impius videretur. qua ablata opinione, ac populo inſtante, Hierophanta ipſum (ſine ullis prægreſſis Minoribus myſteriis, eorumve initiatione) admittere paratus fuit. niſi id ſolummodo contigerit hominibus, qui jam valde ſapientes valdeque pii agnoſcerentur. Nam quamvis iſta verba, ὁ δὲ ξυνέσεσθαι μὲν αὐτοῖς αὖθις, ἔλεγεν, ἐκέλευσε δὲ πρὸς τοῖς ἱεροῖς τότε γίνεσθαι· καὶ γὰρ αὐτοῖς μυεῖσθαι reflecti queant ad illa, μυήσει μὲ δὲ ὁ δεῖνα, &c. tamen Hierophantæ verba indicant, ipſum Apollonio, ut & tunc temporis, eove ipſo die, initiaretur, inſervire voluiſſe; ac quidem, ut videtur, ſine prævia Minorum Myſteriorum initiatione. niſi forte hæ Epidauriorum die factæ initiationes tunc tantum Minorum myſteriorum loco fuerint quod interim plane incertum eſt.

Hæc *myſteria* autem ſenſim æmulati quoque ſunt Chriſtiani tertii, quartique &c. Seculorum: ut qui præter gradus Catechumenorum, illorum nempe qui privatim primum inſtituebantur. 2. inter Audientes. 3. inter Competentes numerabantur, ac tandem ad Baptiſmum atque Euchariſtiam admittebantur, iſta vocabula ἱεράρχος, ἱεροφάντης, μύησις, μυσταγωγός, τελετὴ, μυστήριον, τελούμενος, ἐπόπτης, βέβηλος, ἐποπτεία pluraque alia hujus farinæ, belle imitati ſunt atque applicarunt. ſicut & non ſolos ἐνεργουμένους & pœnitentes, ſed & Catechumenos, nedum Ethnicos, a præſentia ac conſpectu ſuorum Myſteriorum, (quali nomine imprimis εὐχαριστίαν ſignabant) removebant. Verum enim vero de hiſce alibi occaſio dabitur copioſius diſſerendi, ſi Deus Opt. Max. ad illa mihi vitam atque otium largiatur: nunc igitur ad *Gymnaſiarchas* rever-

revertamur, a quibus jam tamdiu, & forſan non inutili opera, divagatus ſum.

Circa inſcriptionem itaque de qua nunc præcipue egi, ac cujus occaſione, ad Myſteria aberraveram, adhuc illud notandum reſtat, binos quandoque (ut videtur) ſimul menſurnos illos fuiſſe *Gymnaſiarchas*. Ita enim ibi linea undecima reperitur:

ΣΚΙΡΟΦΟΡΙΩΝΑ ΑΝΘΟΣ ΚΑΙ ΠΑΝΚΑΡΗΣ

ΟΙΑΝΘΟΥ ΛΑΜΠΤΡΕΙΣ.

Hi, nempe, *Anthos* & *Pancares* aut ſimul, ſive uno eodemque menſe, *Gymnaſio* præfuerunt; aut, quod forſan verius, unus poſt alterum, prior ſcilicet ordinario modo ac tempore electus, poſterior vero in locum prioris (vel quod ille vita functus eſſet, vel reipublicæ cauſa præſens adeſſe non poſſet; vel quod in reatu eſſet, vel ob aliam quamcunque demum cauſam) ſuffectus. Sicut & in Conſulibus Romanis ſæpe locum habuit: quamvis ibi tunc unus tantum in Faſtis (nempe is qui ordinario tempore electus fuerat) nomen obtinuerit: hîc vero contrà duo ſimul, licet aliàs unus tantum ac ſolus, uno eodemque tempore hoc munus adminiſtraret. Verum hæc ut mihi ipſi dubia atque incerta, eruditiorum, (ſicut & omnia mea) judicio ſubmitto.

Interim duos pluresve *Archontes* ſimul in eodemque marmore, aut nummo, compare, jam ſupra, pag. 224, vidimus. At multas mutationes cum circa talia, tum & circa alia Reſpublicas ac Civitates paſſas fuiſſe lapſu temporum, aliiſve occaſionibus, lectione veterum ſcriptorum abunde innoteſcit. Sic namque, uti Reſpublica Romana multis, & circa regimen politicum, & circa munera ſacra multis immutationibus ſubjecta fuit (ſicut ſoli XV. viri Sacris faciendis abunde ſatis oſtendunt; ut qui primum duo numero, poſt decem,

poſt quindecim, denique & plures numero, uti & Pontifices, aliique, fuerunt) ita & Reſpublica Athenienſium, non tantum circa Archontes, alioſque; ſed & circa ipſum Senatum, ratione numeri (aliorumque) decurſu temporum, aliiſque ex cauſis, multum mutata fuit.

Ita namque videmus ipſorum Senatum, qui prius, ex Solonis inſtituto CCCC ſenatorum erat, poſtea a Cliſthene CCCCC viralem fuiſſe factum; ac denique ob Antigonum ac Demetrium DC viralem: poſtremoque ſic aſcendendo & X viralem: donec rurſus in CCC viralem converſus fuit: ſicut illum CCC viralem Senatum videmus in his proxime ſequentibus inſcriptionibus, quarum prima apud Gruterum pag. 464. n°. 7. exſtat, hoc modo:

ΤΟΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ
ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ ΤΗΣ ΕΛΛΑΔΟΣ
ΡΟΥΦΙΟΝ ΦΗΣΤΟΝ ΚΑΙ ΑΡΕ
ΟΠΑΓΕΙΤΗΝ Η . ΕΞ . ΑΡΕΟ
ΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Η ΒΟΥΛΗ
ΤΩΝ ΤΡΙΑΚΟΣΙΩΝ ΚΑΙ Ο
ΔΗΜΟΣ Ο ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΕΥΝΟ
ΙΑΣ ΕΝΕΚΑ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕ
ΣΙΑΣ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ
ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ ΠΡΟΝΟΟΥΝΤΟΣ
ΦΛΑΒΙΟΥ ΠΡΥΛΛΑΔΟΥ
ΑΛΟΥ ΔΙΑΣΕΜΝΟΤΑΤΟΥ
ΑΡΧΟΝΤΟΣ

Videat lector, an non hæc eadem ſit cum nunc ſequenti (niſi binæ inſcriptiones, uti ſæpius factum videmus, eidem homi-

homini, ſive uno eodemque tempore, ſive diverſis, poſitæ ſunt) quæ apud Sponium Itinerarii Tomo ſecundo, pag. 336. tali modo extat:

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗΙ
ΤΟΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ ΑΝΘΥ
ΠΑΤΟΝ ΤΗϹ ΕΛΛΑΔΟϹ ΡΟΥ
ΦΙΟΝ ΦΗϹΤΟΝ ΚΑΙ ΑΡΕΟΠΑ
ΓΕΙΤΗΝ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥ
ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Η ΒΟΥΛΗ ΤΩΝ
ΤΡΙΑΚΟϹΙΩΝ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟϹ
Ο ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΕΥΝΟΙΑϹ ΕΝΕ
ΚΑ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕϹΙΑϹ ΤΗϹ ΠΕΡΙ
ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ ΑΝΕϹΤΗϹΕΝ
ΠΡΟΝΟΙΑ ΦΛΑΒΙΟΥ ΠΟΜ
ΔΑΔΟΥΧΟΥ ΤΟΥ ΔΙΑϹΗΜΟ
ΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΑΠΟ ΚΟΜΙΤΩΝ

*Daduchi*, autem, qui hîc in penultima linea memoratur, veſtigia extant, in illa, quæ hanc modo præceſſit: verum non prout a Grutero, ſed a volaterrano edita fuit. [utramque enim exhibet, a Volaterrano, nempe, & a Grutero editam Erudit. Joannes Seldenus lib. II. cap. 4. de Synedriis.] Quarum, quæ Volaterrani eſt, habet,

ΦΛΑΒΙΟΥ ΠΡΥ. ΔΑΔΟΥ
ΛΛΟΥ ΔΙΑΣΕΜΝΟΤΑΤΟΥ
ΑΡΧΟΝΤΟΣ.

Ex quibus non difficulter (ſi illa ex Sponio allata in auxilium

xilium huc vocetur) extundas ΠΟΜ. ΔΑΔΟΥΧΟΥ. Quæ ſane male hîc a Grutero emendata videntur. Sexcentumviralis Senatus habemus exempla duo, apud eundem Sponium pag. 451. & 452. ejuſdem tomi. Quarum ſecunda magis integra (quamvis aliàs ejuſdem Cæſaris meminerint) ita habet:

Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ ΚΑΙ Η ΒΟΥΛΗ
ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΤΙΒΕΡΙΟΝ
ΚΛΑΥΔΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΥΠΑΤΟΝ
ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΜΕΓΙΣΤΟΝ ΔΗΜΑΡΧΙ
ΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣ
ΔΙΟΚΛΕΟΥΣ ΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΟΣ
ΕΠΙ ΤΟΝ ΠΕΙΡΑΙΕΑ, &c.

Sicut & illa quæ pag. 471. in hunc modum incipit:

ΕΣΤΙΑ ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΚΑΙ
ΘΕΟΙΣ ΣΕΒΑΣΤΟΙΣ ΚΑΙ ΤΗΙ
ΒΟΥΛΗΙ. ΤΗΙ. ΕΞ. ΑΡΕΙΟΥΠΑ
ΓΟΥ ΚΑΙ ΤΗΙ ΒΟΥΛΗΙ ΤΩΝ
ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ ΚΑΙ ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ, &c.

Senatûs denique, qui mille viris jam conſtabat, habemus in jam ſequenti hoc exemplum:

Η ΒΟΥΛΗ ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ ΚΑΙ
Η ΒΟΥΛΗ ΤΩΝ Χ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ
ΙΟΥΛΙΑΝ. ΒΕΡΕΝΕΙΚΑΝ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝ
ΜΕΓΑΛΗΝ ΙΟΥΛΙΟΥ ΑΓΡΙΠΠΑ ΒΑΣΙ
ΛΕΩΣ ΘΥΓΑΘΕΡΑ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΩΝ
ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΕΥΕΡΓΕΤΩΝ ΤΗΣ ΠΟ
ΛΕΩΣ ΕΚΓΟΝΟΝ ΔΙΑ ΤΗΣ ΠΡΟ
ΝΟΙΑΣ ΤΟΥ ΕΠΙΜΕΛΗΤΟΥ ΤΗΣ ΠΟ
ΛΕΟΣ ΤΙΒ. ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΘΕΟΓΕΝΟΥΣ
ΠΑΙΑΝΙΕΩΣ

Addam huic inſcriptioni ſolummodo illa, quæ in Inſcriptionibus ſuis Atticis, ad Itinerarii Tom. II. calcem adjectis, notat eruditiſſimus J. Sponius: nempe hæc ſequentia: *Il eſt parlé au 25. chap. des Actes, des Apôtres de cette Reine Berenice & d'Agrippa Roy de Judée, devant qui S. Paul plaida ſa cauſe, & qui étoit frere de Berenice. Leur pere étoit Julius Agrippa, qui d'autres appellent Herodes Agrippa, ou Agrippa le vieux, qui fut frappé par un Ange a Ceſarée, comme il eſt raconté au 12. chapitre des Actes des Apôtres. Elle epouſa ſon oncle Herodes Chalcidicus frere du Roy Agrippa le vieux. Pour ce qui eſt de ce conſeil de Mille, je ne l'ay point vu cité dans les Livres, ni dans aucune autre Inſcription.*

CAPUT

## CAPUT. III.

*De* Gymnaſiarchis fœminis. *Fœminas non tantum Gymnaſticæ ſtuduiſſe, verum & bellicis. De fæminis Ætolorum, tum & de Arcadicis Tegeatum Mulieribus; ac de Merpeſſa; quacum componitur* Kenava *Harlemenſis. Platonis ſupra iſto negotio ſententia. Machlium mulierum quoquo anno certamina. Denique reditur ad* fœminas Gymnaſiarchas, *illaſque obtinuiſſe ex lapide antiquo firmatur. De* Cabarno *non Deo, ſed* ſacerdote Cereris. *additurque occaſione iſtius marmoris aliquid de fœminis* Philoſophis.

*De* Xyſtarchis, *deque iſtis Erudit. Oct. Falconerii opinio. Illos in* Gymnaſiis *Græcorum ſimul cum* Gymnaſiarchis *locum non habuiße, pareſve aut ſuppares iſtis fuiße.* Gymnaſiarchas *fuiſſe Græcorum*, Xyſtarchos *vero Latinorum, &c. De* Xyſtarchis *Cretenſium. De* Gymnaſiis *in Elide, ſive Olympia.* Xyſtos *in Italia partem tantum, ac quidem minorem Balneorum, conſtituiße. De* Xyſticis *pro Athletis.* Gymnaſia *ac* Xyſti *quibus Dis dicati fuerint. De* Pontificibus, *ſive* ἀρχιερεῦσι, *totius Xyſti; qui ſicuti Xyſtarchæ, ita & præfecti Balnearum Auguſtorum erant.*

POſt *Gymnaſiarchas*, qui virilis ſexus erant, etiam aliquid addendum eſt de Gymnaſiarchis fœminis, quas quoque locum inter Græcos obtinuiſſe, vel ex illis non obſcure patet, quæ de *Agonothetidibus* (ſive ut illas in Eliacis ſuis vocat Pauſanias, ἀγωνοθετούσαις) jam ſupra quoque dixi. Oſtendi namque ibi non ſolummodo pulchritudinis, certamina mulieres inter ſe decertaſſe, verum & curſus, & luctæ & Pancratii, &c. quibus agonibus bene decertandis, certe, ipſis *Magiſtræ*, ſeu *Gymnaſiarchæ* neceſſariæ erant: imprimis,

mis, ubi puellæ, ſeu *Virgines* docendæ atque exercendæ eſſent. Cujuſmodi magiſtræ, an ad exercitia bellica ipſis quoque præfuerint, plane incertum eſt: id tamen certum cum Ætolorum, tum & Tegeatarum in Arcadia, mulieres ad bella ac pugnas exiiſſe, atque in illis ut viros fortiter pugnaſſe. Ita enim nos (in Phocicis) de Ætolibus docet Pauſanias: Ἐξεστρατεύοντο δὲ καὶ ὁπόθεν ἀπὸ τῶν πόλεων πάσων οἱ ἐν ἡλικίᾳ· ἀναμεμιγμένοι δ' ἦσαν ὑπ' ἀνάγκης τε καὶ φρονήματος καὶ οἱ γεγηρακότες. συνεστρατεύοντο δέ σφισι καὶ γυναῖκες ἑκουσίως πλέον ἐς τοὺς Γαλάτας καὶ τῶν ἀνδρῶν τῷ θυμῷ χρώμεναι. *Conſlxrit undique in caſtra ex oppidis omnis Militaris ætas; & ei etiam permiſti ſenes, cum neceſſitate tum priſtina virtute impulſi: Fœminæ certe ipſæ majore quam viri in Gallos ira incenſæ, ultrò arma cepere.* Et hoc quidem ex vindicta, æque ac neceſſitate accidiſſe videtur: quod de *Tegeatorum* mulieribus non ita liquet; ut ex hiſce Pauſaniæ verbis (in Arcadicis) patet: Καὶ Λακεδαιμόνιοι καὶ Χάριλλος πρῶτον μὲν τότε ἐς τὴν Τεγεατῶν ἐσβάλλουσι στρατιᾷ. καὶ σφᾶς αὐτοί τε οἱ Τεγεᾶται καὶ γυναῖκες ὅπλα ἐνδῦσαι μάχῃ νικῶσι, καὶ τόν τε ἄλλον στρατὸν, καὶ αὐτὸν Χάριλλον ζῶντα αἱροῦσι. *Tunc primum Lacedæmonii Charilli ductu Tegeatarum fines cum exercitu adorti ſunt. Eos non viri ſolum, ſed fœminæ etiam ſumptis armis prælio fuderunt, & cum cætera hoſtium exercitu etiam ipſum Charillum vivum ceperunt.*

Quin & ipſas has fœminas ibi victoriæ cauſam extitiſſe, poſt in iiſdem Arcadicis, ſic idem docet Pauſanias: Ἔστι δὲ καὶ Ἄρεως ἄγαλμα ἐν τῇ Τεγεατῶν ἀγορᾷ· τοῦτο ἐκ τετύπωται μὲν ἐπὶ τῇ στήλῃ, Γυναικοθοίναν δὲ ὀνομάζονται αὐτόν. ἐπὶ γὰρ τὸν Λακωνικὸν πόλεμον, καὶ Χαρίλλου τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως τὴν πρώτην ἐπιστρατείαν, λαβοῦσαι αἱ γυναῖκες σφισιν ὅπλα ἐλόχων ὑπὸ τὸν λόφον, ὃν Φυλακτρίδα ἐφ' ἡμῶν ὀνομάζουσι· συνελθόντων δὲ τῶν στρατοπέδων, καὶ πολυήματα ἀποδεικνυμένων ἑκατέρωθεν τῶν ἀνδρῶν, πολλά τε καὶ ἄξια μνήμης, οὕτω φασὶν ἐπιφανῆναι σφίσι τὰς γυναῖκας, καὶ εἶναι τὰς ἐργασαμένας τὰς τῶν Λακεδαιμονίων τὴν τρόπην.

*Kenava, maris animi femina prope quinquagenaria: cujus ductu auſæ pro mœnibus munia militum obire, interque ſclopetarios caſtra Hiſpanorum laceſcere, non minus incitamento ſuis quam hoſtibus admirationi fuere.*

Quibus addat lector, cui id lubet, allatum ab eodem paucis verbis interjectis, de Sancerranis ſimile fere exemplum.

Nec ſane Plato talia in fœminis improbat; quin contrà omnia virilia exercitia etiam à mulieribus exerceri vult. Ita enim apud ipſum, libro VII de Legibus, Athenienſes Hoſpes loquitur: Καὶ αὐτὰ δὲ καὶ περὶ θηλειῶν ὁ μὲν ἐμὸς νόμος ἂν εἴποι, πάντα ὅσα περ καὶ περὶ τῶν ἀῤῥένων ἴσα καὶ τὰς θηλείας ἀσκεῖν δεῖν. καὶ οὐδὲν φοβηθεὶς εἴποιμ' ἂν τοῦτον τὸν λόγον, οὔτε ἱππικῆς, οὔτε γυμναστικῆς, ὡς ἀνδράσι μὲν πρέπον ἂν εἴη, γυναιξὶ δὲ οὐκ ἂν πρέπον. ἀκούων μὲν γὰρ δὴ μύθοις παλαιοῖς πέπεισμαι. τὰ δὲ νῦν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οἶδα ὅτι μυριάδες ἀναρίθμητοι γυναικῶν εἰσὶ περὶ τὸν Πόντον, ἃς Σαυρομάτιδας καλοῦσιν, αἷς οὐχ ἵππων μόνον, ἀλλὰ καὶ τόξων καὶ τῶν ἄλλων ὅπλων κοινωνία καὶ τοῖς ἀνδράσι ἴση προστεταγμένη, ἴσως ἀσκεῖται. λογισμὸν δὲ πρὸς τούτοις περὶ τούτων τοιόνδε τινὰ ἔχω. φημὶ, εἴπερ ταῦτα οὕτω ξυμβαίνειν ἐστὶ δυνατὰ, πάντων ἀνοητότατα τανῦν ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν τόποις γίγνεσθαι, τῷ μὴ πάσῃ ῥώμῃ πάντας ὁμοθυμαδὸν ἐπιτηδεύειν ἄνδρας γυναιξὶ ταὐτά. σχεδὸν γὰρ ὀλίγου πᾶσα ἡμίσεια πόλις ἀντὶ διπλασίας οὕτως ἐστί τε καὶ γίνεται ἐκ τῶν αὐτῶν τελῶν καὶ πόνων· καίτοι θαυμαστὸν ἂν ἁμάρτημα νομοθέτῃ τοῦτ' αὐτὸ γίγνοιτο. *Eadem quoque de fœminis quæ de Maſculis lex mea ſanciet. eadem enim ab utriſque volumus exerceri. Neque verebor dicere equeſtrem diſciplinam atque gymnaſticam, ita mulieribus ut viris honeſtam eſſe. Hoc enim ex veteribus audivi fabulis, fidemque adhibeo. Noſtris etiam temporibus, non ignoro eſſe circa Pontum innumera mulierum millia, Sauromatidaſque vocari, quibus non equorum modo, verum etiam arcuum cæterorumque armorum æqualis cura cum viris & exercitatio ſit inſtituta: Sed rationem quoque ad hæc, hanc habeo. Ajo equidem ſi hæc ita fieri poſſunt, ſtultiſſimum hoc in noſtris regionibus eſſe, ut*

*non iiſdem ſtudiis mulieres ac viri omni conatu conſenſuque dent operam. Ferme enim civitas omnis hoc modo pro dupla, dimidia fit, ex iiſdem laboribus ac tributis. Qui ſane Legiſlatoris error eſt mirus.*

Mirum ſane, hunc Platonem, qui adeo cuncta virorum exercitia etiam mulieribus attribui vult (ſicut & ulterius de hac re non tantum hoc ſeptimo, verum & quinto & ſexto, diſſerit) non & illa in ipſis deſiderare, quæ Strabo lib. 3. de Hiſpanorum fœminis ſic tradit. Κοινὰ δὲ καὶ πρὸς ἀνδρείαν, τήν τε τῶν ἀνδρῶν καὶ τὴν τῶν γυναικῶν· γεωργοῦσι γὰρ αὗται, τεκοῦσαί τε διακονοῦσι τοῖς ἀνδράσιν, ἐκείνους ἀνθ' ἑαυτῶν κατακλίνασαι. *Sicut & fortitudo non virorum modo, ſed etiam mulierum communis eſt. Mulieres enim agros colunt, &, cum pepererunt, ſuo loco viros decumbere jubent, iiſque miniſtrant.*

At propius ad propoſitum noſtrum accedunt illæ *Machlyum* ſive *Auſium*, virgines, de quibus ita in Melpemone ſua Herodotus: Ὁρτῇ δὲ ἐνιαυσίῃ Ἀθηναίης αἱ παρθένοι αὐτῶν δίχα διαστᾶσαι μάχονται πρὸς ἀλλήλας λίθοισί τε καὶ ξύλοισι. τῇ αὐθιγενέϊ θεῷ λέγουσαι τὰ πάτρια ἀποτελέειν, τὴν Ἀθηναίαν καλέουσι. τὰς δὲ ἀποθνησκούσας παρθένους ἐκ τῶν τρωυμάτων, ψευδοπαρθένους καλέουσι. πρὶν δ' ἀνεῖναι αὐτὰς μάχεσθαι, τάδε ποιεῦσι. κοινῇ παρθένον τὴν καλλιστεύουσαν ἑκάστοτε κοσμήσαντες κυνῇ τε Κορινθίῃ καὶ πανοπλίῃ Ἑλληνικῇ, καὶ ἐπ' ἅρμα ἀναβιβάσαντες, περιάγουσι τὴν λίμνην κύκλῳ. *Horum virgines, anniverſario Minervæ feſto, in honorem ipſius Deæ inter ſe bifariam diviſæ, præliantur lapidibus fuſtibuſque, dicentes ritus patrios ei peragere quam Minervam nominavimus: & quæ virgines è vulneribus decedunt, eas falſas virgines appellant. Sed Priusquam a pugnando deſiſtant, hoc faciunt: Quæ virgo in pugna optimam operam navavit, eam, quoties hæc pugna fit, communi conſenſu cæteræ virgines exornant cum cætera armatura Græca, tum criſta Corinthia, & Currui impoſitam circa Paludem circumducunt.*

Et

Et hîc forſan γυμνασιάρχαι fœminæ obtinuerunt; ſicut, licet obſcure, ſe produnt *Agonothetides*. Quod tamen circa curſus & cætera exercitia virginum Laconicarum, aliarumque (de quibus, ubi *Agonothetidibus* fœminis loquebar, dixi) minime obſcurum videtur.

Apud Parios, ſane, γυμνασιάρχας fœminas locum habuiſſe, clare patet ex jam ſequenti Inſcriptione: quod ſimul indicium eſt, ibi talia fœminei ſexus exercitia, hinc & certamina, obtinuiſſe. Extat autem illa in Sponii Miſcellaneis, pag. 335 (quamvis alia in nonnullis literarum forma,) hoc modo.

Υ Β Δ

ΤΗΝ ΑΞΙΟΛΟΓΟΤΑΤΗΝ ΚΑΙ ΠΑΝΤΑ ΑΡΙϹΤΗΝ ΑΥΡ.
ΛΕΙΤΗΝ ΘΕΟΔΟΤΟΥ ΓΥΝΑΙΚΑ ΔΕ
ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΤΗϹ ΠΟΛΕΩϹ Μ. ΑΥΡ. ΦΑΥϹΤΟΥ ΑΡΧΙΕ
ΡΕΩϹ ΕΚ ΠΡΟΓΟΝΩΝ ΔΙΑ ΒΙΟΥ
ΤΟΝ ϹΕΒΑϹΤΩΝ ΚΑΙ ΚΑΙϹΑΡΩΝ ΚΑΙ ΚΑΒΑΡΝΟΥ ΚΑΙ
ΓΥΜΝΥϹΙΑΡΧΟΥ ΤΗΝ ΓΥΜΝΑϹΙΑΡ
ΧΟΝ ΕΝ Ω ΚΑΤΕϹΚΕΥΑϹΕΝ ΚΑΙ ΑΝΕΝΕΩϹΑΤΟ
ΑΠΟ ΠΟΛΥΕΤΟΥϹ ΧΡΟΝΟΥ
ΠΕΠΟΝΗΚΟΤΑ ΓΥΜΝΑϹΙΩ Η ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗ ΠΑΡΙΩΝ
ΠΟΛΙϹ Η ΠΑΤΡΙϹ ΑΝΤΙ ΠΟΛΛΩΝ ΚΑΙ
ΜΕΓΑΛΩΝ ΤΙΜΗΝ ΛΑΜΒΑΝΟΥϹΑ Η ΔΙΔΟΥϹΑ
ΠΟΛΛΑΚΙϹ ΕΨΗΦΙϹΑΘΟ ΑΝΕϹΤΗϹΕΝ
ΑΥΤΗΝ ΕΝ ΑΝΔΡΙΑΝΤΙ ΜΑΡΜΑΡΙΝΩ ΤΗΝ ΦΙΛΟϹΟΦΟΝ
ΚΑΙ ΦΙΛΑΝΔΡΟΝ ΚΑΙ ΦΙΛΟΠΑΙΔΑ
ΚΑΙ ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝ ΔΙΑ ΤΗΝ ΑΡΙϹΤΟΤΟΚΙΑΝ . . . . .
. . . . . . . . . . . . ΟϹ ΑΠΗΓΛΑΙϹΕΝ

Quam Inſcriptionem ita exiſtimo eſſe vertendam: *Ex ſenatus Decreto Laude digniſſimæ, ac per omnia optimæ Aureliæ Letæ Theodoti filiæ, uxori vero Primi civitatis Marci Au-*

*relii Fauſti Pontificis ex proavis per totam vitam Auguſtorum & Cæſarum; qui & Cabarni Pontifex, & Gymnaſiarcha fuit, ipſi Gymnaſiarchæ, atque in eo Gymnaſio quod extruxit ac renovavit operam danti Illuſtriſſima Pariorum civitas, ob multa & magna (accepta beneficia;) honorem ſæpius magis accipiens quam tribuens, decrevit atque erexit ſtatuam marmoream ipſi huic viri, liberorum, ac patriæ amanti, ob fæcunditatem, &c.*

Hæc ita vertere ſuſtinui, quod valde dubitem, an illud ΠΕΠΟΝΗΚΟΤΑ, quod in linea, quæ hîc nona eſt, comparet, bene ſit exceptum; tum & an ad illud Η, quod linea eadem habetur, non vox ΜΑΛΛΟΝ ſit ſubintelligenda: tum denique an inter illa ΕΥΗΦΙΣΑΤΟ & ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ non vocula ΚΑΙ interponenda ſit. Quibus denique (quamvis jam aliter verterim) addi queat, an non illud ΠΟΛΛΑΚΙΣ, quod proxime (in eadem linea) antecedit, τῷ ΕΥΗΦΙΣΑΤΟ jungendum ſit: quod minime deſint exempla, plures ſtatuas diverſis temporibus (quin & occaſionibus) uni eidemque homini decretas ac dedicatas fuiſſe. Verum hæc, & totam hanc Inſcriptionis, quæ minime integra eſt, verſionem, Lectoris judicio permitto.

De *Cabarno* autem, qui linea quinta habetur, poſt alias inſulæ *Pari* ex Stephano memoratas appellationes, hæc Doctiſſimus Sponius ſubjungit: *At etiam & Cabarnis a Cabarno, qui Cereri filiæ partum prodidit, ut ait Stephanus Byzantinus: quem ut Heroëm Deumve apud Parios cultum fuiſſe teſtatur hæc Inſcriptio.*

Latet hîc (ut ſat clare ex ipſo Stephano conſtare poteſt) vitium Typographicum ac *partum* pro *raptum* perverſe a typothera poſitum fuit. Ita enim ipſe Stephanus: καὶ Καβάρνιν ἀπὸ Καβάρνου τοῦ μηνύσαντος τὴν ΑΡΠΑΓΗΝ τῇ Δήμητρι τῆς θυγατρός. *A Cabarno qui Cereri RAPTUM filiæ indicavit.*

Ip-

Ipſius autem Sponii error eſt, quod *Cabarnum* hunc in Inſcriptione nominatum, *Heroëm* aut *Deum* faciat: quum tantummodo fuerit *Sacerdos Cereris.* quod ex Heſychio clare liquet; ut qui in Lexico ita: Καβάρνοι οἱ τῆς Δήμητρος ἱερεῖς, ὡς Πάριοι. *Cabarni ſunt Cereris ſacerdotes, ſecundum Parios.* Unde veriſimile eſt, *Cabarnum* iſtum, qui Cereri *Raptum* filiæ indicavit, a *Cerere* ipſius *Sacerdotio* fuiſſe honoratum; aut inde ipſius *Sacerdotes* ab illo *Cabarno* etiam (apud *Parios* ſaltem) *Cabarnos* fuiſſe denominatos: pene eodem modo ut *Bacchi* (ſicut & *Bacchæ* fœminæ) *a Baccho Deo* denominati fuerunt. Neque ipſe Stephanus de *Cabarno*, ut Deo, loquitur; aut illum hinc *Heroën Deumve* factum fuiſſe ullo modo indicat. Ac melius erudititiſſimus Begerus, in eximio illo *Theſauro Brandeburgico*, ad Pariorum nummos ibi pag. 435 exhibitos, hæc ad Stephani verba addit: *Inde certe Heſychius:* Καβάρνοι οἱ τῆς Δήμητρος ἱερεῖς, ὡς Πάριοι.

Quod autem hæc *Aurelia Leta*, in fine decimætertiæ lineæ, ΦΙΛΟϹΟΦΟϹ, ſeu *Philoſopha*, vocetur, nullo modo mirum videri debet illis, qui Doctiſſimi Ægidii Menagii *Hiſtoriam Mulierum Philoſopharum* legerit; ſolumve Diogenem Laërtium, de vita Pythagoræ, vel alibi quoque, inſpexerit. Quin & ipſas *Meretrices* Philoſophiæ operam quandoque dediſſe, ex his Athenæi verbis (lib. XIII legendis) ſatis clare diſci poteſt: καὶ ἄλλαι δὲ ἑταῖραι μέγα ἐφρόνουν ἐφ' ἑαυταῖς, παιδείας ἀντεχόμεναι, καὶ τοῖς μαθήμασι χρόνον ἀπομερίζουσαι, διόπερ καὶ ἐπιδέξιοι πρὸς τὰς ἀπαντήσεις ἦσαν. *Et aliæ Meretrices* [de *Gnathæna* locutus fuerat] *ideo magnis ſpiritibus inflatæ gloriabantur; quod humanioribus literis ac diſciplinis* (Philoſophis) *tempus atque otium tribuerent: unde & acutiores & magis aptæ erant illis, quæ aut acute aut aculeate ipſis dicta fuerant reſpondendis,* ſeu *retundendis.*

Priuſquam ab hiſce ad alia tranſeam, in illo tranſitu, ſuper

per inſcriptione iſta Pariorum, quam modo adduxi, notare, debeo me (poſt caſu inſpecta ſponii Miſcellanea, cum jam pagella hæ typothetæ tradendæ eſſent) ſtatuere illud ΜΑΛ-ΛΟΝ, quod ſubintelligendum eſſe cenſebam, inde exſcrptoris ἀβλεψία omiſſum fuiſſe; adeoque certò ibi eſſe inſerendum. Id namque indicat iſta, quæ ibi pag. 334 no. 39 exhibetur, atque itidem Pariorum eſt: ut in qua hoc ΤΕΙΜΗΝ ΛΑΜΒΑΝΟΥϹΑ ΜΑΛΛΟΝ Η ΔΙΔΟΥϹΑ clare exprimitur. Eſt autem illa hæc ſequens:

Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟϹ
ΤΟΝ ΤΗϹ ΑΡΙϹΤΗϹ ΜΝΗΜΗϹ ΠΑΙΔΑ ΤΟΥ
ΛΑΜ. ΦΛΑΒ. ΜΑΡΚ. ϹΚΡΕΙΒΩΝΙΑΝΟΥ ΚΛΑΥ
ΔΙΟΝ ΟΥΑΛ. ΜΕΝΑΝΔΡΟΝ ΤΟΝ ΛΑΜ. ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙ
ΩΝ ΕΙΚΟΝΙ ΛΑΕΙΝΗ ΔΙΑ ΤΕ ΤΑϹ ΠΡΟϹΟΥϹΑϹ
ΑΠΟ ΤΕ
ΠΑΤΡΟϹ ΑΥΤΟΥ ΤΕΙΜΑϹ ΤΕ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕϹΙΑϹ ΠΡΟϹ
ΤΗΝ ΠΑΤΡΙΔΑ ΕΠΙ ΜΕΡΟΥϹ ΠΑΡΑΜΥΘΗϹΟΜΕΝΗ ΤΟΝ
ΑΝΔΡΑ ΤΕΙΜΗΝ ΛΑΜΒΑΝΟΥϹΑ ΜΑΛΛΟΝ Η ΔΙΔΟΥϹΑ
ΕΠΙ
ΤΗ ΤΟΥ ΑΝΔΡΙΑΝΤΟϹ ΑΝΑϹΤΑϹΕΙ ΠΡΟΜΟΙΡΩϹ
ΤΕΛΕΥΤΗ
ϹΑΝΤΟϹ ΚΑΘΑ ΕΨΗΦΙϹΑΤΟ Η ΠΑΤΡΙϹ ΕΝ ΤΩ
ΤΗϹ ΤΗ ΕΛΓ. . . . . .
ΠΡΟϹΧΗΜΑΤΙ Υ. Β. Δ.

POſt *Gymnaſiarchas* etiam aliquid de *Xyſtarchis* mihi dicendum videtur: de quibus interſe diſſentiunt Mercurialis atque P. Faber, ambo viri eruditiſſimi; quibuſque ſe mediatorem, ſeu conciliatorem, interponit ille, qui poſt ambos hoſce pererudite ſuper inſcriptionibus Athleticis ſcripſit Octavius Falconerius: cujus verba ut huc afferam non extra propo-

poſitum duco; ſunt igitur hæc ſequentia: *De Xyſtarchæ quidem munere non eadem opinio fuit eorum, qui præclare ante omnes de re Athletica ſcripſerunt Mercurialis atque Fabri. Ille ſiquidem lib. I. cap. XII. Xyſtarcham ſecundum Locum a Gymnaſiarcha inter Gymnaſiorum miniſtros tenuiſſe vult, eumque Victorum & omnium præmiorum decernendorum Judicem ambobus Xyſtis ſtadio, ac cunctis Athletarum exercitationibus præfuiſſe; hic vero Lib. I. Cap. XXII. Xyſtarchæ cum Gymnaſiarcha idem, aut geminum, ac non abſimile munus, imo idem illius in Xyſto, quod hujus in Gymnaſio fuiſſe adverſus Mercurialem contendit: quod & Suidæ teſtimonio aſſerit, qui* ξυςαρχεῖν γυμνασίȣ ἄρχειν *interpretatur. Ego vero ſi mihi tantis viris conciliandis ſequeſtrem agere fas ſit, fieri potuiße non abnuerim ut Xyſtarchæ munus in prima ejus apud Athletas inſtitutione diverſum fuerit a Gymnaſiarchæ munere, quod ex ipſa utriuſque vocis Origine, ac ſcriptorum etiam locis colligitur; verum quod utrumque circa eaſdem fere res verſaretur, factum deinceps crediderim, ut unum pro altero promiſcue uſurpare ſcriptores cœperint, quod de aliis quoque rei Agoniſticæ officiis accidiſſe mihi perſuadeo. Cognata enim adeo ſunt munera illa Agonothetæ Hellanodicæ, Alytarchæ, Brabeutæ, gymnaſiarchæ, Xyſtarchæ, Proſtatæ, Epiſtatæ, ut mirum non ſit eorum aliquando notionem confuſam, quod apud nonnullos ſcriptores obſervare licet: quamvis de uniuſcujuſque officio curioſius paulo inquirenti non nihil inter ea diſcriminis extitiſſe pateat. Utcunque res fuerit, certum eſt, non vulgaris dignitatis inter Athletica Xyſtarchæ officium fuiſſe, quem & purpura uſum ex Ammiano lib. XXI. Hiſt. colligitur, qui Julianum Xyſtarchæ purpurato comparat, quique jus virgæ habuit, ut Hellanodicæ ac Brabeutæ, quibus dignitate haud inferiorem fuiſſe, ipſe ex hac Inſcriptione Cretenſi conjicio apud Gruter. pag. MXCIV. 5.*

ATT-

ΑΥΤΤΙΩΝ. Η ΠΟΛΙC.
Τ. Φ. ΛΕΟΝΤΙΟΥ. ΤΙΟΝ.
ΚΥΡΕΙΝΑ. ΑΚΕCΤΙΜΟΝ
ΠΡΟΤΚΟCΜΟΝ. Β. ΑΓΟ
ΡΑΝΟΜΟΝ. Β. ΞΥCΤΑΡΧΗΝ
ΙΕΡΟΥ. ΑΓΩΝΟC. ΠΕΝΤΑ
ΕΤΗΡΙΚΟΝ. ΤΟΥ. ΚΟΙΝΟΥ
ΤΩΝ. ΚΡΗΤΩΝ. ΑΡΕΤΗC
ΕΝΕΚΑ. ΚΑΙ. ΤΗC. ΤΗΝ
ΠΟΛΙΝ ΑΔΙΑΛΕΙΠΤΟΥ. ΜΕ
ΓΑΛΟΨΥΧΙΑC. ΗΡΩΑ. ΚΑΙ
ΚΟCΜΟΠΟΛΙΝ
Τ. Φ. ΧΑΡΜΑΤΙΩΝ. ΤΟΝ
ΕΑΥΤΟΥ. ΠΑΤΡΩΝΑ

*En tibi Flavium hunc Aceſtimum, ſacri certaminis quinquennalis, quod à Communi Cretenſium celebrabatur Xyſtarcham, hoc eſt Præſidem, quæ alibi Hellanodicarum, aut Agonothetarum partes erant. His omnibus accedit, quod inobſervatum minime prætereundum, Xyſtarchæ munus perpetuum fuiſſe, &c.*

Quamvis forſan temerarium eruditis videbitur, & me hic Palæmonem agere; aliquid tamen in medium ut conferam quoque, me temperare nequeo.

Quæ igitur notanda cenſeo in hujus Falconerii verbis modo allatis ſunt primò, ratione opinionis a Mercuriale defenſæ, *Xyſtarcham* non *ſecundum loco* aut *ordine* fuiſſe, poſt *Gym-*

*Gymnaſiarcham* 2. falſum eſſe *Xyſtarchæ* cum *Gymnaſiarchæ* idem aut geminum munus fuiſſe ita *Xyſtarchæ* munus in Xyſto fuerit, quod *Gymnaſiarchæ* in Gymnaſio: quod ambobus hiſce tantum unicus præfectus eſſet: adeoque 3. hîc tantis viris conciliandis fruſtra ſequeſtrum egiſſe Falconerium: ſimulque falſum eſſe, ejuſdem muneris fuiſſe Hellanodicas, & Athlothetas cujus erant *Xyſtarchæ*; cum priores horum Certaminibus Publicis præſiderent, Olympicis, Pythicis, ſimilibuſque, hi vero tantum Gymnaſiis ſive, ut in Italia vocabantur, *Xyſtis*; ac *Xyſtarchæ* nomen Græcis ipſis pene ignotum fuerit ſolaque in Creta inſula *Gymnaſiarchæ* iſto nomine, prout liquet, venirent. In qua inſcriptione, ut hoc in tranſitu dicam, loco ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΚΟΝ legendum eſt ΠΕΝΤΑΕΤΕΡΙΚΟΥ.

Quod vero primam noſtram notam attinet, nullibi patet duo talia munera, iſtiſque nominibus, hocque illi ſubordinatum, in *Gymnaſiis* obtinuiſſe: quum *Xyſtus* ſolum *Gymnaſii* pars eſſet, ubi iidem Athletæ qui tempore æſtivo ſub dio exercebantur, *per hyberna tempora in tectis ſtadiis* (quæ ξυςὸς erant) *exercerentur*; ſicut etiam iidem *Athletæ* per hyemem, *ex Xyſto, ſereno cœlo, prodeuntes ſub dio exercebantur*; uti nobis teſtatur Vitruvius ex quo ſua quæ de Gymnaſio ac Xyſto tradunt tum Mercurialis tum alii verbotenus afferunt.

Quum igitur & in *Xyſto*, & in reliquo *Gymnaſio*, apud Græcos iidem exercerentur *Athetæ*, nulla ratio fuit, cur iiſdem alius moderaretur dum ſub dio exercebantur, alius iterum cum ob frigora ac tempeſtates ſub tecta ſeſe exercendi cauſa conferrent: quum & præterea *Gymnaſiarchæ* quidem in Græcia, atque in Italia *Xyſtarchæ*, toto *Gymnaſio*, ſeu *Xyſto* præfecti eſſent, ipſiuſque & quæ ad illud pertinebant curam gererent: ſed alios, (quos infra videbimus) ſibi ſubjectos habebant, qui & in *Xyſto* & in reliquo *Gymnaſio* Ath-

letis moderabantur. Quæ jam dicta etiam ad Fabri opinionem refellendam ſuffecerint.

Neque hîc tractu temporis rem immutatam apud Græcos ita fuiſſe, ut Falconerii conciliatio locum habere queat, ex antiquitate ullo modo liquet multo minus vero, quod *Gymnaſiarchæ*, adeoque & *Xyſtarchæ* ejusdem muneris fuerint cum *Hellanodicis* [qui tantum Olympiæ obtinebant Pluresque ut jam ſupra oſtendimus ſimul numero erant] aut *Agonothetis*, qui per Græcim Quinquennalibus, aliiſque Agonibus, ſeu certaminibus Publicis præſedebant; *Panegyriarchis* tamen ſubordinati; contra vero *Gymnaſiis* tantum *Gymnaſiarchæ*, aut *Xyſtarchæ* præeſſent; in quibus *Gymnaſiis* tantum præludia fiebant, quibus Athletæ ad vera certamina, in Agonibus publicis præſtanda, præparabantur.

Neque, juvat Falconerium inſcriptio illa Cretenſis a Georgio Douza primum ex Oriente allata, atque in iſta illud ΞΥΣΤΑΡΧΗΝ ΙΕΡΟΥ ΑΓΩΝΟΣ ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΚΟΥ &c. Quum procul omni dubio æque Cretenſes ſua *Gymnaſia* habuerint; unde forſan & ſua Lacedemonii, ſicuti multa alia, in uſum introduxerunt) ne de Cretenſium, ἀνδρείων, ſive *Syſſitiorum*, inter ſe, ac cum aliis, certamina aliquid addam.

Sicut igitur ibi ad Quinquennale iſtud certamen Publicum totius Græciæ non rudes atque inexercitati accedebant, atque præcipue contra peregrinos, qui aliis in *Gymnaſiis*, quin & in publicis certaminibus, ſe jam diu exercuerant, ac forſan victores imo & Hieronicæ eſſent; ita ſuis in *Gymnaſiis* quoque exerceri debuerunt: quæ ξυστὸς, ſicut in Italia, vocata fuiſſe illud nomen ξυστάρχης ſatis clare indicare videtur. Græcos autem & in iſtis locis ubi publica ea Certamina publica, ac Quinquennalia celebrabantur, ſua ſibi habuiſſe *Gymnaſia*, oſtendunt nobis ipſa Elis atque Olympia: de cujus Olympiæ *Gymnaſio* ita in Eliacis Pauſanias:

Ἀγάλ-

'Αγάλματα δ' 'αντὶ τῶν 'αρχάιων, Κόρη καὶ Δήμητρα, λίθου δὲ τοῦ Πεντέλησιν 'Αθηναῖος 'ανέθηκεν 'Ηρώδης ἐν τῷ γυμνασίῳ τῷ ἐν 'Ολυμπίᾳ. πεντάθλοις μὲν καθεστήκασιν ἐν αὐτῷ καὶ δρομεῦσιν αἱ μελέται. κρηπὶς δὲ ἐν τῷ ὑπαίθρῳ λίθου πεποίηται. τὸ δὲ ἐξ 'αρχῆς καὶ τρόπαιον κατ' 'Αρκάδων ἐπὶ τῇ κρηπῖδι εἱστήκει. Καὶ ἄλλος δ' ἐστιν ἐλάσσων περίβολος ἐν ἀριστερᾷ τῆς εἰσόδου τῆς ἐς τὸ γυμνάσιον. καὶ αἱ παλαῖστραι τοῖς ἀθληταῖς ἐστιν ἐνταῦθα τῆς στοᾶς 'αυτῆς πρὸς 'ανίσχοντα ἥλιον τοῦ γυμνασίου, προσεχεῖς τῷ τοίχῳ τῶν ἀθλητῶν εἰσιν 'αι οἰκήσεις: *Pro veteribus (nova) ſigna repoſuit Deæ ipſius & filiæ e Pentelico lapide Herodes Atticus, in gymnaſio quod Olympiæ eſt, in quo certamina meditantur ſuæ quinquertiones & curſores. Crepido ſub divo, lapidea eminet, in qua fuit olim erectum trophæum de victis Arcadibus: Ad ſiniſtram ejus aditus qui in gymnaſium fert, minor eſt ambitus, in quo Athletarum palæſtræ. Parieti ejus porticus quæ in Gymnaſio ſolis ortum ſpectat, contigua ſunt Athletarum habitacula in Africum & occaſum converſa.*

De veteri autem in Elide hæc ſequentia habet: 'Εν δὲ "Ηλιδι ἄξια μνήμης γυμνάσιόν 'ἐστιν ἀρχαῖον, καὶ ὅσα τοὺς 'Αθλητὰς πρὶν ἐς 'Ολυμπίαν ἀφικνεῖσθαι, νομίζουσιν, ἐν τούτῳ γυμνασίῳ δρᾶν καθέστηκε. πλατανοὶ δὲ μὲν ὑψηλαὶ διὰ τῶν δρόμων πεφύκασιν ἐντὸς τοῦ τείχους. ὁ σύμπας δὲ οὗτος περίβολος καλεῖται ΞΥΣΤΟΣ (Et cætera quæ infra ad huc latius afferentur.) *In Elide memoratu digna ſunt, gymnaſium vetus in quo Athletas, priuſquam in Olympiam deſcendant, omnia facere inſtitutum eſt, quæ ante certamen fieri mos rituſque majorum poſtulat. Intra maceriam per curriculi ſpatia conſitæ ſunt platani proceræ. Septum vero illud univerſum XYSTUS ex eo appellatur, quod Hercules, &c.*

Provocat Doctiſſimus Falconerius ad ſcriptores, quos interim nullos, præter Suidam Lexicographum, & A. Marcellinum hiſtoricum, profert: quibus tamen & Heſychium & Pollucem adjungere potuiſſet. Suidæ verba, in ipſo Lexico

Aldinæ editionis ſunt, Ξυστάρχεις, τοῦ γυμνασίου ἄρχεις: Heſychii vero, Γυμνασιάρχης, ἄρχων τοῦ ξυστοῦ: tum &, Γυμνάσον, τόπος ἐν ᾧ ἀγωνίζονται: rurſuſque Suidas verbis a Falconerio, ut videtur, non animadverſis, Γυμνάσια· ἀλειπτήρια, ἢ βαλανεῖα, ἢ λουτρά. Quæ ad *Gymnaſia Romana*, adeoque ipſorum *Xyſta*, ac *Balnea* ſimul clare reſpicere videntur. hæc enim *Xyſta* ſeu *Gymnaſia*, *Balneis* juncta, quin & incluſa fuiſſe, ex Romanarum Hiſtoriarum ſcriptoribus, ſatis notum eſt, & in ſequentibus oſtendetur. Unde miror ſane, circa balnea Romana, nonnullos ſcriptores (ubi de Xyſto ſermo eſt) provocare ad Vitruvium; qui tantum de Græcorum *Gymnaſiis* (longe aliter ac Latinorum conſtructis) loquitur; ut ex hiſce ipſius verbis (Lib. I. cap. XI. liquido patere poteſt: *Nunc mihi videtur (tametſi non ſint Italicæ conſuetudinis) palæſtrarum ædificationes tradere explicate, & quemadmodum APUD GRÆCOS conſtruantur monſtrare.* Sicut & nomina Latinonorum hîc a Græcis diverſa eſſe, eodem capite, ſub finem, indicat.

Porro Pollux hoc modo loquitur: Τὰ δὲ χωρία τῆς ἀσκήσεως, ἀποδυτήριον, γυμνάσιον, παλαίστρα, κονίστρα. Ex qualibus Lexicographorum loquendi modis videmus, illos confuſe tantum de Gymnaſiis loqui, partemque quandoque pro toto, totumve pro parte, quaſi unum idemque, allegare; dum potius reddunt, quid quæve ad iſta pertinuerint, quam quid revera ac definitive fuerint; aut quo proprie nomine ſint appellanda. Quum præterea hi omnes diu poſt Vitruvium vixerint, ac ſub Romanis Imperatoribus, ſub quibus hujuſmodi *Gymnaſia*, ſeu *Xyſta* Romæ ædificata fuerunt. tametſi jam dudum, uti ex Strabone liquet Neapoli, in Italia, obtinuerant. Sic enim ille libro V. Μηνύει δὲ τὰ τῶν δημάρχων ὀνόματα, τὰ μὲν πρῶτα Ἑλληνικὰ ὄντα, τὰ δὲ ὕστερα τοῖς Ἑλληνικοῖς τὰ Καμπανικά· πλεῖστα δὲ ἴχνη τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐνταῦθα σώζεται, γυμνάσιά τε, καὶ ἐφηβικὰ, Φρατρία, καὶ ὀνό-

ϛόματα Ἑλληνικὰ καίπερ ὄντων Ῥωμαίων. Νυνὶ δὲ πενταετηρικὸς ἱερὸς ἀγὼν συντελεῖται παρ' αὐτοῖς, μουσικός τε καὶ γυμνικὸς ἐπὶ πλείους ἡμέρας, ἐνάμιλλος τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα.

*Plurima tamen ibi Græcorum inſtitutorum ſuperſunt veſtigia, ut Gymnaſia, Epheborum cœtus, Curiæ (ipſi fratrias vocant) & Græca nomina Romanis rebus impoſita, Hoc tempore ſacrum quinquennale certamen Muſicum & Gymnicum per aliquot dies agitur, ludis Græcorum nobiliſſimis æmulum.* Tum & Græco more ibi ipſos Romanos vixiſſe, paucis interjectis, idem indicat.

Videmus hinc, ut puto, non obſcure, cur *Nero* (teſte Suetonio) *prodierit Neapoli primum* &c. *Atque aliquid ſe ſufferti tinniturum GRÆCO SERMONE, Promiſerit: quin etiam NERONEUM agona Romæ* (quum jam antea illum inſtituiſſet) *ante præſtitutum diem revocaverit.* Namque ita idem Suetonius cap. 12 narraverat: *Inſtituit & quinquennale certamen MORE GRÆCO triplex, Muſicum, Gymnicum, & equeſtre, quod appellavit NERONIA. Dedicatiſque THERMIS atque GYMNASIO ſenatui quoque & equiti oleum præbuit. Magiſtros toti certamini præpoſuit, conſu-lares ſorte, ſede Prætorum,* &c.

Ac quamvis ibi Latinis quoque *Orationibus* ac *carminibus* contenderetur ab honeſtiſſimis quibuſque; potiſſimum tamen *Græco ſermone* (ſicut moribus) decertabatur.

Unde ſane non mirum, pene omnes Inſcriptiones, quæ de iſtiusmodi Agonibus Romæ peractis loquuntur, Græco quoque ſermone nobis relictas fuiſſe.

At quamvis nomina circa nonnulla fuerunt immutata, Græca tamen permanſere. Hinc etenim Plinius præter *Apodyteria*, &c. *Hypocauſta*, aliaque, cum aliis quoque *Xyſtum* retinet: nempe non pro parte quadam *Gymnaſii* (ſicut id in ipſa Græcia obtinebat) ſed pro toto *Gymnaſio*, *Balneo* ſeu *Thermis*, ut Italici moris erat, incluſo. Ita namque

 ille

ille Epiſt. VI Lib. V. *Ante porticum Xyſtus conciſus in plurimas ſpecies, diſtinctuſque buxo*, &c. quæ elegantiſſima, ibi tota ut legantur, vere merentur. Hinc quoque illud nomen *Xyſtici*; ut in hac Inſcriptione

ATHENODORUS XYSTIKUS PARIDI THYMELICO BENEMERENTI FECIT.

Sicut & in hac ſequenti, quæ a Reineſio Claſſe V. No. 44. exhibetur:

D. D. D. ET PRINCIPES N. VALENT
ET VALENS ET GRATIAN. SEMP. AUGGG
FILUMENUM
IN OMNI ATHLETICO CERTAMINE
AB ORIENTE AD OCCIDENTEM USQUE
VICTOREM PAMMACHO LUCTA
PANCRATIO CESTIBUSQ ID EST PYGME
LOCATIONE STATUÆ IN ATHLETARUM
CURIA ÆTERNITATIS GLORIA DIGNUM
ESSE JVDICARVNT. QVOD OMNES XYSTI
CI GRATANTER ACCEPERVNT ET PA
RITER SIMVLQVE P. P. INGENTI FAVORE
PROSECVTVS EST.

Sic denique *Xyſticos* apud Suetonium (Aug. cap. 45 & Halbæ c. 15) pro *Athletis* habemus.

Ho-

Horum autem præſides, ſicut & *Xyſti*, ſeu *Gymnaſii*, erant *Xyſtarchæ*: quo ſolo nomine tamen, apud Italos, non gaudebant verum & ἀρχιερέως, ac quidem τοῦ σύμπαντος ξυστοῦ, & Præfecti, *Balneorum Auguſti*, vel *Auguſtorum*.

Erant nempe apud Græcos *Gymnaſia Mercurio* & *Herculi* [Lyceum Athenis tamen *Apollini*] dicata & ſacra (quamvis quandoque & alii Dii Deæve illis adjungerentur:) ſoli tamen, ut plurimum Herculi, tametſi & in illa Inſcriptione, quæ apud Grut pag. 317 exhibetur, (quamque alibi integram adduco) *Mercurius* etiam *Herculi* jungatur, ut ex hiſce verbis liquet: ΤΟΥΣ ΤΕ ΤΩΙ ΗΡΜΕΙ ΚΑΙ ΗΡΑΚΛΕΙ ΤΙΘΕΜΕΝΟΥΣ ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΓΥΜΝΙΚΟΥΣ ΑΓΩΝΑΣ, &c.

Alias namque, & maxime apud Romanos, ſoli *Herculi* illa videntur, (ſicut & ipſi Athlætæ, quique ad illos pertinebant) ſacra fuiſſe.

Atque hinc non ſolus, ut modo attigi, *Xyſtarchus*, verum & ἀρχιερεὺς, illis præerant. Sacra namque ibi fiebant, ac quidem, magna ut videtur, pompa; ac maxime quidem in ipſorum Dedicatione: de qua loqui videtur Philoſtratus lib. IV. cap. 14. ubi de *Neronis Xymnaſio*, *Xyſto* hoc modo loquitur: Καὶ πολὺ μᾶλλον ὁπότε γυμνάσιον μὲν ἐξεποιήθη τῷ Νέρωνι, θαυμασιώτατον τῶν ἐκεῖ, λευκὴν δὲ ἔθυον ἐν αὐτῇ ἡμέραν, Νέρων τε αὐτὸς, καὶ ἡ βουλὴ ἡ μεγάλη, καὶ τὸ ἱππικὸν τῆς Ῥώμης. παρελθὼν δὲ ὁ Δημήτριος ἐς αὐτὸ τὸ γυμνάσιον, διεξῆλθε λόγον κατὰ τῶν λουομένων τε καὶ αὐτὸ θρυπτόντων· καὶ ἐδείκνυεν ὅτι περιττὸν ἀνάλωμα εἴη τὰ τοιαῦτα. Quæ a Morellio modo vertuntur: *Idque vel tunc eſt judicatum, cum Neroni Gymnaſium paratum eſt, omnium quæ Romæ eſſent Maxime admirabile. Ibi Nero magnuſque Senatus, & Romanus equitatus omnis ſacrificia diemque feſtum ſumma cum lætitia celebrant. Illud igitur Gymnaſium ingreſſus Demetrius orationem habuit adverſus eos, qui Balneis utebantur, &c.*

Ho-

Horum itaque erant *ἀρχιερεῖς*, qui & reliquis *Myſtis* ſeu *Sacerdotibus*, cæteriſque *Gymnaſii membris*, præeſſent ac ſimul *Xyſtarchæ* eſſent *Præfectique Balnearum.* Sicut patet ex ſequentibus nunc Inſcriptionibus, quæ Romæ ad Thermas Titi Cæſaris repertæ, nunc in Palatio Chiſiano conſervantur.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ

Η ΙΕΡΑ ΞΥCΤΙΚΗ CΥΝΟΔΟC ΤΩΝ
ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΗΡΑΚΛΕΑ ΑΘΛΗΤΩΝ ΑΝΕC
ΤΗCΕΝ ΕΝ ΤΗ ΒΑCΙΛΙΔΙ ΡΩΜΗ ΜΝΗ
ΜΗC ΧΑΡΙΝ ΚΛ. ΡΟΥΦΟΝ ΤΟΝ ΚΑΙ Α
ΠΟΛΛΩΝΙΟΝ ΠΕΙCΑΙΟΝ ΔΙC ΠΕΡΙΟ
ΔΟΝ ΚΑΙ ΥΙΟΝ ΚΛ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ
CΜΥΚΝΑΙΟΝ ΟC ΚΑΙ ΔΙΑΛΟΧΟC ΕΓΕΝΕ
ΤΟ ΤΟΥ ΙΔΙΟΥ ΠΑΤΡΟC ΚΑΙ ΑΥΤΟΥ ΠΕΡΙΟ
ΔΟΥ ΤΕΛΕΙΟΥ ΑΝΔΡΩΝ ΕΝ ΤΟΙC CΚΑΜΜΑCΙΝ
ΤΗC ΑΡΧΙΕΡΟCΥΝΗC ΤΟΥ CΥΜΠΑΝ
ΤΟC ΞΥCΤΟΥ ΟΥΤΟC ΔΕ ΕΓΕΝΕΤΟ
ΚΑΙ ΓΕΝΟΥC ΥΠΑΤΙΚΩΝ

al-

Altera vero habet.

Η ΙΕΡΑ ΞΥCΤΙΚΗ CΥΝΟΔΟC ΤΩΝ
ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΗΡΑΚΛΕΑ ΑΠΟ ΚΑΤΑΛΥCΕΩC
ΕΝ ΤΗ ΒΑCΙΛΙΔΙ ΡΩΜΗ ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΩΝ
Μ. ΑΥΡΕΛΙΟΝ ΔΗΜΟCΤΡΑΤΟΝ ΔΑΜΑ
CΑΡΔΙΑΝΟΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ ΑΝΤΙΝΟΕΑ ΑΘΗΝΑΙΟΝ
ΕΦΕCΙΟΝ CΜΥΡΝΑΙΟΝ ΠΕΡΓΑΜΕΝΟΝ
ΝΙΚΟΜΗΔΕΑ ΜΙΛΗCΙΟΝ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΝ
ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΤΟΥ CΥΜΠΑΝΤΟC ΞΥCΤΟΥ ΔΙΑ ΒΙΟΥ
ΞΥCΤΑΡΧΗΝ ΚΑΙ ΕΠΙ ΒΑΛΑΝΕΙΩΝ CΕΒΑCΤΟΥ
ΠΑΝΚΡΑΤΑCΤΗΝ ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΗΝ ΠΥ
ΚΤΗΝ ΑΛΕΙΠΤΟΝ ΠΑΡΑΔΟΞΟΝ

Differentia autem, quæ inter *Gymnaſiarchas* Græcorum quoque, & *Xyſtarchas* Italorum erat, fuit, quod illi annuni eſſent, quin & menſurni munere; quum hi ad vitam *Xyſtarchi* &c. munere fungerentur; Oſtendit id etiam clare hæc jam ſequens inſcriptio ibidem Romæ reperta, quæque extat apud ſponium Miſcellaneor. pag. 360 N°. CIV.

Η ΙΕΡΑ ΞΥΣΤΙΚΗ ΣΥΝΟΔΟΣ ΤΩΝ ΠΕ
ΡΙ ΤΟΝ ΗΡΑΚΛΕΑ ΑΠΟ ΚΑΤΑΛΥΣΕΩΣ
ΕΝ ΤΗ ΒΑΣΙΛΙΔΙ ΡΩΜΗ ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΩΝ
Μ. ΟΥΛΠΙΟΝ ΔΟΜΕΣΤΙΚΟΝ ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΞΥΣΤΑΡ
ΧΗΝ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΤΟΥ ΣΥΜΠΑΝΤΟΣ ΞΥΣΤΟΥ ΠΕΡΙΟ
ΔΟΝΕΙΚΗΝ ΠΑΡΑΔΟΞΟΝ ΕΠΙ ΒΑΛΑΝΕΙΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΤΟΝ ΕΑΥΤΩΝ ΠΡΟΣΤΑΤΗΝ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝ ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΑ
ΚΑΙ ΑΙΤΗΣΑΜΕΝΟΝ ΤΟ ΤΕΜΕΝΟΣ ΤΩ ΣΥΜΠΑΝΤΙ ΞΥΣ
ΤΩ ΤΗΝ ΤΕΙΜΗΝ ΑΝΑΘΕΝΤΟΣ Μ. ΜΕΤΤΙΟΥ ΑΜΕΡΙΜ-
ΝΟΥ ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΩΝ
Λ. ΟΥΑΡΕΝΝΙΟΥ ΑΓΡΙΠΠΙΑΝΟΥ ΚΑΙ ΜΕΤΤΙΟΥ ΑΜΕ-
ΡΙΜΝΟΥ

Mmmm Vi-

Videmus hic a *Xyſticis*, ſive a ſacro ipſorum collegio petitum *lucum*: qui quemnam in finem uſumque petitus fuerit, ex ſequentibus Imperatorum reſcriptis, ſtatim quoque aſſerendis, patebit: in quibus etiam videbimus Ulpium Domeſticum, qui hîc & ἀρχιερεὺς & ξυστάρχης τοῦ &c. vocatur, τῶν ἐπὶ τῶν βαλανείων appellatum; ſicut & rurſus, (non addito Xyſtarcha,) ἀρχιερέα τοῦ σύμπαντος ξυστοῦ, καὶ ἐπὶ βαλανείων Σεβαστοῦ. Unde liquet hos ξυστάρχας & totius *Gymnaſii*, & ſimul *Balneorum Auguſtalium* (quæ hîc Romæ ſub Cæſaribus potiſſima, maximi ædificii pars erant) regimini præfuiſſe. Quod in ipſa Græcia non ita locum habebat: in qua nullibi *Gymnaſiarchæ* ſimul ἀρχιερεῖς ac præfecti Balnearum vocantur; quod *Balnea in Gymnaſiis* tantum Athletis inſervirent, ac parva admodum pars (quamvis & *Laconicas*, & calidas *lavationes*, & *frigidaria* ſimul ſumere velis) *Gymnaſiorum* eſſent. Circa Thermas autem, ſeu *Balnea*, inſaniiſſe Romanos, oſtenderit ſatis ſuperque Doctiſſimus ille Baccius, qui de Thermis veterum, ſingulari libro, ſcripſit.

Ex his ante dictis itaque ſatis liquere puto *Xyſtarcham*, in Græcia non (ſicuti nec in Italia) ſimul cum *Gymnaſiarcha* Athletis præfuiſſe, illumve huic parem aut ſupparem fuiſſe: quum unus numero *Gymnaſiarcha* apud Græcos *Gymnaſio* moderaretur; unuſque Xyſtarchus apud Italos, (ſeu Romanos) univerſo *Gymnaſio*, ſeu *Xyſto*, & *balneis* præpoſitus eſſet; quin & ſimul ipſorum ἀρχιερεὺς ſeu Pontifex eſſet.

Quinam autem *Gymnaſiarcharum* Miniſtri fuerint, *Coſmetæ* nempe *Gymnaſtæ*, *Pædotribæ*, *Sophroniſtæ*, *aleiptæ*, ac ſi qui alii horum miniſtri fuerunt, quorum in antiquis marmoribus mentio fit (ad iſta enim, pro meo modulo, illuſtranda potiſſimum hæc opera mea inſtituta fuit) illi adhuc in ſequentibus a me attingentur. Neque enim de his omnibus (cum quos nunc tractavi, tum de quibus ad huc mihi dicendum ſumpſi) ex profeſſo tractare nolui; ne poſt Homerum

rum Iliada cantare velle viderer. Ut denique hoc de *Pontificibus totius Xyſti* addam; iſti non tantum *per totam vitam* eo honore ac numere gaudebant; verum & illorum filii ipſis jam mortuis, ſuccedebant: modo & ipſi ἱερονῖκαι ſeu περιοδονῖκαι eſſent. Quod patet ex hac ſequenti Inſcriptione, apud Gruterum pag. 313. reperiunda, hoc modo:

ΔΗΜΗΤΡΙΟC
ΑΡΧΙΕΡΕΥC

Δημητριον. ΕΡΜΑΠΟΛΕΙΤΗΝ Φ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ ΠΑΝΚΡΑΤΙΑCΤΗΝ ΠΕΡΙΟ-
ΔΟΝΕΙΚΗΝ
ΠΑΛΑΙCΤΗΝ ΠΑΡΑΔΟΞΟΝ ΑΛΕΙΠΤΟΝ Φ
ΤΟΝ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΤΟΥ CΥΜΠΑΝΤΟC
ΞΥCΤΟΥ
ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΞΥCΤΑΡΧΗΝ ΚΑΙ ΕΠΙ ΒΑΛΑΝΕΙ
ωΝ CΕΒ. ΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ Φ
Μ. ΑΥΡ. ΑCΚΛΗΠΙΑΔΗC Ο ΚΑΙ ΕΡΜΟ-
ΔΩΡΟΟ
ΝΕΩΚΟΡΟC ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΣΑΡΑΠΙΔΟC
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥC ΗΕΡΜΑΠΟΛΕΙΤΗC ΠΑΝ-
ΚΡΑ
ΤΙΑCΤΗC ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΗC ΑΛΕΙΠΤΟC Φ
ΑCΙΝΕΞΩCΤΟC ΑΝΕΝΚΛΗΤΟC ΞΥCΤΑΡ
ΧΗC ΔΙΑ ΒΙΟΥ Ο ΥΙΟC

Ο ΑΡΧΙΕΡΕΥC ΤΟΥ CΥΜΠΑΝΤΟC ΞΥC-
ΤΟΥ ΔΙΑ ΒΙΟΥ
ΞΥCΤΑΡΧΗC ΚΑΙ ΕΠΙ ΒΑΛΑΝΕΙΩΝ ΤΟΥ
CΕΒΑCΤΟΥ Φ

## CAPUT. III.

*De* Archontibus Xyſticis, *ſeu* Synodi Xyſticæ; *qualeſque illi fuerint: ut & obiter de* Archontibus *circa Certamina Muſica: De* καταλύσει Xyſtica, *ac de formula loquendi,* ἀπὸ καταλύσεως: *deque ipſa* Synodo Xyſtica. *De voce* περίοδος *pro* περιοδονίκης, *&c. De diſtinctione inter* παῖδας, ἀγενείους *&* ἄνδρας, *ſive* ἄνδρας πλείους *paulò fuſius diſputatur. De* πεῤῥείρᾳ *circa Certamina. Nonnunquam licet rarius, ſine* πεῤῥείρᾳ *Athletas admiſſos fuiſſe.* De progymnaſmatis *ipſorum* Hellanodicarum. *De* Scammate *in ſtadiis, tum pro* ipſo Stadio, *tum pro* Sulco, *ſeu* foſſa, *Stadii ſumpto. Quid ſit* ἐν αὐτοῖς τοῖς σκάμμασιν, *&c.*

VErum, ut redeamus ad Inſcriptionem illam, quæ de *Ulpio Domeſtico* loquitur, hæc verba nobis etiam conſideranda ſunt:

ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΩΝ

Λ. ΟΥΑΡΕΝΝΙΟΥ ΑΓΡΙΠΠΙΑΝΟΥ. ΚΑΙ. Μ

ΜΕΤΤΙΟΥ ΑΜΕΡΙΜΝΟΥ

Tum & quales *Archontes* hi nominati viri fuerint: ut per quos tempus dedicationis (ſtatuæ procul dubio) ſignatur.

De *Archontibus* ἐπωνύμοις Græcorum jam ſupra Diſſertatione ſecunda, cap. IV. locutus ſum. Sed hæc ΤΙΜΗ, ſeu *Statua,* cum inſcriptione, Romæ dedicata fuit; ac quidem a *Synodo*, ſeu *Collegio*, vel *Contubernio* Athletarum Herculi ſacratorum, ac Romæ habitantium: ſicut & ibi ad Thermas Titi Veſpaſiani hoc marmor (tum & alia huc facientia

cientia) effoſſum fuit. Neque in ipſa Græcia reperimus ullos Ἄρχοντας, (niſi circa ſoles ſacros agones Muſicos,) ſeu *Rectores Gymnaſiorum*, quod ſciam, hoc nomine, ut peculiari, atque huc ſpectante, indigitatos; ſed ſolos *Gymnaſiarchas:* quibus cæteri ſuberant Gymnaſiorum miniſtri.

Et certe de Conſulibus Romanis hîc ſermo non eſt; quod illi, nequidem apud Græcos ἀρχόντων, ſed ὑπάτων, nomine venerint; ſicut & *Proconſules* ἀνθυπάτων. Unde & in iſta inſcriptione, quæ de *Rufo Apollonio* loquitur (ac quam jam modò quoque attuli) in fine habemus, ΟΥΤΟC ΔΕ ΕΓΕΝΕΤΟ ΚΑΙ ΓΕΝΟΥC ΥΠΑΤΙΚΩΝ.

Quin etiam hîc notari poteſt, locum illum, quem ſibi petiverat hæc *Xyſtica Synodus*; ad quemque obtinendum *Ulpio Domeſtico*, legato uſa fuerat, conceſſum quidem fuiſſe ab Adriano Auguſto, cum jam tertiùm Conſul eſſet (quod fuit poſt Chriſt. Nat. 119) at tandem certò illi fuiſſe aſſignatum ab Antonino Pio, quando is jam tertiùm quoque Conſul eſſet; ac primo imperii ipſius anno: qui annus poſt Nat. Chr. 140 erat. Poſt quem locum obtentum: curante M. Mettrio Amerimno, ea Synodus, pro legatione tam bene peracta, ſtatuâ hunc *Ulpium Domeſticum* honorari curavit: ac quidem Archontibus, ſeu Rectoribus (ſive mavis Duumviris Collegii Athletarum; quali modo eos Reineſius vocat) modò nominatis; qui hic quaſi ἐπώνυμοι quoque memorantur: quum alias *Conſules* in fine epiſtolæ Antonini ſic exprimantur: ΤΟΡΚΟΥΑΤΩ ΚΑΙ ΗΡΩΔΗ ΥΠΑΤ. i. e. *C. Bellio C. F. Torquato, & Tib. Claudio Attico Herode* (ſeu *Heroda Attico) Coſs.*

Oſtendunt hoc hæ nunc ſequentes inſcriptiones, apud Gruterum pag. 315 reperiundæ; quarum prima ita habet:

ΑΓΑΘΗ. ΤΥΧΗ
ΑΥΤΟΚΡΑΤωΡ ΚΑΙϹΑΡ ΘΕΟΥ ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΠΑΡΘΙΚΟΥ
ΥΙΟϹ
ΘΕΟΥ ΝΕΡΟΥΑ ΥΙωΝΟϹ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒΑϹ-
ΤΟϹ ΑΡΧΙΕΡΕΥϹ
ΜΕΓΙϹΤΟϹ ΔΗΜΑΡΧΙΚΗϹ ΕΞΟΥϹΙΑϹ ΤΟ ΙΗ. ΥΠΑΤΟϹ
ΤΟ Γ.
ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟϹ ϹΥΝΟΔω ΞΥϹΤΙΚΗ ΤωΝ ΠΕΡΙ ΤΟΝ
ΗΡΑΚΛΕΑ ΑΘΛΗΤωΝ ΙΕΡΟΝΕΙΚωΝ ϹΤΕΦΑΝΕΙΤωΝ
ΧΑΙΡΕΙΝ
ΚΑΙ ΤΟΠΟΝ ΕΝΘΑ ΒΟΥΛΕΥΕϹΘΕ ΚΕΛΕΥω ΔωΘΗΝΑΙ
ΥΜΕΙΝ ΚΑΙ ΟΙΚΗΜΑ
ωϹ ΤΑ ΓΡΑΜΜΑΤΑ ΑΠΟΤΙΘΕϹΘΑΙ ΤΑ ΚΟΙΝΑ ΚΑΙ ΕΙ
ΤωΝ ΔΙΠΛωΝΤΑΝ
ΜΕΤΑΠΟΙΗϹΙΝ ΑΝΑΓΚΑΙΑΝ ΝΟΜΙΖΕΤΕ ΤΟΥΤΟ ΕΦ
ΥΜΕΙΝ ΕϹΤΙΝ
ΕΠΡΕϹΒΕΥΕΝ ΟΥΛΠΙΟϹ ΔΟΜΕϹΤΙΚΟϹ ΕΥΤΥΧΕΙΤΕ
ΠΡω Γ. ΝωΝωΝ ΜΑΙωΝ ΑΠΟ ΡωΜΗϹ

In cujus Marmoris altero latere habentur hæc:

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
Μ. ΑΙΛΙωΙ
ΑΥΡΕΛΙωΙ ΚΑΙϹΑΡΙ
Τ. ΑΙΛΙΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ
ΑΝΤΟΝΕΙΝΟΥ
ϹΕΒΑϹΤΟΥ ΕΥϹΕΒΟΥϹ ΥΙω
Μ. ΟΥΛΠΙΟϹ
ΔΟΜΕϹΤΙΚΟϹ
Ο ΑΡΧΙΕΡΕΥϹ
ΤΟΥ ϹΥΜΠΑΝΤΟϹ ΞΥϹΤΟΥ ΚΑΙ
ΕΠΙ ΒΑΛΑΝΕΙωΝ ϹΕΒΑϹΤωΝ

Al-

Altera vero epiſtola hoc modo habet:

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ

ΑΥΤΟΚΡΑΤωΡ ΚΑΙCΑΡ ΘΕΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΥΙΟC ΘΕΟΥ ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΠΑΡΘΙΚΟΥ ΥΙωΝΟC ΘΕΟΥ ΝΕΡΟΥΑ ΕΚΓΟΝΟC ΤΙΤΟC ΑΙΛΙΟC ΑΔΡΙΑΝΟC ΑΝΤΟΝΕΙΝΟC CΕΒΑCΤΟC ΑΡΧΙΕΡΕΥC ΜΕΓΙCΤΟC ΔΗΜΑΡΧΙΚΗC ΕΞΟΥCΙΑC

ΤΟ Γ. ΑΥΤΟΚΡΑΤωΡ ΤΟ Β ΥΠΑΤΟC ΤΟ Γ. ΠΑΤΗΡ ΠΑ-ΤΡΙΔΟC CΥΝΟΔω

ΞΥCΤΙΚΗ ΤωΝ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΗΡΑΚΛΕΑ ΑΘΛΗΤωΝ ΙΕΡΟ-ΝΕΙΚωΝ CΤΕΦΑΝΕΙΤωΝ ΧΑΙΡΕΙΝ

ΕΚΕΛΕΥCΑ ΥΜΕΙΝ ΑΠΟΔΕΙΧΘΗΝΑΙ ΧωΡΙΟΝ ΕΝ ω ΚΑΙ ΤΑ ΙΕΡΑΚΑΤΑ

ΘΗCΕCΘΕ ΚΑΙ ΤΑ ΓΡΑΜΜΑΤΑ ΠΡΟC ΑΥΤΑΙC ΤΑΙC ΘΕΡΜΑΙC ΤΑΙC ΥΠΟ

ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΠΑΠΠΟΥ ΜΟΥ ΓΕΓΕΝΗΜΕΝΑΙC ΟΠΟΥ ΚΑΙ ΜΑΛΙCΤΑ ΤΟΙC

ΚΑΠΙΤΟΛΕΙΟΙC CΥΝΕΡΧΕCΘΕ ΕΥΤΥΧΕΙΤΕ ΕΠΡΕC-ΒΕΥΕΝ

ΟΥΛΠΙΟC ΔΟΜΕCΤΙΚΟC ΕΠΙ ΒΑΛΑΝΕΙωΝ ΜΟΥ

ΕΓΡΑΦΗ ΠΡΟ ΙΖ. ΚΑΛ. ΙΟΥΝ. ΑΠΟ ΡωΜΗC ΤΟΡΚΟΥΑ-Τω ΚΑΙ ΗΡωΔΗ ΥΠΑΤ.

Cu-

Cujus lapidis in altero latere quoque habetur:

. . . . . . . ΤΟΚΡΑΤΟΡΙ
. . . ϹΑΡΙ ΤΙΤωΙ ΑΙΛΙωΙ
ΑΔΡΙΑΝωΙ
ΑΝΤΟΝΕΙΝωΙ ϹΕΒΑϹΤωΙ
ΕΥϹΕΒΕΙ
Μ. ΟΥΑΠΙΟϹ
ΔΟΜΕϹΤΙΚΟϹ
ΑΡΧΙΕΡΕΥϹ
ΤΟΥ ϹΥΜΠΑΝΤΟϹ ΞΥϹΤΟΥ ΚΑΙ
ΕΠΙ ΒΑΛΑΝΕΙωΝ ϹΕΒΑϹΤΟΥ

Ut autem in hac poſteriori Epiſtola *Conſules* exprimuntur; ſic in priori aut injuria temporum, aut alia quapiam ex cauſa nobis incognita, deleti videntur:

Quum autem *Archontum* illorum, de quibus nunc loquimur, nullibi aliàs, quod ſciam (quam ut obiter notavi) mentio fiat; cogitare quis poſſet, nec immerito, præter *Xyſtarcham*, qui ſimul & Pontifex totius Xyſti & præfectus Balnearum erat, Archontes illos, *L. Varennium Agrippianum*, & *Mettium Amerimnum*, ſub ſumma Xyſtarchi præfectura, non ipſis quidem Balneis, ſed Xyſto ac Xyſticis, ſeu Palæſtritis in eo decertantibus, ipſorumque exercitationibus, præfuiſſe; atque illis ita docendo, corrigendo, &c. moderatos fuiſſe, ſicut in Gymnaſiis Græcorum id fecerunt *Coſmetæ*, *Gymnaſtæ*, & *Pædetribæ*; quorum etiam nomina in faſtis Athleticis ſignata fuiſſe ex ſequentibus, ubi de ipſis loquar, clareſcet. Operæ pretium interim eſt hîc audire jam ante laudatum Falconerium: qui uti in iſta opinione eſt, *Archon-*

*Archontes* hos quos Reneſius Duum, Viros collegii Athletarum vocat, fuiſſe magiſtratum, a quo Faſti Athletici ordinarentur; ita paucis interjectis hæc adjungit: *Habuit itaque, Synodus Xyſtica Athletarum Herculeanorum Archontas ſuos quorum nomina ad rerum publicè geſtarum tempora diſtinguenda in Commentariis referrentur; quibus aſſervandis* οἴκημα εἰς τὰ γράμματα, *Hoc eſt archivum ſeu Tabularium ipſis ab Hadriano concedi, habet, ut vidimus, alterum ex marmoribus Farneſianis. Hinc magiſtratum, quo anno Marco Ulpio Domeſtico ſtatua decreta eſt, obiiſſe L. varennium Agrippianum, & M. Mettium Amerimnum, noſter hic lapis teſtatur.*

Firmantur hæc ex ſequenti Inſcriptione, quæ apud Reineſium Cl. V. N. 41. habetur:

ΕΠΙ. ΑΡΧΟΝΤΩΝ

Λ. ΣΕΝΝΙΟΥ. ΑΓΡΙΠΠΙΑΝΟΥ. ΚΑΙ. Μ. ΜΕΤΖΙΟΥ. ΑΜΕ-
ΡΙΜΝΟΥ

Η. ΙΕΡΑ. ΞΥΣΤΙΚΗ. ΣΥΝΩΔΟΣ. ΤΩΝ . . . . . . . . . . . :

περΙ. ΤΟΝ. ΗΡΑΚΛΕΑ. ΑΠΟΥΑΝΑΛΥΣΕως . . . . . . . . . .

ΕΝ. ΤΗ. ΒΑΣΙΛΙΔΙ. ΡΩΜΗ. ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤων . :

Μ. ΑΥΡΕΛΙΟΝ. ΔΗΜΟΣΤΡΑΤΟΝ. ΔΑΜΑΝ . . . .

ΣΑΡΔΙΑΝΟΝ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ. ΑΝΤΙΝΟΕΑ. ΑΘΗΝΑΙΟΝ

ΕΦΕΣΙΟΝ. ΣΜΥΡΝΑΙΟΝ. ΠΕΡΓΑΜΕΝΟΝ

ΝΙΚΟΜΗΔΕΑ. ΜΙΛΗΣΙΟΝ. ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΝ

ΑΡΧΙΕΡΕΑ. ΤΟΥ. ΣΥΜΠΑΝΤΟΣ. ΞΥΣΤΟΥ. ΔΙΑ. ΒΙΟΥ

ΞΥΣΤΑΡΧΟΥ. ΚΑΙ. ΕΠΙ. ΒΑΛΑΝΕΙΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΩΝ

ΠΑΝΚΡΑΤΙΑΣΤΗΝ. ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΗΝ. ΔΙΣ : : .

ΠΥΚΤΗΝ. ΑΛΕΙΠΤΟΝ. ΠΑΡΑΔΟΞΟΝ

In quo quidem marmore (cujus caput eſt cauda iſtius, quod ſupra ex ſponii Miſcellan. Pag. 360. adduxi) habemus Α. ΣΕΝΝΙΟΥ, quod ſane vel male a Celeberrimo viro Schelio exceptum fuit; vel id, quod jam ſupra adduxi, quodque Α. ΟΥΑΡΕΝΝΙΟΥ habet, ex hoc eſt emendandum. Quod tamen minus verum crediderim, ex collatione hujus inſcriptionis cum illa quam Sponius producit.

Fateor equidem in Sponio deeſſe inſcriptionis caput; quod comparet in Reineſio. At puto id inde accidere potuiſſe, quod, ambabus hiſce inſcriptionibus utrique horum communicatis, in una eademque ſcheda; hâcque ſub illa ab excerptore deſcripta, ac forte non ſatis diſtincte, ſic cauda ſuperioris locomota in caput inferioris tranſformatum fuerit.

Hoc interim conſtat, etiam aliàs eas (quamvis pro unâ eademque legantur) diverſis in Locis inter ſe minus convenire.

Interim videmus Ἄρχοντα in Inſcriptionibus Athletarum (ut ſic dicam) circa Agones muſicos; qui tamen non fuit ἄρχων apud Athenienſes vulgo dictus ἐπώνυμος (ut circa quem, præter alia, valet formula, ἐπὶ ἄρχοντος τοῦ δεῖνα ἢ τοῦ δεῖνα; quod in hiſce non obtinuit) ſed contra ἄρχων (non tamen χορηγὸς, ſicut infra oſtendam) alicujus chori, ex hac illave tribu, ad certamen muſicum miſſi, ad Panathænæa, &c. atque etiam diſtinctus ἀδιδασκάλῳ: ut ulterius ex ſequentibus patebit.

Notandum quoque venit illud ΔΑΜΑ apud Jac. Sponium; pro quo ΔΑΜΑΝ jam exhibuerant, tum Falconerius, tum Reineſius; qui id, ſupplendo, ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΝ legerat. Super qua lectione minime cum quoquam rixari velim, facileque conceſſerim hunc *M. Aur. Demoſtratum* non tantum civem ceterarum, in inſcriptione illa, nominatarum urbium (quod in illis hieronica pronuntiatus eſſet) verum & *Damaſcenum* fuiſſe. Sed circa iſtam, quam Reineſius habet) linea quarta (in fine lectionem, ΑΠΟΥΑΝΑ

ΑΥΣΕ

ΑΥΣΕ. . . . . . . majorem moverim difficultatem, ratione veræ lectionis hinc extundendæ, quam ille hîc, ΑΝΕΥ ΚΑΤΑΛΥΣΕΩΣ reſtituit, & vertit *ſine Miſſione*: deſumpto, ſcilicet, a Gladiatoribus, huic rei illuſtrandæ, exemplo.

Quod tamen valde dubito an in Athletis (utpote liberis ac voluntariis) unquam locum habuerit. At miror admodum eruditiſſimum hunc virum, non ex illa, quam jam paulò ante, n. 43 exhibuerat, nempe ita, Η ΙΕΡΑ ΞΥΣΤΙΚΗ ΣΥΟΔΟΣ ΤΩΝ. . . . . . . . . . . . . . . . ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΗΡΑΚΛΕΑ ΑΜΟ ΚΑΤΑΛΥΣΕΩΣ, didiciſſe iſtud ΑΠΟ in priori relinquendum, & in hac poſteriori iſtud ΑΜΟ in ΑΠΟ eſſe mutandum; adeoque eſſe utrobique legendum ΑΠΟ ΚΑΤΑΛΥΣΕΩΣ. quod, ſicut longe facilius ΑΠΟ in ΑΜΟ, ob literas temporis noxa corruptas, quam ΑΝΕΥ in ΑΠΟ & ΑΜΟ; ita contra nil magis incredibile, quam quod in una ΑΠΟ; in altera vero, ΑΜΟ, non in ΑΠΟ, ſed in ΑΝΕΥ reformari debeat. Legendum itaque ΑΠΟ ΚΑΤΑΛΥΣΕΩΣ: quod illuſtri exemplo firmatur, apud ſponium, Miſcell. Aut. Erud. Pag. 361. nº. ibi, CVI. Η ΙΕΡΑ ΞΥCΤΙΚΗ CΥΝΟΥΟC ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΗΡΑΚΛΕΑ ΑΠΟ ΚΑΤΑΛΥCΕΩC ΕΝ ΤΗ ΒΑCΙΛΙΔΙ ΡΩΜΗ ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΩΝ, &c. qua καταλύσει indicatur ipſorum *Contubernium*, ſeu locus, quo quotidie, aut aliàs ſtatutis temporibus, unà coirent. Sic namque κατάλυμα redditur quoque, in Etymologico magno, τὸ καταγώγιον ξενοδοχεῖον & apud Heſychium οἴκημα, καταγώγιον. Ipſa verò vox κατάλυσις, pro diverſorio, ſive amicali, adeoque gratis præbito, ſiva contrà μισθωτῷ, capitur. Ita enim Plutarchus, in Camillo, loquitur, de Tuſculanis, qui Diverſoria Romanis aſſignabant ac denuntiabant, Καταλύσεις τοῖς Ρωμαίοις καταγγέλλοντες. quod Athenæus lib. 8. exemplo magis jucundo, firmat, dum Machonem Comœdum, de Dorione quodam Aulete, ſic loquentem inducit:

 Ο' κρου-

Ὁ χρυματοποιὸς Δωρίων ποτ' εἰς Μύλων'
Ἐλθὼν, κατάλυσιν οὐδαμοῦ μισθωσίμην
Δυνάμενος εὑρεῖν, ἐν τεμένει καθίσας τινὶ,
Ὃ πρὸ τῶν πυλῶν ἦν κατὰ τύχην ἱδρυμένον·
Ἰδών τ' ἐπιθύοντα τὸν νεωκόρον,
Πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς καὶ θεῶν, τίνος φράσον
Ἐστιν ὁ νεὼς βέλτιστε, ἔφην, οὗτοσι;
Ὁ δ' εἶπεν αὐτῷ, Ζηνοποσειδῶνος ξένε.
Ὁ Δωρίων δὲ, πῶς ἂν οὖν ἐνταῦθ', ἔφη,
Δύναιτο καταγώγιον ἐξευρεῖν τις, οὗ
Καὶ τοὺς θεοὺς φάσκουσιν οἰκεῖν σύνδυο.

*Chomatopœus Dorion aliquando Mylonem*
*Cum acceſſiſſet, nec meritorium uſquam diverſorium*
*Reperire poſſet, in quodam luco ſedens,*
*Qui ante civitatis portas forte ſitus erat.*
*Ut vidit* (ibi) *ſacrificantem quendam ædituum,*
*Per Minervam quæſo, & Deos omnes, inquit, ô vir*
*Optime, templum hoc Dei cujus eſt?*
*Reſpondit ille, Jovis, hoſpes, & Neptuni.*
*Tum Dorion: quonam, inquit, pacto hic hoſpitium*
*Inveniat aliquis, ubi Deos habitare ſimul binos ajunt?*

Hæc igitur vox κατάλυσις, ſicuti diverſorium denotat, ita & Diverſorium, quale ὁ οἶκος τῶν Παιανιστῶν, de quibus jam ſupra locutus fui. Sic & κάλυμα, καταγώγιον ac ξενοδοχεῖον dicitur Etymologo, παρὰ τὸ καταλύω, τὸ τελῶ τὴν ὁδὸν· τοῦτο δὲ [pergit] ποιοῦσιν οἱ εἰς τὸ καταγώγιον προσιόμενοι. Heſychius autem, καταλῦσαι, ἀπολαῦσαι, εὐωχηθῆναι. quod nempe, in domibus ubi συσσίτια, φρατρίαι, ſodalitates, aliaque Collegia congregabantur, ipſorum convivia etiam ibi (ut in πρυτανείοις, alibique) celebrarentur. Huc autem, procul omni du-

dubio & reſpiciunt Latinorum *Contubernia*: quæ quamvis alias (teſte vegetio lib. II. c. 13) Manipuli militum eſſent; tamen & pro ipſorum tentoriis ſumebantur: ut apud Cæſarem lib. Belli Civilis: *Depoſitis in contubernio armis, vallum relinquebant*: tum & pro *cohabitatione, convictu aut Sodalitate*; quo poſtremo fere ſenſu ſumitur in iſta inſcriptione, quæ apud Grutterum pag. 55. ita habet:

IN. H. D. D<br>
DEO. MARTI<br>
ET. VICTORIAE<br>
CONTUBERNI<br>
VM. MARTICV<br>
LTORVM. POSV<br>
ERVNT. V. S<br>
L. L. M

Ab hiſce καλαλύσεσι, quas procul dubio, in τεμένεσι, ſeu Lucis (ut tale exemplum habemus, apud Sponium pag. 360. no. 104) habebant Deo iſti cujus Sacra Synodus, aut ſodalitas eſſent, quæque adeo diverſæ erant, vocantur hi, qui Athletarum, quaſi Magiſtratum repreſæntabant; quique eſſent ex *Hieronicis*, ac quidem *coronatis*, ob victorias, palmaſque acceptas, *Synodus* eſſent; ac quidem *Xyſtica*, quod Xyſto præeſſent. Inde enim hæc in epiſtolis illis Cæſarum, apud Sponium Miſcell. pag. ΣΥΝΟΔΟΣ ΞΥΣΤΙΚΗ ΤΩΝ . . . . ΙΕΡΟΝΕΙΚΩΝ ΣΤΕΦΑΝΕΙΤΩΝ. At maxime in hiſce locum obtinuiſſe crediderim illos, qui jam *Periodonicæ* erant, ſive in illis quatuor eximiis, præ aliis, certaminibus Olympiis, ſc. Iſthmiis, Pythiis, ac Nemeis victores exſtiterant; nunque, in hujusmodi adoptati collegia ut judices, ſimul cum *Archontibus* (de quibus jam ſupra locutus ſum) ſedebant.

Τ. ΦΛΑΥΙΟΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΡΟΥ ΥΙΟΣ. ΚΥΡΕΙΝΑ ΑΡΤΕΜΙ-
ΔΟΡΟΣ
ΑΔΑΝΕΥΣ ΚΑΙ ΑΝΤΙΟΧΕΥΣ ΝΙΚΗΣΑΣ ΤΟΝ ΑΓΩΝΑ
ΤΩΝ
ΜΕΓΑΛΩΝ ΚΑΠΙΤΩΛΕΙΩΝ ΤΟΝ ΠΡΩΤΩΣ ΑΧΘΕΝΤΑ
ΑΝΔΡΩΝ ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝ ΟΛΥΜΠΙΑ Β. ΠΥΘΙΑ Β.
ΕΝ ΝΕΑΠΟΛΙ ΑΝΔΡΩΝ ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝ ΙΣΘΜΙΑ [ΝΒ]
ΑΓΕΝΕΙΩΝ
ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝ ΚΑΙ ΤΗΙ ΕΞΗΣ ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΔΙ ΑΝ-
ΔΡΩΝ
ΠΑΛΗΝ ΚΑΙ ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝ ΚΑΙ ΠΑΛΙΝ ΑΝΔΡΩΝ
ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝ ΠΡΩΤΩΣ ΑΝΘΡΩΠΩΝ ΚΟΙΝΟΝΙΑΣ
ΕΝ ΠΕΡΓΑΜΩ ΑΝΔΡΩΝ ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝ . . . . . .

Quinam qualeſve fuerint hi ἀγένειοι, ut intelligamus, ſciendum eſt, tripartitum ordinem fuiſſe cum *Palæſtritarum*, tum *Athletarum*; quorum medii ordine (inter *Pueros* nempe & *Viros* jam adultos, hincque πλείους) erant ἀγένειοι. Atque hinc Pauſanias, in Laconicis: Παγκρατιάζοντες ἐν τοῖς παισὶ οὓς ἀγενείους καλοῦσι *Pancratio decertantes, inter pueros quos IMBERBES appellant.* Quæ verba, ne quis putet ſolos pueros reſpicere, atque ita hîc ἐν διὰ δυοῖν expreſſum, quod ſcilicet *pueri* imberbes eſſent, facit Plato: qui libro VII de Legibus, ita loquitur: Τριττὰ δὲ ταῦτα ἀθλήματα διανοηθῶμεν· ἓν μὲν παιδικῶν, ἓν δὲ ἀγενείων. ἓν δὲ ἀνδρῶν· καὶ τοῖς μὲν τῶν ἀγενείων τὰ δύο τῶν τριῶν μήκους τοῦ δρόμου θέσομεν· τοῖς δὲ παισὶ τὸ τούτων ἡμίσειαν, τοξόταις τε καὶ ὁπλίταις ἁμιλλωμένοις. γυναιξὶ δὲ κό-

κόραις μὲν ἀνήβοις γυμναῖς, στάδιον καὶ δίαυλον, καὶ ἐφίππιον καὶ δόλιχον, ἐν αὐτῷ τῷ δρόμῳ ἁμιλλωμέναις· ταῖς δὲ τρισκαιδεκέτεσι, μέχρι γάμου μὲν ὥραις κοινωνίας, μὴ μακρότερον εἴκοσιν ἐτῶν, μηδ' ἔλαττον ὀκτωκαίδεκα. πρεπούσῃ δὲ στολῇ πάντας ἐσταλμένας καταβατέον ἐπὶ τὴν ἅμιλλαν τούτων τῶν δρόμων. καὶ τὰ μὲν περὶ δρόμους ἀνδράσι τε καὶ γυναιξὶ ταῦτα ἔστω. *ATHEN.*] *Tripartito hæc certamina diſtinguamus; unum PUERORUM; alterum IMBERBIUM; VIRORUM tertium. Et imberbibus quidem duas curſus de tribus partes ponemus; pueris harum dimidias. Hi cum ſagittariis, cæteriſque armatis concertent. Fœminis vero, puellis quidem nondum pubeſcentibus (ad certamina) nudis, ſtadium ponemus, &* Δίαυλον, *& equeſtrem, &* δόλιχον, *quæ in ipſo curſu concertent: ultra vero tertium & decimum ætatis annum donec nupſerint, non longius vigeſimo, nec brevius decimo & octavo anno ad certamen curſus deſcendant. quæ quidem decenti utantur veſtitu. Hæc de curſu virorum & Mulierum dicta ſunt.*

Quod attinet ad puellas, iſtas bifariam quoque, ut videmus, dividit, in παῖδας, atque in tales quæ impuberum loco, ordine, atque ætate veniant: quum tertius ordo locum in fœminis non obtinuerit, ob familiæ curam, ob partus, aliaque, propter quæ illas (ut alibi docet) excipit.

Porro eamdem diviſionem, & in Ludis Circenſibus Romanorum antiquitus obtinuiſſe docet nos Dionyſius Halicarnaſſæus lib. VII. fere ſub finem, his verbis: Ἠκολούθουν δὲ τοῖς ἀγωνισταῖς ὀρχηστῶν χοροὶ τριχῇ νενεμημένοι· πρῶτοι μὲν ἀνδρῶν, δεύτεροι δὲ ἀγενείων, τελευταῖοι δὲ παίδων. *Athletas autem ſequebantur Saltatorum chori trifariam diviſi: primi erant viri, ſecundi imberbes, poſtremi pueri; quos ſequebantur Tibicines, &c.*

*Pueros* autem non ſolummodo in *Palæſtris*, verum etiam in *Panegyribus*, cum in *Panathenaicis*, tum in *Olympicis*, tum

tum denique & in aliis decertaſſe, ex veteribus diſcimus: ac de *Olympicis* inſignem hunc locum habemus apud Pauſaniam, in Eliacis prioribus: Τὰ δὲ ἐπὶ τοῖς παισὶν, ἐς μὲν τῶν παλαιοτέρων οὐδεμίαν ἥκει μνήμην, αὐτοὶ δὲ ἀρέσαν σφίσι κατεστήσαντο Ἠλεῖοι. Δρόμου μὲν δὴ πάλης ἐπὶ τῆ παισὶν ἆθλα ἐπὶ τῆς ἑβδόμης καὶ τριακοστῆς Ὀλυμπιάδος· καὶ ἱπποσθένης Λακεδαιμόνιος πάλην, Πολυνείκης δὲ τὸν δρόμον ἐνίκησεν Ἠλεῖος. Πρώτῃ δὲ ἐπὶ ταῖς τεσσαράκοντα Ὀλυμπιάσι πύκτας ἐξεκάλεσαν παῖδας, καὶ περιῆν τῶν ἐσελθόντων Συβαρίτης Φιλήτας. Τῶν δὲ ὁπλιτῶν ὁ δρόμος ἐδοκιμάσθη μὲν ἐπὶ τῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος καὶ ἑξηκοστῆς. *Puerorum certamina nullo veteris memoriæ exemplo, arbitratu ſuo inſtituerunt Elei. ac primum quidem de curſu & lucta, ſeptima ac triceſima Olympiade, pueris propoſita præmia, Luctæ Hippoſthenes Lacedæmonius, curſus palmam accepit Polynices Eleus. At primâ & quadrageſima Olympiade pueros in cæſtuum pugnæ commiſerunt: & competitores ſuperavit Sybaritanus Philetas, &c.*

Ita & in Eliacis poſterioribus, hæc ſequentia: (ex quibus, ſicuti & ex modo allatis, initia horum puerilium certaminum ſimul diſcimus) Σπαρτιάτῃ δὲ Εὐτελίδῃ γεγόνασιν ἐν παισὶ νῖκαι δύο, ἐπὶ τῆς ὀγδόης καὶ τριακοστῆς Ὀλυμπιάδος πάλης, ἡ δὲ ἑτέρα πεντάθλου. πρῶτον γὰρ δὴ τότε οἱ παῖδες καὶ ὕστερον πενταθλήσοντες ἐσεκλήθησαν. *Spartano quidem Eutelidæ Octava & triceſima Olympiade de puerili lucta una, de quinquertio palma altera delata eſt. Tunc enim primum, ac ſic in poſterum, quinquertiorum ludicrum a pueris committi cœpit.*

Hæc autem Certamium genera, ſic compendioſe nobis deſcribit magnus ille Ariſtoteles Lib. I. Rhetor. capite quinto: Ἀγωνιστικὴ δὲ σώματος ἀρετὴ συγκεῖται ἐκ μεγέθους καὶ ἰσχύος καὶ τάχους; καὶ γὰρ ὁ ταχὺς ἰσχυρός τις ἐστίν· Ὁ γὰρ δυνάμενος τὰ σκέλη ῥίπτειν πῶς καὶ ταχὺ, καὶ πόρρω, δρομικός· Ὁ δὲ θλίβειν καὶ κατέχειν, παλαιστικός· Ὁ δὲ ὦσαι τῇ πληγῇ, πυκτικός· Ὁ δὲ ἀμφοτέροις τούτοις, παγκρατιαστικός· Ὁ δὲ πᾶσι τούτοις πένταθλος. *Certandi virtus*

*tus corporis conſtat ex magnitudine & robore & velocitate. Nam qui poteſt crura projicere quodam modo, & movere, & velociter, & longe luctator Curſor eſt. Qui veroſtringere & tenere. At qui pellere plaga, Pugil. Qui autem utriſque his, Pancratiaſtes. Verum qui omnibus his, Quinquertio.*

Verum ut denuo redeamus ad noſtros ἀγενείους, notabilis de iis eſt locus apud Pauſaniam, in iiſdem Eliacis Poſterioribus: Φερίας δὲ Αἰγινήτης (ἐγγὺς γὰρ δὴ παρὰ τὸν Ἀθηναῖον Ἀριστοφῶντα ἀνάκειται) ὀγδόῃ μὲν πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα Ὀλυμπιάδι κομιδῇ τε ἔδοξεν εἶναι νέος, καὶ οὐκ ἐπιτήδειός πω νομισθεὶς παλαίειν. τῇ δὲ ἑξῆς (καλεδέχθη γὰρ τηνικαῦτα ἐς τοὺς παῖδας) ἐνίκα παλαίων. τῷ δὲ Φερίᾳ τούτῳ διάφορον καὶ οὐδαμῶς ἐοικυῖαν ἔσχεν ἐν Ὀλυμπίᾳ τύχην νίκης Ὕλλος Ῥόδιος. Ὀγδόου γὰρ, ἐπὶ τοῖς δέκα ἔτεσι γεγονὼς, μὴ παλαῖσαι μὲν ἐν παισὶν ὑπὸ Ἠλείων ἀπηλάθη, ἀνηγορεύθη δὲ ἐν ἀνδράσιν, ὥσπερ γε καὶ ἐνίκησε. ἀνηγορεύθη δὲ καὶ ὕστερον Νεμέᾳ τε καὶ Ἰσθμῷ. γεγονότα δὲ εἰκοσαέτη τὸ χρεὼν ἐπιλαμβάνει, πρὶν ἢ ἐς τὴν Ῥόδον αὐτὸν οἴκαδε ἀναστρέψαι. Τὸ δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ τοῦ Ῥοδίου παλαιστοῦ τόλμημα Ἀρτεμίδωρος γένος Τραλλιανὸς ὑπερεβάλετο κατ' ἐμὴν δόξαν. Ἀρτεμιδώρῳ γὰρ ἁμαρτεῖν μὲν Ὀλυμπίων συνέβη παγκρατιάζοντι ἐν παισίν· αἰτία δέ οἱ ἐγένετο τὸ τῆς ἁμαρτίας τὸ ἄγαν νέον. ὡς δὲ ἀφίκετο ἀγῶνος καιρὸς ὃν Σμυρναῖοι Ἰώνων ἄγουσιν, ἐς τοσοῦτο ἄρα αὐτῷ τὸ τῆς ῥώμης ἐπηύξατο, ὡς κρατῆσαι παγκρατιάζοντα ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς τούς τε ἐξ Ὀλυμπίας ἀνταγωνιστὰς, καὶ ἐπὶ τοῖς παισὶν οὓς ἀγενείους καλοῦσι, καὶ τρίτα δὲ ὅ, τι ἄριστον ἦν τῶν ἀνδρῶν. γενέσθαι δέ οἱ τὴν ἅμιλλαν πρὸς ἀγενείους τε καὶ ἄνδρας, τὴν μὲν ἐκ γυμναστοῦ παρακλήσεως, φασὶ, τὴν δὲ ἐξ ἀνδρὸς παγκρατιαστοῦ λοιδορίας. *At Pherias Aegineta (proximus enim is eſt ad Athenienſem Ariſtophontem) Octava ſupra ſeptuageſimam Olympiade, quod erat admodum adoleſcens, neque in luctandi certamine videbatur ullo pacto par adverſario fore, de medio eſt juſſus recedere. Anno denique inſequenti admiſſus, Pueros in lucta vicit. Diſſimilis fuit Hylli Rhodii in Olympicis ludis fortuna. Annum enim duodeviceſimum natus rejectus ille quidem eſt, quo mi-*

*minus cum PUERIS lucta congrederetur: verum de viris palmam adeptus eſt: idemque poſtea acceptis Nemeorum & Iſthmiorum coronis annum cum ageret viceſimum, præpropera ereptus eſt morte, priuſquam Patriam Rhodum, & penates ſuos attingeret. Sed Rhodii palæſtritæ laudes, mea ſententiâ Artemidorus Trallianus vicit; qui cum tener admodum Pancratium puerile iniſſet Olympiæ, amiſſa ob ætatis infirmitatem palma, mox in Joniam ad Smyrnæos, cum ludos agitarent, venit. Tantum vero ei jam roboris acceſſerat, ut eodem die & eos quos in Olympia adverſarios habuerat, & in puerili ludicro, quos IMBERBES appellabant, & jam tertio loco virorum optimum quemque Pancratio ſuperarit. Et in IMBERBIUM quidem certamen Gymnici Magiſtri hortatu; in virorum autem convitio Pancratiaſtæ laceſſitum deſcendiſſe ferunt.*

Diſtinctos hic, ſane, videmus illos qui ſimpliciter παῖδες (atque inferioris gradus) erant ab illis quos ἀγενείους vocabant. Id enim ex his de Artemidoro verbis clare liquet: ὡς κρατῆσαι παγκρατιάζοντα ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς (1) τούς τε ἀπ' Ὀλυμπίας ἀνταγωνιστὰς [pueros, contra quos ibi decertaverat, quorumque hic jam victor fuit] (2) καὶ ἐπὶ τοῖς παισὶν οὓς ἀγενείους καλοῦσιν, καὶ (3) τρίτα δὲ ὅ, τι ἄριστον τῶν ἀνδρῶν. qui certe τέλειοι ἄνδρες erant.

Ad hujuſmodi ἀγενείους, ſeu pueros adoleſcenteſve, qui quidem ulterius ætate provecti, nondum tamen barbati erant, indeque *imberbes* vocabantur (quum alias omnes pueri imberbes ſint) reſpicere quoque Lyſiam puto, dum πυῤῥιχίστας ἀγενείους nominat. Quod id quidem de talibus, quibus jam lanugo circa genas creſcere incipiebat, cogitare queamus, non vero de adoleſcentibus, tenerioris adhuc ætatis. Atque iſto ſenſu intelligenda eſt modo allata inſcriptio (linea ſexta). In cujus penultima linea (ut hoc ita per parentheſin addam, optime pro ΚΟΙΝΟΝΙΑΣ eru-

ditiſſimus Reineſius emendat, ΚΟΙΝΟΝ ΑΣΙΑΣ.

*Per omnes* autem *ætates* Athletas compoſitos fuiſſe, & in Gymnaſiis, per quæ ad publica certamina præparabantur & probabantur, per prævia ibi exercitia, & in ipſis Panegyum certaminibus, docent nos illa Pauſaniæ verba, quæ norbis ſimul Gymnaſia in Elide deſcribunt, hoc modo: Ἐν δὲ Ἤλιδι ἄξια μνήμης γυμνάσιόν ἐστιν ἀρχαῖον, καὶ ὅσα ἐς τοὺς ἀθλητὰς πρὶν ἢ ἐς Ὀλυμπίαν ἀφικνεῖσθαι νομίζουσιν, ἐν τούτῳ σφίσι τῷ γυμνασίῳ δρᾶν καθέστηκε. πλάτανοι μὲν ὑψηλαὶ διὰ τῶν δρόμων πεφύκασιν ἐντὸς τείχους. ὁ σύμπας δὲ οὗτος περίβολος καλεῖται Ξυστὸς ὅτι Ἡρακλεῖ τῷ Ἀμφιτρύωνος ἐς ἄσκησιν ἐγίνετο ὅσαι τῶν ἀκανθῶν ἐφύοντο ἐνταῦθα, ἐπὶ ἑκάστῃ ἡμέρᾳ σφᾶς ἀναξύειν. Χωρὶς μὲν δὴ ἐς ἅμιλλαν τῶν δρόμων ἐστὶν ἀποκεκριμένος δρόμος, ὀνομάζεται δὲ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων ἱερός. Χωρὶς δὲ, ἔνθα ἐπὶ μελέτῃ δρομεῖς καὶ οἱ πένταθλοι θέουσιν. Ἔστι δὲ ἐν τῷ γυμνασίῳ καλούμενον πλέθριον· ἐν δὲ αὐτῷ συμβάλλουσιν οἱ Ἑλλανοδίκαι τοὺς καθ' ἡλικίαν, ἢ καὶ αὐτῷ διαφέροντας τῷ ἐπιτηδεύματι· συμβάλλουσι δὲ ἐπὶ πάλῃ. Εἰσὶ δὲ καὶ θεῶν ἐν τῷ γυμνασίῳ βωμοὶ, Ἡρακλέους τοῦ Ἰδαίου Παραστάτου δὲ ἐπίκλησιν, ac paulo poſt: Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ἐλάσσων γυμνασίου περίβολος· ὃς ἔχεται μὲν τοῦ μείζονος, τετράγωνον δὲ ὀνομάζουσιν ἐπὶ τῷ σχήματι. καὶ παλαίστραι τοῖς ἀθλοῦσιν ἐνταῦθα ποιοῦνται, καὶ συμβάλλουσιν αὐτόθι τοὺς ἀθλητὰς οὐ παλαίοντας ἔτι, ἐπὶ δὲ ἱμάντων τῶν μαλακωτέρων ταῖς πληγαῖς. Ac rurſus paulo poſt: Καὶ τρίτος γυμνασίου περίβολος, ὄνομα μὲν Μαλκὼ, τῆς μαλακότητος τοῦ ἐδάφους ἕνεκα, τοῖς δὲ ἐφήβοις ἀνεῖται τῆς πανηγύρεως τὸν χρόνον πάντα. *In Elide memoratu digna ſunt, Gymnaſium vetus in quo Athletas, priuſquam in Olympiam deſcendant, omnia facere inſtitutum eſt, quæ ante certamen fieri mos rituſque majorum poſtulat. Intra maceriam per curriculi ſpatia conſitæ ſunt platani proceræ. Septum illud univerſum Xyſtus ex eo appellatur, quod Hercules Amphitryonis filius ad laborum patientiam quotidianis exercitationibus ſe confirmans,*

*mans, ſentes omnes, qui pullularent in illo loco, vellere atque eradere ſit ſolitus. Aliud eſt ab hoc ſejunctum curriculum; ſacrum incolæ appellant. Seorſum & illud eſt, in quo curſores & quinquertiones CERTAMEN MEDITANTES DECURRUNT. In Gymnaſio verò locus eſt, quod vocant Plethrium* (area ea eſt jugeri unius magnitudine) *in ea* [NB] *per ætates, & exercitationum genera ſorte ductos Athletas COMMITTUNT Hellanodicæ. . . . . . . . Eſt & minor alius Gymnaſii ambitus majori contiguus: ab ipſa figura quadrangulum nominant: eo pro palæſtra utuntur ad exercitationes Athletæ. Ibidem Athletas eos committunt, qui cum a lucta jam vacationem habeant, loris colludunt mollioribus. . . . . . . . . . . . Eſt & tertius Gymnaſii ambitus nomine Maltho, a ſoli levitate* (ac mollitie). *Patet hic puberibus* [ephebis] *per omne ludorum tempus.*

Inter plura alia, commentariolo digna, ſed quæ nunc non attingam, eſt, *Per ætates ibi Athletas commiſſos fuiſſe:* quod ſane tres iſtas claſſes, de quibus dixi, reſpicit: quod & in puellis apud Eleos locum habuiſſe, ita Eliacorum priore teſtatur Pauſanias, his verbis jam ſupra inter alia allatis: Ὁ δὲ ἀγὼν ἐστιν ἅμιλλα δρόμου παρθένοις, οὔτι που πάσαις ἡλικίας τῆς αὐτῆς· ἀλλὰ πρῶται μὲν αἱ νεώτεραι, μετὰ ταύτας δὲ αἱ ἡλικίᾳ δεύτεραι, τελευταῖαι δὲ θέουσιν ὅσαι πρεσβύταται τῶν παρθένων εἰσί.

Ut autem ἀγενείους nondum inter viros (qui τέλειοι vocabantur) numerabant, ſic tamen ἔφηβοι erant, atque ad virilem ætatem proxime accedebant. Namque ut ἐφηβεία ab anno decimoſexto ætatis incipiebat, ita anno decimo octavo terminabatur. Hinc enim iſte Hyllus Rhodius (de quo ſuprà ex Pauſania locutus ſum) rejectus fuit, quo minus cum pueris luctaretur; quod jam Octodecim annos natus, atque adeo non amplius inter παῖδας, ſed inter ἐφήβους habendus eſſet: ſicuti & cum viris commiſſus de ipſis victoriam adeptus fuit.

Qui, interim, in inferiori (ex gr. τ̃ παίδων) claſſe victores extiterant, ac pronuntiati; quandoque in alias (ſive ἀγενείων, ſive ἀνδρῶν) traſlati, cum illis, qui in iſtis decertabant componebantur. Quale exemplum jam modo in Artemidoro Tralliano vidimus. Sicut autem diſtinctio illa inter παῖδας, ἀγενείους, & ἄνδρας rarius occurrit; ita pluries iſta inter παῖδας & ἄνδρας; quantumvis ſæpe ſic per παῖδας deſignentur οἱ ἀγένειοι. Quod tum ex allatis exemplis, tum ex aliis, quæ ex Pauſania afferri poſſent, ſatis clare liquet: licet aliàs illos, uti oſtenſum eſt, ſatis clare diſtinguat; ac vel in hoc exemplo de Laſtratida (Eliacorum II ;) de quo ait: ἐγένοντο δὲ αὐτῷ καὶ Νεμείων, ἔν τε παισὶ, καὶ ἀγενείων ἑτέρα νίκη. Quæ a Romulo Amaſeo, aliàs doctiſſimo interprete, non ſatis bene verſa, ita reddenda ſunt: *Coronas in Nemeis adeptus eſt, tum de PUERIS*, [unum] tum *& de IMBERBIBUS alteram.*

Ut autem in Gymnaſiis (Olympicis ſaltem) cum *Pueri*, tum ἀγένειοι ſeu *Imberbes*, tum denique *viri* exercitabantur, ac probabantur, antequam per paria componerentur; ſic iſta προγυμνάσματα, appellabantur μελέται & ἀσκήσεις (ut modo ſupra vidimus:) tum & πρόπειραι, in illa Inſcriptione, quæ apud Gruterum pag. 314. exhibetur; quæque, ſicut emendatior offertur a Celeberrimo Octavio Falconerio, in Notis ejus doctiſſimis ad Inſcriptionis Athleticas, ita particulam hanc ex iſta huc affero: quod & præterea complectatur, quæ verbulo illuſtrari merentur:

. . . . . . . ΠΑΝΤΑϹ ΟΥϹ ΠΟΤΕ ΑΠΕΓΡΑΨΑ
ΜΗΝ ΕΝ ΑΥΤΟΙϹ ΤΟΙϹ ϹΚΑΜΜΑϹΙΝ ϹΤΕΦΑΝΩ-
ΘΕΙϹ ΚΑΙ ΤΑΙϹ ΠΡΟΠΕΙΡΑΙϹ
ΤΟΥΤΩΝ ΠΑϹΑΙϹ ΔΟΚΙΜΑϹΘΕΙϹ . . . . . . .

Nempe probatus in omnibus *Agonibus* [palæſtricis] *quibus nomen dederat.* Itaque ΑΠΕΓΡΑΨΑΜΗΝ hîc, pro ΕΠΕΙ-

ΕΠΕΙΡΑΜΗΝ, (ſicut & in eadem inſcr. linea undecimâ, idem pro ΑΠΕΙΡΑΨΑΜΗΝ) legendum eſt. Atque hujus verbi ſenſum, in hoc loco, illuſtrant verba Ariſtotelis, quæ lib. 4 Polit. hoc modo habent: Ἐνιαχοῦ δ᾽ ἔξεστι μὲν πᾶσιν ἀπογραψαμένοις ἐκκλησιάζειν καὶ δικάζειν εἰ δὲ ἀπογραψάμενοι μήτε ἐκκλησιάζωσι, μήτε δικάζωσιν, ἐπίκειν) ζημίαι μεγάλαι τούτοις, ἵνα διὰ μὲν τὴν ζημίαν φεύγωσιν τὸ ἀπογράφεσθαι. διὰ δὲ τὸ μὴ ἀπογράφεσθαι μηδ᾽ ἐκκλησιάζωσι.

Quod attinet vocem ΠΡΟΠΕΙΡΑ; illa eodem ſenſu reperitur apud Thucididem lib. III. ubi de Athenienſibus jam expeditionem in Siciliam meditantibus, quin & ipſius omnimodam expugnationem ἐνειροπολοῦσιν, ita loquitur: Καὶ ἔπεμψαν οἱ Ἀθηναῖοι, τῆς μὲν οἰκειότητος προφάσει, βουλόμενοι δὲ μήτε σῖτον ἐς τὴν Πελοπόννησον ἄγεσθαι αὐτόθεν. πρόπειράν τε ποιούμενοι εἰ σφίσι δυνατὰ εἴη τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ πράγματα ὑποχείρια γενέσθαι. *Athenienſes vero naves miſerunt, per ſpeciem quidem neceſſitudinis, ſed (re ipſa) eo conſilio, ut neque frumentum illinc in Peloponeſum exportaretur, utque tentarent an res Siculas in ſuam poteſtatem redigere poſſent.*

Quamvis autem hæ προπεῖραι ſeu ἀσκήσεις ante debitum in Olympiis (alibique) Certamen fierent; ac forſan hic ipſis intervenientibus *Hellanodicis*: non tamen omnes, aut ſemper, ita præexercitati in Certamina publica deſcendiſſe videntur; Idque nos docere videtur exemplum Glauci, a Pauſania hoc modo, Eliacon ſecundo, allatum: Πατρὸς δὲ οὗτος ὁ Καρύστιος [Γλαῦκος] ἦν Δημύλου, καὶ γῆν φασιν αὐτὸν καταρχὰς ἐργάζεσθαι. ἐκπεσόντος δὲ ἐκ τοῦ ἀρότρου τὴν ὕνην, πρὸς τὸ ἄροτρον καθήρμοσε, τῇ χειρὶ αὐτὴ σφύρας χρώμενος. καὶ πως ἐθεάσατο ὁ Δημύλος τὸ ὑπὸ τοῦ παιδὸς ποιούμενον, καὶ ἐπὶ τούτῳ τυχόντα ἐς Ὀλυμπίαν αὐτὸν ἀνήγαγεν ἔνθα δὴ ὁ Γλαῦκος, ἅτε οὐκ ἐμπείρως ἔχων τῆς μάχης, ἐτιτρώσκετο ὑπὸ τῶν ἀνταγωνιζομένων, καὶ ἡνίκα πρὸς τὸν λειπόμενον ἐξ αὐτῶν ἐπύκτευεν, ἀπαγορεύειν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν τραυμάτων ἐνομίζετο καὶ οἱ τὸν πατέρα βοῆσαι φασιν· Ὦ παῖ τὴν

τὴν ἀπ' ἀρότρου. οὕτω βιασάμενον ἐς τὸν ἀνταγωνιζόμενον ἐνεγκεῖν τὴν πληγὴν, αὐτίκα εἶχε τὴν νίκην. *Pater huic fuit Caryſtius Demylus. In agro vero colendo a puero verſatum tradunt: cumque forte refixum vomerem, manu pro malleo uſus, reſtituiſſet in priſtinum aratri locum, patrem cum id animadvertiſſet, puerum in Olympicum pugillatum deduxiſſe. Ibi cum Glaucus ab adverſariis male multaretur, quippe qui prorſus erat ejus artis imperitus; cumque congreſſus cum eo cui extrema obtigerat ſors, certaminis, vulneribus jam prope confectus ſuccumberet, inclamaſſe dicitur pater, Illam, fili; ab aratro: ea itaque voce puerum excitatum, acriore plaga adverſario perculſo mox victorem judicatum.*

Interim ne ipſi quidem *Hellanodicæ*, licet electi, admittebantur ad judicium illud Certaminum Olympicorum, niſi jam ante per decem menſes exercitati ad id, atque inſtituti fuiſſent; non quidem exercitationibus Gymnaſticis, ſed inſtitutione eorum quæ circa iſtud judicium obſervanda eſſent; ac quidem per νομοφύλακες; uti idem Pauſanias nos, his ſequentibus docet! Ἐν τούτῳ τῷ Ἑλλανοδικαιῶνι οἰκοῦσι δέκα ἐφεξῆς μῆνας οἱ αἱρεθέντες Ἑλλανοδικεῖν, καὶ ὑπὸ τῶν Νομοφυλάκων, ὅσα ἐς τὸν ἀγῶνα σφᾶς δεῖ, διδάσκονται. *In eo Hellanodicæone perpetuos decem menſes habitant ii qui ad ludorum præfecturam ſunt delecti; totoque eo tempore a Legum conſervatoribus* [quos Nomophylacas appellant] *edocentur de omnibus quæ in ludorum celebratione fieri ab eis convenit.*

Qui Νομοφύλακες, quales apud Græcos fuerint, nobis (ne Columellam. libro XII. cap. 3. alioſque adducam) ita de ſcribit Cicero, ſub finem libri tertii de Legibus: *LEGUM CUSTODIAM nullam habemus, itaque hæ leges ſunt, quas apparitores noſtri volunt: a LIBRARIIS petimus: publicis literis conſignatam memoriam publicam nullam habemus. Græci hoc diligentius: apud quos* Νομοφύλακες *creantur: nec hi ſolum literas [nam id quidem etiam apud ma-*

*majores noſtros erat) ſed etiam facta hominum obſervabant, ad legeſque revocabant.*

Ut autem ipſi docebantur a *Nomophylacibus*, (qui & alias omnes Leges examinabant, probabant aut improbabant, eas in νομοφυλακίῳ conſervabant) ſic illi ex *Hellanodicæone*, in quo verſabantur, quin & per totos decem menſes habitabant, procedebant ad examinandos ac componendos inter ſe Athletas: ſicut ex verbis, quæ modo allata ex dicto Pauſania, paucis interjectis, præcedunt, ſatis clare liquet. ſunt autem illa hæc ſequentia: Ἑτέρα δὲ ἔξοδος ἐκ τοῦ γυμνασίου φέρει μὲν ἐς τὴν ἀγορὰν, καὶ ἐπὶ τὸ Ἑλλανοδικαιῶνα καλούμενον· ἔστι δὲ ὑπὲρ τοῦ Ἀχιλλέως τὸν τάφον, καὶ ταύτῃ τοὺς Ἑλλανοδίκας ἰέναι καθέστηκεν ἐς τὸ γυμνάσιον. εἰσιᾶσι δὲ πρὶν μὲν τὸν ἥλιον ἀνίσχειν, συμβαλόντες δρομέας. μεσούσης δὲ τῆς ἡμέρας ἐπὶ τὸ πένταθλον, καὶ ὅσα βαρέα ἆθλα ἐνομάζουσιν. *Exitus alius ad forum excurrit e gymnaſio & ad comitium, quod Hellanodicæonem vocant. Eſt is ſupra Achillis tumulum: & illac ludorum præfectos (qui Hellanodicæ dicuntur,) in gymnaſium venire more majorum traditum eſt. Et ante ſolis quidem ortum curſores committunt: dimidiato vero jam die, quinquertia & graviora quæ vocant certamina.*

Quali modo vero *Athletas* inter ſe compoſuerint ac commiſerint, jam alibi ex Luciani Hermotimo, alia occaſione, oſtendi.

Quæ in iſta inſcriptione prætereunda non duco, ſunt verba illa, ΕΝ ΑΥΤΟΙϹ ΤΟΙϹ ϹΚΑΜΜΑϹΙΝ ϹΤΕΦΑΝΩΘΕΙϹ. Ibi namque conſiderandum quid fuerit ϹΚΑΜΜΑ in Gymnaſiis.

Erat *Stadium* locus in quo publice Athletæ decertabant; atque ad illud *Stadium* erat χῶμα, ſive *agger*, in quo ſedebant *Athlothetæ*; qui in Olympia erant *Hellanodicæ*; ut nos docet Pauſanias, Eliacôn ſecundo: Ἔστι δὲ ἐν τῷ πέρατι τῶν ἀγαλμάτων, ἃ ἀπὸ ζημίας ἐποιήσαντο ἀθληταί, ἐπὶ τούτῳ τῷ πέρα-

τι ἐστιν ἣν κρυπτὴν ὀνομάζουσιν ἔσοδον· διὰ δὲ αὐτῆς τούς τε Ἑλλανοδίκας ἐσιέναι ἐς τὸ στάδιον καὶ τοὺς ἀγωνιστάς· τὸ μὲν δὴ στάδιον γῆς χῶμά ἐστι πεποίηται δὲ ἐν αὐτῷ καθέδρα τοῖς τιθεῖσι τὸν ἀγῶνα. *Eo loco quo quo poſtrema ſunt ſigna, ex eo ſignorum numero quæ de multatitio Athletarum ære dedicata ſunt, porticus eſt, quam Occultam nominant per eam & ludorum præfectis & Athletis ad Stadium acceſſus eſt. Ipſum certe ſtadium terræ agger eſt, & in eo ludorum præfectis ſeſſio extructa.*

Spectatores quoque (honoratiores ſaltem) in eo quoque ſediſſe ex Luciani Hermotimo liquet. Ita enim ille ibi: Ἦ οὖν πότε καὶ τοὺς ἀθλοθέτας αὐτοὺς ἐκαθέζου; ΕΡΜ. Νὴ Δία ἔναγχος Ὀλυμπίασιν ἐπὶ τὰ λαιὰ τῶν Ἑλλανοδικῶν, Εὐανδρίδου τοῦ Ἠλείου θέαν μοι προκαταλαβόντος ἐν τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις. ἐπεθύμουν γὰρ ἐγγύθεν ἅπαντα ὁρᾶν τὰ παρὰ τοῖς Ἑλλανοδίκαις γιγνόμενα. *LUC.] Nunquid igitur aliquando juxta Athlothetas conſediſti? HERM.] Per Jovem nuper in Olympiis ad lævam Hellanodicarum: Euandrida Eleo ſpectaculum* [ſeu *Sedem* unde commodius ſpectarem] *præoccupante. Omnia enim quæ ab Hellanodicis fiunt, propius videre cupiebam.*

Extructum procul dubio illud χῶμα ex terra quæ è *Stadio* ipſiusque *ſulco* ſeu *ſcammate*, eo congeſta fuerat: niſi & alia aliunde advecta fuit: unde & facile extruebatur. non enim ubique perpetuum erat: ut ex Suetonii Cæſare (cap. 39) ſic videmus: *Athletæ ſtadio ad tempus extructo in regione Martii campi certarunt per triduum.* Auguſtum interim eo in loco ſedes ligneas exſtrui curaſſe, videmus apud eund. (tum & apud Dionem) cap. 43 ejus vitæ. Ita enim loquitur: *Athletas quoque, extructis in Campo Martio ſedilibus ligneis* [ſupple *edidit*] Quali ex materia Domitianus *Stadium* ſuum (de quo idem Tranquillus cap. 5.) exſtruxerit non liquet. Magnificum certe erat illud ab Herode Attico extructum, de quo Philoſtratus ita loquitur: Στεφανωθεὶς δὲ καὶ τὴν τῶν Παναθηναίων, καὶ ὑμᾶς εἶπεν, ὦ, Ἀθηνα-

ναῖοι, καὶ τῶν Ἑλλήνων τοὺς ἥξοντας, καὶ τῶν ἀθλητῶν τοὺς ἀγωνιουμένους ὑποδέξομαι σταδίῳ λευκοῦ λίθου. καὶ εἰπὼν ταῦτα, τὸ στάδιον, τὸ ὑπὲρ τὸν Ἰλισσὸν εἴσω τεττάρων ἐτῶν ἐπετέλεσεν, ἔργον ξυνθεὶς ὑπὲρ πάντα τὰ θαυμάσια. οὐδὲν γὰρ θέατρον αὐτῷ ἁμιλλᾶται. *Cum corona in cœtu Panathenæorum donatus fuiſſes, Vos (inquit) Athenienſes, & Græcos qui acceſſuri ſunt, & Athletas qui ſunt certaturi, in Stadio ex albo lapide ſtructo excipiam. Hæcque pollicitus, Stadium quod Iliſſo flumini imminet, quatuor circiter annis perfecit; opus ita compoſitum, ut cætera Mirabilia ſuperet. Nullum enim theatrum cum eo decertat.*

Erat itaque *agger* ſeu χῶμα in ſtadiis Græcorum; in quo ſedebant ſpectatores: pro quo *Aggere* Romani (ut videmus) Cæſares ſedilia lignea (forſan & poſt lapidea) exſtruebant.

Erat ſecundò ſtadii campus, in quo non ſoli curſores, verum etiam luctatores &c. certabant. Hinc enim Tertullianus libro de ſpectaculis, cap. 17. *Sed quæ in ſtadio indigna conſpectui tuo non negabis, pugnos, & calces & colaphos, & omnem petulantiam manus, &c.*

Erat denique tertiò, ibi *ſulcus*, ſeu σκάμμα, cujus jam obiter memini: ſed de quo, illuſtrandis Inſcriptionum verbis, aliquid nunc dicendum eſt. Illud verò σκάμμα *Stadii campum* cingebat, atque intra χῶμα erat ſicut Euripus, in Circo, apud Romanos, à Julii Cæſaris tempore, qui primus illum Circo addidit. Intra iſtud σκάμμα autem, adeoque in ipſo Stadii campo certabant *Athletæ*: neque intra illud ulli, ut videtur, admittebantur, præter *Athletas*, tum & μαστιγοφόρους & βραβευτάς; vel ſi qui alii huc pertinerent. Qui quoque *Brabeutæ* (non ipſi *Athlothetæ*) hic in terra, *Athletas* obſervantes, ſedebant. Quod, ex Suetonio, de Nerone (in ipſius vita, cap. 53) ita liquet: *Exiit opinio poſt ſcenicas coronas proximo luſtro DESCENSURUM ad Olympia inter Athletas. Nam luctabatur aſſi-*

*due: nec aliter certamina Gymnica Græciâ tota ſpectaverat, quam BRABEUTARUM MORE in ſtadio humi aſſidens: ac ſi qua paria longius receſſiſſent, in medium Manibus ſuis retrahens.*

Locus autem iſte, ſeu *campus ſtadii*, quod ita ἐρύγματι ſeu σκάμματι cinctus eſſet, etiam ipſe quandoque σκάμμα appellabatur. unde Heſychius: σκάμματα, ἀγῶνες, στάδια: ac Chryſoſtomus, in Epiſt ad Rom. cap. 11. Ἔισω τοῦ σκάμματος ἕστηκας, καὶ δύνασαι καὶ ἐσχάτης πάλης πάσας ἀνακαλέσαι τὰς ἥττας. Quæ a Budæo ita vertuntur, ſimul, & explicantur: *Adhuc in Agone es, atque in campo pugillari atque Athletico tibi integrum eſt inſtaurare certamen, & offenſionum moram ſarcire.*

Ipſum vero *Stadium Scamma* quandoque appellatum fuiſſe, confirmat & Tertullianus, cap. 3. ad Martyres, his verbis: *Bonum agonem ſubituræ eſtis, in quo Agonothetes Deus vivus eſt: Xyſtarches ſpiritus ſanctus: corona æternitatis brabium, Angelicæ, ſubſtantiæ politia in cœlis, gloria in ſecula ſeculorum. Itaque Epiſtates veſter Chriſtus Jeſus eſt, qui vos ſpiritu UNXIT; & ad hoc SCAMMA produxit.* Neque aliter Hieronymus ad Pamachium, nempe: *Cur ergo iſta quæruntur, cur tu omiſſis ſuper quibus pugna eſt, de SCAMMATE & loco certaminis egrediens, in peregrinis & longe alienis diſputationibus immoraris?* quo faciunt & illa Ambroſii, *ad huc Athletis in ſcammate*, &c.

Quod vero & *Scamma* vocata fuerint ipſa *Stadia*, inde mihi videtur eveniſſe, quoniam profundior eſſet *campus* ille Stadiorum ob effoſſam ibi terram tum ipſius *campi*, tum & proprie dictorum *Scammatum*: unde & illud Suetonii (in Nerone) *deſcendere ad Olympia:* &, ut id in proverbium ceſſit, *deſcendere in Arenam.* Nec male, meo judicio, firmatur hoc ex Luciani his, de Gymnaſiis, verbis: Ἔτεροι δὲ ἐν-

ἐν τῷ αἰθρίῳ τῆς αὐλῆς τὸ αὐτὸ τοῦτο δρῶσιν. οὐκ ἐν πηλῷ ἔτι γε, ἀλλὰ ψάμμον ταύτην βαθεῖαν ὑποβαλλόμενοι ΕΝ ΤΩΙ ΟΡΥΓΜΑΤΙ παράττουσί τε ἀλλήλους, &c. *Kurſus alii ſub dio hoc ipſum faciunt: atque hi quidem non in luto:* [uti ſub tecto faciebant:] *ſed profundam arenam in foſſa ſubjicientes alii alios conturbant.*

Notandum porro *Stadium* in *Gymnaſiis Græcorum* quoque & *Xyſtis Latinorum* fuiſſe, æque atque in Publicis ſolemnium Certaminum locis. Ibi namque ſub tectis in luto, ſub dio vero in profunda arena luctabantur, currebant, diſco, aliiſque certaminum generibus certabant; ut ſe ad iſta Olympica, Pythia, Panathenaica, ſimiliaque alia Certamina ſic præpararent; hæcque illorum ita eſſent præludia ſeu progymnaſmata: hincque Xyſtici illi & Synodus Xyſtica, ipſorumque ἄρχοντες: quin & σκάμμα ſeu σκάμματα τοῦ σύμπαντος ξυστοῦ: ſicut & inde in illa, quam ſupra adduxi paginâ 640. habemus, ΠΕΡΙΟΔΟΥ ΤΕΛΕΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ ΕΝ ΤΟΙC CΚΑΜΜΑCΙΝ ΤΗC ΑΡΧΙΕΡΩCΥΝΗC ΤΟΥ CΥΜΠΑΝΤΟC ΞΥCΤΟΥ. Unde & Heſychius ξυστὸν . . : . . . . . καὶ τόπος ἔνθα οἱ ἀθληταὶ γυμνάζονται. Ξυστός, ὁμοίως ἀνειμένος ἀθληταῖς τόπος; quod hi ξυστοὶ apud Romanos etiam *Stadiorum* loco eſſent; & Balnea tandem intra ſe ipſa *Stadia* comprehenderent. Deambulationibus, porrò, hæc *Stadia*, ſeu *Scammata* inſerviiſſe; tum ſcilicet quando *Athletæ* ibi non certabant, ex his Cælii Aureliani verbis patere videtur: *In arena ſpatium deambulationum, quod appellant Scamma.*

Poſtremo notandum illud σκάμμα proprie dictum, ſeu *Sulcum*, qui *Stadium* cingebat, ad *ſaltus* inſerviiſſe: quod inde diſcerent *Athletæ* (teſtante Luciano) καὶ ὑπεράλλεσθαι τάφρον εἰ δέοι, ἢ εἰ ἄλλο ἐμπόδιον ᾖ. Quare & hæc in illo ſcammate notanda veniunt, ex Polluce 1o. Βατὴρ 2o. κανὼν 3o. ὅρος, Ita enim ille lib. 3. καὶ ὅθεν ἅλλονται ΒΑΤΗΡ᾽ ἀφ᾽

οὐ, καὶ τὸ βαθῆσαι κέκρυκε τὸ δὲ μέτρον τοῦ πηδήματος ΚΑΝΩΝ ὁ δὲ ΟΡΟΣ τὰ ἐσκαμμένα. ὅθεν ἐπὶ τοῦ τὸν ὅρον ὑπερπηδώντων οἱ παροιμιαζόμενοι λέγουσι, πηδᾶν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα.

Quod ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν in laude poſitum erat, illoſque, qui id faciebant victores reddebat. Quantumvis id vulgo aliter, interpretentur; atque in vitio ponant: ſed male vel abuſive; ut Euſtathius ad Homeri (quem eo trahunt) Iliad. 3. loquitur, hoc modo ſcilicet: Ἐστὶ δὲ κυρίως ὑπερβασία τὸ ὑπερβαίνειν τοὺς πεπηγμένους ὅρους τῆς γῆς, καὶ οἷον ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ὅρια πηδᾶν. καταχρηστικῶς, καὶ ἐπὶ ἀδικίας ἡ λέξις τίθεται. Quum revera hic Euſtathius de ejuſmodi ὅροις non loquatur: ſed de Agrorum terminis qui etiam fodiebantur. Sicut id alibi (nempe ad 10 Iliad. ac pag. 767) de hac voce ὑπερβασία explicat: εἰκὸς δὲ εἰλῆφθαι τὴν λέξιν ταύτην, καὶ ἐκ τῶν ἀδικούντων ἐν τῷ ὑπερβαίνειν τὰ πεπηγμένα ὁροθέσια. quæ certe longe aliud quid, quam *ſaltus* in *Stadio* denotant.

Interim non dubitandum videtur, hoc *Scamma* aut plures ὅρους habuiſſe, in uno eodemque *Stadii* latere; ſicque majores minoreſque; aut majores ὅρους in hoc, minores in alio; atque adeo quidem triplicem terminum: quum tam hîc, quam in cæteris Gymnaſticis *Pueri* non ſolum cum *Pueris*, verum & cum ἀγενείοις, fuiſſe: quod quandoque & cum *viris*, componerentur; ſicut οἱ ἀγένειοι cum *viris;* quos & ipſos aliquando vincerent: quando nempe pueri puerorum ὅρους, ἀγένειοι imberbium, tranſiliendo longe ſuperaſſent; hucque illud, εἰς μείζονα σκάμματα (quod aliàs indiſcriminatim ad quoſcumque agones applicant) reſpicere.

Neque hinc abludere videtur, quod non *Scamma* tantummodo, verum & *Scammata* dicantur. Etiamſi id minus urgere auſim: quum forte, id inde acciderit, quod aliquando Victores *Athletæ*, non poſtquam egreſſi ex *Stadio* fuerant, coronarentur; verum ut ipſis inde major gloria ſic accederet, in ipſo pugnæ campo, ubi viderant, jam ſic

ſta-

ſtatim corona victrici (ſeu tripode) donarentur; dictis ſic inde plurali numero, σκάμμασιν quod ſicut ab omni latere *Stadium* cingerent, ita & plura numero conſiderarentur.

## CAPUT. V.

*Inſcriptio a Doct. Reineſio edita, quæque ad Agones Muſicos ſpectat, perpenditur; ipſiuſque vera lectio indicatur. Ipſas* Tribus *in illis Agonibus Victrices fuiſſe declaratas. De* Choregis; *iſtaque occaſione oſtenditur* Dionyſia Majora *fuiſſe* Annua *non* Trieterica. Choregos *Sumptus ad Choros adornandos &c. feciſſe: quandoque autem ipſum populum Choregum fuiſſe.* De Gymnaſiarchis, *qui ad Choros pertinebant.* Gymnaſia *tria Athenis, quibus Dis, ac quam ſacra fuerint. De* Didaſcalis, *ſeu* Chorodidaſcalis; *rurſuſque de* Choregis, *tum & obiter de* Auletis, *&c. De Chororum* Archontibus; *illoſque non ex IX* Archontum *numero fuiſſe, &c.*

DUm de his Athletis loquor, neque minus de *Puerorum*, quam de Virorum *Agoniſmatis*; non poſſum non aliquid dicere de iſta inſcriptione, quam nobis Erud. Reineſius, Claſſe V. n°. 36 exhibet: quæque, ſicuti ad certamina in Stadiis aut Gymnaſiis decertanda non ſpectat, ad Muſicos tamen Agones (qui mihi prætereundi non videntur) pertinent. Illam autem dictus Reineſius ex Andr. Schotto (qui eandem a Fulvio Urſino acceperat) hoc modo repræſentat:

ΕΥΑΓΙΔΑΣ ΑΝΔΡΩΝ ΕΝΕΚΑ ΕΧΟΡΗΓΕΙ
ΛΥΣΙΜΑΧΙΔΗΣ ΕΠΙΔΑΜΝΙΟΣ ΗΥΛΕΙ
ΧΑΡΙΛΛΟΣ ΛΟΚΡΟΣ ΕΔΙΔΑΣΚΕΝ

In hac inſcriptione, quæ, ut credo, ob literas vetuſtate exoletas, non bene aut integra ex marmore ipſo exſcripta eſt, pro ΕΥΑΓΙΔΑΣ legendum eſt, ΕΥΑΓΙΔΗΣ: ac pro ΕΝΕΚΑ, quod hîc nihil valet, ΕΝΙΚΑ reponendum eſt. tum & caput, ſeu prima linea, illi deeſſe videtur; quod *Tribus* quæ vicerat hîc non memoretur: quum id tamen ſemper fiat in hujuſmodi inſcriptionibus, quæ nobis ad hucdum ſuperſunt.

Id certe liquere videtur ex hac ſequenti, quæ plane eadem, ſed melius excepta, eſt: quoniam iidem tum *Choregus*, tum *Auletes*, tum *Didaſcalus*, tum denique *Archon*, in ambabus accurrunt. neque victoria unquam *Chorego*, ſed ipſi Tribui adſcribitur; niſi *Choregus* nomine Tribus Victricis, viciſſe dicatur. Præterquam quod hoc ΕΥΑΓΙΔΗΣ ΑΝΔΡΩΝ ΕΝΕΚΑ ΕΧΟΡΗΓΕΙ (ut hoc ſicut in parentheſi notem) nihil valeat. Verum ipſa illa inſcriptio, quæ a Sponio Tom. 2. pag. 477 integra exhibetur, atque ita habet: id clare docet:

ΑΙΓΙΣ ΑΝΔΡΩΝ ΕΝΙΚΑ
ΕΥΑΓΙΔΗΣ ΚΤΗΣΙΟΥ ΦΙΛΑΙΔΗΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ
ΛΥΣΙΜΑΧΙΔΗΣ ΕΠΙΔΑΜΝΙΟΣ ΗΥΛΕΙ
ΧΑΡΙΛΛΟΣ ΛΟΚΡΟΣ ΕΔΙΔΑΣΚΕ
ΕΥΚΡΙΤΟΣ ΗΡΧΕΝ

Quod autem de Tribu vincente dixi, vel ex hac ſequenti inſcriptione patet: in qua, licet *Thraſyllus Thraſylli filius* vi-

viciſſe dicatur, tamen ſimul oſtenditur eum non ſuo ſed *Tribus Hippothoontidis* nomine, victorem fuiſſe, inſcriptionemque illam dedicaſſe. Ita enim illa apud eundem ſponium Tomi 2. pag. 400. habet:

ΘΡΑΣΥΛΛΟΣ ΘΡΑΣΥΛΛΟΥ ΔΕΚΕΛΕΥΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΧΟΡΗΓΩΝ ΝΙΚΗΣΑΣ ΑΝΔΡΑΣΙΝ ΙΠΠΟΘΟΩΝΤΙΔΙ ΦΥΛΗΙ
ΕΥΙΟΣ ΧΑΛΚΙΔΕΥΣ ΗΥΛΕΙ ΝΕΑΙΧΜΟΣ ΗΡΧΕΝ
ΚΑΡΚΙΔΑΜΟΣ ΣΩΤΙΟΣ ΕΔΙΔΑΣΚΕΝ

Alias namque ipſam *Tribum*, ut victricem exprimi in lapidibus ſolere, ex ſequentibus hîc inſcriptionibus clare liquet: ut primò ex hac quæ apud Sponium pag. 373. Tomi 2 habetur:

ΛΥΣΙΚΛΗΣ ΒΙΟΤΤΟΥ ΟΗ
ΘΕΝ ΕΧΟΡΗΓΕΙ ΟΙΝΗΙΣ
ΦΥΛΗ ΠΑΙΔΩΝ ΕΝΙΚΑ
ΠΑΜΦΥΛΟΣ ΑΓΝΟΥΣΙΟΣ
ΕΔΙΔΑΣΚΕΝ ΚΗΦΙΣΙΔΩ
ΡΟΣ ΗΡΧΕΝ

Secundò ex hac ſequenti, quæ pag. 338. Exhibetur:

ΛΥΣΙΚΡΑΤΗΣ ΛΥΣΙΘΕΙΔΟΥ ΚΙΚΥΝΝΕΥΣ
ΕΧΟΡΗΓΕΙ
ΑΚΑΜΑΝΤΙΣ ΠΑΙΔΩΝ ΕΝΙΚΑ
ΘΕΩΝ ΗΥΛΕΙ
ΛΥΣΙΑΔΗΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΔΙΔΑΣΚΕ
ΕΥΑΙΝΕΤΟΣ ΗΡΧΕ

Tum tertio ex hac ſequenti, quæ ibi pag. 386. habetur, atque hoc modo (ſicut jam ante me à Sponio factum fuit, reſtituenda videtur:

ΕΡΕΧΘΕΙΣ ΑΝΔΡΩΝ ΕΝΙΚΑ

ΕΝΕΤΕΛΗΣ ΜΕΝΙΤΟΣ ΑΝΑΓΥΡΑΣΙΟΣ

ΕΧΟΡΗΓΕΙ

ΑΡΑΤΟΣ ῾ΗΥΛει

ΝΙΚΟΜΑΧΟΣ ηρχεν

Niſi hìc pro ΗΡΧΕΝ ponendum ſit ΕΔΙΔΑΣΚΕΝ, ac linea integra deſit, in qua ille, qui ΗΡΧΕΝ expreſſus fuit; aut contra iſte qui ΕΔΙΔΑΣΚΕΝ: quod aliàs ubique illud ΕΔΙΔΑΣΚΕΝ occurrat.

De quibus διδασκάλοις tum & de *Archontibus*, adhuc infra aliquid dicam: in anteceſſum autem aliquid de χορηγοῖς dicendum videtur: de quibus ſcriptor majoris argumenti Orationis Demoſthenicæ in Meidiam, hoc modo loquitur: Ἐν τοῖς μεγάλοις [Παναθηναίοις] γυμνασία ἐγίνοντό τινα, καὶ προὔβαλλετο ἀφ᾽ ἑκάστης φυλῆς εἷς γυμνασίαρχος λαμβάνων χρήματα εἰς τὸ γυμνάζειν τοὺς ἐπιτελέσοντας τὴν ἑορτήν, καὶ δώσων [vel aliàs διδόναι] τὰς τούτων δαπάνας τοῖς τῆς ἑαυτῆς φυλῆς· ἤγετο δὲ παρ᾽ αὐτῶν τὰ Διονύσια· καὶ ταῦτα διπλᾶ, μικρά τε καὶ μεγάλα διὰ τριετηρίδος ἐν τοῖς Ληνοῖς, ἐν οἷς προὔβαλλετο χορηγὸς ἀφ᾽ ἑκάστης φυλῆς πρὸς τὸ τρέφειν χοροὺς παίδων τε καὶ ἀνδρῶν. ἐλάμβανε δὲ εἰς τοῦτο χρήματα. ἐπιστάσης δὲ τῆς ἑορτῆς, ἠγωνίζοντο πρὸς ἀλλήλους καὶ ἤριζον, ὕμνους εἰς Διόνυσον ᾄδοντες. καὶ τῷ νικῶντι τρίπους τὸ ἆθλον ἦν, ἐπειδὴ τὸν αὐτὸν Ἥλιον καὶ τὸν Ἀπόλλωνα, καὶ Διόνυσον ᾤοντο. παυομένης δὲ τῆς ἑορτῆς, ἐν τῷ πρώτῳ μηνὶ προὔβαλλοντο οἱ χορηγοὶ τῆς μελλούσης ἑορτῆς. ἐν τῷ νῦν τῷ παρόντι καιρῷ προεβλήθησαν οἱ χορηγοὶ ἑκάστης φυλῆς· ἐσπάνιζε δὲ ὁ Πανδιονὶς, ἡ τοῦ Δημοσθένους φυλὴ, χορηγοῦ. καὶ ἠμέλησε τὸ πρῶτον ἔτος, τὸ δεύτερον, τὸ τρίτον. ἔθος

δὲ

ἦν τῷ πρὸ μηνὸς τῆς ἑορτῆς τὸν ἄρχοντα συνάγειν τοὺς χορηγοὺς ἑκάστης φυλῆς εἰς τὸ λαχεῖν περὶ τῶν αὐλητῶν. καὶ ἐλθόντων τῶν χορηγῶν ἑκάστης φυλῆς πλὴν τοῦ τῆς Πανδιόνιδος, ἰδὼν ὁ Δημοσθένης τὴν ἑαυτοῦ φυλὴν ἀτιμαζομένην παρὰ πάντων, τῷ μὴ κεκτῆσθαι χορηγὸν, αὐτεπάγγελτον καὶ αὐτοχειροτόνητον ἑαυτὸν χορηγὸν τῇ φυλῇ καθίστησι.

*In Magnis Panathenæis certamina nonnulla Gymnaſtica fiebant, & creabatur ab unaquaque Tribu unus* (numero) *Gymnaſiarchus, qui pecuniam accipiebat ad exercendos illos, qui certaturi eſſent in illo Feſto; ac qui facerent impenſas (Athletis) ſuæ Tribus. Celebrabantur & ab ipſis Dionyſia; erantque illa duplicia, parva ſcilicet & Magna: ac parva quidem quotannis celebrabantur, Magna vero unoquoque triennio in Lenis: in quibus creabatur Choregus ab unaquaque tribu, ad alendum choros puerorum & virorum. Accipiebat autem (is) ad iſtud pecuniam. Inſtante vero feſto certabant inter ſe & pugnam inibant, hymnos Baccho canentes; ac vincenti tripus præmium erat; eo quod eundem SOLEM & APOLLINEM & BACCHUM putarent. Finito vero jam feſto, primo hinc menſe creabantur Choregi futuri deinde feſti. At jam (de quo agitur) præſenti menſe, creati fuerant quidem Choregi uniuſcujuſque Tribus; ſed Paudionidis Tribus, quæ erat Demoſthenis, carebat Chorego: & neglectus erat tum primo tum, ſecundo tum & tertio anno. Interim ſolenne erat menſe ante feſtum uniuscujuſque Tribus Choregos congregare ad electionem Tibicinum: cumque jam venirent omnes ac ſingulæ Tribus, excepta Pandionide, ac Demoſthenes videret Tribum ſuam ab omnibus contemptam, quod careret Chorego, ipſe ſe ſpontaneus, & abſque electione conſtituit Choregum.*

Quæ hîc male de *Dionyſiis Majoribus*, ut *TRIETERICIS*, dicuntur, ex male intellecto Demoſthenis loco (in hac contrà Meidiam Oratione) ortum trahunt. Et tamen

 hunc

hunc ſcriptorem argumenti etiam alii ſequuntur. Demoſthenis autem verba ſunt: Ἐπειδὴ γὰρ οὐ καθεστηκότος χορηγοῦ τῇ Πανδιονίδι φυλῇ τρίτον ἔτος τουτί, παρούσης δὲ τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ τὸν ἄρχοντα ἐπικληροῦν ὁ νόμος τοῖς χοροῖς τοὺς αὐλητὰς κελεύει, λόγων καὶ λοιδορίας γινομένης, καὶ κατηγοροῦντος τοῦ μὲν ἄρχοντος τῶν ἐπιμελητῶν τῆς φυλῆς, τῶν δ᾽ ἐπιμελητῶν τοῦ ἄρχοντος, παρελθὼν ὑπεσχόμην ἐγὼ χορηγήσειν ἐθελοντής· καὶ κληρουμένων, πρῶτος αἱρεῖσθαι τὸν αὐλητὴν ἔλαχον. *Poſtquam jam ne quidem per tres ſe ſubſecutos annos* CHOREGUS *Tribui Pandionidi conſtitutus fuiſſet; ac jam concio adeſſet, in qua lex jubet ut Archon Auletas ſortiatur; atque interim verba ac convicia jacerentur ab Archonte in Epimeletas, ab Epimeletis in Archontem; ego interveniens me promiſi Choregum voluntarium: & facta ſortitione primo mihi, ut Auletem eligerem, obtigit.*

Ad verba vero, τρίτον ἔτος, ſcholiaſtes hæc optime (cætera non æque bene) notat ὡς τριῶν ἐτῶν ἑξῆς οὐ παρασχούσης τῆς φυλῆς τὸν λειτουργόν· ἵνα γένηται πλείων ἡ αὔξησις.

Nempe quando jam primo, poſt peracta modo *Dionyſia* menſe, *Choregus* eſſet, ex more, eligendus ad futura ſequenti anno *Dionyſia*, non ſemel modo, ſed bis, quin & tertia vice omiſſum fuerat a Tribu, ſive negligentia ac contemptu, ſive paupertate, aut contra ſorditie illorum, qui in Tribu prævalere ad talia debebant; & jam conteſtationes hinc, & jurgia inter ἄρχοντα atque ἐπιμελητὰς exorta eſſent, quod jam populus (ſeu δῆμος) denuo, ut videbatur, iſtam χορηγίαν ſuſcipere cogeretur; ſicque ἄρχων τοὺς ἐπιμελητὰς, contra οἱ ἐπιμεληταὶ accuſarent ἄρχοντα; contemptusque in Tribum illam Pandionidem recideret quando hæc, duo ita acciderent; Demoſthenes honori Tribus ſuæ conſervando ſponte, neque electus, prodibat, ſeſeque χορηγὸν offerebat, & ſumptuoſe, uſque ad invidiam (propriis impenſis) præſtitit. Nam præter alium, veſtimentorum, ſimiliumque eo pertinentium, ornatum, quem adhibebat, etiam aureis co-

ro-

ronis ſingula Chori membra ornabat: ac felici inſuper ſortitione id nactus, ut præſtantiſſimum inter omnes Auletem eligeret, invidia ipſi conflata fuit, imprimis a Midia, in iſta Tribu prædivite; hincque injuriæ, & colaphus, ab ipſo Demoſtheni impactus, &c.

Multis autem ac magnis ſumptibus alioquin *hæc Choregis* conſtitiſſe; indicant ſatis hæc Ulpiani (in Orationem contra Leptinen) verba: Τοῖς μεγάλοις Διονυσίοις Ἀνθεστηριῶνος μηνὸς πλείονος γενομένης δαπάνης, εἷς χορηγὸς ἑκάστης φυλῆς καθίστατο. *In Magnis Dionyſiis, menſe Antheſterione, eo quod magnis impenſis opus eſſet, conſtituebatur unicuique Tribui Choregus.* Singulos autem Choregos, pro ſua Tribu ſumptus illos, ſeu impenſas feciſſe (ſive pecuniam ex Tribu ſua per ἐράνους colligerent ſive, propria pecunia, ſicut hîc Demoſthenes, iſtas facerent) oſtendit & alter Argumenti Orationis contra Mediam ſcriptor, his verbis: Ἑορτὴν ἦγον οἱ Ἀθηναῖοι Διονύσῳ, ἣν ἐκάλουν ἀπὸ τοῦ θεοῦ Διονύσια· ἐν δὲ ταύτῃ τραγικοὶ καὶ κωμικοὶ, καὶ αὐλῶν χοροὶ διηγωνίζοντο. καθίστασαν δὲ τοὺς χοροὺς αἱ φυλαὶ, δέκα τυγχάνουσαι· χορηγὸς δὲ ἦν ἑκάστης φυλῆς, ὁ τὰ ἀναλώματα παρέχων, τὰ περὶ τὸν χορόν. *&c. Feſtum celebrabant Athenienſes Dionyſo, ſeu Baccho, quod a Deo iſto appellabant Dionyſia. In illo certabant Tragici, & Comici, & Tibicinum chori. Tribus autem, quæ decem erant, conſtituebant (ſingulæ) Choros: & Choregus erat unicuique Tribui, qui impenſas circa Choros faciebat.*

Ubi autem Tribus aliqua aut inopia laboraret, careretve ejuſmodi viris qui onus id, & ſumptus illos in ſe ſuſcipere nolebant; videtur *Populus* ea in ſe ſuſcepiſſe, & impenſas feciſſe: atque inde hæc ſequens Inſcriptio, quæ pag. 399. habetur, illuſtranda videtur:

Ο ΔΗΜΟΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ ΠΥΘΑΡΑΤΟΣ ΗΡΧΕΝ
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣ ΘΡΑΣΥΚΛΗΣ ΘΡΑΣΥΛΛΟΥ ΔΕΚΕΛΕΥΣ
ΠΑΝΔΙΟΝΙΣ ΑΝΔΡΩΝ ΕΝΙΚΑ
ΝΙΚΟΚΛΗΣ ΑΜΒΡΑΚΙΟΤΗΣ ΗΥΛΕΙ
ΛΥΣΙΠΠΟΣ ΑΡΚΑΣ ΕΠΙΔΑΣΚΕΝ

Ubi (quod notatu dignum) eandem Tribum *Pandionidem*, quæ Demoſthenis erat (quæque adeo pluſquam uno tempore hoc defectu laboraſſe videtur) habemus. Tum & illa, in qua ſub eodem Pytharato *Archonte*, plane idem reperimus:

Ο ΔΗΜΟΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ ΠΥΘΑΡΑΤΟΣ ΗΡΧΕΝ
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣ ΘΡΑΣΥΚΛΗΣ ΘΡΑΣΥΛΛΟΥ
ΔΕΚΕΛΕΥΣ
ΙΠΠΟΘΟΩΝΤΙΣ ΠΑΙΔΩΝ ΕΝΙΚΑ
ΘΕΩΝ ΘΕΒΑΙΟΣ ΗΥΛΕΝ
ΠΡΟΝΟΜΟΣ ΘΕΒΑΙΟΣ ΕΔΙΔΑΣΚΕΝ

Si autem hæc Dionyſia Trieterica fuerunt (quod etiam Eruditiſſimus Caſtellanus obiter ex Virgilio ac Lucano adſtruere conatur) quomodo intra ſpatium, ab unis ad altera Dionyſia, electio iſta Choregii *ter*, ac quidem unoquoque anno poſt jam prætergreſſa, omitti aut negligi potuit? quum tantum ſemel, nempe eo menſe qui primus poſt id feſtum eſſet, ea fieri debuerit? ſed res eſt, bis jam populum ipſum defectum jam inſtantibus Dionyſiis, ſuppleviſſe: donec tandem tertia vice Demoſthenes, ut ſic honori ſuæ Tribus conſuleret, id munus atque onus ſpontaneus, neque electus, in ſe ſuſcepit, orna-

natumque ſplendidum cum veſtimentorum, tum Aurearum coronarum, choro confici curavit, &c.

At notanda quoque iſta verba; καὶ πρoὔβαλλετο ἀφ ἑκάστης φυλῆς εἰς γυμνασίαρχον λαμβάνων χρήματα εἰς τὸ γυμνάζειν τοὺς ἐπιτελέσοντας τὴν ἑορτὴν, καὶ δώσων τοῖς τούτων δαπάνας τοῖς ἑαυτῆς φυλῆς: adeoque perpendendi qualeſnam hi fuerint γυμνασίαρχοι. Vidimus namque jam ſupra γυμνασιάρχας *duodecim* vel *tredecim* numero (pro ut annus aut ἐμβολιμαῖος, aut non ἐμβολιμαῖος eſſet) unumquemque ſuo menſi Gymnaſiis præfectum. Qui ſane ab hiſce *decem* numero, ex unaquaque Tribu electis, ad exercendos illos, qui jam Choris nomen dederant, diſtingui debere videntur. Hi namque poſteriores, videntur electi ante ſingula Feſta Panathænaica, quæ unoquoque Quinquennio redibant, ut per illos ſic exercerentur, atque apti ad inſtantia illa ſolennia certamina redderentur, illi qui hic publice decertaturi eſſent; eo fere modo, ut & in Olympiis (forſan & alibi) Athletæ per προγυμνάσματα, ſeu προπαίδειας, ad Athletica iſta certamina præparabantur: quum aliàs cæteri γυμνασίαρχαι quotannis crearentur, atque unuſquiſque ſuo menſi præeſſent, tribusque illis Athenienſium Gymnaſiis moderarentur; illiſque rurſus, ad quotidiana hæc exercitia dirigenda, *Brabeutæ*, ſive ἐπιστάται, tum & cæteri Miniſtri (de quibus adhuc infra) ſubeſſent. Tria autem Gymnaſia publica Athenis fuiſſe Eruditis ſatis notum eſt. Certe ita illa ab Ulpiano Demoſtenis Scholiaſte (ad Orationem contra Timocratem) enumerantur: Τρία πάντα γυμνάσια παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἦν, ἦν δὲ ἱερά. ἐπὶ μὲν τοῦ Λυκείου, Λυκοκτόνου Ἀπόλλωνος· ἐπὶ δὲ τοῦ Κυνοσάργους, τοῦ Ηρακλέους· ἐπὶ δὲ τῆς Ἀκαδημίας, αὐτοῦ τοῦ Ἀκαδήμου τοῦ Ἥρωος· *Tria iſta Gymnaſia erant Athenis; ac quidem ſacra: In Lycæo, Lupicidæ Appollinis; in Cynoſargi, Herculis, in Academiæ vero, ipſius Herois Academi.*

Quæ quam ſacra eſſent, ſic ex ipſo diſcimus Demoſthene, ac

ac lege Athenienſium ab ipſo prolata: Καὶ εἴ τις γ' ἐκ Λυκείου ἢ ἐξ Ἀκαδημίας, ἢ ἐξ Κυνοσάργους, ἱμάτιον, ἢ ληκύθιον, ἢ ἄλλό τι φαυλότατον, ἢ σκευῶν τι τῶν ἐκ τῶν γυμνασίων ὑφέλοιτο, ἢ ἐκ τῶν λιμένων, ὑπὲρ δέκα δραχμάς· καὶ τούτοις θάνατον ἐνομοθέτησεν εἶναι τὴν ζημίαν. *Et ſi quidem aliquis ex Lycæo, aut ex Academia, aut ex Cynoſargi, veſtem, aut Ampullam oleaream aut aliud quoddam viliſſimum vas, quod ad Gymnaſia pertinet, furatus fuiſſet; aut ex portubus, quod pluris decem drachmarum eſſet; etiam illis mortis pœna ſtatuta erat.*

Horum verò Gymnaſiorum ſingulis, ſingulos quoque *Choregos* præfuiſſe ex eodem ſcholiaſte diſcimus; illoſque eos fuiſſe, *qui iis, qui ſe exercebant oleum præberent; atque adeo iſtis, qui publico ſumptu ungi volebant crateras* implerent.

At iſtos *Choregos*, qui cum ſuis etiam ἐπιμεληταῖς Choros, & quæcunque ad illos ſpectarent, diſponebant ac conferebant (in *Dionyſiis*, aliiſque æque atque in *Panathenæis*) ſibi quatuor numero illos adjunctos habuiſſe, ex hiſce Antiphonii verbis (in Oratione περὶ τοῦ χορευτοῦ) liquere videtur: Ἐπειδὴ χορηγὸς κατεστάθην εἰς Θαργήλια, καὶ ἔλαχον Παντακλέα διδάσκαλον, καὶ Κεκροπίδα φυλὴν πρὸς τῇ ἐμαυτοῦ, τουτέστι τῇ Ἐρεχθηΐδι, ἐχορήγουν ὡς ἄριστα ἐδυνάμην καὶ δικαιότατα. καὶ πρῶτον μὲν διδασκαλεῖον ᾗ ἐπιτηδειότατον τῆς ἐμῆς οἰκίας κατεσκεύασα, ἐν ᾧπερ καὶ Διονυσίοις ἐχορήγουν, ἐδίδασκον. ἔπειτα τὸν χορὸν συνέλεξα ὡς ἐδυνάμην ἄριστα, οὔτε ζημιώσας οὐδένα, οὔτε ἐνέχυρα βίᾳ φέρων, οὔτ' ἀπεχθανόμενος οὐδενί· ἀλλ' ὥσπερ ἂν ἥδιστα καὶ ἐπιτηδειότατα ἀμφοτέροις ἐγίγνετο, ἐγὼ μὲν ἐκέλευον καὶ ᾔτουν, οἱ δὲ ἑκόντες καὶ βουλόμενοι ἔπεμπον. ἐπειδὴ δὲ ἧκον οἱ παῖδες, πρῶτον μὲν ἀσχολία ἦν παρεῖναι καὶ ἐπιμελεῖσθαι· ἐτύγχανε γάρ μοι πράγματα ὄντα πρὸς Ἀρίστωνα καὶ Φιλῖνον, ἃ ἐγὼ περὶ πολλοῦ ἐποιούμην, ἐπειδὴ παρήγγειλα ὀρθῶς καὶ δικαίως ἀποδεῖξαι, τῇ βουλῇ καὶ τοῖς ἄλλοις Ἀθηναίοις. ἐγὼ μὲν οὖν τούτοις προσεῖχον τὸν νοῦν. κατέστησα ἐπιμελεῖσθαι εἴ τι δέοι,

τῷ

τοῦ χοροῦ Φανόστρατον, δημότην μὲν τούτων τῶν διωκόντων, κηδεστὴν δ' ἐμαυτοῦ, ᾧ ἐγὼ δέδωκα τὴν θυγατέρα. καὶ ἠξίουν αὐτὸν ἄριστα ἐπιμελεῖσθαι. ἔπειτα δὲ πρὸς τούτῳ δύο ἄνδρας, τὸν μὲν Ἐρεχθεΐδος, Ἀμυνίαν, ὃν αὐτῶν οἱ Φυλέται ἐψηφίσαντο συλλέγειν καὶ ἐπιμελεῖσθαι τῆς Φυλῆς ἑκάστοτε, δοκοῦντα χρηστὸν εἶναι· τὸν δ' ἕτερον τῆς Κεκροπίδος, ὅσπερ ἑκάστοτε εἴωθε ταύτην τὴν Φυλὴν συλλέγειν. ἔπειτα δὲ τέταρτον Φίλιππον· ᾧ προσετέτακτο ὠνεῖσθαι καὶ ἀναλίσκειν ὅ, τι φράζοι ὁ διδάσκαλος, ἢ ἄλλος τις τούτων, ὅπως ἄριστα χορηγοῖντο οἱ παῖδες, καὶ μηδενὸς ἐνδεεῖς εἶεν διὰ τὴν ἐμὴν ἀσχολίαν. καθειστήκει μὲν ἡ χορηγία οὕτω. *Poſtquam CHOREGUS electus fui ad Thargelia, & Pantacleus mihi obtigit ſorte DIDASCALUS, & præter meam propriam etiam Tribus Cecropis; Choregum me quam maxime potui juſte geſſi; & primum ea parte domus meæ, quæ aptiſſima erat Didaſcalium præparavi, in quo & ad Dionyſia Choregum egeram, docueram. Deinde Chorum quam optime potui collegi, neque lædens, neque pignora vi auferens, neque negotium alicui faceſſens; ſed quemadmodum ambobus conducebat, jucundiſſime & familiariſſime ego & jubebam & præibam, illi vero ſponte & volentes mittebant* [Parentes ſic ſuos filios.] *Poſtquam vero pueri advenerant, primum vacatio mihi erat, ut illis adeſſem, eoſque curarem. At mihi negotia quædam erant cum Ariſtone ac Philino, quæ plurimi faciebam; ac quæ ſenatui ceteriſque Athenienſibus promiſi poſtea me juſte & accurate indicaturum. Ego ergo totus in iſtis fui: ſed præfeci* [in anteceſſum] *Phanoſtratum, ut curaret, ſi quid Choro opus eſſet; Phanoſtratum dico, Actorum iſtorum tribulem, & generum meum, (cui filiam meam deſponderam) & eum maxime ut curaret juſſi. Inſuper huic duos viros addidi, hunc quidem Erechtidis (tribulem) Amyniam, quem ipſius tribules delegerant, ut* (ulterius) *congregaret, & undique Tribum curaret; cum probus ille videretur: alterum vero Cecropidam; qui, ſiquando conducebat, iſtam*

*Tribum congregare ſolebat: tum inſuper & Philippum quartum; cui injunctum fuit a me, ut emeret aut impenderet, quicquid Didaſcalus, aut quis alius* (ipſorum) *præcepiſſet; ut omnia pueris optime adminiſtrarentur; & ne mea negligentia ipſis aliquid deeſſet, ob meam abſentiam atque alias occupationes. Atque hoc modo meum illud Choregi munus conſtitutum fuit.*

Ad hunc locum in tranſitu obſervari poteſt 1° *Didaſcalos* ſortito *Choregis* obtigiſſe: ſicut id, ex Demoſthene etiam de Auletis videmus: niſi quod ſorte obtingeret Choregis horum electio; unde & præ aliis, & optimum omnium eligere illis liceret: quod an ita circa *Didaſcalos*, æque ac circa *Auletas*, ſeu *Tibicines*, obtinuerit non liquet. 2°. Quandoque unum eundemque *Choregum* duabus ſimul Tribubus, ob diverſa ſcilicet feſta (quæ diverſis unius forte anni temporibus occurrebant) electum fuiſſe. Cum, nempe, *Dionyſia* jam Antheſterione, ſeu Martio menſe facta eſſent, primo poſt illa menſe eligebatur *Choregus*, in hinc proxime ſequentia *Dionyſia*, pro ſua Tribu: qui tamen (quum *Thargelia* eodem anno Thargelione menſe ſeu Junio, obvenirent) ab alia Tribu Choregus ad Thargeliorum certamina eligi potuit: ut hîc, ſi verba bene capio, ex ipſius Antiphontis exemplo liquet. An autem id & circa alia feſta ac certamina obtinuerit mihi ignotum eſt.

Notandum interim quoque, hos *Choregos* tales fere electos fuiſſe, qui & ipſi cæteris, quæ ad Chorum pertinebant miniſteriis apti eſſent: prout id non male colligi videtur ex hiſce Ariſtotelis verbis (lib 8 cap. 6. Politic.) Καὶ γὰρ ἐν Λακεδαίμονι τὶς χορηγὸς αὐτὸς ἤυλησε τῷ χορῷ, καὶ περὶ Ἀθήνας οὕτως ἐπεχωρίασεν, ὥστε σχεδὸν οἱ πολλοὶ τῶν ἐλευθέρων μετεῖχον αὐτῆς. δῆλον δὲ ἐκ τοῦ πίνακος, ὃν ἀνέθηκε Θράσιππος Ἐκφαντίδῃ χορηγήσας. *Etenim Lacedemone quidam, qui ludorum Choris præerat* (ſeu qui Choregus erat) *ipſe Choro tibiam inflavit: & Athenis ita in-*

*increbuit, ut fere plerique liberi & ingenui homines tibia canerent. Atque hoc ex tabula apparet, quam Thraſippus is, qui Elephantidi* [forſan legendum *Hepheſtidi*, & ſupplendum, ſeu ſubintelligendum *Tribui*] *Choregus fuerat, dedicavit.*

Porro *Choregos* hos antiquis temporibus etiam *Choragos*, ſeu *Duces Chororum* fuiſſe, [quali modo & Diana ab Horatio repræſentatur, dum canit, *jam Cythærea choros ducit*] ex Athenæo ſic diſcimus; dum is libro 4. ait: Ὡς φησὶν ὁ Βυζάντιος Δημήτριος, ἐν τετάρτῳ περὶ ποιήματος, οὐχ ὥσπερ νῦν τοὺς μισθουμένους τοὺς χοροὺς ἀλλὰ τοὺς καθηγουμένους τοῦ χοροῦ (καθάπερ αὐτὸ τὸ ὄνομα σημαίνει) πρὸς τὸ χορηγοῦντας ἐπιμελεῖσθαι, καὶ μὴ παραβαίνειν τοὺς ἀρχαίους τῆς μουσικῆς νόμους. *Demetrius Byzantius, libro quarto de poëmate ſcribit, Choregos vocatos fuiſſe, non, ut ſeculo noſtro, qui Choros (pretio aut ſumptibus ſuis) CONDUCUNT, ſed Chori Duces aut Ductores ac Præfecti (ut indicat vocabulum ipſum) ut ita recte muſicam obſervarent, neque in veteres ejus leges ac modos peccarent.*

3. Obſervandum, hos *Choregos* διδασκαλεῖον, ſeu ſcholam, (vel χορήγιον vel χορηγεῖον, aut χοραγεῖον) iis qui in ſolenni feſto Chorum acturi eſſent (quin & aliquando domi ſuæ) conſtituiſſe: iſtoſque qui Chori membra ſic futuri eſſent, elegiſſe: imo & conduxiſſe. (De quo tamen ſtatim adhuc aliquid] illoſque ita quaſi ſub proprio imperio exercuiſſe: ſive per *Didaſcalum*, ſive per ἐπιμελητὰς; ſive & quandoque per ſemetipſos.

4. Eoſdem *Choregos* τοὺς ἐπιμελητὰς, ſive ſolos, ſive etiam cum Tribu ſuâ, elegiſſe. Qui ἐπιμεληταὶ etiam, ſi aut abſens eſſet, aut alias impeditus *Choregus*, hunc Chorum, cum *Didaſcalo*, inſtituerent, ſumptuſque, & illa quæ aliàs Choro neceſſaria eſſent, ſubminiſtrabant. Eos autem aliàs a Tribu, ſeu Tribulibus, fuiſſe (ad Dionyſia electos, indicare videntur hæc Demoſthenis, de Meidia, verba: Μειδίας

κελδύων ἑαυτὸν εἰς τὰ Διονύσια χειροτονεῖν ἐπιμελητήν. *Quum Meidias juberet, ut ſe ad Dionyſia Epimeletam ſeu Curatorem, eligerent.* Illos vero qui Myſteriorum ἐπιμεληταὶ erant (qui cum hiſce Chororum ἐπιμεληταῖς minime confundendi ſunt, ac de quibus hoc in parentheſi dico) ipſe populus eligebat. Ita enim de ea re Harpocration in lexico: ὁ δὲ βασιλεὺς πρῶτον μὲν τῶν μυστηρίων ἐπιμελεῖται μετὰ τῶν ἐπιμελητῶν οὓς ὁ δῆμος ἐχειροτόνει. τέσσαρες ἦσαν, δύο μὲν ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων εἷς δὲ ἐξ Εὐμολπιδῶν, καὶ εἷς ἐκ Κηρύκων. *Rex quidem primo loco Myſteriis moderabatur, at ſimul cum Epimeletis; quos populus eligebat. Hi autem quatuor erant; duo quidem ex Athenienſibus, unus ex Eumolpidarum familia, & unus ex Cerycibus.* Verum, ut ad Chororum ἐπιμελητὰς revertar, de ipſorum munere & hæc Suidas addit: Ἐπιμεληταὶ ἐχειροτονοῦντο τῶν χορῶν, ὡς μὴ ἀτακτεῖν τοὺς χορευτὰς ἐν τοῖς θεάτροις. *Eligebantur Epimeletæ, ſeu Curatores Chororum, ne Choreutæ* (ſeu Chororum Membra) *ſeſe inordinate gererent in theatris.* An vero ad hos μελητὰς pertinuerint, ipſive hi fuerint, in Feſtorum ipſis χορείαις, qui a Polluce nominantur δεξιοστάται, & ἀριστεροστάται & λαυροστάται & τριτοστάται tum & πρωτοστάται & ταγοστάται. (De quibus forſan alio tempore) nunc eruditis conſiderandum relinquo. At τὸν χοροστάτην ſane cum *Chorego* illo antiqui temporis, de quo Athenæus, conveniſſe, unumve eundemque fuiſſe crediderim: quum Heſychius habeat, χοροστατεῖν, χοροῦ κατάρχων: quamvis meo judicio de *Chorego* nimis confuſe ita loquatur: χορηγὸς, διδάσκαλος καὶ ὁ ἐπιδοὺς τι τῶν ἰδίων. τοῦ χοροῦ ἐξάρχων. Ita enim puto diſtinguenda poſteriora verba; non uti, in poſtrema ſaltem editione ea leguntur ſine diſtinctione, καὶ ὁ ἐπιδοὺς τι τῶν ἰδίων τοῦ χοροῦ ἐξάρχων qui ἐξάρχων procul dubio Polluci ὁ κορυφαῖος χοροῦ, & ἡγεμὼν χοροῦ. (quibus addi poſſet & hæc ſcholiaſtæ ad Plutum verba: φαίνεται τὸ τοιοῦτον οὐ διὰ τῶν χορηγῶν γίνεσθαι, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τῶν διδασκάλων.)

*Cho-*

*Choregum* autem, ſeu χορηγὸν, a τῷ διδασκάλῳ fuiſſe diverſum tum clare oſtendunt jam ſupra allatæ inſcriptiones, tum & Demoſthenes, his ſequentibus; dum ut χορηγὸς ità loquitur: Ἀλλὰ καὶ τὸν Διδάσκαλον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, διέφθειρε μου τοῦ χοροῦ. καὶ εἰ μὴ Τελεφάνης ὁ αὐλητὴς ἀνδρῶν βέλτιστος περὶ ἐμὲ τότε ἐγένετο, καὶ τὸ πρᾶγμα αἰσθόμενος, τὸν ἄνθρωπον ἀπελάσας αὐτὸς συγκροτεῖν καὶ διδάσκειν ᾤετο τὸν χορόν. οὐδ' ἂν ἀγωνισάμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι· ἀλλ' ἀδίδακτος ἂν εἰσῆλθεν ὁ χορὸς καὶ πράγματα αἴσχιστα ἂν ἐπάθομεν. ἀλλὰ τοσοῦτον αὐτῷ [Μειδίᾳ] περιῆν, ὥστε τὸν ἐστεφανωμένον ἄρχοντα διέφθειρε. *Verum* & *Didaſcalum* [ſeu Magiſtrum] *Chori, viri Athenienſes, corrupit: ac niſi optimus ille vir Telephanes a partibus meis ſtetiſſet, ac ſentiens quid ageretur, hominem depuliſſet, atque ipſe COMPONERE (& ordinare) & docere Chorum voluiſſet, nos, viri Athenienſes, certamen minime inire potuiſſemus; ſed Chorus non doctus* (ſive inſtitutus)*intraſſet; noſque ita fuiſſemus maxima affecti ignominiâ. Hoc interim obtinuit, ut CORONATUM ARCHONTA corrumperet.* [de quo *Archonte* ſtatim adhuc aliquid.]

De hoc vero *Didaſcalo* (qui ſicuti Chorum inſtituebat, ita & ſumptus ad id faciendos indicabat, ut ex Antiphonte vidimus) Heſychius, qui aliàs male illum cum *Chorego* confundit, ſic loquitur: Διδάσκαλος πᾶς ὁ ἐνεργῶν περὶ τὴν δραματοποιὸν καὶ τὴν κυκλίων χορῶν κατασκευήν. Ubi, quomodo iſtud πᾶς, quod plane ſuperfluum, neque ad rem facit, irrepſerit, plane non video.

Porro hos *Didaſcalos*, vocabant & κορυφαίους & ἐξάρχοντας, & magis proprie, χοροδιδασκάλους. unde & Ariſtoteles, lib. 3. Politicorum, cap. 9. ait: Οὐδὲ γὰρ χοροδιδάσκαλος τὸν μείζον καὶ κάλλιον τοῦ παντὸς χοροῦ φθεγγόμενον ἐάσει συγχορεύειν. *Nec Chorodidaſcalus illum, qui vehementius ac melius, quam totus reliquus Chorus, canentem patietur ſimul Chori participem eſſe.* Quin & libro de Mundo eosdem κορυφαίους vo-

vocat his verbis: καθάπερ δ' ἐν χορῷ, κορυφαίου κατάρξαντος συνεπηχεῖ πᾶς ὁ χορὸς ἀνδρῶν, ἔσθ' ὅτε καὶ γυναικῶν, ἐν διαφόροις φωναῖς ὀξυτέραις καὶ βαρυτέραις, μίαν ἁρμονίαν ἐμμελῆ κεραννύντων &c. *Sicut vero in Choro Coryphæo præeunte omnis reliquus Chorus cantando ſubſequitur, quandoque virorum, quandoque & mulierum, diverſis admodum ſonis, acutioribus, & gravioribus; atque inde unicam concinnantes harmoniam.*

Non tamen confundendi ſunt hi *Didaſcali*, neque ipſorum διδασκαλίαι cum illis, de quibus Harpocration loquitur, quando ait: ἰδίως διδασκάλους λέγουσι τοὺς ποιητὰς τῶν διθυράμβων, ἢ τῶν κωμῳδιῶν, ἢ τῶν τραγῳδιῶν: quorum διδασκαλίας optime explicat magnus ille Caſaubonus, in Animadverſionibus ad Athenæi librum ſextum. neque illud ἐδίδασκε, in inſcriptionibus vertendum (ſicuti fecere doctiſſimi Whelerus ac Sponius) nunc *a recité;* nunc, *a fait les recits;* nunc, *a composé la fable*; nunc denique, *a composé la comedie*: quaſi hîc de Comediis in Romanorum Ludis Megalenſibus ſermo eſſet: quum hæc longe alio modo fierent Athenis; ac quidem in Panathenæis.

Sic quoque illud ηὔλει, quod ad *Auletas* (tibicines, ſeu *Choraulетas*) pertinet, vertunt, *a eu ſoin de la muſique;* &, *a fait les accords de la Muſique*, (quod Didaſcalorum erat; & alibi rurſus, *a composé la Muſique:* quod *Auletarum*, ſeu *Tibicinum*, non erat, aut ad ipſos pertinebat.

De *Didaſcalis* tamen hoc exemplum habemus apud Pauſaniam; qui in Meſſeniacis ita loquitur: Ἐπὶ δὲ Φίντα τοῦ Συβότα πρῶτον Μεσσήνιοι τότε τῷ Ἀπόλλωνι πρὸς Δῆλον θυσίαν καὶ ἀνδρῶν χορὸν ἀποστέλλουσι. τὸ δέ σφισιν ᾆσμα, προσόδιον ἐς θεὸν, ἐδίδαξεν Εὔμηλος· εἶναί τε ὡς ἀληθῶς Εὐμήλου νομίζεται μόνα τὰ ἔπη ταῦτα. *Tempore Phintæ Sybotæ primum Meſſenii in Delum Apollini Victimam & Chorum virorum miſerunt. Ipſorum vero Proſodiam (ſeu carmen peculiare, quod cani-*

*tur*

*tur cum Dis ſupplicatur, atque ad altaria ipſorum preces fiunt) Deo factum, DOCUIT Eumelus: ac ſola iſta carmina vere Eumeli eſſe putantur.*

Ex quibus videmus ipſos *Didaſcalos* (ſi quidem Eumelus hic χοροδιδάσκαλος fuiſſe videtur) aliquando compoſuiſſe carmina iſta, quæ a *Choro* decantabantur ac ſaltabantur. Quod frequenter admodum contigiſſe non putem; uti nec quod id ipſorum munus eſſet: ſed, ſicuti & hodierno tempore videmus aliquando, ipſos Comœdos, ſive Hiſtriones, comœdias compoſuiſſe, eaſve ex aliis linguis traduxiſſe, theatriſque ita illis, in quibus hiſtrioniam agebant, intuliſſe. cujus rei cum in Molierio Gallo, tum & in ipſis noſtris Batavis, tum denique in aliis aliarum Gentium, exempla nobis non deſunt.

At nec ſemel iſti viri, quamvis aliàs ſatis docti, circa talia aberrarunt: quod & (ne tamen illud aliquis dedecori ipſorum dictum exiſtimet: quum ad multa meliora videndi occaſionem nobis præbuerint) ex hoc ſequenti exemplo liquet; quod, nempe, γυμνασιάρχους Sponius explicet, *Les gouverneurs des ecoles, ou Gymnaſiarques*; ac Whelerus pag. . *ceux qu'on appelloit* Σοφρονισταὶ *ou præcepteurs.* II. γυμνασίαρχαι, *ou les adminiſtrateurs des ecoles.* ſicut dictus modò Sponius etiam κοσμήτας ait fuiſſe *ceux qui avoient le ſoin de la jeuneſſe des ecoles*, &c. rurſuſque Whelerus de γυμνασιάρχοις· *ceux qui alors etoient, Gymnaſiarques, où Gouverneurs des ecoles chacun leur mois.* Spectant namque hi, uti jam ſupra oſtenſum eſt, ad ſola Gymnaſia, ac certamina Gymnaſtica: Gymnaſiarchi quoque partim ad Choros Muſicos: minine vero ad ſcholas, ſeu ludos literarios; ad quos certe iſti viri, per talia, reſpexiſſe videntur.

Antequam ab his Choris Muſicis ad alia tranſeam, aliquid adhuc addendum videtur de *Archontibus* Chororum, quorum mentio fit in inſcriptionibus modo adductis, quæ de *Choregis*, *Di-*

*Didaſcalis*, *Auletis*, atque illis *Archontibus* æque loquuntur; ut ex. g. ΕΥΑΙΝΕΤΟΣ ΗΡΧΕ, &c. ſicut & ex Demoſthene attuli τὸν ἐστεφανωμένον ἄρχοντα, tum & ἄρχοντα diſtinctum a χορηγῷ, ab ἐπιμεληταῖς, & a διδασκάλοις.

*Archontes* illos reſpicere videtur Dio Chryſoſtomus, dum ait, οἱ τὰς αὐτῶν φωνὰς τοῖς ἄρχουσι πωλοῦντες *vocem*, *vendentes*; ut apud Romanos fiebat *Prætoribus*. Conductitios etiam illos *Choreutas* fuiſſe & *Auletas*, oſtendunt hæc Athenæi (libro 14) verba: Πρατίνας δὲ ὁ Φλιάσιος, αὐλητῶν καὶ χορευτῶν μισθοφόρων κατεχόντων τὰς ὀρχήστρας, ἀγανακτεῖν τινὰς ἐπὶ τῷ τοὺς αὐλητὰς μὴ συναυλεῖν τοῖς χοροῖς, καθάπερ ἦν πάτριον· ἀλλὰ τοὺς χοροὺς συνᾴδειν τοῖς αὐληταῖς, &c. Quæ ita a Dalechampio vertuntur: *Pratinas Phliaſius ſcribit, cum tibicines, & qui choros conficiunt [choreutæ] mercenarii, in orcheſtram magno favore ſpectatorum prodirent, ægre nonnullos tuliſſe, quod tibicines, ut erat patrius mos, cum choris non accinerent, ſed chori cantarent cum tibicinibus.*

Apud eundem Demoſthenem, vidimus quoque jam ſuprà hæc: Καὶ κατηγοροῦντος, τοῦ μὲν ἄρχοντος τῶν ἐπιμελητῶν τῆς φυλῆς, τῶν δὲ ἐπιμελητῶν τοῦ ἄρχοντος. Verum enim vero quales nam fuerint hi ἄρχοντες, videre licet ex Platonis lib. VI. *de Legibus* ubi ita loquitur: Μουσικῆς δὲ μετὰ ταῦτα καὶ γυμναστικῆς ΑΡΧΟΝΤΑΣ καθίστασθαι πρέπον ἂν εἴη διττοὺς ἑκατέρων. τοὺς μὲν παιδείας αὐτῆς ἕνεκα, τοὺς δὲ ἀγωνιστικῆς. παιδείας μὲν βούλεται λέγειν ὁ νόμος, γυμνασίων καὶ διδασκαλείων ἐπιμελητὰς κόσμου καὶ παιδεύσεως ἅμα, καὶ τῆς περὶ ταῦτα ἐπιμελείας, τῶν φοιτήσεών τε πέρι καὶ οἰκήσεων ἀρρένων καὶ θηλειῶν κορῶν. ἀγωνίας δὲ ἐν τοῖς γυμνικοῖς καὶ περὶ τὴν μουσικὴν ἀθλοθέτας ἀθληταῖς. διττοὺς αὖ τούτους· περὶ μουσικὴν μὲν ἑτέρους, περὶ ἀγωνίαν δ' ἄλλους. ἀγωνιστικῆς μὲν οὖν ἀνθρώπων τε καὶ ἵππων, τοὺς αὐτούς· μουσικῆς δὲ, ἑτέρους μὲν τοὺς περὶ μονῳδίαν τε καὶ μιμητικήν· οἷον ῥαψῳδῶν καὶ κιθαρῳδῶν καὶ αὐλητῶν καὶ πάντων τῶν τοιούτων ἀθλοθέτας ἑτέρους πρέπον ἂν εἴη γίγνεσθαι· τῶν δὲ περὶ χορῳδίαν ἄλλους. πρῶτον δὴ περὶ τῶν χορῶν παιδιάν, παίδων τε

καὶ

καὶ ἀνδρῶν καὶ θηλειῶν χορῶν ἐν ὀρχήσει καὶ τῇ τάξει τῇ ἁπάσῃ γιγνομένῃ μουσικῇ τοὺς ΑΡΧΟΝΤΑΣ αἱρεῖσθαί που χρεών. ἱκανὸς δὲ εἷς ΑΡΧΩΝ αὐτοῖς, μὴ ἔλαττον τετταράκοντα γεγονὼς ἐτῶν, ἱκανὸς δὲ καὶ περὶ μονῳδίαν εἷς, μὴ ἔλαττον ἢ τριάκοντα γεγονὼς ἐτῶν, εἰσαγωγεύς τε εἶναι, καὶ τοῖς ἁμιλλωμένοις τὴν διάκρισιν ἱκανῶς ἀποδιδούς. τὸν δὲ ΧΟΡΩΝ ΑΡΧΟΝΤΑ καὶ διαθετῆρα αἱρεῖσθαι χρὴ τοιόνδε τινὰ τρόπον, &c. . . . . ὃς δ' ἂν εἷς ἐκ προχειροτονηθέντων δέκα λάχῃ δοκιμασθείς, τὸν ἐνιαυτὸν τῶν χορῶν ἀρχέτω κατὰ νόμον. κατὰ ταὐτὰ δὲ τούτοις καὶ ταύτῃ ὁ λαχὼν τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον τῶν ἀφικομένων εἰς κρίσιν μονῳδιῶν τε καὶ συναυλιῶν, ἀρχέτω εἰς τοὺς κριτὰς ἀποδιδοὺς ὁ λαχὼν τὴν κρίσιν, *&c. Poſt hæc Muſicæ & Gymnaſticæ Magiſtratus duplices utriuſque facultatis conſtituantur: alii diſciplinæ, alii exercitationis cauſâ. Qui diſciplinæ præſunt, Gymnaſiorum doctrinarumque ornatum & diſcendi ordinem curent: operamque dent, ut tam mares quam fœminæ in adoleſcentia honeſte ad iſta proficiſcantur, honeſtè etiam commorentur. Exercitationis curam habeant in Gymnaſtica & Muſica Athlothetæ Athletis. Atque hi ſimiliter duplices eſſe debent: circa Muſicam alii, alii circa Gymnaſticam. & in Gymnaſtica quidem iidem pariter in hominum equorumve certaminibus: in Muſica vero alii in Monodia* [i. e. ὅταν εἷς μόνος λέγει τὴν ᾠδὴν, καὶ οὐχ ὁμοῦ ὁ χορὸς, *ubi unicus tantum, non Chorus cantat*] *& in Mimis, ſicut Rapſodorum, & Citharædorum & Auletarum & omnium talium ſimilium, alios adeſſe opportet Athlothetas: alios in Chororum cantu. Primum igitur in Chori ludo, ubi viri, pueri & puellæ tripudio cæteriſque Muſicæ modis exercentur, ARCHONTES eligendi ſunt. UNUS autem ARCHON illis ſufficit, non pauciores quam quadraginta annos natus. UNUM quoque [Archonta] in Monodia ſufficere arbitramur, qui triginta annos expleverit, qui & introducat homines in certamen; & de iiſdem ſufficienter cognoſcat & judicet. At Archonta*

*Ordinatoremque* [*ſeu Moderatorem*] *chori*, *ſic opportet eligere. Qui huic* &c. quæ apud ipſum Platonem lectori legenda & conſideranda relinquo.

Volunt & Sponius (ſicut ex ipſo diſco) & Fulvius Urſinus ante ipſum, illud ΗΡΧΕ in ſuprà allatis inſcriptionibus, deſignare *Archontas* Athenienſium ἐπωνύμους. Ac quidem lubenter concedere velim, inter *Choregos*, uti & *Archontas* Chororum electos fuiſſe quandoque, qui jam aliàs in numero IX *Archontum* erant; licet hîc minime fuerint *Archontes*, quatenus *Archontes* eſſent Civitatis. Nam & de Themiſtocle, (in ipſius vita) loquitur ita Plutarchus: Ἐνίκησε δὲ καὶ χορηγῶν τραγῳδοῖς, μεγάλην ἤδη τότε σπουδὴν καὶ φιλοτιμίαν τοῦ ἀγῶνος ἔχοντος· καὶ πίνακα τῆς νίκης ἀνέθηκε, τοιαύτην ἐπιγραφὴν ἔχοντα,

ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ ΦΡΕΑΡΙΟΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ

ΦΡΥΝΙΧΟΣ ΕΔΙΔΑΣΚΕΝ

ΑΔΙΜΑΝΤΟΣ ΗΡΧΕΝ

*Victor quoque fuit Choregus certantibus Tragœdis, quo tempore hi ludi jam erant ingentis ſtudii & concertationis. Cujus victoriæ tabulam dedicavit cum hac inſcriptione: THEMISTOCLES PHREARIUS CHOREGUS ERAT, PHRYNICHUS DOCEBAT, ADIMANTUS PRÆSIDEBAT.*

Quæ inſcriptio an integra, ut poſita fuit, hîc a Plutarcho adducatur, meritò quis dubitare queat, quod nec Tribus Victrix (quæ procul dubio Phrearia fuit) neque Auletes in illa memorentur. Quos tamen compendii cauſa Plutarchus forſan omiſit.

Ab his tamen *Archontibus* diſtinctos fuiſſe *Athlothetas*, & Plato nos docere videtur, & iſtæ inſcriptiones oſtendunt, in qui-

quibus iſtud Ο ΔΗΜΟΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ. Namque ibi 1°. χορηγὸς eſt populus 2. ἄρχων 3. *Agonothetes* 4. *Tribus Victrix*, 5. *Auletes*, 6. denique *Didaſcalus*, comparent. Qui ἀγωνοθέτης ſicut in cæteris non reperitur, ita & ab *Archonte* clare diſtinguitur

Quare autem *Agonothetes* connumeretur cæteris, ubi ὁ δῆμος ἐχορήγει, non vero ubi ὁ δεῖνα, vel ὁ δεῖνα, ex gr. ΕΥΑΙΝΕΤΟΣ, &c. fateor me ignorare niſi is hic Populum repræſentaverit, atque ita pro eo & Choregum & Choragum egerit: quod admodum veriſimile puto.

---

## CAPUT VI.

*Παιδοτρίβαι*, *ſeu* Pædotribæ *quinam fuerint; illoſque fere* διὰ βίου, *ſive ad vitam, munere iſto functos fuiſſe.* Ἀντικοσμήτας, *ſeu* ὑποκοσμήτας *plures numero ſimul fuiſſe (quod hic in parentheſi dictum.)* Pædotribarum *munus deſcribitur. Quo ordine inter Stadiorum miniſtros fuerint: hoſque alio nomine* διδασκάλους *fuiſſe vocatos: quum & ipſi exemplo ſuo in exercitationibus quandoque præirent. Diverſis in locis aliquando diverſa horum Miſteriorum fuiſſe nomina.* Coſmetæ, *quinam ac quales fuerint; quinam ac quales* συςάται; *illoſque ad* ὑποκοσμήτας *videri referendos.* Coſmetas *ſimul ſacerdotes fuiſſe.* Ἱερεὺς θεοῦ καὶ θεᾶς, *in inſcriptione quinam.* Coſmetas *plures ſimul numero fuiſſe, &c. Quo ordine* ὁ κοσμήτης *cæterique miniſtri, in marmoribus, ponantur.*

UT redeam vero ad Certamina *Gymnaſtica*, non male poſt *Gymnaſiarchas* ſequi videntur οἱ παιδοτρίβαι, ſeu *Pædotribæ*. Quod autem à *Gymnaſiarchis* diverſi munere fuerint oſtendit iſta inſcriptio, cum à Sponio, tum & à Whelero exhibita, atque in qua uniuscujuſque menſis to-

tius anni Gymnaſiarchæ enumerantur, ac tandem poſtrema lineâ nominatur,

ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΗΣ ΑΡΙΣΤΩΝ ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΥ ΡΑΜΝΟΥΣΙΟΣ

Quod & ex hac ſequenti (quæ aliàs magis ad κοσμητὰς ſpectat) patet: ex qua ſimul diſcimus, iſtud munus, ſi non ſemper, aliquando ſaltem *per totam vitam Pædotribas* adminiſtraſſe.

Ο ΚΟΣΜΗΤΗΣ ΤΩΝ ΕΦΗΒΩΝ ΜΑΡΚΟΣ
ΙΟΥΛΙΟΣ ΖΗΝΩΝ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ ΚΑΙ Ο
ΑΝΤΙΚΟΣΜΗΤΗΣ ΟΦΙΛΙΟΣ ΑΡΙΣΤΩΝ ΚΟΛΛΥΤΕΥΣ
ΤΟΥΣ ΤΕ ΣΥΝΑΡΧΟΝΤΑΣ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΕΦΗΒΕΥΣΑΝΤΑΣ
ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΦΙΛΟΤΕΙΜΟΥ ΤΟΥ ΑΡΚΕΣΙΔΗΜΟΥ ΕΛΕΟΥ
ΣΙΟΥ ΑΝΕΓΡΑΨΑΝ ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΝΤΟΣ ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΕΠΙΚΤΗ
ΤΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΕΡΩΤΟΣ ΣΦΗΤΤΙΟΥ ΕΤΟΣ Ι ΓΡΑΜΜΑ-ΤΕΥΟΝΤΟΣ
ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ ΤΟΥ ΚΙΘΑΙΡΩΝΟΣ ΑΧΑΡΝΕΩΣ

poſt quæ tum aliquot σωφρονισταὶ, ac γυμνασιάρχαι, multique deinde ἐπίγραφοι, ſive *inſcripti* in album illud, ſubſequuntur.

Ἀντικοσμητὰς (licet unicus hîc ſolummodo nomine exprimatur) plures numero ſubfuiſſe unico κοσμητῇ, liquere videtur, tam ex illis quæ linea quarta ſic ſequuntur, ΤΟΥΣ ΤΕ ΣΥΝΑΡΧΟΝΤΑΣ, quam ex iſta inſcriptione, quæ nunc ſequitur:

ΚΟΣ-

ΚΟΣΜΗΤΗΣ ΕΦΗΒΩΝ

ΩΛΟΣ ΠΟΝΤΙΟΣ ΝΥΜΦΟΔΟΤΟΣ ΕΞΗΝΙΕΥΣ

ΚΑΙ ΥΠΟΚΟΣΜΗΤΑΙ ΩΛΟΣ ΠΟΝΤΙΟΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ

ΑΣΗΝΙΕΥΣ

ΚΑΙ ΧΑΡΙΤΩΝ ΙΑΤΡΟΚΛΕΟΣ ΜΕΛΙΤΕΥΣ

Ubi ſimul videmus illos nunc quidem ἀντικοσμητὰς, nunc vero ὑποκοσμητὰς fuiſſe appellatos. Verum antequam de κοσμηταῖς plura dicam aliquid adhuc *de Pædotribis* hic addendum.

De horum munere itaque ut aliquid dicam, παιδοτρίβαι Heſychio ſunt, ἀλεῖπται, γυμνασταί; ſicut & Suidæ. Hincque Alexander Aphrodiſæus, problematum libro I. de Corpore humano locutus, ita inter alia habet: Ἐὰν μὲν τοι προμαλθῇ προθερμανθὲν συμμέτρως, οὐδὲν πείσεται· καθάπερ καὶ οἱ ἀθληταὶ μέλλοντες παλαίειν, ἐλαίῳ προμαλάσσονται παρὰ τῶν παιδοτριβῶν. *Siitaque prius corpus mollius reddatur, jam calefactum debito modo: ſicut Athletarum corpora oleo molliora redduntur à Pædotribis, cum jam ſe parant ad certamina.*

A *Gymnaſtis* eos ſeparari (licet & quandoque videantur cum ipſis confundi, idque minoribus, ut credo, in urbibus, minoriſque frequentiæ Gymnaſiis) etiam Baſilius indicat, dum ait: παιδοτρίβαι καὶ γυμνασταί, ὅταν τοὺς ἀθλοῦντας πρὸς τοὺς ἐν τοῖς σταδίοις ἀγῶνας προάγωσιν. *Pædotribæ ac Gymnaſtæ, quando Athletas ad Certamina in Stadiis decertanda producunt.*

Quandoque etiam aliis exercitiis præfectos eo nomine vocatos fuiſſe reperimus: ſed præcipue ad luctatores, hiſque ſimiles ii ſpectant. Quo ordine autem cæteros Gymnaſiorum, ſive Præfectos, ſive adminiſtros, ſecuti fuerint, facile quis videat ex hac ſequenti inſcriptione, quæ correctius quam a

Prideaux allata fuerat, à Sponio Tom. 2. pag. 441. exhibetur; ac quidem hoc modo:

ΚΟΣΜΗΤΕΥΟΝΤΟΣ ΣΤΑ. ΣΕΡΑΠΙΩΝΟΣ ΧΟΛΛΕΙΔΟΥ
ΑΝΤΙΚΟΣΜΗΤΕΥΟΝΤΟΣ ΚΑΣΙ. ΑΠΟΛΛΩΝΟΥ ΣΤΕΡΙΕΩΣ
ΣΟΦΡΟΝΙΣΤΗΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΣΠΕΝΔΟΝΤΟΣ ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΣ
ΤΟΙΣ ΕΦΗΒΟΙΣ ΤΟΝ ΗΡΑΚΛΕΑ ΑΠΟ ΤΗΣ ΕΝ
ΕΛΕΥΣΕΙΝΙ ΝΕΙΚΗΣ
ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΝΤΟΣ ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΥ
ΤΟΥ ΕΥΜΟΛΠΟΥ ΚΗΦΕΙΣΙΕΩΣ ΕΤΟΣ ΚΓ.

Plures autem numero *Pædotribas* apud hos Athenienſes (nam de ipſorum Pædotribis loquuntur hæ inſcriptiones) ſimul fuiſſe, ex ſequenti marmore, quamvis non ſatis integro patere videtur:

ΟΙ ΕΦΗΒΕΥΣΑΝΤΕΣ ΕΝ ΡΩΕ . . . .
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΑ . . . . .
ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΕΝΙΑΥΤΩΙ . . . . ΠΑΙ
ΔΟΤΡΙΒΟΥΝΤΩΝ ΙΡΗΝΑΙΟΥ . . . .
ΜΗΩΝ ΥΠΟΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΝΤΟΣ
ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΜΥΡΩΝΟΣ
ΚΥΔΑΘΗΝΑΙΕΩΣ, &c.

Habemus hîc igitur (modo inſcriptio, quatenus adhuc nobis reſtat, bene excerpta ſit) plures ſimul numero *Pædotribas*, ſicut id etiam in *Gymnaſiarchis* obſervavimus: ſive hi ſicut illi, vel per vices (menſtruas, aliaſve) ſive unà, atque adeo eodem tempore miniſtrarint. Habemus & unicum (quod notatu dignum) Ὑποτριβοῦντα: quem eundem cum ἀντιτριβοῦντα fuiſſe, (velut id in ὑποκοσμητῇ vidimus), nullus dubito.

Hi

Hi porro παιδοτριβοῦντες, ſeu *Pædotribæ* erant, qui alio nomine etiam διδάσκαλοι appellati, pueros *Ephebos*, &c. ipſam artêm Gymnaſticam, Luctas, Saltus &c. adeoque & univerſum πένταθλον) docebant. Atque ita quidem, ut ipſi aliquando ſaltando &c. præirent: atque ſic ipſo actu, non ſolis verbis, Athletas ſuos erudirent. Hinc namque Ariſtoteles Politicor. lib. 3. Οὐδὲν γὰρ κωλύει τὸν παιδοτρίβην ἕνα τῶν γυμναζομένων ἐνίοτε εἶναι, ὥσπερ ὁ κυβερνήτης εἷς ἐστιν ἀεὶ τῶν πλωτήρων ὁ μὲν οὖν, &c. *Nihil namque impedit Pædotribam eſſe aliquando unum ex numero Athletarum (ſive illorum qui exercentur:) ſicut gubernator ſemper unus ex numero navigantium*, (ſeu *Nautarum*) *eſt*.

Idem autem indicat Hippocrates Epidem. VI. Sectione 8 ubi de παλαιστροφύλακι, (qui alio nomine παιδοτρίβης erat) ita loquitur: Ἐν δὲ Ἀβδήροις ὁ Παλαιστροφύλαξ, ὁ καὶ Σθενεὸς λεγόμενος, παλαίσας πλέω πρὸς ἰσχυρότερον, καὶ πεσὼν ἐπὶ κεφαλὴν, ἀπελθὼν ἔπιε ψυχρὸν ὕδωρ πολὺ, &c. *In Abderis cuſtos Palæſtræ (ſeu Palæſtophylax) qui & Stheneos appellabatur, cum valentiore multum luctatus & in caput lapſus, frigidam copioſe hauſit, &c.*

Interim certum quoque eſt, diverſis in locis, diverſa quoque hiſce exercitatoribus, ſeu Magiſtris, diverſa quandoque nomina (ſicut etiam ſæpe circa alia accidit) impoſita fuiſſe: tum & aliquando iiſdem in locis, diverſis atque a ſe longius diſtantibus, temporibus: Quin & Plato γυμναστὰς ignoraſſe videtur, confudiſſe ſaltem, licet & γυμναστικοὺς nominet. Quum tamen ſerioribus ævis *Gymnaſtæ* a *Pædotribis*, uti nomine, ita & munere diſtincti fuerint. Id enim videmus apud Ariſtotelem: qui Politicorum libro 4. ita loquitur: Ἔτι δὲ ἐάν τις μὴ τῆς ἱκνουμένης ἐπιθυμῇ μήθ' ἕξεως, μήτ' ἐπιστήμης τῆς περὶ τὴν ἀγωνίαν, μηδὲν ἧττον τοῦ παιδοτρίβου καὶ τοῦ γυμναστικοῦ παρασκευάσαι τε καὶ ταύτην ἐστὶ τὴν δύναμιν. *Præterea etiam, ſi quis neque habitum juſtum, atque in ſummo perfectio-*

*ſectionis gradu poſitum concupiſcat, neque perfectam ſcientiam eorum quæ ad certandi laborem pertinent, expetat: nihilominus tamen ejus, qui pueris exercendis præeſt [Pædotribæ] ejuſque QUI CORPORUM exercendorum artem profitetur* [Gymnaſtæ] *munus eſt, etiam hanc facultatem poſſe tradere.*

Sed clarius, de ea re, libro nono loquitur: Δῆλον ἐκ τούτων ὅτι παραδοτέον τοὺς παῖδας γυμναστικῇ καὶ παιδοτριβικῇ. τούτων μὲν ἡ μὲν ποιάν τινα ποιεῖ τὴν ἕξιν τοῦ σώματος, ἡ δὲ τὰ ἔργα. *Manifeſtum fit ex iſtis, pueros Gymnaſticæ arti & Pædotribicæ tradendos: quod iſta quidem ad habitum acquirendum faciat, hæc vero ad aptitudinem circa opera & labores.*

At ſæpius hæc duo nomina (quin & aliquando munera) inter ſe confuſa fuiſſe minime negare velim: imprimis ubi *Gymnaſia*, ſeu *Palæſtræ*, (quo nomine vulgo apud Latinos appellantur, voce, uti notum eſt, etiam a Græcis deſumpta, quum & ipſa res Græcæ originis ſit) minus magna aut minus frequentata erant. Etiamſi vero nonnunquam *Hos Pædotribas* etiam vocarent ἐπιστάτας; ſicut apud Plinium libro 34. cap. 8. de Statuario *Salanione*, legimus: *Et Achillem nobilem fecit; item Epiſtaten exercentem Athletas.* (niſi hîc *Epiſtates* ad virilis ætatis Athletas pertinet;) ac διδασκάλους (ſicuti ſupra obiter innuo) tamen ab invicem cum cura diſtinguuntur διδάσκαλοι & παιδοτρίβαι a Theophraſto, in Characteribus; ubi nempe de Loquacitate ipſi ſermo eſt. Ita enim ibi is: Καὶ εἰς τὰ διδασκαλεῖα δὲ, καὶ εἰς τὰς παλαίστρας εἰσιὼν, κωλύειν τοὺς παῖδας προμανθάνειν τοσαῦτα· Καὶ προσλαλεῖν τοῖς παιδοτρίβαις καὶ διδασκάλοις *Sed & ad Gymnaſia & Palæſtras ingreſſus, ut ne tantum pueri addiſcant, ſolet efficere, verba interea cum Pædotribis & Didaſcalis, ſeu magiſtris (exercendorum in Palæſtra) miſcens.* Quantumvis hæc Didaſcaleia forſan & ad Ludos literarios retrahi queant.

Quod attinet autem ad κοσμητὰς, quorum mentio (ſicut

&

& τῶν ἀντικοσμήτων &c. in inſcriptionibus modo allatis occurrit) iſta videntur fuiſſe, prout & ipſorum nomen indicat, *Moderatores*, *Ordinatores* & *Ornatores* ſive *Exornatores* cum ipſius Gymnaſii, tum & *Epheborum*, ſive ἐφηβευόντων; ut ſic omnia in Palæſtris decenti ornatu atque ordine fierent. Atque huc pertinent illa quæ Erotianus, in Lexico ſuo Hippocratio ita tradit: Κόσμου] τάξεως. Ἀττικὴ δὲ ἡ λέξις. καὶ γὰρ Κοσμίους λέγομεν τοὺς εὐτάκτους, καὶ Κοσμητὰς τοὺς τῶν ἐφήβων εὐταξίας προνοοῦντας. *Atticos, nempe, appellare Coſmetas iſtos homines, quibus, in Gymnaſiis, modeſtiæ Epheborum (ſive ut modeſte atque ordinate ibi ſe gerant) cura demandata fuit.* unde etiam non ſimpliciter κοσμηταὶ, verum & κοσμηταὶ τῶν ἐφήβων vocabantur; uti ex adductis inſcriptionibus liquet.

Dubitari interim non immerito videtur, quinam, ac quales, fuerint illi ΣΥΣΤΑΤΑΙ in hac ſequenti (apud Sponium) memorati inſcriptione:

ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΚΛ. ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ
ΜΕΛΙΤΕΩΣ ΚΟΣΜΗΤΕΥΟΝΤΟΣ
ΑΤΤΙΚΟΥ ΤΟΥ . . . . . . . . . . .
ΤΟΣ ΓΑΡΓΕΤΤΙΟΣ . . . . . . . . .
ΚΑΙ ΣΥΣΤΑΤΑΙ ΑΥΤΟΙΣ ΑΝΕΓΡΑΨΑΝ
Το . ΑΙΛΙΟΣ ΛΕΥΚΙΟΣ ΠΑΛΛΗ . . .
ΦΙΛΟΙΤΙΟΣ ΓΑΜΟΥ ΜΕΛΙΤ . . . . .
ΟΝΗΣΙΜΟΣ ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ . . . . . .
ΣΩΣΙΟΣ ΙΣΙΓΕΝΟΥΣ ΠΗ . . . . . . .
ΤΕΛΕΣΦΟΡΟΣ ΜΕΝΕΚΡ . . . . . . . .

Apud Thucididem, libro ſecundo, habemus: Κατὰ ξυστάσεις τε γιγνόμενοι, ἐν πολλῇ ἔριδι ἦσαν, οἱ μὲν κελεύοντες ἐπεξιέναι,

οἱ δέ τινες οὐκ ἐῶντες. *Dumque in conciliabulis (ſeu collegiis, aut turbis,) congregati eſſent, multum inter ſe rixabantur alii quidem in hoſtem copias educendas cenſentes, alii vero id non permittentes.*

Hîc autem pro *Collegiatis* ſumendos eſſe συςάτας, clarius perſpicitur, quam an ad κοσμητὰς, an vero ad ὑποκοσμητὰς, ſive ἀντικοσμητὰς, illi pertineant; & an his, an vero illis, iſti, quorum nomina ſequuntur, ΣΥΣΤΑΤΑΙ ΑΝΕΓΡΑΨΑΝΤΟ. Ita enim legendum exiſtimo, æque ac inter lineam tertiam ac quartam (ſicut & in fine) deeſſe plura verba; quorum abſentia nos de ſenſu iſtius inſcriptionis plane incertos relinquit.

Si quid tamen, conjicere valeo ad ὑποκοσμητὰς hos συςάτας referendos eſſe putarim; ac quidem ob illa, quæ jam ſupra habuimus, nempe ΤΟΥΣ ΤΕ ΣΥΝΑΡΧΟΝΤΑΣ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΕΦΗΒΕΥΣΑΝΤΑΣ. Et forſan οἱ ἔφηβοι, vel συνέφηβοι, ſive ἐπίγραφοι, hîc quoque in fine inſcriptionis deficiunt: qui tamen tam in illo marmore, quod pag. 433. (edit. Amſtelæd.) quam iſto, quod pag. 435. comparet, paginâ 438. enumerantur.

Quod autem de *Pædotribis* liquet, illos ſcilicet ad vitam ſæpe, aut per annos ſucceſſive multos, munus iſtud obiiſſe [id enim indicare videntur illa, ΕΤΟΣ ΚΓ.] de *Coſmetis* non ita apparet; ſed annui iſti videntur fuiſſe: unde & ipſorum ab alteris differentia eo magis patet. Hucque referenda videtur hæc ſequens inſcriptio:

ΚΟΣΜΗΤΕΥΟΝΤΟϹ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΑΧΑΡΝΕΩϹ

ϹΤΗϹΕΝ ΑΧΗΡΙϹΤΟϹ.

ϹΤΗΛΗΝ ΜΕΤΑ ΚΥΔΕ

ϹΙΝ ΑΥΤΟΙϹ, &c.

Tum

Tum & ex illa, quam ex Sponii Tom. 2. Pag. 441. modo attuli.

Magis vero liquere videtur, hos *Coſmetas* ſimul Sacerdotes fuiſſe. Ita enim id indicare videtur hoc marmor:

ΟΙ ΕΦΗΒΟΙ ΤΟΝ ΕΑΥΤΩΝ
ΚΟΣΜΗΤΗΝ ΙΕΡΕΑ ΕΥΚΛΕ
ΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΝΟΜΙΑΣ ΑΡΧΗ
ΛΑΟΝ ΑΠΟΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΠΕΙ
ΡΑΙΕΑ ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑΣ ΕΝΕ
ΚΑ ΑΝΕΘ.

Tum & ex illo idem liquet, quod Pag. 586. ubi de *Gymnaſiarchis* loquebar, adduxi. Ibi namque habetur, ΚΟΣΜΗΤΗΣ ΕΦΗΣΩΝ ΙΕΡΕΥΣ ΘΕΟΥ ΚΑΙ ΘΕΑΣ. ΙΡΗΝΑΙΟΣ ΠΑΙΑΝΙΕΥΣ.

Gymnaſia Dîs ſacra fuiſſe, ac quibus, jam obiter ſuprà notavi; ut Lycæum Appollini, Cynoſarges Herculi, &c.

At hîc *Deus* ac *Dea* in ſcenam prodeunt. Qui nulli alii mihi eſſe videntur, quam Διόνυσος ac Δήμητηρ. Quippe ad *Eleuſinia Sacra* Agones fere æque antiquitus fuiſſe inſtitutos, quam ad Panathenæa, nos docet Ariſtides, qui tamen id hoc modo nobis dubium relinquit: Ἐνδοξότατοι πάντων οἱ κατὰ τὴν Ἑλλάδα ΑΓΩΝΕΣ· καὶ μὴν τούτων πρεσβύτατος ὁ τῶν Παναθηναίων· εἰ δὲ βούλει ὁ τῶν Ἐλευσινίων. *Celeberrima judicantur Græciæ certamina: horumque antiquiſſimum eſt Panathenaicum; aut, ſi mavis illud, quod eſt Eleuſinium.* Quibus ſic ſtatim ſubjungit: Ἔπειτα καὶ πάντας αὐτοὺς ἡ τῆς πόλεως δωρεὰ συγκροτεῖ. (λέγω γὰρ οὖν τῆς πόλεως τὴν παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς) Σαμοθρᾶκες ἀγάλλονται τοῖς ἱεροῖς· καὶ ταῦτα πάντων ὀνομαστότατα ἐστι, πλὴν τῶν Ἐλευσινίων. *Ut jam omittam, quod iſta cuncta Urbis (hanc enim pro Minerva ſumo) inſtituuntur beneficio. Sa-*

*Samothraces Sacra jactant ſua: & ſunt omnium ſacra illuſtriſſima, exceptis Eleuſiniis.* Sic quoque Pindari Scholiaſtes ad Olympiacorum Odæ nonæ hæc verba

σύνδικος
δ' αὐτοῦ Ἰολάου
τύμβος, εἰναλία τ' Ἐλευσὶς
ἀγλαΐαισι.

Καὶ ἡ Ἐλευσὶς ἡ ἡ πρὸς τῇ θαλάσσῃ κειμένη, ταῖς ἀγλαΐαις αὐτοῦ καὶ νίκαις μαρτυρεῖ· ἄγεται δ' αὐτόθι ἀγὼν Κόρης καὶ Δημήτρος, ὃς καλεῖται Ἐλευσίνια. οὗ ἔπαθλον κριθαί. At *Baccho*, ſeu Διονύσῳ, ibi locum fuiſſe nemo eruditorum ignorat. Quare, ut *Ceres* ſæpe ſola nominatur [ita Horatius. . . . . . . . . . *Cereris Sacrum*] præteritis *Proſerpinâ* & *Baccho*; non mirum hîc, *Proſerpina* præterita, *Bacchum* ac *Cererem* ſolos nominari, ac *Coſmetas Epheborum*, etiam horum numinum *Sacerdotes* fuiſſe. De qua re tamen alii judicent.

His jam præcedentibus addendi videntur σωφρονισταί; qui comparent poſt *Coſmetas* &c. in marmore illo, quod in Indice populorum Atticæ, apud Sponium n°. CIV. habetur: qui quidem æque ac Gymnaſiarchæ (qui poſt illos ibi ſequuntur) plures ſimul numero fuerunt. Iſtos autem *Sophroniſtas* non Gymnaſio, ſed Tribibus inſerviiſſe, vult Eruditiſſimus Prideaux, adductus hiſce Phavorini, atque Etymologici, verbis: σωφρονισταί . . . . . . . . . ἄρχοντές τινες χειροτονητοὶ δέκα τὸν ἀριθμὸν ἑκάστης φυλῆς, ἐπιμελοῦντο δὲ τῶν ἐφήβων σωφροσύνης. *Sophroniſtæ Athenis erant Magiſtratus quidam, populi ſuffragiis creati, decem numero per ſingulas Tribus: curam vero gerebant modeſtiæ ac pudicitiæ Epheborum.* Quibus tunc ſubjungit: *Idem igitur erat Sophroniſta in Tribu ſua, quod* κοσμητὴς *in Gymnaſio*

Plures vero ut numero erant, ita & decem numero fuiſſe certum

tum credo: an autem totidem numero fuerint Ὑποσωφρονιςαὶ incertum mihi, licet veriſimile plane: niſi ſicut unico *Coſmetæ*, ſaltem quandoque, plures numero *Anticoſmetæ* inſerviiſſe videntur, ita & hîc plures *Hypoſophroniſtæ* unico ſubſervierint *Coſmetæ*.

Hos autem *Coſmetas* ad Gymnaſia ſpectaſſe, etiamſi ab unaquaque Tribu electos, oſtendere ſatis clare videtur illa inſcriptio ſuprà jam allata; in qua primus nominatur (aut ordine primus ponitur) ὁ κοσμητὴς, 2. ὁ Ἀντικοσμητὴς, 3. ὁ Σωφρονιςὴς, 4. ὁ Παιδοτρίβης. Tum quoque veriſimile eſt illos *Ephebŏrum* in Gymnaſiis nude decertantium *modeſtiæ*, *pudori*, ac *pudicitiæ* (quibus & aliter proviſum erat) proſpexiſſe, ob pæderaſtas eo cum ardore, ac copioſe, confluentes. Adde quod huic non male convenit illud Heſychii, Σωφρονιςὴς, νυθετητὴς.

## CAPUT VII.

*Perpenditur controverſia, an* Pædotribæ *iidem fuerint cum* Gymnaſiarchis. *Opinio H. Prideaux, eaque examinata, iſtaque occaſione Antiphontis Rhetoris verba (ac verſio) diſcuſſa. Hippocratis ac Galeni, de* Γυμναςῇ *(qui a quibuſdam pro uno eodemque habetur cum* Pædotriba) *verba conſiderata; atque hinc quænam differentia fuerit inter* Gymnaſtas *ac* Pædotribas; *oſtenditurque hos illorum Miniſtros fuiſſe.* τ̃ Ἐπιςάτην *fuiſſe* Gymnaſtam, *non* Pædotribam: Aliptas *itidem* Gymnaſtas *fuiſſe*, *non* Pædotribas: *tum &* Ὑγιεινὺς *non* Pædotribas, *ſed* Gymnaſtas *fuiſſe. Quodnam horum* Gymnaſtarum (*inter alia*) *munus fuerit. Eos & præcepta dediſſe; ac quandoque libros de arte Gymnaſtica ſcripſiſſe; illoſque, quamvis* Ἀλεί-

*πται eſsent, non ipſos unxiſſe* Athletas; *ſed per alios: quin & ipſos* Athletas *aliquando, ante certamen, ſe mutuo unxiſse, &c. Denique aliquid de* Gymnaſtis *'αὐτοδιδάκτοις additur.*

HIc non poſſum non attingere controverſiam illam inter doctiſſimos viros, H. Prideaux, & Jacobum Sponium; quorum ille, ad Marmora Oxonienſia, hîc vero in Itinerarii parte ſecunda, (ſeu potius ad Inſcriptiones iſti adjunctas) de Pædotribis loquuntur. Quæſtio nempe eſt, an οἱ παιδοτρίβοῦντες, iidem homines, ſive ejuſdem muneris, fuerint cum γυμνασιάρχαις. Quod ſicuti Prideaux affirmat, ita Sponius id contra negat:

Occaſione autem iſtius inſcriptionis, ſuprà allatæ, quæ in fine habet, ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΝΤΟΣ ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΥ, &c. Hoc modo loquitur Prideaux: παιδοτριβεῖν *enim idem quod* γυμνασιαρχεῖν, *&* παιδοτρίβης *idem quod* γυμνασιάρχης *ſignificat; quamvis enim* παιδοτρίβης *primò & ſenſu ſtricto ſolum Gymnaſiarcham puerorum, eumque qui hos jaculandi arte, aliſque exercitiis inſtituerat, ſignificaſſet, poſtea tamen æque latam ac* γυμνασιάρχης *ſignificationem obtinuit, cum eoque promiſcue uſurpatur pro quocunque exercitiorum in Gymnaſiis Magiſtro, atque id Pollux habet,* Τὰ χωρία τῆς ἀσκήσεως ἀποδυτήριον, γυμνάσιον, παλαίστρα, κονίστρα. καὶ ὁ ἐφεστηκὼς παιδοτρίβης τε καὶ γυμναστής, *& Heſychius, & Suidas* Παιδοτρίβαι, ἀλεῖπται, γυμνασταί, *& Alexander Aphrodienſis dicit, Athletas, antequam luctatum veniant, oleo præmolliri* ὑπὸ τῶν παιδοτριβῶν· *Voces igitur* γυμνασιάρχης, γυμναστής, παιδοτρίβης *&* ἀλείπτης, *eandem habent ſignificationem, &* παιδοτρίβης *idem eſt qui* γυμνασιάρχης. *Gymnaſiarchæ autem in ſingulis Gymnaſiis multi fuere, alius enim* παίδων, *alius* ἐφήβων, *alius in palæſtra, aliique in aliis exercitiis Gymnaſiarchæ, ſeu Pædotribæ erant.*

Pri-

Primum ipſius argumentum eſt ex Antiphonte [quem & in margine notat] ut inde extundat *Gymnaſiarcham* eundem cum *Pedotriba* fuiſſe: quum quidem ibi *Pædotriba*, at minime *Gymnaſiarcha* nominetur. Cujus itaque Antiphontis verba & eo libentius huc affero, quod male admodum a Latino Interprete, Alphonſo Miniato, vertantur: ὁ μὲν γὰρ ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Παιδοτρίβου, ὃς ὑπεδέχετο τοῖς ἀκοντίζουσι τὰ ἀκόντια, ἀναιρεῖται διὰ τὴν τοῦ βάλοντος ἀκολασίαν πολεμίῳ τῷ τούτου βέλει περιπεσών. *Ille autem* [puer] *eodem momento a PÆDOTRIBA, qui pueris jaculantibus ſagittas colligebat, vocatus, ob jaculantis petulantiam interficitur, incidens in ipſius infeſtam ſagittam.* Ita enim hæc verba vertenda ſunt. Quibus hæc, ex oratione defenſoria, ſubjungenda duco: Τῆς δὲ διαδρομῆς αἰτίας ταύτης γινομένης, εἰ μὲν ὑπὸ τοῦ Παιδοτρίβου καλούμενος διέτρεχεν, ὁ Παιδοτρίβης ἂν ἀποκτείνας αὐτὸν εἴη. *Cum autem hæc diſcurſio hujus caſus cauſa ſit, ſi a Pædotriba vocatus diſcurrit, Pædotriba ipſius interfector habendus fuerit.* Quæ Antiphontis verba nos ſimul docent, hos *Pædotribas* dum pueros ſic inſtituebant, etiam ipſas ſagittas jam emiſſas recollegiſſe, puerisque rurſus tradidiſſe: quod minime de *Gymnaſiarchis* cogitandum eſt: quum quandoque & ipſi *Pedotribæ* aut jacularentur, aut luctarentur, aut alia ſubirent exercitia, quo melius pueros inſtituerent proprio ipſorum actu & exemplo; minime vero *Gymnaſiarchæ*. 2°. vero *Gymnaſtam* (æque ac Pædotribam) cum *Gymnaſiarcha* confundit; quum tamen nec *Gymnaſtes* ullo modo *Gymnaſiarcha* fuerit; ac ne quidem cum *Pædotriba* confundendus, ſed ab illo diſtinguendus ſit. Quamvis P. Faber, Agoniſtici libro 2. cap. VI aliter id docere conetur, ac *Pædotribam* eundem cum *Gymnaſta* fuiſſe contendat: quod etiam minus verum eſſe nunc a me oſtendetur.

Notatu digna ſunt hæc Galeni noſtri Pergameni verba ad Thra-

Thraſybulum: γυμναστικῆς δὲ τέχνης οὔπω μὲν ἦν τοὔνομα καθ' Ὅμηρον, οὐδὲ καλεῖταί τις ὅλως γυμναστικὸς, ὥσπερ ἰατρὸς, ὅπου γε καὶ παρὰ Πλάτωνι τὸ μὲν γυμναστικῆς ὄνομα οὐ πολλάκις εὑρεῖν ἐστιν, παιδοτρίβην μὲν τοι καλεῖν μᾶλλον ἢ γυμναστὴν τὸν τεχνίτην αὐτῆς. ἤρξατο γὰρ ὀλίγον ἔμπροσθεν τῶν Πλάτωνος χρόνων ἡ τέχνη τῶν γυμναστῶν, ὅτι περ καὶ ἀθλητῶν ἐπιτήδευμα συνέστη, &c. *Artis vero Gymnaſticæ nomen Homeri temporibus nondum erat: nec quiſquam omnino Gymnaſta, ſicut Medicus, appellabatur. Ipſe enim ejus artis Profeſſorem Pædotribam potius quam Gymnaſtam nominat. Paulo enim ante Platonis ætatem, ars Gymnaſtarum exorta eſt: quo etiam tempore inſtitutum Athletarum emerſit.*

Verum Ariſtoteles, qui τὸν γυμναστικὸν pro γυμναστῇ habet, clarius γυμναστὴν a παιδοτρίβῃ diſtinguit, dum illud Politicorum libro IV. & libro IX. oſtendit, verbis jam ſupra allatis.

Conſiderat nimirum ac præparat, ſeu aptum reddit ars illa corpus atque animum præceptis, ad exercitia Gymnaſtica ſubeunda & toleranda: hæc vero ipſas exercitationes earumque modos per praxin docet. Unde & modo nominatus Galenus lib. 2. cap. 6. τῶν ὑγιεινῶν ita loquitur: Ὁ παιδοτρίβης ἁπασῶν μὲν τῶν κατὰ παλαίστρας ἐνεργειῶν ἐπιστήμων ἐστίν· ὅ, τι δὲ ἑκάστη πέφυκε δρᾶν ἀγνοεῖ, . . . . . . . . ἀλλὰ ὁ γυμναστικὸς, ἀφ' ὧν εἶπον ὀλίγον ἔμπροσθεν, ὁρώμενος, εἰ καὶ νῦν πρώτως εἴη θεώμενος ἥντινα οὖν, ἐνέργειαν, οὐκ ἀγνοήσαι τὴν δύναμιν. *Pædotriba quoque quidquid in Palæſtra motuum geritur, pernovit: quid vero quiſque motus efficere queat. ignorat. . . . . . . . . . . . . At Gymnaſticus, ex iis quæ ante retuli, principiis, cujuſvis actionis, etiam ejus, quam nunc primum, nec ante conſpexit, vim tenebit;*

Monet idem (ad Thraſybulum) ne putemus τὸν γυμναστικὸν, ſeu γυμναστὴν, & τὸν ἐπιστάτην τοῦ παλαίσματος (i. e. παιδοτρίβην) unum eundemque ratione muneris, vel miniſterii, eſſe. Quum

*Gymnaſta* fere tantum præcepta det circa conſervandum adaugendumve corporis habitum, diætam, &c. ut ſcilicet (ſecundum Hippocratem) quatenus hæc Gymnaſtice, ad Palæſtras ſeu Gymnaſia ſpectat, parentur vires quibus adverſarii dejiciantur. Quocum Plato convenit: cui hujus Gymnaſticæ artis finis eſt bonus Athletarum habitus: ac *Pædotriba*, horum forte omnium ignarus, doceat quomodo luctandum, jaculandum, aliterve certandum, in Palæſtra ſit; atque ipſe ſuo exemplo quandoque præeat. Unde & dictus Galenus, libro 2. ὑγιεινῶν, ita loquitur: Ὅπερ οὖν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔλεγον, ὡς ὁ παιδοτρίβης ὑπηρέτης ἐστὶ τοῦ γυμναστοῦ, οἷός περ ὁ μάγειρος ἰατροῦ, τοῦτο καὶ νῦν ἀποδέδεικται, &c. *Quod igitur paulo ante diximus, Pædotribam ita eſſe Gymnaſtæ miniſtrum, ut medici coquum, id nunc quoque oſtenſum eſt.*

Et ad Thraſybulum (ſub finem:) Μαίνοιτο δ᾽ ἂν οὐδὲν ἧττον, οἶμαι, καὶ ὁ παιδοτρίβης, ἢ κοινωνεῖν γυμναστικῆς, ἢ μέρος ἔχειν αὐτῆς οἰόμενος. ὑπηρέτης γάρ ἐστι μόνον. ὥσπερ γὰρ ὁ στρατιώτης τῆς στρατηγικῆς, οὕτως καὶ ὁ παιδοτρίβης. *Nihilo Minus, ut ego quidem puto Pædotriba inſaniat, ſi aut Gymnaſticam ſe ſcire, aut ejus partem poſſidere, ſibi perſuadeat, cum miniſter tantum ſit. Ut enim miles imperatoriæ, ſic Pædotriba Gymnaſticæ miniſter eſt.*

Quibus quam clare diſtinguuntur *Gymnaſtes* & *Pædotriba*. Quod & optime eruditiſſimus ille Medicus Hier. Mercurialis ex Galeno obſervaverat. Unde & lib. 1. cap. 12. *Gymnaſtes itaque erat Præfectus exercitationum, Pædotriba vero Miniſter*, &c. Gymnaſtarum nomine etiam quibuſdam *Pædotribas* veniſſe, ipſe Galenus tamen non diſſimulat: quamvis id ſimul improbet. Sic namque ἐπιστατῶν ſive *Epiſtatarum* nomine veniunt Arriano, in Epictetum, *Gymnaſtæ*; cum alias id nomen Pædotribis competeret. Ita enim, is lib. 3. cap. XV. Δεῖ σε εὐτακτεῖν, ἀναγκοφαγεῖν, ἀπέχεσθαι πεμ-

μάτων, μὴ ψυχρὸν πίνειν, μὴ οἷον ἔτ' ἔτυχεν. ἁπλῶς γὰρ ἰατρῷ παραδεδωκέναι σεαυτὸν τῷ ἐπιστάτῃ. Qui *Epiſtates* ibi certò *Gymnaſtes*, non vero *Padotriba* eſt. Qui quod ſimul ἀλείπτης eſſet, etiam ex his Ariſtotelis verbis (lib. II. cap. 6. Ethicorum ad Nicomachum) non obſcure liquet. quod uti Doctiſſimus Faber bene obſervat; ita minus bene *Epiſtatas* fuiſſe putat *Medicos*, i. e. ut ait, *Iatraliptas*, *cujus nominis* (pergit) *& apud Celſum* lib. 1. cap. 1. *& apud utrumque Plinium crebra mentio.*

At quem *Medicum* hìc vocat Arrianus, non fuit vere Medicus, ſed quem appellabant ὑγιεινόν; qui ipſiſſimus erat Gymnaſta, (idemque & ἀλείπτης, de quo etiam ſtatim loquar.) Ita namque id oſtendit Galenus, ὑγιεινῶν libro 2. Ὑπέρ τε οὖν τούτων ἁπάντων, ἃ δὴ καὶ γυμνασίων εἴδη καλοῦμεν, ἐπίστασθαι χρὴ τὸν τὴν ὑγιεινὴν μετιόντα. καλεῖν δ' ἔξεστιν αὐτὸν, ὡς ἔμπροσθεν εἴπον, ἢ ΥΓΙΕΝΟΝ, ἢ ΓΥΜΝΑΣΤΗΝ, ἢ ΙΑΤΡΟΝ· κυριωτάτης μὲν ἐσομένης τῆς πρώτης προσηγορίας· ἐκ καταχρήσεως δὲ τῶν ἄλλων. εἴπερ γὰρ ἅπαντες οἱ τεχνῖται παρωνύμως ὀνομάζονται τῶν τεχνῶν ὧν μεταχειρίζονται, πρόδηλον ὡς ὁ τὴν ὑγιεινὴν τέχνην μετερχόμενος, ὑγιεινὸς ἂν εὐλόγως προσαγορεύοιτο. καθάπερ καὶ ὁ περὶ τὰ γυμνάσια μόνον γυμναστής· καὶ ὁ περὶ τὰς ἰάσεις ἰατρός. εἰ δέ τις ἢ γυμναστὴν ἰατρὸν ὀνομάζει τὸν ὑγιεινὸν τοῦτον, ἀπὸ μέρους τε προσαγορεύει τὸ σύμπαν, καὶ οὐ κυρίως, ἀλλ' ἐκ καταχρήσεως, ἢ ἐπιδιστάσεως, ἢ ὅπως ἄν τις ἐθέλοι καλεῖν, οὕτω ποιήσεται τὴν προσηγορίαν. *De his igitur omnibus ſcientem eſſe convenit (quæ ſcilicet exercitationum genera vocamus) eum, qui ſanitatis tuendæ officio utetur. Licet enim eum (ut ante dixi) aut* ὑγιεινὸν, *aut Gymnaſtem, aut Medicum voces: prima tamen appellatio maxime propria eſt; reliquæ per abuſum. Nam, ſi artifex quiſque ab arte, quam tractat, deflexum ſortitur nomen, patet eum, qui* ὑγείαν *i. e. Sanitatem tuendam profitetur. Merito* ὑγιεινὸν *appellandum: ita nimirum, ut qui* γυμνασίοις, *id eſt exercitationibus, tantum præeſt, Gymnaſtem: & qui morbis*

*morbis medetur, Medicum. Quod ſi quis hunc ipſum vel Gymnaſtem, vel Medicum pro* ὑγιεινῷ *appellaſſe volet, tum a parte totum; neque adeo proprie nominabit, ſed abuſive, vel ambigue, vel quomodo aliter dixiſſe velit, appellationem faciet.*

Neque aliter ad Thraſybulum: Λέγει τοίνυν Ἐρασίστρατος, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ὑγιεινῶν, . . . . . . . . εἶτ᾽ ἐφεξῆς· Αἱ μὲν γὰρ περί τι πάθος γιγνόμενον ἀπεψίαι, καὶ αἱ τούτων θεραπεῖαι, εἰς ἰατρικὴν, καὶ οὐκ εἰς ὑγιεινὴν πραγματείαν πίπτουσιν. εἶτ᾽ αὖθις ἔτι προελθών. εἰ δέ τις εἴη φαυλότης περὶ τὸ σῶμα, δι᾽ ἣν τὰ προσφερόμενα αἰεὶ διαφθαρήσεται, καὶ οὕτως εἰς τὴν αὐτὴν κακοχυμίαν τοῖς προυπάρχουσιν ἥξει, τὴν τοιαύτην διάθεσιν ἰατροῦ, καὶ οὐκ ὑγιεινοῦ, λύειν. εἶτ᾽ ἐφεξῆς· τὸ λέγειν περὶ τούτων, ἢ λύειν ταύτας, ἰατροῖς, καὶ οὐκ ὑγιεινοῖς, ἐπιβάλλει. *Itaque Eriſiſtratus, in primo ſalubrium habet hæc. . . . . . . . Tum addit: Cruditates ab aliquo affectu productæ, earumque curationes ad Medicorum, non ad* ὑγιεινὴν *tractationem pertinent. Tum progrediens ſubjungit: ſi quid autem vitium ſit in corpore, propter quod ea quæ aſſumuntur, perpetuo corrumpantur, ac perinde in malos ſuccos (ſeu Cacochymiam) ut ſunt priores, convertantur, eam affectionem Medici eſt, non vero* ὑγιεινοῦ *(ſeu ſalubrium profeſſoris, circa Athletas) diſſolvere. Jam vero paulo poſt ſcribit hoc modo: De his diſſerere, aut hujuſmodi malas affectiones diſſolvere ad Medicos, non ad* ὑγιεινοὺς *ſpectat.*

Ut autem unus idemque erat *Gymnaſta* cum ὑγιεινῷ, adeoque ſimul *Sanitatis* aut *Valetudinis* (quatenus illa ad Gymnaſia ſpectaret) *Epheborum*, atque aliorum *Athletarum curator*: ita reperimus, unum eundemque cum illis fuiſſe ἀλείπτην; non vero ἀλείπτην fuiſſe *Pædotribam*; quamvis aliàs hic *Gymnaſtæ* miniſter eſſet. Ac quidem *Gymnaſtas* hos atque ἀλείπτας eoſdem fuiſſe, oſtendit ſat clare Ariſtoteles libro II. cap. V. Ethicorum ad Nicomachum, his verbis:

Τὸ δὲ πρὸς ἡμᾶς, οὐχ' οὕτω ληπτέον· οὐ γὰρ εἴ τῳ δέκα μνᾶς φαγεῖν, πολὺ, δύο δὲ ὀλίγον, ὁ ἀλείπτης ἓξ μνᾶς προστάξειεν· ἔστι γὰρ ἴσως καὶ τοῦτο πολὺ τῷ ληψομένῳ, ἢ ὀλίγον. Μίλωνι μὲν γὰρ ὀλίγον, τῷ ἀρχομένῳ τῶν γυμνασίων, πολύ· ὁμοίως ἐπὶ δρόμου καὶ πάλης. *At quod nobis medium eſt, non ita ſumendum eſt. Non enim ſi decem libras comeſſe nimium ſit, duas parum, ſex libras Alipta præſcribet. Eſt enim hoc quoque fortaſſe multum, vel parum ei, qui ſit cibum capturus. Miloni enim parum: ei qui nunc primum incipit exerceri, multum. Similiterque de curſu & lucta ſentiendum.*

Neque minus illud Ciceronis hæc verba ad Lentulum, (lib. I. Epiſt. penul.) indicare videntur: *Qui me homines quod ſalvum eſſe voluerunt, eſt mihi gratiſſimum. Sed vellem non ſolum ſalutis meæ, quemadmodum Medici; ſed etiam ut ALIPTÆ, virium & coloris rationem habere voluiſſent.*

Nec denique aliter Plutarchus, in libro cui titulus, *Quomodo quis amicum ab adulatore diſtinguere poſſit*, loquitur; dum ait: Γονέων δὲ ὀλιγωρία, καὶ παίδων ἀμέλεια, καὶ ἀτιμία γαμετῆς, καὶ πρὸς τοὺς οἰκείους ὑπεροψία, καὶ χρημάτων ὄλεθρος, οὐδέν ἐστι πρὸς αὐτόν, ἀλλ' ἄφωνος ἐν τούτοις καὶ ἄτολμος, ὥσπερ ἀθλητὴν ἀλείπτης ἐῶν μεθύειν καὶ ἀκολασταίνειν. εἶτα περὶ ληκύθου χαλεπὸς ὢν καὶ στλεγγίδος. *Cæterum Parentum contemptus, liberorum neglectus, uxoris contumelia, faſtus in familiares, pecuniarum perditio, nihil hunc movent; in his elinguis eſt, in his timidus; perinde quaſi Aliptes Athletam inebriari ſcortarique ſinens, circa lecythum & ſtrigilem moroſus ſit.*

Nec ſolummodo hi *Gymnaſtæ*, viva voce præcepta ſua in Gymnaſiis, quo *ungendi, fricandi, luctaturi, diſcum jacturi, aut tale quippiam facturi* (ut Galenus loquitur) *confluebant*, tradebant; verum & libros quandoque conſcribebant: ut de Theone *Gymnaſta* (cujus libros de Gymnaſticis quoque allegat) tum & de aliis, Galenus teſtatur. Unctiones illos vero non tam per ſemet ipſos, quam

quam per alios peregiſſe conſtat; in ἀλειπτηρίῳ nempe, loco in Gymnaſiis ad id præparato ac deſtinato; cui ἀποδυτήριον, ſeu γυμναστήριον, aderat. An autem ii qui iſtud faciebant, fuerint illi ἐξαλεῖπται, quos ex Hippocrate, in lexico ſuo Hippocratico, κονιάτας ac χρίστας nominat, videant Eruditi. Certe per alios *Gymnaſtas* illos unxiſſe, liquere ſatis videtur ex ſequentibus Galeni verbis, quæ in fine ipſius libri ad Thraſybulum, ita habent (de αὐτοδιδάκτῳ quodam *Gymnaſta*) paulo altius tamen repetenda: τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ γράφειν ἐπιχειροῦσιν, ἢ περὶ τρίψεως, ἢ εὐεξίας, ἢ ὑγείας, ἢ γυμνασίων. εἶτα προπετέστατα τολμῶσι καὶ ἀντιλέγειν, οἷς οὐδ' ὅλως ἔμαθον, οἷος ὁ πρώην μὲν Ἱπποκράτει ἐγκαλῶν, ὡς οὐκ ὀρθῶς ἀποφηνομένῳ περὶ τρίψεως. ἐπεὶ δ' ἡμᾶς ἀφικομένους ἠξίωσάν τινες τῶν παρόντων ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων, ἅπαντα διελθεῖν αὐτοῖς τὸν λόγον, εἶτα ἐφαίνετο ἁπάντων πρῶτος ὑπὲρ αὐτῆς Ἱπποκράτης ἀποφηνάμενος ἄριστα, παρελθὼν εἰς τὸ μέσον ἐξαίφνης ὁ αὐτοδίδακτος ἐκεῖνος γυμναστὴς, ἐκδύσας παιδάριον, ἐκέλευσεν ἡμᾶς τρίβειν τι τοῦτο καὶ γυμνάζειν, ἢ σιωπᾶν περὶ τρίψεως, καὶ γυμνασίων. εἶτ' ἐφεξῆς ἐβόα, ποῦ γὰρ Ἱπποκράτης εἰσῆλθεν εἰς σκάμμα; ποῦ δ' εἰς παλαίστραν; ἴσως οὐδ' ἀναχέεσθαι καλῶς ἠπίστατο. εἶτα μὲν οὖν ἐκεκράγει τι καὶ ἄλλως οὐδὲ σιωπῶν ἀκούειν ἐδύνατο, καὶ μανθάνειν τὰ λεγόμενα. ἡμεῖς δὲ κατὰ σχολὴν τοῖς παροῦσιν διελέχθημεν, ὡς ὅμοιον ὁ κακοδαίμων ἐκεῖνος ἐργάζοιτο μαγείρῳ τινὶ καὶ σιτοποιῷ περὶ πλισμονῆς, ἢ ἄρτου διαλέγεσθαι τολμῶντι, κἄπειτα φάσκοντι ποῦ γὰρ Ἱπποκράτης ἐν μαγείρῳ [legendum μαγειρείῳ] διέτριψεν, ἢ ἐν μύλωνι σκευασάτω μοι οὖν πλακοῦντα, καὶ ἄρτον, καὶ ζωμὸν, καὶ λοπάδα, ἔπειθ' οὕτως ὑπὲρ αὐτῶν διαλεγέσθω. *Sunt enim eorum nonnulli, qui vel de frictione, vel de bono habitu, vel de ſanitate, vel de exercitationibus volumina conſcribere aggrediantur: tum illis conſentire, aut repugnare audent, quæ nunquam didicerunt. Cujuſmodi fuit ille, qui jam paucis ante diebus Hippocratem coarguebat, quod male de frictione ſenſiſſet. Cumque Medici ac Philoſophi, qui tum aderant, ad me ve-*

*niſſent, atque ut totam eis rationem exponerem, a me vehementer petiiſſent: intellexerunt Hippocratem primum omnium optime de frictione diſſeruiſſe. Tum Gymnaſta ille Autodidactus, (ſeu qui a nullo doctore, ſed ſuo Marte didicerat) repente in medium ſe proripuit, puerum quendam exuit, nobiſque juſſit, illum ut fricaremus, atque exerceremus: aut de frictionibus, exercitationibuſque ne loqueremur. Tum vociferans, quando, inquit, Hippocrates unquam in ſcamma, aut quando in Palæſtram, ingreſſus eſt?* [quæ certe non male redduntur ab Interprete J. Baptiſta Raſario, *in caveam ludorum eſt ingreſſus? quando in Palæſtram deſcendit?*] *ac ne oleum quidem recte fundere ſcivit. Ad hunc ille modum vociferabatur, nec alioqui tacens audire, nec quæ dicebantur, intelligere poterat. Nos verò per otium illis præſentibus diſſerebamus, infelicem iſtum (ac mali genii) hominem non ſecus feciſſe, quam coquus ac piſtor conſueverint, qui de ptiſſana paneque diſputare audent, tumque ajunt, quando Hippocrates in culina unquam, aut piſtrino verſatus eſt? nobis igitur, inquiunt, placentam aut panem, aut juſculum in olla condiat: deinde de iis diſſerat.*

Inducit hîc Galenus *Gymnaſten*, qui ratione artis Gymnaſticæ erat αὐτοδίδακτος: quum Medici, ut Medici, cum de Gymnaſtica ſanitatem reſtituente, aut conſervante, tum & de illa quæ Palæſtris, ſeu Gymnaſiis, propria erat, loquerentur, eamque æque (quamvis illam, ut ex verbis, quæ modo allatis præfationis loco ſerviunt, ac proxime præcedunt liquet, improbarent; quod ea homines ad alia exercitia non robuſtos, ſed debiles atque ineptos redderet) tractarent, ac docerent; etiamſi non in Palæſtris, ſive ut ipſarum *Gymnaſtæ*.

Contra vero multi, qui quamvis inter Athletas nomen dederant, & tamen *nulla* (ut Galenus loquitur) *coronâ potiti eſſent*, ac nihilominus *repente ſe Gymnaſtas nominarent*; etiam *libros de Gymnaſtica ſcribere audebant*. Tales autem ho-

homines ſe ipſos & unctores & frictores, quin & Pædotribas, ſub Gymnaſtæ nomine, ipſo actu præbuiſſe; non uſque adeo mirum videri debet: quod id & hodierno tempore, ratione Medicinæ ac Chirurgiæ (ut iſto exemplo utar) ſæpe Circulatores, aliique empirici, vel a ſolis quandoque mulierculis docti, ſe pro Medicis Chirurgis haberi velint, rationeque & experientia exercitis ſæpe impudenter obloquantur; quin & ipſos docere conentur: multique qui nulla honeſta diſciplina imbuti, vix recte legere ac ſcribere valent, ſeſe in Hiſtoricorum, Poëtarum, quin & Philoſophorum (ut Theologos taceam) numerum intrudant. Et forſan hujuſmodi Gymnaſtæ αὐτοδίδακτοι ex illorum numero erant, qui ſe mutuo in Gymnaſiis & ungere & fricare conſueverant, indeque ac per ſimilia tum & ipſam luctandi praxin, ſe artem Gymnaſticam adeptos credebant. Athletas namque ſæpe ſe mutuo ante certamen unxiſſe, &c. nos per hæc verba Lucianus (initio Dialogi de Gymnaſiis) ſat clare docere videtur: Καὶ κατ᾽ ἀρχὰς αὐτοὺς ἀποδυσάμενοι, ἑώρων γὰρ, λίπα τε ἠλείψαντο, καὶ κατέψησε μάλα εἰρηνικῶς ἅτερος τὸν ἕτερον ἐν τῷ μέρει· μετὰ δὲ οὐκ οἶδα ὅτι, πεσόντες, ὠθοῦσί τε ἀλλήλους, συννενευκότες, καὶ τὰ μέτωπα συναράττουσι, ὥσπερ οἱ κριοί, &c. *Nam initio ſtatim depoſitis veſtibus (quod videbam) oleo ſe unxerunt, & placide alter alterum raſit (ſeu fricavit) viciſſim. Deinde neſcio quâ de cauſa, depreſſo vultu unus alterum trudunt ac pulſant, ac frontes inſtar arietum collidunt*, &c.

---

## CAPUT VIII.

Gymnaſtas *a veteribus cum* Pædotribis *ſæpe confundi. unde id acciderit, atque, ita error exortus fuerit*. Epiſtates, *quinam*. Medicum *aliquando cum* ὑγιεινῷ *confundi*; *quæ-*

*quænamque inter illos differentia fuerit.* Gymnaſtarum *monita. Gymnaſten cum ἰατρῷ eundem fuiſſe.* Aliptas *Balneorum longe alios fuiſſe ab illis, qui* Gymnaſtæ *erant.* Alipta *Laconici. qualia fuerint Laconica; ipſorumque a Lacedæmoniis origo.* Gymnaſiorum aliptas *non ipſos unxiſſe, ſed per alios: aliter factum in Balneis. Inſcriptio Lampſazenorum ad quoſnam* Aliptas *ſpectet, &c. Oleum præbitum ad Balnea. De* Jatraliptis, *ac differentia ipſorum a* Medicis. *Tertulliani locus de Proculo Torpacione perpenſus. Diverſi generis* Medicos *inter Veteres obtinuiſſe: ipſoſque* Jatraliptas *ſuos* reunctores *&* Mediaſtinos *habuiſſe; qualeſque illi fuerint. Obiter de* Clinicis, Chirurgis *atque* Oculariis *Medicis. De* Medicis Statuarum, oculorumve *illarum* repoſitoribus. De Proculo martyre Bononienſi. *A Mercuriale ἄλειπτον male* Aliptam *verti; quinamque ἄλειπτοι fuerint.* Παλαιστὰς *non eſſe confundendos cum* Palæſtritis; *qualesque illi fuerint. Rurſus de differentia inter ἀλείπτας & ἀλείπτους.* Ἀπεξέωσαι *quinam; atque illorum notabile exemplum ex Dione Chryſoſtomo,* &c.

HOc interim obſervandum quoque eſt, confundi etiam quandoque ab ipſis veteribus *Gymnaſtas* cum *Pædotribis*; quaſi utrumque nomen utrique commune eſſet; aut eadem plane fuiſſent iſta munera, adeoque idem *Pædotriba* cum *Gymnaſta*, ac vice verſa, idem *Gymnaſta* qui *Pædotriba.* Verum id accidit, ut credo, quod in minoribus civitatibus, minuſque frequentatis inde Gymnaſiis, idem ille qui *Gymnaſta* erat etiam *Pædotribæ* officium obiret: ſicut illud & in aliis muneribus miniſteriiſque locum ſæpius habuiſſe videmus: quin & de Eccleſiis Chriſtianorum veterum, muneribuſque ac miniſteriis in illis antiquitus adminiſtratis, id clare oſtendi poſſet: quod tamen alia occaſione commodius fiet.

Quum

Quum itaque talis munerum commixtio, (ut ſic dicam) quandoque fieret, non mirum a Scriptoribus antiquis hæc nomina etiam aliquando confuſa inter ſe fuiſſe: præcipue quando aliis magis intenti hæc munera tantum perfunctorie conſiderarent; neque præterea, id in hoc illove caſu, uſque adeo referret, quo nomine is qui in exemplum allegabatur, veniret. Hinc & confuſio illa horum nominum apud Lexicographos: quando & Pollux non ſemper in eo ſit, ut accurate res, *Munera*, aut perſonas accurate diſtinguat; ſed plura quæ fere ſimilia, aut ſibi connexa ſunt, aut ad ſe invicem aliquo modo pertinent, ſimul, ac ſi gemina, vel plane eadem eſſent, conjungat.

Hinc igitur videmus ἐπιςάτην nunc pro γυμναςῇ, nunc pro παιδοτρίβῃ uſurpatum: unde & Euſtathius ad Homerum, inter alia, de hoc vocabulo ἐπιςάτης, ait: παρὰ δὲ τοῖς ὕστερον ὁ παιδαγωγὸς, καὶ παιδοτρίβης· καὶ γυμνασίου ἐπιςάτης ὁ ἐπιμελητής; ſive is, apud hunc Euſtathium, pro *Gymnaſta*, ſive pro *Gymnaſiarcha*, (quod minus puto) ſumendus ſit. Sic & Arrianus ad Epictetum (cujus verba quoque jam ſupra plenius attuli) ἁπλῶς ἰατρῷ γὰρ παραδεδωκέναι σεαυτὸν τῷ ἐπιςάτῃ, ſeu Gymnaſtæ. Sic denique videmus a Baſilio *Gymnaſtarum exhortationes & admonitiones tam PÆDOTRIBIS quam Gymnaſtis* attribui quando ait, . . . . . . . . . Γυμνασταὶ δὲ καὶ Παιδοτρίβαι πρὸς τοὺς ἐν τοῖς σταδίοις ἀγῶνας τοὺς ἀθλοῦντας προάγοντες, πολλὰ περὶ τοῦ λεξῆναι πονεῖν ὑπὲρ τῶν στεφάνων παρακελεύονται, ὥστε καὶ συνεπείσθησαν πολλοὶ τῇ περὶ τὴν νίκην φιλοτιμίᾳ τῶν σωμάτων ὑπεριδεῖν. *Gymnaſtæ ac Pædotribæ, Athletas ad certamina in ſtadiis decertanda producentes, ſic multa de labore ob coronas adipiſcendas perpetiendo admonent: ut multi inde perſuaſi fuerint ex vincendi ambitu ſua corpora plane neglectui habere:* niſi hæc ſpectant ad iſtas admonitiones, quas Athletis jam in certamen deſcendentibus, cum Gymnaſtæ, tum & *Pædotribæ*, faciebant; ut per eas

ipſos ita animarent atque incitarent: non vero ad inſtitutiones Gymnaſticas aut Pædotribicas.

Notandum quoque, in Arriani verbis *Medicum* pro ὑγιεινῷ, atque adeo pro *Gymnaſta* eſſe ſumendum: quod, ſicut *Gymnaſta* atque ὑγιεινὸς unus idemque perſonâ ac munere erat; *Medicus*, quatenus *Medicus* ad ſolos fere ægrotos pertineret, ipſorumque vitæ conſervationem, ſanitatiſve reſtitutionem curaret; ὑγιεινὸς vero ad *Athletas*, ut ipſorum bono colori, habitui, ac robori angendo aut conſervandis provideret (hincque illorum diætæ &c. moderaretur) ſpectaret.

Neque huc crediderim pertinuiſſe Balneorum iſtos ἀλείπτας, quorum meminit Juvenalis, in Satyra ſua ſexta, dum ait:

> . . . . . . *Magno gaudet ſudare tumultu.*
> *Cum laſſata gravi ceciderunt brachia maſſa,*
> *Callidus & criſtæ digitos impreſſit Aliptes, &c.*

Sed quod ad *Mediaſtinos* potius relegandi ſint. quamvis aliàs ex ſequenti inſcriptione, Lacedæmone reperta, quamque pag. 1090. nº. 9 Gruterus exhibet liqueat (apud Lacedæmonios ſaltem) *Aliptas* quandoque & Balneis & Gymnaſiis ſimul inſerviiſſe:

Η ΠΟΛΙΣ
Γ. ΡΟΥΒΡΙΟΝ ΒΙΑΝΟΡΑ.
ΣΕΡΑ. ΑΛΕΙΠΤΗΝ ΤΗΣ ΤΕ
ΠΕΡΙ ΤΟ ΛΑΚΟΝΙΚΟΝ ΗΘΟΥΣ
ΣΕΜΝΟΤΗΤΟΣ ΚΑΙ ΤΗΣ ΕΝ ΤΟΙΣ
ΓΥΜΝΑΣΙΟΙΣ ΑΡΕΤΗΣ ΧΑΡΙΝ

Ex qua inſcriptione etiam patere videtur, in Balneis ſudatoriis, quæ aliàs *Laconica*, ſeu πυριατήρια vocabantur, *Aliptas* locum habuiſſe. Quod & a Dione lib. 53, ubi de Agrippa ac bal-

Balneo ipſius loquitur, firmatur: τοῦτο μὲν γὰρ τὴν στοὰν τοῦ Ποσειδῶνος ὀνομασμένην, καὶ ἐξῳκοδόμησεν ἐπὶ ταῖς ναυκρατίαις, καὶ τῇ Ἀργοναυτῶν γραφῇ ἐπελάμπρυνε· τοῦτο δὲ, τὸ πυριατήριον τὸ Λακωνικὸν κατεσκεύασε. Λακωνικὸν γὰρ τὸ γυμνάσιον, ἐπειδήπερ οἱ Λακεδαιμόνιοι γυμνοῦσθαί τε ἐν τῷ τότε χρόνῳ καὶ λίπα ἀσκεῖν μάλλον ἐδόκουν ἐπεκάλεσε. *Nam & porticum Neptuni, propter victorias navales exſtruxit, & Argonautarum pictura decoravit: tum & Sudatorium Laconicum (ſeu Vaporarium Laconicum) condidit. Hoc enim Gymnaſium* [ſive Palæſtram] *Laconicum nominavit; quoniam id temporis Lacedæmonii magis, quam alii, tum nudari, tum oleo peruncti ſeſe exercere videbantur.*

Ex quibus verbis ut quis non male conjiciat, *Balnea* hæc Romanorum, quibus *Xyſti* conjuncti eſſent, ad ipſos a Lacedæmoniis fluxiſſe; quamvis modum ſibi circa illa vix ponerent hîc Romani: ſic & ex inſcriptione modo allata etiam diſcere videmur, *Gymnaſtas*, in illis *Balneis*, ac *Xyſtis*, ſeu *Gymnaſiis*, intra balnea comprehenſis, Aliptas extitiſſe: licet ſuos interim ſibi miniſtros unctores haberent. Tales namque *Aliptas* (qualem modo ſupra ex Martiale attuli) aut Miniſtros, ſervoſque *Gymnaſtarum* (quatenus ii & *Aliptæ* erant) fuiſſe, nullus dubito: quod fœminis in balneo ungendis, alii, procul omni dubio, ad id deſtinati fuerint: quamvis iidem & viri lavantibus quoque præſto fuerint; aliaque *Gymnaſtæ*, qui Athletis moderaretur dignitas fuiſſe videatur.

An autem ad hos *Gymnaſiorum Aliptas*, ſeu *Gymnaſtas* (ſimulque ὑγιεινὸς) ſpectet hæc ſequens inſcriptio, apud Lampſacenos reperta, & a Sponio ac Whelero, exhibita, judicet ipſe lector:

Η ΓΕΡΟΥΣΙΑ

ΚΥΡΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΑΡΧΙΑ

ΤΡΟΝ ΑΡΙΣΤΟΝ ΠΟΛΕΙΤΗΝ ΕΠΙ

ΣΗΜΟΝ ΠΡΟΣ ΠΟΛΛΟΙΣ ΕΥΕΡΓΕ

ΤΗΜΑΣΙΝ ΕΙΣ ΑΥΤΗΝ ΑΛΕΙΨΑΝΤΑ

ΛΑΜΠΡΩΣ ΚΑΙ ΠΟΛΥΔΑΠΑΝΩΣ ΚΑΙ

ΑΣΥΓΚΡΙΤΩΣ ΚΑΙ ΑΠΟΧΑΡΙΣΑΜΕ

ΝΟΝ ΧΕΙΛΙΑΣ ΑΤΤΙΚΑΣ ΤΗ ΓΕΡΟΥΣΙΑ

Hanc autem ita vertit Sponius, in Itinerario, *Le ſenat a honoré Cyrus fils d'Apollonius Medicin treſhabile, & bourgeois treſilluſtre, a cauſe de pluſieurs bienfaits, qu'il eu a receus; s'en étant acquité avec éclat & beaucoup de depenſes, & ſans aucun reproche, &c.*

Atqui nihil hîc apparet, quod ad illa, ἀλείψαντα λαμπρῶς, &c. faciat, aut ad *Aliptam*.

Quæ vero Sponius non attigit, ita, perverſe ſane, vertuntur a G. Whelero: *A cauſe de pluſieurs bienfactes, qu' elle en avoit receus, aïant* [NB] *elevée avec éclat, & avec beaucoup de ſomptuoſité & y aïant dépenſé plus de mille Talens.*

Quis autem ipſi hîc *Talenta*, ac quidem mille, pro mille Drachmis, ſeu potius *Minis*, ſuggeſſerit neſcio: neque magis, quis illa, *L'aïant elevée avec ſomptuoſité* pro iſtis ἀλείψαντα, &c.

Ego ſane, hanc inſcriptionem ita verterem: *Senatus* (ſtatuâ honoravit) *Cyrum Apollonii filium, Archiatrum optimum, civem illuſtrem, qui præter multa alia beneficia ipſi* (ſenatui) *facta, ſplendide ac ſumptuoſe, & incompara-*

*ra-*

*rabili modo, unctorem (ſive Aliptam) egit; ac Senatui dono dedit millenas (ſive Drachmas*, ſive potius *Minas) Atticas.* Quæ poſterior ſumma, per *Minas* deducta, uſque ad triginta Florenorum millia excurrit.

Hunc vero Cyrum Apollonii F. *Aliptam* fuiſſe indicare videtur illud ἀλείψαντα. 2°. iſtud ἀρχίατρον. Unde porrò concludendum videtur, ipſum fuiſſe, ἀλείπτην; qui dives (ſicut & ex donario liquet) ſuo ſumptu oleum &c. Gymnaſii membris &c. ſuppeditarit) tum gratis, tum & minime avare aut ſordide; ſed ſplendide ac ſumptuoſe, atque incomparabili modo Unctionem curans: ſive illud ἀσυγκρίτως ad magnificentiam, ſive ad artem, quam unà (ut *Alipta*, ſeu *Gymnaſta*) docuerit, ſpectet.

An autem talis fuerit iſte L. Cæcilius, de quo Oleum præbente, &c. inſcriptio illa, quæ hic ſequitur, & apud Gruterum pag. 376 n°. 5. exhibetur, incertum quidem, at mihi non extra veriſimilitudinem, eſt.

L CAECILIVS. L. F. CILO

IIII. VIR. A. P

QVI. TESTAMENTO. SVO. HS. N. XXX MVNICIPIBVS COMENSIBVS

LEGAVIT. QVARVM. REDITV. QOTANNIS. PER NEPTVNALIA OLEVM

IN CAMPO ET IN THERMIS ET BALINEIS OMNIBVS QVAE SVNT

COMI POPVLO PRAEBERETVR, &c.

Videmus interim id, quod ille Cyrus Apollonius vivus

 præ

præſtiterat; apud Latinos alios per Teſtamenta ſua id præſtitiſſe. Verum pluribus exemplis hîc minus indigemus. Namque fuerit ille forſan, ut *Medicus*, ita & ſimul *Iatralipta*; iſtudque *Iatraliptæ* munus ungendo, fricando &c. tali modo, uti deſcribitur, ſplendide &c. impleverit: quin & gratis, prout iſtud πολυδαπάνως nobis quoque clare ſatis indicare videtur.

Etenim quum *Medici* interna cura potius uterentur, *Jatraliptæ* vero ungendo & fricando ægrotos curarent: non impedit id, quominus unus idemque homo & Medicus, & ſimul *Jatralipta* fuerit.

Interim *Gymnaſtæ*, ſeu Gymnaſiorum ὑγιεινοὶ, & *Aliptæ*, ſicut non cum *Medicis*, ita nec cum ἰατραλείπταις confundendi ſunt: quum *Aliptæ Gymnaſiorum* ſolummodo bene ſanos homines ungerent, ungive curarent; *Jatraliptæ* contrà homines ægrotos, ſeu male ratione ſanitatis, effectos; atque hinc Celſus lib. 1. cap. 1. ita loquatur: *Sanus homo, qui & bene valet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet; ac neque Medico, neque Jatralipa egere.* Quod *ſuæ ſpontis* & ad Athletas, qui jam nomen ſuum *Gymnaſiarchæ* dederant, fateor, etiam retrahi poſſet. Attamen hîc tantum pro homine ſimpliciter libero ſumendum eſſe crediderim; quod ille noſter Celſus tantummodò de Medicina ac morbis, quæque ad ipſorum curam pertinent, tractare inſtituerit; atque adeo non de ſanis hominibus, ſed ægrotis: hincque licet de Diæta ſanorum initium capiat, de tali diæta loquatur, quæ Diætam Athleticam certiſque legibus adſtrictam excludit.

Neque ſolus Celſus *Jatraliptas* tales a Medicis diſcriminat, verum & Plinius Junior; qui poſteaquam libro X epiſt. 4. dixerat: *Proximo anno, domine, graviſſima valetudine uſque ad periculum vitæ vexatus, JATRALIPTAM aſſumpſi: cujus ſolicitudini & ſtudio, tantum indulgentiæ be-*

*beneficio referre gratiam poſſum.* de quo eodem loquitur & Epiſt. XXII: ac de *Medico* Poſthumio Marino, ejuſdem libri Epiſt. VI. ita loquitur: *Proxima infirmitas mea, domine, obligavit me Poſthumio Marino MEDICO*, &c.

Dum de his *Aliptis* loquor, non poſſum non aliquid, ὡς ἐν παρενθέσει, dicere, de Tertulliani, ad Scapulam, (cap. IV.) verbis; quæ hoc modo habent: *Ipſe etiam Severus Pater Antonini Chriſtianorum memor fuit. Nam & Proculum Chriſtianum, qui Torpacion cognominabatur, Euhodiæ Procuratorem, qui per oleum aliquando curaverat, requiſivit, & in palatio ſuo habuit, uſque ad mortem ejus: quem & Antoninus optime noverat; lacte Chriſtiano educatus.*

Hunc nempe locum, cum Pamelius, tum & alii ita interpretantur, quaſi iſte *Proculus*, miraculoſe ægrotos; ac quidem ipſum *Severum*, per talem olei unctionem, qualem in Epiſtola ſua memorat S. Apoſtolus Jacobus, curaſſet: ac propterea, quod is *Severus* meminiſſet iſtius rei, aliquando, ſive olim, ſibi factæ, adeoque & ipſius Proculi, illum requiſiviſſet, eundemque inde uſque ad mortem (ſive ipſius *Proculi*, ſive *Severi*) eum ſecum in Palatio victitantem habuerit.

De *Euodia*, pro qua Pamelius Ὀδύνας legi mavult, vocabulumque iſtud ad valetudinem refert, hîc nullam movere velim quæſtionem; quod id ad rem hîc minus faciat.

Porro omne quod ex hiſce verbis elici queat, eſt, *Proculum* hunc, qui jam Chriſtianus erat, olim Ἰατραλείπτην fuiſſe, adeoque & morbos *per oleum* curaſſe; atque inter alios forſan ipſum *Severum*: unde & ab eo poſtmodum, quantumvis jam Chriſtianus eſſet, acceſitus fuerit, atque inde in Palatio habitus uſque ad mortem: ſive gratitudinis ergo, ſive ob artem; quin & ſub ipſo Antonino, fera iſta beſtia: ſeu quod id etiam ob artem ejus fieret; ſeu quod inge-

genio ejus, conſuetudine, ac probitate & pietate (alias ipſe minime probus aut pius) delectaretur.

Fateor equidem Beati Rhenani editionem (quæ prima eſt) habere, *eum curaverat*; at non Pamelii: quamvis ille, ſicut & alii id de *Severo*, intelligant.

Interim videmus diverſi generis *Medicos* apud Græcos ac Romanos fuiſſe; quod & præter Scriptores veteres, antiquæ oſtendunt Inſcriptiones: ut in quibus tum alios tum & *Clinicos* reperimus; qui ægros in lecto decumbentes curabant. Hinc enim lib. 29. cap. 1. ita de Hippocrate Plinius: *Is cum fuiſſet mos, liberatos morbis, ſcribere in templo ejus Dei quid auxiliatum eſſet, ut poſtmodum ſimilitudo proficeret, exſcripſiſſe ea traditur, atque (ut Varro apud nos credit) jam templo cremato, inſtituiſſe Medicinam hanc, quæ CLINICE vocatur. Nec fuit poſtea quæſtus modus, quoniam Prodicus Selymbriæ natus, inſtituens quam vocant IATRALIPTICEN, reunctoribus quoque Medicorum ac Mediaſtinis vectigal invenit.* Hunc Prodicum tamen, ex Platone Plutarchus appellat *Herodicum*; eumque primum hominum *Medicinam Gymnaſticæ* miſcuiſſe tradit. Illos vero *Iatraliptas* ſuos *reunctores* ac *Mediaſtinos* habuiſſe (qui ſi non plane iidem, fere ejuſdem ſaltem miniſterii fuiſſe videntur) nos docet, ut videmus, Plinius: Hoſque *Mediaſtinos*, Porphyrione & Acrone, Horatii ſcholiaſtis, diſcimus fuiſſe *Viliſſimos balneatorum atque ædium miniſtros, qui in mediis ædibus ad omnia obſequia præſto erant, nulloque ordinario miniſterio fungentes.* Unde & Priſcianus *Mediaſtinus quoque, ait, inde videtur componi, qui medias partes balnei tenet, hoc eſt in medio lavantium ſtat.* Unde & non male, meo judicio, conjicitur, illos & *Iatraliptarum*, unctores, aut ſi mavis *reunctores* fuiſſe, & ad cætera peragenda ipſis inſerviiſſe.

Erant igitur; præter *Chirurgos*, *Ocularios* & *Clinicos* & alios

alios, etiam *Iatraliptæ* non ſanis corporibus, ſed ægrotis, aliterve male affectis dicati: quamvis non ſemper ſolam unicam, ex hiſce, ſed vero aliquando plures ſimul exercerent; uti videmus ex ſequenti Inſcriptione apud Gruterum pag. 400 reperiunda:

P. DECIMVS. P. F. EROS
MERVLA. MEDICVS
CLINICVS. CHIRURGVS
OCVLARIVS. VI. VIR, &c.

Quid quod & ſtatuarum Medici fuerint; qui, licet his ſtatuis oculi nunquam dolerent, tamen oculorum curam in ipſis gerebant: erantque hi *Oculorum* in ſtatuis *repoſitores*, adeoque & illarum *Medici ocularii*: ut quos cum excidiſſent, illi denuo reponebant in loca ſua. Apud Plutarchum (libro de Pythiæ Oraculis) legimus hæc ſequentia: Κἀγὼ τῶν ὁμοίων, ἅμα συναναμίμνησκον, οἷον δὴ τοῦ Ἱέρωνος μὲν τοῦ Σπαρτιάτου, ὅτι, πρὸ τῆς ἐν Δεύκτροις αὐτοῦ γενομένης τελευτῆς, ἐξέπεσον οἱ ὀφθαλμοὶ τοῦ ἀνδριάντος. *Ego ſimilium memoriam caſuum renovavi, qualis eſt, quod oculi e ſtatua Hieronis Spartiatæ exciderunt, antequam ille ad Leuctra occubuit.*

Hæc autem Plutarchi verba illuſtrantur inſcriptione nunc ſequenti, & a Sponio pag. 232. Miſcell. Eruditæ Antiquitatis, adducta hoc modo:

M. RVPILIVS SERAPIO HIC
AB ARA MARMOREA
OCVLOS REPOSVIT STATVIS
QVO AD VIXIT BENE

Tali certe Medico magis indiguiſſent *Phorcides* illæ ſorores; quibus, ſicut monodontes ita erant ac monoculæ, ut tribus ipſius ſimul unicus tantum dens, unicuſque oculus ſuppeteret (ut Æſchylus in Prometheo teſtatur) ſcceleſtus ille Perſeus, jam interfecturus quoque Meduſam, oculum iſtum, dum una illam alteri e ſororibus manu traderet, ſubripuit. Ipſius Æſchyli verſus, in quibus id habemus, ſunt, in Prometheo.

. . . . . . . . ἕως ἂν ἐξίκῃ
Πρὸς Γοργόνεια πεδία Κισθήνης, ἵνα
Αἱ Φορκίδες ναίουσι δηναιαὶ κόραι
Τρεῖς κυκνόμορφοι, κοινὸν ὄμμα κεκτημέναι,
Μονόδοντες, ἃς οὔτε ἥλιος προσδέρκεται
Ἀκτῖσιν, οὔθ᾽ ἡ νύκτερος μήνη ποτέ

Bene autem, quod, teſte Apollodoro (lib. 2. Bibliothecæ) illis dentem atque oculum, idem Perſeus tandem reſtituerit. At minus tali Medico indiguit ille S. Proculus; qui, velut alter S. Dionyſius, jam truncatus capite tamen oculis ſuis uti poterat. Teſtis eſt inſcriptio, quæ pag. 224 & 225. inter marmora Felſinea comparet; atque ibi reperta fuit, vel ſaltem nunc extat extra portam *Divi Mammæ*, parum ab urbe [Bononiæ] diſtantem. Quam epigraphen (ut verbis doctiſſimi collectoris loquar) temporis diuturnitate abſumptam, hodie ſic marmoreo lapide renovatam legimus:

HIC

HIC S. PROCVLVS
MILES BONON̄. SACRO MARTYRIO
CORONATVS EXTITIT ABSCISSO
CAPITE QVOD ILLIC UBI NUNC
ILLIVS TEMPLVM CONSPICITVR
MANIBVS PROPRIIS DETVLIT
ANNO D̄N̄Ī CCCIII.

At in tranſitu notanda eſt verſio iſtius inſcriptionis, quæ ſupra. pag. 643. Græcè allata eſt, & ab Eruditiſſimo Mercuriali, Artis Gymnaſticæ libro I. cap. XII. ita exhibita fuerat:

DEMETRIVM. HERMOPOLITAM. ALE
XANDRINVM. PANCRATIASTEM. PE
RIODI. VICTOREM. PALAESTRITAM
ADMIRABILEM. ALIPTAM. PONTIFI
CEM. TOTIUS. XYSTI. PERPETVVM
XYSTARXAM. BALNEIS AVGVSTI
PRAEFECTVM. PATREM
M. AVREL.. ASCLEPIADES QVI. ET
HERMODORVS. ALEXANDRINVS
HERMAPOLITA. MAGNI. SERAPIDIS
AEDITVVS. PANCRATIASTES. PERIO
DI. VICTOR. ALIPTA. QVEM. NEMO
DETRVDERE. POTERAT. INCVLPATVS
XYSTARCHA. FILIVS. PONTIFEX. TO
TIVS. XYSTI. PERPETVVS. XYSTARHA
ET BALNEIS. AVGVSTI. PRAEFECTVS

In qua verſione conſiderandi veniunt & *Palæſtrita* & *Alipta;* quorum neutrum in ipſa Græca inſcriptione, cujus hæc verſio eſt, reperire licet.

Fateor Henricum Stephanum, in Theſauro ſuo, confundere παλαιςρίτην cum παλαιςῇ. At ſicut τὸ παλαίειν in *Palæſtris* ſolum προγύμνασμα erat, ad πάλας, (ſeu luctas) in Panegyribus publicis, ſive Olympicis, ſive Pythicis, ſive aliis, decertandas, quas παλαιςαὶ perficiebant; ſic contra *Palæſtritæ* (παλαιςρίται) erant, qui in Palæſtris ſeſe ad publica illa certamina decertanda exercebant; atque a *Gymnaſiarchis*, cæteriſque illorum miniſtris ad iſta erudiebantur. Neque ullibi, qui jam *Periodi victores* eſſent, *Palæſtritæ* nominantur. Quod illi optime ſciunt, qui norunt qui qualeſque fuerint οἱ περιοδονῖκαι, quantiſque honoribus privilegiiſque gaviſi ſint; quantiſque quiſque ſuam patriam per victorias ſuas, in publicis iſtis agonibus, acquiſitis honoraverint.

Erat itaque *Palæſtrites* idem qui Palæſtricus (παλαιςρικὸς.) Quem *Palæſtricum* idem Stephanus, ex Fabro optime (contra magnum illum Budæum) non *Palæſtræ Magiſtrum*, ſed *Palæſtræ peritum* (i.e. in Palæſtra exercitatum) explicat: cum *Palæſtrico*, ſeu *Palæſtritæ*, opponatur ἀπάλαιςρος, ſeu *Palæſtræ imperitus*, ac non in iſtâ exercitatus. Igitur ὁ παλαιςὴς quidem, quatenus tantum in Palæſtra eruditus, cum *Palæſtrita* unus idemque eſt; quatenus vero jam in Panegyribus iſtis publicis, Olympicis ſc. Pythiis, Iſthmiis, &c. publice decertat; indeque *Periodonices*, ſeu *Periodi victor* (ac quidem, ut noſtri Hermopolitæ, παράδοξος & ἄλειπτος & ἀσυνέξωςος) minime cum *Palæſtritis* in ordinem cogendus eſt. Palæſtra enim erat, ut cum aliunde, tum ex Heſychio novimus, ὅπου οἱ παῖδες ἀλείφονται.

Horum ἀλειφομένων vero magiſter tali modo (ut dixi,) erat ἀλείπτης; aſt minime ἄλειπτος. Qui ἄλειπτος ſicut bis occurrit in ipſa Græca, de qua agimus, inſcriptione, ita, ut vidimus utroque loco, a Mercuriali *Alipta* vertitur; ac qui-

quidem admodum male: quoniam *Alipta* Græce ἀλείπτης in palæſtris locum obtinebant; ἄλειπτος vero in Panegyribus modo nominatis, illorumque ſimiliter Agonibus. neque aliis, ſive luctatoribus ſive pugilibus id epitheton (non muneris aut miniſterii nomen) tribuebatur, quam qui *indefeſſi*, ac perpetuo victores *certando*, ita uſque ad plenariam victoriam, atque ad quam rari pertingebant, perduraſſent.

Aidit id, qui circa Athletarum certamina illuſtranda, maxime laudandus eſt, Falconerius. Sed viderat id ante ipſum Iſ. Caſaubonus; ad Orat. XXVIII Dionis Chryſoſtomi: cujus Dionis verba, ut huc afferantur, operæ pretium eſt: Πυγμὴν γὰρ ἀγωνιζόμενος οὕτως ὑγιὴς ἦν, ὥσπερ τῶν δρομέων τις. οὕτω δὲ σφόδρα ἐγεγύμναστο, καὶ τοσοῦτον περιῆν τοῖς πόνοις, ὥστε δυνατὸς ἦν, καὶ δύο ἡμέρας ἑξῆς μένειν ἀνατεταχὼς τὰς χεῖρας, καὶ οὐκ ἂν εἶδεν οὐδεὶς ὑφέντα αὐτὸν ἢ ἀναπαυσάμενον, ὥσπερ εἰώθασι. πρότερον δὲ ἠνάγκαζε τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἀπειπεῖν, οὐ μόνον πρὶν αὐτὸς πληγῆναι, ἀλλὰ καὶ πρὶν πλῆξαι ἐκείνους. οὐ γὰρ τὸ παίειν καὶ τὸ τιτρώσκεσθαι, ἀνδρείαν ἐνόμιζεν, ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἶναι μὴ δυναμένων πονεῖν καὶ ἀπηλλάχθαι βουλομένων. τὸ δὲ ἀνέχεσθαι τοῦ χρόνου, καὶ μήτε τοῦ βάρους τῶν χειρῶν ἡττᾶσθαι, μήτε τοῦ πνεύματος ἐνδεᾶ γίγνεσθαι, μήτε τῷ καύματι ἄχθεσθαι, τὸ δὲ εἶναι γενναῖον. ὀρθῶς μέντοι, ἔφην, ὑπολαμβάνων· καὶ γὰρ ἐν τῷ πολέμῳ οἱ φαυλότατοι τὰ ὅπλα ῥίπτουσιν, οὐκ εἰδότες ὅτι γυμνοὶ μᾶλλον ἂν τιτρώσκοιντο· καὶ οὕτω μᾶλλον ἡττῶνται τοῦ κόπου ἢ τῶν τραυμάτων. τοιγάρτοι, εἶπεν, ἀφ' οὗπερ ἤρξατο ἀγωνίζεσθαι Πυθοῖ, πρῶτος μὲν ὧν ἴσμεν ἄνιπτος [lege ἄλειπτος] διεγένετο, πλείστους καὶ μεγίστους στεφάνους ἀνελόμενος, καὶ ἀνταγωνισταῖς οὔτε φαύλοις οὔτε ὀλίγοις χρησάμενος. καὶ τὸν πατέρα ἐνδοξότερον ὄντα, τὸν Μελάγκομαν ἐκεῖνον τὸν ἀπὸ τῆς Καρίας, ἄλλους τε ἀγῶνας καὶ Ὀλυμπίασι νενικηκότα, οὐδέπω ἀνὴρ, ὑπερεβάλλετο. οὐ γὰρ ἐκεῖνος ἄλειπτος.

*Cæſtibus igitur certans tam ſanus erat, quam curſorum aliquis* [quod ſane de Virgilii Darete poſt certamen cum Entello, nemo dixiſſet]. *Ita autem vehementer excercitabatur, &*

*& uſque adeo vincere poterat labores, ut poſſet per duos continuos dies manere expanſis manibus; & nemo eum vidit manus demittentem quemadmodum conſueverunt. Prius verò cogebat adverſarios a certamine deſiſtere, non ſolum priuſquam ipſe cæderetur, ſed etiam quam ipſe cæderet illos. Neque enim verberari aut vulnerari fortitudinem eſſe putabat: ſed eſſe hoc eorum qui labores ſufferre non poſſent, & recedere vellent. Sufferre autem tempus & neque manuum gravitate vinci, neque ſpiramine deficere, neque æſtu gravari, hoc eſſe generoſum. Recte ſane, inquam ſentit. Etenim in bello ignaviſſimi arma abjiciunt, neſcientes quod nudi magis pateant vulneribus, atque ita magis vincuntur a labore, quam a vulneribus. Proinde inquit,* [ſenex, nempe inter quem & Dionem ſuper hac re colloquium erat; quique videtur fuiſſe Pædotriba, ex hiſce ipſius verbis, in fine Orationis, ἀλλὰ γὰρ ὥρα γυμνάζειν τὸν παῖδα, καὶ ἀπέρχομαι] *ex quo cœpit certare in Pythicis ludis, primus omnium quos novimus* ἄλειπτος *(abſqus remiſſione, aut pauſa) perſeveravit, plurimaſque & maximas coronas reportavit: adverſariis neque vilibus uſus neque paucis. Et patrem, qui notior erat, Melancomam illum e Caria, qui & alia certamina & ludis Olympicis vicerat, nondum virilem ingreſſus ætatem, ſuperavit. Ille enim non* ἄλειπτος (ſeu *continenter*) *certaverat.*

Ac ſenex quidem ille, cum quo loquitur in Oratione Dion, jam ante dixerat: οὗτος μέν τοι ὁ τοῦ Μελαγκόμα ἀνταγωνιστὴς καὶ μόνος ἐκείνου οὐκ ἀξιῶν παραχωρεῖν, τό γε οὖν ἐφ' ἑαυτῷ. Οὐδὲν μέντοι πλέον ἐποίει· ἡττᾶτο γὰρ ἀεί, ἐνίοτε δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἀγωνισάμενος· ἤδη μέν τοι ἀπειρήκει, ὥστε τὸν τελευταῖον τοῦτον ἀγῶνα ἐν Νεαπόλει, οὐδένα ταχύτερον αὐτοῦ ἐνίκησεν. *Hic quidem eſt Jatrocles illi Melancomæ adverſarius, quique ſolus illi noluit concedere, quod quidem in ipſo fuit. Nihil autem inde proficiebat; etenim ſemper ſuccumbebat; interdum per totum*

*tum diem certans: Mox enim defatigabatur; ita ut noviſſimo hoc certamine Neapoli habito nullum eo citius vicerit.*

Hæc ſane ſatis illud ἄλειπτος illuſtrant. Interim hæret Caſaubonus, an pro ἄνιπωος, quod primo loco pro ἄλειπτος in Græcum textum irrepſit (quodque recte ille ridiculum mendum vocat) legendum ſit ἀήττητος, an ἄλειπτος

At certe ἄλειπτος eſſe legendum ipſe textus, ejuſque circumſtantiæ, ſat clare oſtendunt. Præterea ἀήττητος non ſignicat Athletam perpetuo ac ſine remiſſione, aut pauſa, perdurantem; ſed eum qui invictus atque invincibilis eſt, ſeu ſemper in certamine victor exiſtit. *Melancomam* autem hunc *Melancomæ* filium talem etiam fuiſſe, ex hiſce Dionis verbis (præterquam ex aliis) Orat. XXIX patet: Ὃ δὲ μηδενὶ ὑπῆρξεν, ἐπίστασθε μὲν ὁμοίως· δεῖ δ' αὐτὸ μέντοι τοῦτο ῥητέον. τοῖς γὰρ μηδὲ εἰδόσιν, οὐδὲ πιστεῦσαι ῥᾴδιον, ὅταν τοσούτοις ἀνταγωνισταῖς χρησάμενος, καὶ οὕτως ἀγαθοῖς, ὑπ' οὐδενὸς ἡττήθη· αὐτὸς δὲ ἀεὶ πάντας ἐνίκα. *Quod autem nemo eſt adeptus, noſtis quidem ſimiliter: propter hoc ipſum tamen dicendum eſt. Neſcientibus enim neque creditu facile, quod cum tot tamque ſtrenuis adverſariis certans, a nullo victus ſit, ſed ipſe omnes ſemper vicerit.*

Melius certe vertit Mercurialis iſtud ΑΣΙΝΕΞΩΣΤΟΣ, *quem nemo detrudere poterat*: quamvis melius adhuc Caſaubonus reddit ita, *qui loco moveri ab Antagoniſta non potuit.* Quod & in Entello ſuo Virgilius (lib. 5.) ſic exprimit:

*Stat gravis Entellus, niſuque immotus eodem*
*Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.*
*Ille, velut celſam oppugnat qui molibus urbem*
*Aut montana ſedet circum caſtella ſub armis;*
*Nunc hos nunc illos aditus, omnemque pererrat*
*Arte locum, & variis aſſultibus irritus urget.*

DIS-

# DISSERTATIO NONA

## DE

# *Fratriis, Thiaſis, Orgeonibus, &c.*

## CAPUT I.

*Quænam* Φρατρίαι, *ac* θίασοι; *ubique locorum obtinuerint.* Thiaſitas, *ſeu* Thiaſotas, *cum* Φράτερσι *quandoque confundi, ut & cum* Orgeonibus. *Quibus illi Dis ſacrarentur. De* Archithiaſitis; *ac quid* Thiaſus *ex Heſychio, &c.* ταμίαι *ac* γραμματεῖς Thiaſorum. Φράτριοι *&* Φρατρίαζειν. *In* Epheborum *album inſcripti.* Γεννῆται *quinam ac quales fuerint; tum &* Ὁμογάλακτοι. Φυλαὶ *& ipſarum diviſiones.* τριττὺς *quænam fuerit: tum quinam* Orgeones. *Sacra privata prohibita. De* Καβάρνῳ *rurſus ex Suida.* Phratriarum, *ſeu* Fratriarum, ſodalitatumve *nomina tum Athenis, tum Neapoli, tum Romæ. &c. ut* Εὐμηλειδῶν, Ἡονισαινέων, Ἰλίων, Θεωταίδων, Ἀριστείων *&c. Qualia ſepulchris ſæpe tributa fuerint. De* χαλκολόγοις, φροντισταῖς *&* διοικηταῖς *in* Fratriis. *De* πατριαῖς. *De immunitatibus ac Privilegiis, quæ benemeritis, ab urbibus quandoque dabantur. De* ἱεροποιοῖς *& ipſorum munere. Inſcriptio Græca verſa et expenſa.* ἐπιμεληταὶ *cum alibi, tum apud* Delios. Ἐπιμεληταὶ τοῦ ἐμπορίου; *item* τοῦ χορῶν *&c.*

Agmen

AGmen tandem claudant φράτορες, ſeu φρήτορες, eorumque præpoſiti φρατρίαρχαι, ſeu φρήταρχοι; quos Pollux quoque, libro III. cap. 4 ὁμογάλακτας & ὀργεῶνας appellatos fuiſſe aſſerit, additque: τὸ δὲ ἱερὸν εἰς ὃ συνήεσαν φράτριον ἐκαλεῖτο. *Templum in quod ſimul coibant Phratrium vocabatur.* Quas φρατρίας, Athenis duodecim numero exiſtentes, ibi tum ulterius deſcribit, atque inter alia notat, illorum ad illos introitu vinum (procul dubio ab ipſorum parentibus) diſtributum cæteris φράτορσιν fuiſſe. Hinc οἰνιστήρια: ſicut & Themiſthius Orat. XIII notat, illos ante introitum, *convocata concione probatos, & publico annulo ſignatos fuiſſe.*

At non ſolummodo Athenis, verum & in aliis Græciæ urbibus hæ φρατρίαι obtinebant: quin & Neapoli, in Italia; de qua ita Strabo lib. V. Μηνύει δὲ τὰ τῶν Δημάρχων ὀνόματα, τὰ μὲν πρῶτα Ἑλληνικὰ ὄντα, τὰ δὲ ὕστερα τοῖς Ἑλληνικοῖς ἀναμὶξ τὰ Καμπανικά. πλεῖστα δὲ ἴχνη τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐνταῦθα σώζεται, γυμνάσιά τε καὶ ἐφηβικὰ, φρατρίαι, καὶ ὀνόματα Ἑλληνικὰ, καίπερ ὄντων Ῥωμαίων. *Oſtendunt id δημάρχων nomina, utpote primitus Græca, poſterioribus vero temporibus Campanica Græcis permixta. Sicut & plurima Græcorum inſtitutorum ſuperſunt veſtigia, ut Gymnaſia epheborum, cætus Fratriarum, & Græca nomina etiam illis, quæ Romanorum ſunt impoſita.*

Inter quæ (ut ut ἐφηβικὰ nobis omittenda non ſunt) ad φρατρίας hîc potiſſimum attendendum: qua occaſione & de *Orgeonibus* & *Thiaſitis* ſimilibuſque etiam aliquid eſt dicendum. Ὀργεῶνες enim non ſemper *Myſtas Orgiorum* denotabant; ſed cum *Thiaſitis*, ſeu *Thiaſotis*, ac φράτορσι, ſeu *Sodalitatibus*, ſæpe conveniebant. Hinc namque Harpocration, in Lexico ſuo: Θίασός ἐστι τὸ ἀθροιζόμενον πλῆθος ἐπὶ τελετῇ ἢ τιμῇ τῶν θεῶν, *Thiaſus eſt multitudo congregata ad communem cul-*

*tum & ſacrificia Deorum.* Unde & Iſæus, Oratione de Aſtyphili hæreditate: Εἰς τοίνυν τὰ ἱερὰ ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς τὸν Ἀστύφιλον παῖδα ἦγε μεθ' ἑαυτοῦ, ὥσπερ καὶ ἐμὲ πανταχῇ. καὶ εἰς τοὺς θιάσους τοῦ Ηρακλέους ἐκεῖνον εἰσήγαγεν, ἵνα μετέχοι τῆς κοινωνίας. αὐτοὶ ὑμῖν οἱ θιασῶται μαρτυρήσουσι. *Pater itaque Aſtiphilum adhucdum puerum quocunque, æque ac me, ſecum ſumebat, atque ad Thiaſos* [ſeu ſacros conventus, ſive ſodalitates communi ſumptu] *Herculi factos; ut ita communione* [iſtius ſacræ ſodalitatis] *frueretur. Ipſi Thiaſotæ id vobis teſtabuntur.*

Hos vero *Thiaſos* confundi cum ſupra nominatis φρατρίαις, diſcimus ex Flavio Joſepho; qui ita alicubi: Καὶ γὰρ Γάϊος Καῖσαρ κωλύων θιάσους συνάγεσθαι κατὰ πόλιν, μόνους Ἰουδαίους οὐκ ἐκώλυσεν οὔτε χρήματα συνεισφέρειν, οὔτε σύνδειπνα ποιεῖν. *Quin & Cajus Cæſar, cum vetaret Thiaſos per urbes congregari ſolitos, ſolis Judæis non prohibuit id, quo minus aut pecuniam conferrent, aut communia celebrarent convivia.*

Quos tamen Judæorum ita ab Ethnicis appellatos, *Thiaſos*, ratione religionis, nil fere commune cum Gentilium *Thiaſis* habuiſſe, facile quis perſpicere queat.

Erant itaque Thiaſi ac Φρατρίαι, ſicuti quandoque ſolum partes Tribuum, (de quibus tamen nunc loqui propoſitum non eſt) ita plerumque, (ſicut ὀργεώνων collegia,) cætus ac *Fraternitates Baccho, Herculi, Apollini*, aliiſve Dîs conſecratæ: Quibus Dîs ab harum Fratriarum membris, ut peculiaribus patronis ſacrificabatur: atque hinc convivia inter φράτορας celebrabantur: ad quæ communes illi ſumptus ſive impenſas pariter conferebant.

Horum θιασιτῶν præſides, ſeu capita, erant ἀρχιθιασῖται, ut qui horum συνόδους, (ita namque etiam vocabantur) præſidebant, ac moderabantur. Hoc videmus ſat clare ex iſta inſcriptione, quæ in Miſcellanis Sponii, pag. 343 comparet; cujuſque ſolam partem poſteriorem huc aferam: ΕΝ ΤΑΙΣ ΓΙ-

ΓΙΝΟΜΕΝΑΙΣ ΣΥΝΟΔΟΙΣ ΠΑΣΑΙΣ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑ ΕΣΤΩ ΤΟΙΣ ΚΑΘΙΣΤΑΜΕΝΟΙΣ ΑΡΧΙΘΙΑΣΙΤΑΙΣ ΚΑΙ ΤΑΜΙΑΙΣ ΚΑΙ ΓΡΑΜΜΑΤΕΙ ΠΩΣ ΕΝ ΤΑΙΣ ΓΙΝΟΜΕΝΑΙΣ ΘΥΣΙΑΙΣ ΚΑΙ ΣΥΝΟΔΟΙΣ, &c. tum ut initio iſtius decreti habetur, ΑΡΧΙΘΙΑΣΙΤΗΣ ΕΙΠΕΝ. ita in fine,

ΕΠΙ ΑΡΧΙΘΙΑΣΙΤΟΥ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΙΕΡΑΤΕΥΟΝΤΟΣ ΔΕ ΤΟΥ
ΔΩΡΟΘΕΟΥ

Videmus hîc ἀρχιθιασίτην, atque inter ſuos ἐπώνυμον, ſeu cujus nomine Faſti hujus fraternitatis Herculi dicatæ, notarentur. Sicut etiam hîc Sacerdotem hujus Sodalitatis (atque adeo Herculis) habemus. Unde ſimul videmus, hujuſmodi φρατρίας, prout huic illive Deo dicati eſſent [uti nunc inter Romanæ ſectæ homines videmus, Fraternitates huic illive ſancto dicatas] ſuos proprios ſibi habuiſſe ſacerdotes.

Notat equidem Doct. Jac. Sponius, *Archithiaſitas* fuiſſe præfectos Chorearum Bachicarum: *Thiaſus enim* [ita pergit] *Cœtus & multitudo tripudiantium, & proprie turba Bacchicas ſaltationes, choroſque agitans, ut tradit Athenæus.* verum *Thiaſos Herculis* jam ex Iſæo vidimus; ac quidem *Thiaſos* Baccho ſacros fuiſſe etiam Heſychius docet, cum ait: Θίασος, χορῦ σύστασις, ἢ σύλλογος, καὶ τὸ ψιλὸν πλῆθος· ἔσθ' ὅτι ἢ καὶ τὸ Βακχικὸν, ἢ ἐσμὸς γυναικῶν. Verum & ante dixerat, Θίασος, Ὀυαχία καὶ πλῆθος, ὐ μόνον τὸ Βακχικὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐργατικόν: hoc eſt quod nos appellamus *Gild*, ſeu *Gilde*. Ita namque hic habemus θίασον *Mercatorum Tyriorum Herculi dicatum*; ac cujus Sacerdos Dorotheus quidam erat. Atque Harpocration nos jam ſupra

docuit, plurium Deorum *thiaſos* fuiſſe, prout hîc illum, alius vero alium ſibi patronum elegerat; Sicque θιασῖται, ſeu θιασῶται erant horum θιάσων membra, vel οἱ κοινωνοῦντες τῶν θιάσων, ut idem Harpocration loquitur.

Quantumvis igitur Athenæus lib. IX. dicat: Καλεῖται δὲ καὶ ὁ Διονύσῳ παρεπόμενος ὄχλος θιάσος, ὡς ὁ Εὐριπίδης φησίν· Ὁρῶ δὲ θιάσους τρεῖς γυναικείων χορῶν. *Quum Thiaſum etiam nominant turbam quæ ſequitur Bacchum: quo ſignificatu dixit Euripides:*

*Thiaſos video tres Chororum Muliebrium*; iſtis ſtatim ſubjungit: Τοὺς μὲν οὖν θιάσους ἀπὸ τοῦ θεοῦ προσηγόρευον. καὶ γὰρ αὐτοὺς τοὺς θεοὺς σιοὺς φασι. *Thiaſos igitur ab appellatione* θεοῦ (ſeu *Dei*) *quem Lacones* σιὸν *vocant, nominarunt.* Tum & paulò ante dixerat: Ἔρανοι δὲ εἰσιν αἱ ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων εἰσαγωγαὶ, ἀπὸ τοῦ συνερᾷν καὶ συμφέρειν ἕκαστον. καλεῖται δὲ ὁ αὐτὸς καὶ ἔρανος καὶ θίασος, καὶ συνιόντες ἐρανισταὶ καὶ συνθιασῶται. *Erani vero ſunt hominum ad epulas conventus collatâ ab omnibus ac ſingulis pecunia facti, indeque appellati. Eranum autem etiam Thiaſum vocant; & homines ad eum convenientes ſynthiaſotas.*

Ut autem Thiaſotæ ſuos ſibi habebant ἀρχιθιασίτας (quibus & ταμίαι & γραμματεῖς ejuſmodi Collegiorum ſeu fraternitatum ſubjuncti erant) ſic φράτορες (alio nomine, ut videmus, ſi non plane iidem, ſane fere iidem) ſuos ſibi eligebant Φρατριάρχους. Ita enim Demoſthenes: Κάλει δὲ τὰς μαρτυρίας τὰς τῶν φρατόρων ὡς εἵλοντο με φρατρίαρχον. *Advoca vero teſtimonia membrorum Phratriæ, quomodo (nempe) me elegerint Phratriarchum.*

Locus autem, quo in unum congregabantur, appellabatur Φράτριον, ut ſupra dictum. Ἦν δὲ κατὰ τὴν ἱστορίαν φράτριον τόπος ὡρισμένος ἐν ᾧ οἱ τῆς αὐτῆς φρατρίας συνήγοντο. καὶ φρατριάζειν ἀφωνότερον ἐλέγετο παρὰ Ἀττικοῖς, τὸ εἰς τὸ αὐτὸ συνιέναι. *Erat, ſicuti tradunt, Phratrium locus definitus, in quo Phratriæ*

*triæ membra conveniebant*, &c. Unde rurſus illud Demoſthenis: Καὶ εἰσῆγον τὸν παῖδα τουτονὶ εἰς τοὺς τοῦ Ἀγνίου καὶ Εὐβουλίδου φράτορας, μεθ' ὧν Θεόπομπος ὁ τούτου πατὴρ Μακαρτάτου ἐφράτριαζε

Ex quibus ſimul diſcimus, plurium ſimul φρατρίων unum eundemque hominem, ſeu adoleſcentem, ſæpe participem fuiſſe. Illos in φρατρίας inducti adoleſcentes in Epheborum numerum inſcriptos fuiſſe, atque inde inter cives habitos, ita nos docet Heliodorus lib. I. Καὶ τὰ πρῶτα τῶν γραμμάτων διδαξάμενος, εἰς τοὺς φράτορας καὶ γεννήτας εἰσαγαγὼν, εἰς ἐφήβους ἐγγράψας, πολίτην ὑμέτερον ἀπεφήνας. *Et initiis literarum inſtitutum, cum ad Phratores & tribules introduxiſſem, & in Epheborum album retuliſſem, ſicque civem eum ſecundum leges effeciſſem.*

Habemus hîc etiam γεννήτας: cujus vocabuli occaſione operæ pretium videtur, ut huc Harpocrationis verba afferam: Γεννῆται, οἱ τοῦ αὐτοῦ γένους κοινωνοῦντες. διῃρημένων γὰρ ἁπάντων τῶν πολιτῶν κατὰ μέρη, τὰ μὲν πρῶτα καὶ μέγιστα μέρη ἐκαλοῦντο φυλαί. ἑκάστη δὲ φυλὴ τριχῆ διῄρητο, καὶ ἐκαλεῖτο ἕκαστον μέρος τούτων, τριττὺς καὶ φρατρία. πάλιν δὲ τῶν φρατριῶν ἑκάστη διῄρητο εἰς γένη τριάκοντα, ἐξ ὧν αἱ ἱερωσύναι ἑκάστοις προσήκουσαι ἐκληροῦντο. ἔστι δὲ παρὰ πολλοῖς τῶν ῥητόρων τοὔνομα, ὡς καὶ Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει. Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου, τοὺς συγγενεῖς Γεννήτας ὠνόμασεν· οὐχ οἱ συγγενεῖς μέντοι ἁπλῶς, καὶ οἱ ἐξ αἵματος Γεννῆταί τε καὶ οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἐκαλοῦντο, ἀλλὰ οἱ ἐξ ἀρχῆς εἰς τὰ [NB] καλούμενα γένη κατανεμηθέντες: Φιλόχορος δὲ ἐν τῇ τετάρτῃ φησὶ, πρότερον ὁμογάλακτας ὀνομάζεσθαι, οὓς νῦν γεννήτας καλοῦσιν. *Γεννῆται, qui ejuſdem (quaſi) generis ſunt. Nam quum cuncti cives in tres partes eſſent diviſi, prior ac maxima pars vocabatur φυλὴ, ſeu tribus. Unaquæque vero Tribus trifariam dividebatur, & appellabatur ſingula ipſarum pars* τριττὺς, *&* φρατρία, *ſeu Phratria: rurſus unaquæque Phratria dividebatur in* γένη *triginta, ex quibus ſacerdotia, quæ ſingulis competebant, ſortitò eligebantur. Reperitur au-*

*autem apud plures Rhetores iſtud nomen. Sic namque Iſæus, in Oratione de Apollodori ſorte (ejuſmodi) congeneres,* γεννήτας *nominat. Non autem erant ſimpliciter (ſeu revera) congeneres; ut illi qui conſanguinei erant, & ex eodem genere orti eſſent: ſed quod etiam iſti, qui ab initio in ita appellata* γένη *ſeu genera diſtributi erant, ita vocarentur. Ac quidem Philochorus lib. 4. ait prioribus temporibus* ὁμογάλακτας *quaſi ejuſdem lactis communicantes, appellatos fuiſſe, quos nunc* γεννήτας *vocant.*

Addamus his Etymologici verba hæc ſequentia: Γεννῆται ἀπὸ γένους, σύστημα ἐκ λ' ἀνδρῶν συνεστὸς, οὗ οἱ μετέχοντες ἐκαλοῦντο γεννῆται, οὐ κατὰ γένος ἀλλήλοις προσήκοντες, οὐδὲ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ αἵματος, ἀλλ' ὥσπερ οἱ δημόται καὶ οἱ φράτορες νόμων κοινωνίαν τινὰ ἔχοντες, οὕτω καὶ οἱ γεννῆται συγγενικῶν ὀργίων ἢ θεῶν, ἀφ' ὧν ὀργεῶνες ὠνομάσθησαν, ἢ οἱ ταὐτοῦ γένους μετέχοντες ἢ ἀπ' ἀρχῆς κοινὰ ἱερὰ ἔχοντες. οἱ δὲ ὁμογάλακτας φράτορας συγγενεῖς καὶ γεννήτας. *Gennetæ a genere appellati erant ſyſtema conſtans ex triginta viris, cujus participes qui eſſent* γεννῆται *vocabantur; non quod ſeſe ſanguine aut affinitate contingerent, ſed velut* δημόται, *Populares, & Phratores lege quadam communionem quandam inter ſe haberent. Sic &* γεννῆται *cogeneribus Orgiis, & Dis (a quibus & ORGEONES vocabantur; aut ejuſdem generis participes, aut ab initio ætatis communia ſacra inter ſe habentes erant. Alii verò* ὁμογάλακτας *& Phratores &* γεννήτας *pro unis iiſdemque habebant.*

Hos itaque φράτορας & ὁμογάλακτας & ὀργεῶνας inter ſe fere confundi, etiam ex his Etymologi verbis videmus: quum tamen (ut jam ſupra ex Polluce, atque Harpocratione vidimus) ὀργεῶνες ab illis diſtinguendi ſint.

Idem namque etiam Etymologus; Ὀργεῶνες σύνταγμά τι ἀνδρῶν, ὡς τὸ γεννητῶν καὶ τὸ φρατόρων, ἀπὸ τοῦ κοινῇ ὀργιάζειν καὶ θύειν τοῖς θεοῖς. Quibus ex Suidæ Collectaneis hæc addere lubet: ut

ut eo melius perſpiciamus, quænam horum ab invicem differentia ſit: ὀργεῶνες, οἱ τοῖς ἰδία ἀφιδρυμένοις θεοῖς ὀργιάζοντες· ὀργιάζειν δέ ἐστι τὰ τῶν θεῶν ὄργια τελεῖν, τουτέστι, μυστήρια καὶ νόμιμα. poſt quæ, ſine interruptione ulla, hæc ſequuntur (nempe poſt illa, μυστήρια καὶ νόμιμα) νόμων τετάρτῳ. μὴ κεκτῆσθαι ἔτω ἐν ἰδίαις οἰκίαις ἱερά. τὸν δὲ φανέντα κεκτημένον ἕτερα, καὶ ὀργιάζοντα παρὰ τὰ δημόσια. . . . . . . . . . . Quorum verborum finis ac concluſio hîc deeſſe videtur æque ac inter verba, νόμιμα & νόμων τετάρτῳ, certiſſime aliquid deeſt, nempe nomen Scriptoris περὶ νόμων. Supplet illum locum quidem Doctiſſ. Æm. Portus, Platonis nomine; quod ille de Legibus libros ſcripſerit: ſed fateor me hæc verba in ipſo Platonis lib. 4. non reperire. Præterea longe aliam interpretationem dat, quam quidem ex Ariſtotele haurire queamus, ubi is Politicorum lib. 6. de eadem re loquitur: nempe nulli licere domi ſuæ ſibi privata ſacra peragere, ſed publica. Ita enim ejus verba habent: φυλαί τε γὰρ ἕτεραι ποιητέαι πλείους, καὶ φρατρίαι· καὶ τὰ τῶν ἰδίων ἱερῶν συνακτέον εἰς ὀλίγα καὶ κοινά· καὶ πάντα σοφιστέον, ὅπως ἂν ὅτι μάλιστα ἀναμιχθῶσι πάντες ἀλλήλοις, αἱ δὲ συνήθειαι διαζευχθῶσιν αἱ πρότερον. *Nam & aliæ Tribus faciendæ ſunt, & quæ in urbe inſunt multiplicandæ ſodalitates: & quæ ad ſacra privata pertinent, in pauca & communia contrahenda ſunt: omnia denique artificia adhibenda ſunt, ut quammaxime omnes inter ſe permiſceantur: priſtinæ autem conſuetudines dirimantur, ac diſtrahantur.*

Nempe vetantur hîc, & illic, ſi quid video, privatæ religiones, privatique ritus ac ſacrificia: quæ & fere ſemper cum Rebuspublicis, tum maxime Regnis, ſive imperiis Monarchicis periculoſæ ac damnoſæ habitæ fuerunt; ut vel ex ſolis Joſephi verbis ſupra allatis liquere poteſt: at maxime ex Bacchanalibus ſimilibuſque ſacris prohibitis; ubi nulla auctoritas publica accederet. Verum de hiſce forſan alibi latius ac curatius. Interim & de hìs Φρατρίαις &c. legatur

Cl.

Cl. Salmaſius: *Ad jus Atticum & Romanum.*

Apud eundem porro Suidam, ſequuntur poſt modo allata etiam hæc, Σελευκὸς δ' ἐν τῷ ὑπομνήματι τῶν Σόλωνος ἀξόνων, ὀργεῶνας φησὶ καλεῖσθαι, τοὺς συλλόγους ἔχοντας περί τινας ἥρωας ἢ θεούς. ἤδη δὲ μεταφέροντες καὶ τοὺς ἱερέας οὕτω καλοῦσιν. ὁ γοῦν Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λυδῇ γενεᾷ, Καβάρνους θῆκεν ἀβακλέας ὀργειῶνας, &c. Ob quæ poſtrema, de Cabarnis, verba (nam cætera apud ipſum Suidam legi poſſunt) eouſque Suidam hic exſcribere volui. Nempe contra Sponium ex Heſychio, jam ſupra oſtendi *Cabarnum* non *Deum*, ſed *Sacerdotem*, ac quidem *Cereris* fuiſſe. Quod ſane (de ſacerdote ſaltem) clare per hæc Suidæ (atque apud ipſum Antimachi) verba ſirmatur, Καβάρνους θῆκεν ἀβακλέας ὀργεῶνας. At quidnam hic iſtud ἀβακλέας ſibi velit, perobſcurum ſane atque incertum eſt.

Interim mihi videntur iſti *Cabarni* hic Myſteriorum, ac quidem ſicut apud Heſychium Cereris, (quamvis obſcure ſatis) denotari: illudque ἀβακλέας æque ab ἀβακίζω aut ἀβακέω, *ignoro*, *TACEO*, & ἀβακὴς *Taciturnus*, quam σιγηλὸς aut σιγαλέος &c. a σιγάω vel σιγάζω; eodemque modo illud ἀβακλὴς ſignificare *taciturnus* derivandum, atque adeo ἀβακλέας ὀργεῶνας *taciturnos ſacerdotes*, ſive *Hierophantas*. quam conjecturam tamen eruditorum virorum judicio ſubmitto.

Verum enim vero, ut ad noſtros redeamus φράτορας ſeu φρήτορας; ab Orgeonibus & illos Ariſtoteles Ethic. eodem lib. 7. diſtinguit, quando ait, αἱ δὲ ἄλλαι κοινωνίαι εἰσὶν, ἢ μόρια τῶν τῆς πόλεως κοινωνιῶν, οἷον ἡ τῶν φρατόρων, ἢ τῶν ὀργίων. quod nempe Orgia, ſeparata ſacra ab illis τῶν φρατόρων fuerint: qui cum ipſi non eſſent ſacerdotes, ſed inſcripti tantummodo inter ἐφήβους ac δημότας, tamen, ut ſupra ex Harpocratione vidimus, unaquæque φρατρία peculiarem, ſeu proprium, ſibi ſacerdotem haberent. Ita namque Demoſthenes: Μάρτυρα παρεχόμενος ὡς εἰσήχθην εἰς τοὺς φράτορας,

ὡς

ὡς ἐνεγράφθη εἰς τοὺς δημότας, ὡς ἐπ' αὐτῶν τούτων ἀπεκρίθη ἐν τοῖς ἀγνεστάτοις κληρῶσθαι τ ἱεροσύνης.

Porro ejuſmodi φρατρίας aliquot congeſſit (potiſſimum ex Heſychio) eruditiſſ. Reineſius ad Inſcriptionem Cl. I. n°. 156. ubi ipſius verba ſunt: *Tales Athenis* Λυκομίδαι, χιμαρίδαι, Κυννίδαι: *apud Eleos* Τελλιάδαι: *apud Coos* Νεβρίδαι: *apud Thebanos* 'Αιγίδαι: *apud Epheſios* Βασιλίδαι: *apud Rhodios* Διαγορίδαι: *apud Paphios* Κινυράδαι, &c.

Sic *Eumelidæ* Φράτορες erant Neapoli; ſicut ex ſequenti inſcriptione, quæ apud hunc Reineſium Claſſe I. n°. 156. & epiſtola 35 ad Rupertum habetur:

ΕΥΜΗΛΟΝ ΘΕΟΝ ΠΑΤΡΩΟΝ
ΦΡΗΤΟΡΣΙΝ ΕΥΜΗΛΕΙΔΩΝ
Τ. ΦΛΑΥΙΟΣ ΠΙΟΣ
ΦΡΟΝΤΙΣΤΗΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΣΥΝ Τ. ΦΛΑΥΙΩΙ ΤΕΚΝΩΙ

Sic etiam Ηονιοναίους habemus apud eundem, Claſſe eâdem n°. 203. in marmore ibidem, Neapoli, reperto, cujus inſcriptio jam ſupra, alia occaſione allata fuit:

Η ΦΡΗΤΡΙΑ ΗΟΝΙΟΝΑΕΩΝ ΛΕΥΚΙΟΝ
ΕΡΕΝΝΙΟΝ ΠΥΘΩΝΟΣ ΥΙΟΝ ΑΡΙΣΤΟΝ
ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ
ΔΗΜΑΡΧΗΣΑΝΤΑ ΝΑΥΚΕΛΑΡΧΗΣΑΝ
ΤΑ ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΑΝΤΑ ΑΡΧΟΝΤΑ ΤΟΝ
ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΚΟΝ ΘΕΟΙΣ

Ubi an non in penultima & ultima linea inſculptum fuerit ΤΟΥ ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΚΟΥ, valde dubito.

Sic denique Cl. VI. n°. 37. hanc ſequentem:

Λ. ΚΡΕΠΕΡΑΙΟΝ ΠΡΟΚΛΟΝ
ΥΠΑΤΟΝ ΑΝΤΙΠΑΤΟΝ ΤΩΝ ΙΑΙΩΝ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΑΡΤΕΜΙΣΙΟΙ ΦΡΗΤΟΡΕΣ
ΑΜΟΙΒΗΣ ΧΑΡΙΝ.

Hic *Artemiſios* habemus, ſicut in præcedenti inſcriptione *Oenionæos*. Aſt inſignis illa eſt, quamvis in fine, ut videtur, mutilata, quæ apud Gruterum pag. 112. n°. 8. habetur, atque etiam Neapoli reperta fuit.

ΘΕΟΙΣ ΣΕΒ. ΚΑΙ ΦΡΗΤΡΙΟΙΣ ΘΕΩΤΑΔΑΙ

Qui tamen *Auguſti*, etiamſi ipſorum nomen non exprimatur, eo tempore videntur imperium tenuiſſe: ut quibus iſtud monumentum, cui hæc dedicatio inſculpta eſt, a Neopolitanis ſacrata fuit.

Ita namque & apud Romanos erant Sodales Auguſtorum, *Auguſtales* nempe, *Flaviales*, *Antoniniani*, *Veriani*, *Aureliani*, *Hadrianales*, *Trajanales*, *Helviani*, aliorumque Auguſtorum plures. Alias etenim erant & illis Collegia, φρατρίαι, ſeu Dis aliis ſacrata; qualia erant ex. gr. *Collegium Iſidis*, apud Gruterum 83. 14 reperiunda; *Silvani Gemini*, 318. 11; *Virtutis* 106. 6. Sicque *Serapidis*, uti & *Iſidis*, apud Reineſium Claſſe XIV. n°. 171. ac denique *Sodalium Herculis Somnialis*: cujus *Sodales* ibi Claſſe X. n°. 4. enumerantur.

Inſignis ſane & iſta inſcriptio eſt, quæ Neapoli quoque reperta apud eundem Gruterum pag. 125. habetur; ſed, quod dolendum eſt, & capite & caudâ truncata, aliàſque, cum

a

latere tum in medio mutilata aut corrupta, per clavos infixos, eſt: ac quidem ita, ut, me judice, in integrum conjecturis reſtitui nequeat. Loqui tamen illa videtur, ſi quid recte conjicio, de ſepulchro *Valeriæ Moſchæ*, quæ uxor fuerat cujuſdam *Ariſtonis*; cujus nomen etiam ex parte deletum eſt.

Ut autem ſæpius ſepulchris certa agri menſura attributa ac ſacrata erat, ex qua reditus proveniebat ad annua ac ſolennia convivia celebranda, ad roſas violaſque ſpargendas, &c. in memoriam aut honorem defuncti; ſic & hominibus certis iſta cura demandata erat. Quæ cura, itaque, hic τῇ Φρητρίᾳ (quæ quoque alio nomine ἀγέῤῥις appellatur) τῶ ΑΡΙΣΤΑΙΩΝ demandata fuit.

Quæ ſodalitas forſan ob hanc cauſam inſtituta, ac de ipſius nomine appellata fuit: ſicut & inde leges huic Φρατρίᾳ præſcriptæ videntur; ſaltem quantum ad ſumptus aut impenſas, cæteraque eo pertinentia, attinet. Hinc enim in iſta plus ſemel Ο ΦΡΗΤΑΡΧΟΣ, ΟΙ ΧΑΛΚΟΛΟΓΟΙ, Ο ΦΡΟΝΤΙΣΤΗΣ, & ΟΙ ΔΙΟΙΚΗΤΑΙ ΤΗΣ ΦΡΗΤΡΙΑΣ ΤΩΝ ΑΡΙΣΤΑΙΩΝ occurrunt.

Illa porro que de annuis conviviis dixi, firmantur ex his ſequentibus; atque ita, ut conjicere valeo, ſupplenda ac legenda ſunt:

ΤΗ ΤΕ ΑΛΛΗ ΟΙΚΟΝΟΜΙΑ ΓΙΝΕΣΘΩ
ΚΑΘ ΕΚΑΣΤΟΝ ΕΤΟΣ ΕΝ ΤΕ ΤΑΙΣ
ΗΜΕΡΑΙΣ ΤΑΥΤΑΙΣ ΤΑΙΣ ΘΥΣΙΜΑΙΣ
ΘΥΟΝΤΕΣ ΔΕΙΠΝΩΣΙΝ ΟΥΑΛΕΡΙΑ ΜΟΣΧΗ, &c.

Habemus igitur hic & Φρήταρχον & φροντιστὴν, ſeu *Curatorem*, aut *Procuratorem*, (prout in Gloſſario veteri Græco-Latino explicatur) & χαλκολόγους & διοικητὰς, ſeu *Diſpen-*

*ſatores:* qui, ſicut χαλκολόγοι pecunias corrogabant, quæ ſuſtentandis ejuſmodi Communitatibus inſervire debebant (niſi jam reditus in eam rem teſtamento deſtinati eſſent) ita iterum diſpenſabant. λογισταὶ itaque illi videntur fuiſſe, qui, ſicuti pecunias a χαλκολόγοις acceptas diſpenſabant, ita etiam in rationem relatas examinabant: appellatione ſic a ſimilibus nomine magiſtratibus, miniſteriiſve deſumpta.

Inde namque Plutarchus, in Apophegmatis de Alexandro: Ἀναξάρχῳ δὲ τῷ φιλοσόφῳ δοῦναι τὸν διοικητὴν ἐκέλευσεν ὅσον ἂν αἰτήσῃ. *Diſpenſatorem juſſerat Anaxarcho Philoſopho dare quantum poſceret.*

Idem autem, in libro περὶ ἀοργησίας, (pro Φρατριάρχοις, ut videtur, ſumens ἐπιλέκτους) τοὺς λογιστὰς cum τοῖς διοικηταῖς conjungit, dum ita loquitur: ἐπιλέκτοις τισι, καὶ λογισταῖς, καὶ διοικηταῖς. *Rationariis quibuſdam atque adminiſtratoribus.*

Sic quoque illud λογιστεύοντος videtur accipiendum, quod in inſigni iſta inſcriptione, quæ ex Sponio a me jam pag. 259 & 260. allata fuit; & in qua habemus, ΛΟΓΙΣΤΕΥΟΝ-ΤΟΣ Μ. ΟΥΟΛΥΣΣΙΟΥ ΠΕΡΙΚΛΕΟΥΣ, reperitur.

Erant aliàs quoque οἱ λογισταὶ Magiſtratus in Republica Athenienſi; quales illos deſcribunt tam Heſychius, quam Harpocration: quorum primus quidem ſimpliciter, λογιστὴς, κριτὴς, δοκιμαστὴς ἐξεταστής; at alter magis exſerte, λογισταὶ καὶ λογιστήρια ἀρχή τις παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλουμένη· εἰσὶ δὲ τὸν ἀριθμὸν δέκα, οἱ τὰς εὐθύνας τῶν διῳκημένων ἐκλογίζονται ἐν ἡμέραις τριάκοντα, ὅταν τὰς ἀρχὰς ἀποθῶνται οἱ Ἄρχοντες [διαφέρουσι δὲ τῶν εὐθυνῶν] λογιστήρια δ' ἐστὶ τῶν λογιστῶν ἀρχεῖα. *Logiſtæ & Logiſteria Magiſtratus erat apud Athenienſes ita appellatus. Erant autem numero decem, qui inquiſitionibus vitæ ac magiſtratus* (ſive illorum qui adminiſtrationem aliquam exercuerant) *præerant, peragendis intra triginta dies poſt depoſitos Archontum* (alioſque) *magiſtratus.* Quibus tunc addit: *Differunt autem* [*Logiſtæ ſc.*] ab Εὐθύνοις. *Logiſteria vero*

ſunt

*ſunt Logiſtarum curia.* Sic & Etymologicum Magnum ait: Λογιςὰς Ἄρχοντας δέκα κληρωτὰς, ἐφ᾽ ὧν πάντες οἱ ἄρχοντες ἀρχήν τινα, λόγον ἀπέφερον τῶν διῳκημένων. *Logiſtas fuiſſe Archontes (ſeu Magiſtratus) decem ſorte creatos, quibus cuncti aliquo Magiſtratu functi rationem redderent geſtæ adminiſtrationis.*

An autem ad hos Λογιςὰς &c. pertineant quoque οἱ λόγιοι, πευθῆνες, quorum mentio jam facta fuit, ubi de *Prytanibus* agebam, hic quoque diſquiri poſſet (neque id mihi uſque adeo improbabile) ſed videant Eruditi.

Cujuſmodi verò privilegia aut immunitates civitates has illaſve, ob beneficia ſingularia, etiam aliis civitatibus apud ſeſe conceſſerint, oſtendunt hæc ſequentia Byzantiorum, apud Demoſthenem, (in Oratione de Corona) verba: Δεδόχθω τῷ δάμῳ τῶν Βυζαντίων καὶ Περινθίων Ἀθηναίοις δόμεν ἐπιγαμίαν πολιτείαν, ἔγκτασιν γᾶς, καὶ οἰκίας, προεδρίαν ἐν τοῖς ἀγῶσι, πρόσοδον ποτὶ τὰν βωλὰν, καὶ τὸν δᾶμον, πρώτοις μετὰ τὰ ἱερὰ, καὶ τοῖς κατοικεῖν ἐθέλουσι τὰν πόλιν ἀλειτουργήτους ἦμεν πασᾶν τᾶν λειτουργιᾶν. *Populo Byzantinorum & Perinthiorum placere, jus matrimonii nobiſcum contrahendi; & civitatis ac reipublicæ noſtræ communionem, agrorum & fundorum emendorum ac poſſidendorum poteſtatem Athenienſibus concedi: in Ludis ac Certaminibus principem locum ac proprium; in Curia, apud populum, apud eos qui ſacris præpoſiti ſunt, tribui: tum ſi qui in urbe noſtra domicilium ſuarum fortunarum collocare velint, omnium rerum immunitatem dari, &c.*

Poſtremo tandem in Agrigentinorum marmore occurrunt ἀπόλογοι, in his verbis, ΚΑΙ ΦΕΡΕΙΝ ΤΑΝ ΕΞΟΔΟΝ ΔΙΑ ΑΠΟΛΟΓΩΝ. Qui ἀπόλογοι, ſicut ἔξοδος hîc *impenſas* denotat, ipſi ita ſunt, qui *impenſarum rationes reddere* ibi ex munere ſolebant. Hinc enim ἀπολογισμὸς Rationis *ſumptuum relatio*, ſive *expenſi relatio*, a verbo ἀπολογίζομαι,

quod rationes reddere ſeu referre denotat.

Qui quoque in modò a me cum allatis, tum & afferendis Inſcriptionibus occurrunt ſunt οἱ ἱεροποιοί: qui uti plures ſimul numero ibi ſe manifeſtant, ita & apud Pollucem decem numero comparent. Sic enim is de illis loquitur: Δέκα ὄντες οὗτοι ἔθυον θυσίας τὰς πενταετηρίδας. τὴν εἰς Δῆλον, τὴν ἐν Βραυρῶνι, τὴν Ἡρακλειδῶν, τὴν Ἐλευσῖνα. *Qui, cum decem numero eſſent, ſacrificabant. Quinquennalia ſacra; tum quod in Deto; tum quod in Brauroni; tum quod Heraclidarum erat; tum denique Eleuſinium.* Neque aliter fere Etymologus: Ἱεροποιοὶ κληρωτοὶ ἄρχοντές εἰσι ι' τὸν ἀριθμὸν, οἳ τά τε μαντεύματα ἱεροθυτοῦσι, κἂν τι καλλιερῆσαι δέῃ, καλλιεροῦσι μετὰ τῶν μάντεων, καὶ θυσίας τὰς νομιζομένας ἐπιτελοῦσι, καὶ τὰς πενταετηρίδας ἁπάσας διοικοῦσι πλὴν τῶν Παναθηναίων. *HIEROPOII ſortitò electi magiſtratus ſunt decem numero, qui ad Vaticinia (haruſpicum) præſto ſunt: quique, ſi huic litandum ſit litent ſimul cum vatibus [haruſpicibus] ac ſacrificia lege conſtituta peragant, omniaque ſacra Quinquennalia, exceptis Panathenaicis.*

Quæ hic præter iſta quæ Pollux habet, ſuperaddit, ſunt inter alia, iſtos ἱεροποιοὺς τοῖς ἱεροσκόποις, ſive *Haruſpicibus* præſentes adfuiſſe, quin & unà ſacrificaſſe. Cujus rei cauſam reddit Demoſthenis ſcholiaſtes, dum ait: Ἱεροποιὸν τὸν ἐπιβλέποντα τοὺς μάντεις ὅτε θύουσι, μή τι κακουργῶσι *Hieropæjum eſſe inſpectatorem, ſive obſervatorem adſtantem haruſpicibus (dum exta inſpiciunt) ne quid in ſacrificando mala fide, ſeu fraudulenter, agant.* Quod quam ſæpe contingere potuerit, imo & contigerit, exemplis diſcimus, quæ jam alibi a me ex Athenæo, ex Frontino, ex aliis de nautis Tæniis, de Jnnide vate, de Alexandro Magno, aliiſque allata fuere. Neque ignorabant talia Romani. Unde & Tiberius, apud Suetonium (cap. 63.) edixit, *ne quiſpiam Haruſpex ſolus exta inſpiceret*; vel, ut ipſius Suetonii verba habent: *Haruſpices ſecreto ac ſine teſtibus conſuli vetuit.*

Quod

Quod tamen quorſum ſpectarit, jam alibi explicui.

Ut vero apud Athenienſes Atticos obtinebant οἱ ἱεροποιοὶ; ſic æque, ac forſan magis apud Athenienſes in Delo. Apud quos, quamvis *Eumenidibus Areopagi in Atticis Athenis præſidibus* ſacra non facerent, aliiſque Atticorum Athenienſium ſacris non moderarentur, illi tamen eminentiori quoque munere fungebantur; cum & Decretis publicis præeſſent.

Hinc enim in Deliorum Decretis, quæ a Reineſio, Claſſe VII. nº. 23. 24. & 25. exhibentur, iſtis ἱεροποιοῖς injungitur, ut, dum Senatus Decreta hæc aut illa in Curiam inferret, illi iſta in Templo, ac quidem columnæ lapideæ inſcripta publicè exponerent. Quod apud Cretenſes (ut in ſequentibus videbimus) ipſi Coſmi faciebant.

Sicut autem in Delo plures numero quoque ἱεροποιοὺς ſimul fuiſſe; ita alibi tamen unicum tantum obtinuiſſe videtur; an vero eodem cum munere in incerto eſt. Ita ſaltem id videmus in lapide iſto, quem (cujuſve inſcriptionem) Conſtantinopoli a Georgio Douza allatum (ſicut & ex appendice Epiſtolæ de itinere ſuo Conſtantinopolitano patet) Gruterus pag. 319. exhibet. Reperta fuit iſta inſcriptio ἐν τῇ πλατείᾳ Βάρνῃ ἐντὸς τῆς Μητροπόλεως. Ita namque Douza perhibet. Quæ Metropolis, non illarum una in minori Aſia, aut Eubœa aut Dorienſium; ſed iſta, ut conjicio, quæ in Theſſalia fuit; atque adeo forſan ipſâ Theſſalonica: cum quod hæc vicina magis Scythis (quorum Regis mentio in illa fit) ſita fuerit; tum quod & ex tribus oppidulis obſcuris conflata fuerit: pluraque poſtea, præter illa, aſſumpta ipſi majus incrementum dederint: ita ut pene eodem modo, uti Athenæ Atticæ, ex plurium oppidulorum combinatione fuerit compoſita. inter quas ſicut Ithome fuit; ita quoque, procul dubio, hoc *Barne.*

Ipſa

Ipſa autem inſcriptio hoc modo ſe habet:

ΕΔΟΞΕ ΤΗ ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Τω
ΔΗΜω ΚΡΑΤΙCΤΕΝΗC ΖωΙΛΟΥ
ΕΙΠΕΝ ΕΠΕΙΔΗ ΕΡΜΕΙΑC ΑCΚΛΗΠΙΟΔωΡΟΥ
ΑΝΤΙΟΧΕΥC ΔΙΑΤΡΙΒωΝ. ΠΑΡΑ ΒΑCΙΛΕΙ
CΚΥΤωΝ ΓΡΑΝΙΤΑ. ΕΥΝΟΥΝ ΚΑΙ ΠΡΟΘΥΜΟΝ
ΕΑΥΤΟΝ Τω ΔΗΜω ΔΙΑΤΕΛΕΙ καὶ κοινῇ
ΚΑΙ ΙΔΙΑ ΤΟΙC ΕΝΤΥΓΧΑΝΟΥΣΙΝ ΑΥΤω
ΤωΝ ΠΟΛΕΙΤωΝ ΣΥΜΠΑΡΙΣΤΑΤΑΙ
CΠΟΥΔΗC ΟΥΘΕΝ. ΕΠΙΛΕΙΠωΝ ΕΝ ΠΑCΙ
ΤΟΙC ΑΞΙΟΥΜΕΝΟΙC ΔΕΔΟΧΘΑΙ ΤΗ
ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Τω ΔΗΜω ΔΕΔΟCΘΑΙ
ΑΥΤω ΚΑΙ ΕΚΓΟΝΕΙCΙ ΠΡΟΞΕΝΙΑΝ
ΠΟΛΙΤΕΙΑΝ ΠΡΟΕΔΡΙΑΝ ΑΤΕΛΕΙΑΝ
ΧΡΗΜΑΤωΝ ΠΑΝΤωΝ ωΝ ΑΝ
ΕΙCΑΓωCΙ ΚΑΙ ΕΞΑΓωCΙ ΕΠΙ ΚΤΗCΕΙ
ΚΑΙ ΕΓΓΕΙωΝ ΕΓΚΤΗCΙΝ ΚΑΙ ΔΙΚΑC
ΠΡΟΔΙΚΟΥC ΚΑΙ ΕΙCΠΛΟΥΝ ΚΑΙ
ΕΚΠΛΟΥΝ ΚΑΙ ΠΟΛΕΜΟΥ ΚΑΙ ΕΙΡΗΝΗC
ΑCΥΛΕΙ ΚΑΙ ΑCΠΟΝΔΕΙ ΕΙΝΑΙ ΔΕ
ΑΥΤΟΙC ΚΑΙ ΕΦΟΔΟΝ ΕΠΙ ΤΗΝ
ΒΟΥΛΗΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΠΡωΤΟΙC
ΜΕΤΑ ΤΑ ΙΕΡΑ ΤΟΝ ΔΕ ΙΕΡΟΠΟΙΟΝ
ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ ΤΟ ΨΗΦΙCΜΑ ΤΟΥΤΟ
ΕΙC ΤΕΛΑΜωΝΑ ΚΑΙ ΘΕΙΝΑΙ ΕΙC
ΤΟ ΙΕΡΟΝ

Interum

Integrum hoc eo lubentius attuli quod non parum faciat iis, quæ de privilegiis atque immunitatibus, quæ exteris benefactoribus concedebantur, confirmandis atque ulterius illuſtrandis. Quare & verſionem hanc addere libuit: *Placuit Senatui ac populo; Cratiſthenes Zoili f. dixit: Quandoquidem Hermias Aſclepiodori f. Antiochenus, dum apud Scytharum Regem Granitem converſaretur, ſeſe benevolum ac promptum populo præſtitit, iſque & publicè & privatim illis civium, qui ipſum conveniebant adjumento fuit circa fœdus; nihil circa cunctos, qui digni eſſent, omittens. Viſum eſt Senatui ac Populo, ut ei ac poſteris ejus tribuatur jus publici hoſpitii, civitatis, præſidentiæ, & immunitatis omnium rerum, quas invehere aut evehere poſſidendi gratia voluerit, uti & poſſeſſio terræ (ſive Agrorum) & jus primum in judiciis agendi; ac libertas adnavigandi & enavigandi tam belli quam pacis tempore, tuto ac ſine pacto: utque ipſis ſit introitus in ſenatum & ad populum primis poſt ſacrificia facta: utque Hieropoios hoc Decretum inſcribat faſciæ, ac ponat in templum:*

An autem ejuſdem muneris fuerint οἱ ἐπιμεληταὶ cum in Delo, tum forte & alibi, mihi ſane obſcurum, quin & plane incertum eſt. Interim in Oxonienſibus marmoribus & hoc habetur:

ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΚΑΙ ΔΗΛΙΩΝ ΟΙ

ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΕΣ ΕΝ ΔΗΛΩ

ΚΑΙ ΟΙ ΕΜΠΟΡΟΙ ΚΑΙ ΝΑΥΚΛΗΡΟΙ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ ΠΟΛΥΚΛΕΙΤΟΝ ΦΛΥΕΑ

ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΑ ΚΑΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

ΕΠΙΜΕΛΗΤΗΝ ΔΗΛΟΥ. ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ

ΕΝ ΤΩΙ ΕΠΙ ΖΕΝΩΝΟΣ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΕΝΙΑΥΤΩΙ

ΑΠΟΛΛΩΝΙ

Heſychius id adſtruere videtur per hæc ſequentia: Ἐπιμελείας οἶκος, ἔνθα τὰ δημόσια ἔγγραφα ἔκειτο; ubi ſcilicet publica acta, decreta &c. ſervabantur.

Interim videmus & mercaturæ, ἐπιμελητὰς decem apud Athenienſes Atticos, præpoſitos fuiſſe: qui ἐπιμεληταὶ ἐμπορίου appellabantur, atque itidem (uti apud illos ἱεροποιοὶ) decem numero erant. Hinc enim Harpocration: Ἐμπορίου δ᾽ ἐπιμελητὰς δέκα κρίνουσιν. τούτοις δὲ προστέτακται τῶν τε ἐμπορίων ἐπιμελεῖσθαι, καὶ τοῦ σίτου τοῦ καταπλέοντος εἰς τὸ Ἀττικὸν ἐμπόριον τὰ δύο μέρη τοὺς ἐμπόρους ἀναγκάζειν εἰς τὸ ἄστυ κομίζειν. *Mercimoniorum Curatores decem eligunt, quibus mandatur ut mercimoniorum curam gerant, frumentique quod ad forum Atticum advehitur: cogantque Mercatores ut duas partes in urbem advehant.*

Hoſce vero & ſuum γραμματέα habuiſſe indicat Demoſthenes κατὰ Θεοκρίνου, hoc modo: Ταύτην μὲν τὴν φάσιν ἔδωκε μὲν οὑτωσὶ προσκαλεσάμενος τὸν Μίκωνα. ἔλαβε δὲ ὁ γραμματεὺς ὁ τῶν τοῦ ἐμπορίου ἐπιμελητῶν Εὐθύφημος. ἐξέκειτο δὲ πολὺν χρόνον ἔμπροσθεν τοῦ συνεδρίου ἡ φάσις. *Iſtam autem accuſationem inſti-*

*ſti-*

*ſtituit in jus vocans Miconem. Convincebat autem ipſum Scriba Curatorum: atque pependit hæc lis diu coram ſynedrio.* Hi autem potius iidem fuiſſe videntur cum ἐπιμεληταῖς τῶν φυλῶν, quam cum τοῖς ἐπιμεληταῖς τῶν χορῶν: ut qui ab hiſce multum diverſi erant, ſoloſque Ludos curabant. Et de quibus Suidas: Ἐπιμεληταὶ ἐχειροτονοῦντο τῶν χορῶν, ὡς μὴ ἀτακτῶσιν τοὺς χορευτὰς ἐν τοῖς θεάτροις. *Eligebantur Curatores chororum, ne inordinate chori membra ſe gererent in theatris.*

Quum autem hæc ad ſolos Athenienſes Atticos ſpectent, patet ἐπιμελητὴν in inſcriptione nominatum (ac quidem ἐπιμελητὴν Δήλου) neque ad ἐπιμελητὰς ἐμπορίου, neque ad Choros, verum ad inſulæ Deli Magiſtraturam pertinere.

## CAPUT II.

*De* Coſmis *ac* Protocoſmis *Cretenſium: iſtaque occaſione conſideratur Cretenſium inſcriptio una & altera. De* Comaſtis *Cretenſium. De* Ephoris *Lacedæmoniorum ac quam ſimiles inter ſe fuerint Lacedæmoniorum ac Cretenſium (utpote illâ ex hac inſtituta) Reſpublica. De* Senibus, *ſeu* Senioribus, *Lacedæmoniorum. An, ac quatenus* κομασταὶ *Cretenſium conveniant cum* Ephoris *Lacedæmoniorum: rurſuſque iſta occaſione, de* Ephoris, *ut* Eponymis, *tum & de Ephoris Meſſeniorum, &c.*

QUemadmodum ab ἐπωνύμοις magiſtratibus incepi, ac quidem ab illo qui ſummus Athenienſibus erat, ſic finiam cum iſto, qui ſummus Cretenſibus fuit κόσμοις ſcilicet ac πρωτοκόσμοις: de quibus ita Strabo lib. x. in deſcriptione inſulæ Cretæ, illiusque regiminis, Ἄρχοντας δὲ δέκα αἱροῦνται·

περὶ δὲ τῶν μεγίστων συμβούλοις χρῶνται τοῖς γέρουσι καλουμένοις· καθίστανται δὲ εἰς τοῦτο τὸ συνέδριον οἱ τῆς τῶν κοσμίων ἀρχῆς ἠξιωμένοι, καὶ τὰ ἄλλα δόκιμοι κρινόμενοι. *Principes deligunt decem: de ſummis rebus cum deliberandum, conſiliarios adhibent qui ſeniores vocantur: cooptantur autem in illud collegium, qui Coſmiorum* [Coſmios illos vocat, quum omnes alii eos Coſmos nominent] *Magiſtratu digni habiti fuere, quique circa cætera probati cenſentur.*

At non tantum univerſæ Cretenſium reipublicæ decem præerant κόσμοι; verum & præcipuæ ejus civitates plurium Coſmorum numero gubernabantur. Quod ſaltem obtinuiſſe videtur, poſtquam jam in plures Reſpublicas hæc inſula fuit diviſa.

Videmus id primum ex iſto fœdere inter *Prianſios* & *Hierapytnios* percuſſo, quodque apud Reineſium Claſſe VII. nº. 22. habetur: cujus ſolam partem aliquam, quæ huc maxime, præ ceteris, facit, adducam:

. . . . . . . . . . ΠΡΕΙΓΗΙΑ ΔΕ · ΩΝ ΚΑ ΧΡΕΙΑΝ ΕΧΗΙ
ΠΟΡΗΙΩ ΠΑΡΕΧΟΝΤΩΝ
ΟΙ ΜΕΝ ΙΕΡΑΠΥΤΝΙΟΙ ΚΟΣΜΟΙ ΤΟΙΣ ΠΡΙΑΝΣΙΕΥΣΙ,
ΟΙ ΔΕ ΠΡΙΑΝΣΙΕΣ
ΚΟΣΜΟΙ ΤΟΙΣ ΙΕΡΑΠΥΤΝΙΟΣ ΑΙ ΔΕ ΜΗ ΠΑΡΙΣΧΑΙΕΝ
ΑΠΟΤΕΙΣΑΝ
ΤΩΝ ΟΙ ΕΠΙΔΑΜΟΙ ΤΩΝ ΚΟΣΜΩΝ ΤΑΙ ΠΡΕΙΓΕΙΑΙ
ΣΤΑΤΗΡΑΣ ΔΕΚΑ
Ο ΔΕ ΚΟΣΜΟΣ ΤΩΝ ΙΕΡΑΠΥΤΝΙΩΝ ΕΡΠΕΤΩ ΕΝ ΠΡΙ-
ΑΝΣΙΟΙ ΕΣ
ΤΟ ΑΡΧΕΙΟΝ ΚΑΙ ΕΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΙ ΚΑΘΗΣΘΩ ΜΕΤΑ
ΤΩΝ ΚΟΣΜΩΝ

ΩΣΑΥ-

ΩΣΑΥΤΩΣ ΔΕ ΚΑΙ Ο ΤΩΝ ΠΡΙΑΝΣΙΕΩΝ ΕΡΠΕΤΩ
ΕΝ ΙΕ
ΡΟΠΥΤΝΑΙ ΕΣ ΤΟ ΑΡΧΕΙΟΝ ΚΑΙ ΕΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΙ
ΚΑΘΗΣΘΩ ΜΕΤΑ
ΤΩΝ ΚΟΣΜΩΝ ΕΝ ΔΕ ΤΟΙΣ ΗΡΟΙΚΟΙΣ ΚΑΙ ΕΝ ΤΑΙΣ
ΑΛΛΑΙΣ ΕΟΡΤΑΙΣ
ΟΙ ΠΑΡΑΤΥΓΧΑΝΟΝΤΕΣ ΣΡΠΟΝΤΩΝ ΠΑΡ ΑΛΛΑΛΟΣ ΕΣ
ΑΝΔΡΗΙ
ΟΝ ΚΑΘΩΣ ΚΑΙ ΟΙ ΑΛΛΟΙ ΠΟΛΙΤΑΙ ΑΝΑΓΙΝΟΣΚΟΝ-
ΤΩΝ ΔΕ ΤΑΝ
ΣΤΑΛΑΝ ΚΑΤ ΕΝΙΑΥΤΟΝ ΟΙ ΤΟΚΑΕΙ ΚΟΣΜΟΝΤΕΣ
ΠΑΡ ΕΚΑΤΕ
ΡΟΙΣ ΕΝ ΤΟΙΣ ΥΠΕΡΩΙΟΙΣ ΚΑΙ ΠΑΡΑΓΓΕΛΛΟΝΤΩΝ
ΑΛΛΑ
ΛΟΙΣ ΠΡΟ ΑΜΕΡΑΝ ΔΕΚΑ Η ΚΑ ΜΕΛΛΟΝΤΙ ΑΝΑΓΙ-
ΝΩΣΚΕΝ, &c.

Ac ſub finem:

- - - - - - ΣΤΑΣΑΝΤΩΝ ΔΕ ΤΑΣ ΣΤΑΛΑΣ ΟΙ
ΕΝΕΣΤΑΚΟΤΕΣ
ΕΚΑΤΕΡΗΙ ΚΟΣΜΟΙ ΕΠ ΑΥΤΩΝ ΚΟΣΜΟΝΤΩΝ ΟΙ ΜΕΝ
ΙΕΡΑΠΥΤ
ΝΙΟΙ ΕΝ ΤΩ ΙΕΡΩΙ ΤΑΣ ΑΘΗΝΑΙΑΣ ΤΑΣ ΠΟΛΙΑΔΟΣ
ΚΑΙ ΟΙ
ΠΡΙΑΝΣΙΟΙ ΕΝ ΤΩΙ ΙΕΡΩΙ ΤΑΣ ΑΘΗΝΑΙΑΣ ΤΑΣ ΠΟ-
ΛΙΑΔΟΣ, &c

 Quo-

Quorum verſionem hîc eo lubentius addo, quod hæc dialectus rara admodum ſit, nec facile ita alibi (ſi tamen alibi) occurrat: - - - - - - - - - - - - - *Ærarium quicquid opus ſit legato, præbeto Hieropytniorum Coſmi Prianſieis, viciſſim Pranſierorum Coſmi Hieropytniis. qui non præbuerint, ſolvunto cives eorum Ærario ſtateres decem. Coſmus Hieropytniorum intrandi jus habeto in Prianſiorum Curiam, ſedendique in Concilio cum eorum Coſmis. Similiter Coſmus Pranſieorum intret in Hieropytniorum curiam, & in Concilio ſederat inter Coſmos. In Heroicis autem & aliis feſtis, qui alterutrinque ſupervenerint, ad ſacras epulas, æque ac alii loci (iſtius) cives, intranto. Legunto autem columnam pro tempore utrinque Coſmi quotannis, in Feſto Hyperboiorum, & nuncianto mutuò dies decem antequam lecturi ſint*, &c.

Atque inferius, ſub finem:

*Collocanto autem pilas conſtituti in præſentiarum ex utraque parte Coſmi, dum Magiſtratum adhuc gerunt; Hierapytnii quidem in templo Minervæ Poliadis, Prianſii in templo Minervæ Poliadis*, &c.

Quando autem dicitur ὁ δὲ κόσμ☉ τῶν Ἱεραπυτνίων ἱερπίτω, &c. indicatur ὁ πρωτοκόσμ☉ ſeu cæterorum *Coſmorum* præſes ſeu caput; ſicuti videre eſt ex ſequentibus hic inſcriptionibus apud Gruterum, pag. 1084. & 1085, reperiundis: ut n°. 11.

AY-

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ. ΚΑΙΣΑΡΙ
ΘΕΟΥ. ΝΕΡΒΑ. ΥΙΩ. ΝΕΡΟΥ
Α. ΤΡΑΙΑΝΩ. ΣΕΒΑΣΤΩ
ΑΡΧΙΕΡΕΙ. ΜΕΓΙΣΤΩΔΗ
ΜΑΡΧΙΚΗΣ. ΕΞΟΥΣΙΑΣ
ΤΟ. ΙΖ. ΥΠΑΤΩ. ΤΟ. Γ. ΠΑΤΡΙ
ΠΑΤΡΙΔΟΣ. ΤΟ. ΤΗΣ. ΟΙ
ΚΟΥΜΕΝΗΣ. ΚΤΙΣΤΗ
ΑΙΤΤΙΩΝ. Η. ΠΟΛΙΣ
ΔΙΑ. ΠΡΩΤΟΚΟΣΜΟΥ. Μ
ΠΟΜΠΗΙΟΥ. ΚΛΕΙΜΕΝΙ
ΔΑ

Quæ n°. 10. habetur plane eadem eſt: niſi quod ibi non compareant iidem anni Tribunitiæ poteſtatis, neque titulus *Patris Patriæ*.

Alia pag. nempe 1085. exhibetur hæc dedicata honori Plotinæ Auguſtæ, quæ ipſius *Trajani* uxor fuit:

ΠΛΩΤΙΝΗΝ. ΣΕ
ΒΑΣΤΗΝ. ΑΥΤΟ
ΚΡΑΤΟΡΟΣ. ΝΕΡ
ΟΥΑ. ΤΡΑΙΑΝΟΥ. ΚΑΙ
ΣΑΡΟΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ. ΔΑΚΙ
ΚΟΥ. ΓΥΝΑΙΚΑ. ΑΥΤ
ΤΙΩΝ. Η. ΠΟΛΙΣ. ΔΙΑ
ΠΡΩΤΟΚΟΣΜΟΥ. Μ.
ΠΟΜΠΗΙΟΥ. ΚΛΕΙ
ΜΕΝΙΔΑ.

Ne-

Neque ſolum *Protocoſmi* memorantur: verum indicatur ſimul quota vice jam iſtum Magiſtratum adminiſtrarint: tum & ΚΩΜΑϹΤΑϹ, atque itidem anni ipſius iteratæ adminiſtrationis ſive muneris. Hos autem *Comaſtas Magiſtratum fuiſſe ſacrorum faciundorum cauſa*, quam optime meo judicio conjicit, in notis ſuis Scaliger: quum tam frequenter ſacerdotium, ſive etiam Ἀρχιρεία, conjungeretur cum ſummo Magiſtratu politico in unis iiſdemque marmoribus; quin & in uno eodemque homine, ſummum ſuſtinente Magiſtratum. Exempla ut adducam diviſi iſtius ſive imperii ſive miniſterii, compareat illa inſcriptio, quæ pag. 1084. nº. 9. habetur, hoc modo:

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ. ΚΑΙϹΑΡΙ
ΘΕΟΥ. ΝΕΡΒΑ. ΥΙΩΙ. ΝΕΡΟΥΑ
ΤΡΑΙΑΝΩ. ϹΕΒΑϹΤΩ. ΑΡΙϹΤΩ
ΑΡΜΕΝΙΚΩ. ΔΑΚΙΚΩ. ΑΡΧΙ
ΕΡΕΙ. ΜΕΓΙϹΤΩ. ΔΗΜΑΡΧΙ
ΚΗϹ. ΕΞΟΥϹΙΑϹ. ΤΟ. ΙΑ.
ΥΠΑΤΩ. ΤΟ. Γ. ΠΑΤΡΙ. ΠΑΤΡΙΔΟϹ
ΤΩ. ΤΗϹ. ΟΙΚΟΥΜΕΝΗϹ. ΚΤΙ
ϹΤΗ. ΛΙΤΤΙΩΝ. Η. ΠΟΛΙϹ. ΔΙΑ
ΠΡΩΤΟΚΟϹΜΟΥ. ΒΑΝΑ. Ξ. Ι
ΒΟΥΛΟΥ. ΚΩΜΑϹΤΑ. ΤΟ. Β

Sic & Matidiæ (cujus tamen nomen in nummis rariſſimum eſt, ſicut magni iſti viri Patinus ac Vaillantius teſtantur, cuique nomen Auguſtæ quoque tribuitur) hæc ſequens inſcriptio poſita eſt.

MA-

MATIΔIAN. CEBACTHN
ΛITTIΩN ΠΟΛΙC
ΔΙΑ. ΠΡΩΤΟΚΟCΜΟΥ
BANA Z̄ IBOΥΛΟΥ. KΩ
MACTA TO B̄

Ambo autem iſta munera in uno eodemque homine conjuncta quandoque fuiſſe oſtendit hæc jam ſequens, ibid n°. 5. reperiunda:

MATTIΔIAN CEBACTHN
AITTIΩN H ΠΟΛΙC ΔIA
ΠΡΩΤΟΚΟCΜΟΥ. Τ. ΦΛΑ
ΟΥΙΟΥ· ΚΩΜΑCΤΑ ΤΟ. B̄.

Niſi quis hîc nomen τοῦ κωμάςου, quodcunque id tandem fuerit, excidiſſe velit: quod tamen minus crediderim. Quum, uti, jam ſupra monui, ejuſmodi munera in uno eodemque homine ſæpius conjungerentur: uti ex exemplis jam ſupra comparentibus ſatis clare eluceſcit.

Matidia interim hæc Auguſtæ appellatione condecoratur, quamvis ipſa uxor Cæſaris nullius fuerit: ſicut, præterquam ex nummis, etiam ex ſequenti inſcriptione patet:

MATIDIAE
AVG. FIL. DIVAE
SABINAE. SORORI
IMP. ANTONINI
AVG. PII. P.P
MATERTERAE
SINVESANI

De qua Matidia ulterius vide, quæ Reineſius habet, Claſſe III. ad. n°. 18. 19. & 20.

Quod porro ad κωμαστὰς attinet, κωμαστὴς ſeu καμαστὸ ſolus ſic reperitur in alio Cretenſium lapide; verum ut videtur mutilato, hoc modo,

ΚΥΡΝΙΟΣ
ΚΩΜΑΣΤΑ
ΤΟ

Ubi numerus indicans quota vice jam tum κωμαστὴς eſſet, injuria temporis aut hominum excidiſſe ſatis clarum videtur. An vero iſtæ inſcriptiones, quæ eadem pag. 1104. numeris 22. & 23. (quum hæc ſit n°. 23) præcedunt, at adhuc minus integræ videntur, huc pertineant plane incertum eſt.

Conſiderandum ulterius, Cretenſium ac Lacedæmoniorum Reſpublicas fere eodem modo (cum hujus regimen ab iſta ortum traxerit) gubernatas fuiſſe. Quo magis adducor & ſacra ſummum Magiſtratum apud Cretenſes, æque ac Lacedæmonienſes curaſſe, adeoque illos & κωμαστὰς (licet temporarii quoque mu-

munere) ſi non omnes ſimul ſaltem aliquos inter ipſos perfunctos.

De Ephoris autem ita loquitur Cicero, lib. 1. de Divin. *Qui præerant Lacedæmoniis non contenti vigilantibus curis, in Paſiphaes fano, quod eſt in agro propter urbem, ſomniandi cauſa excubant.*

Quin et, eodem teſtante, *iidem Lacedæmonii, Regibus ſuis augurem aſſeſſorem dederunt: itemque ſenibus, ſic enim conſilium publicum appellant, augurem intereſſe voluerunt.* Sic & Plutarchus, in vita Agidis & Cleomenis: *Per eoſdem dies uni ex Ephoris in fano Paſiphaës dormienti mirum ſomnium fuit oblatum,* &c.

Quæ autem de ſigno nono quoquo anno ab Ephoris obſervato, iiſdemque ablato, poſt multa intermixta narrat iſta commodam pati poſſunt interpretationem.

Quam plane ſimiles inter ſe fuerint hæ Cretenſium ac Lacedæmoniorum Reſpublicæ, atque in quam paucis inter ſe diſcreparint, (ratione Coſmorum &c.) ſatis indicat Ariſtoteles Politicorum. Lib. II. cap. 10. hoc modo, dum de iſtis Rebuſpublicis, prout ſuis temporibus, atque ante Romanum in ipſos imperium, ſeſe habebant, loquitur: Ἔπι δὲ τῆς πολιτείας ἡ τάξις. οἱ μὲν γὰρ Ἔφοροι τὴν αὐτὴν ἔχουσι δύναμιν τοῖς ἐν τῇ κρήτῃ Καλουμένοις Κόσμοις. πλὴν οἱ μὲν Ἔφοροι, πέντε τὸν ἀριθμόν. οἱ δὲ Κόσμοι δέκα εἰσίν. οἱ δὲ γέροντες τοῖς γέρουσιν, οὓς καλοῦσιν οἱ Κρῆτες βουλὴν, ἴσοι. βασιλεία δὲ πρότερον μὲν ἦν, εἶτα κατέλυσαν οἱ Κρῆτες, καὶ τὴν ἡγεμονίαν οἱ Κόσμοι τὴν κατὰ τὸν πόλεμον ἔχουσιν. ἐκκλησίας δὲ μετέχουσι πάντες. κυρία δ᾽ οὐδενός ἐστιν, ἀλλ᾽ ἢ συνεπιψηφίσαι τὰ δόξαντα τοῖς γέρουσι καὶ τοῖς κόσμοις.

Tum nonnullis interjectis: Τὰ δὲ περὶ τοὺς Κόσμους, ἔτι χεῖρον τῶν Ἐφόρων. ὃ μὲν γὰρ ἔχει κακὸν τὸ περὶ Ἐφόρων ἀρχεῖον, ὑπάρχει καὶ τούτων· γίνονται γὰρ οἱ τυχόντες. ὃ δὲ ἐκεῖ συμφέρει πρὸς τὴν πολιτείαν, ἐνταῦθ᾽ οὐκ ἔστιν. ἐκεῖ μὲν γὰρ, διὰ τὸ τὴν αἵρεσιν ἐκ πάντων εἶναι, μετέχων ὁ δῆμος τῆς μεγίστης ἀρχῆς, βούλεται μένειν τὴν

πολιτείαν· ἐνταῦθα δ' οὐκ ἐξ ἁπάντων αἱροῦνται τοὺς Κόσμους, ἀλλ' ἐκ τινῶν γενῶν, καὶ τοὺς γέροντας ἐκ τῶν κεκοσμηκότων περὶ ὧν τοὺς αὐτοὺς ἄν τις εἴπειε λόγους, καὶ περὶ τῶν Λακεδαίμονι γινομένων. τὸ γὰρ ἀνυπεύθυνον καὶ τὸ διὰ βίου, μεῖζόν ἐστι γέρας τῆς ἀξίας αὐτοῖς· καὶ τὸ μὴ κατὰ γράμματα ἄρχειν, ἀλλ' αὐτογνώμονας, ἐπισφαλές. τὸ δ' ἡσυχάζειν μὴ μετέχοντα τὸν δῆμον, οὐδὲν σημεῖον τοῦ τετάχθαι καλῶς· οὐδὲ γὰρ λήμματός τι τοῖς Κόσμοις, ὥσπερ τοῖς Ἐφόροις, πόρρω γ' ἀποικοῦσιν ἐν νήσῳ τῶν διαφθερούντων. ἣν δὲ ποιοῦνται τῆς ἁμαρτίας ταύτης ἰατρείαν ἄτοπος καὶ οὐ πολιτική, ἀλλὰ δυναστευτική. πολλάκις γὰρ ἐκβάλλουσι συστάντες τινὲς τοὺς Κόσμους, ἢ τῶν συναρχόντων αὐτῶν, ἢ τῶν ἰδιωτῶν. ἔξεστι δὲ καὶ μεταξὺ τοῖς Κόσμοις ἀπειπεῖν τὴν ἀρχήν.

*Ephori enim eandem Lacedæmone poteſtatem obtinent atque in Creta ii, qui dicuntur Coſmi: niſi quod Ephori numero ſint quinque, Coſmi decem. SENATORES autem SENATORIBUS, quos Cretenſes Boulen, h.e. Conſilium appellant numero ſunt pares. Jam vero Regibus antea Cretenſes paruerunt: poſtea regalem poteſtatem ſuſtulerunt. Tum Coſmi in bello* [ſicut apud Athenienſes Archontes] *principem locum obtinent. Concionis porro omnes quidem ſunt participes; ſed penes illam nullus rei gerendæ eſt poteſtas, præterquam earum rerum quæ Senatoribus & Coſmis decreta ſunt, ſuffragio comprobandarum.*

Idemque paulo poſt: *Sed quæ ad Coſmos ſpectant, ea etiam deterius, quam quæ apud Ephoros conſtituta ſunt. Nam quod mali ineſt in Ephororum imperio, hoc ineſt etiam in horum* [Coſmorum] *poteſtate. Creantur enim homines ſorte oblati. Quod autem illic ad reipublicæ ſtatum utile eſt, hic non eſt. Illic enim propterea quod electio fit ex omnibus, populus, qui imperii maximi fit particeps, rempublicam manere ſtudet. Hic autem non ex omnibus eliguntur Coſmi, ſed ex quibuſdam generibus: Senatores ex iis, qui Coſmico munere functi ſunt: de*

*de quibus eadem quis dicere poſſet, ac de iis, qui Lacedæmone creantur. Nam rationum referendarum judicio non teneri & per totam vitam gerere Magiſtratum major eſt honos, quam pro eorum dignitate: eoſque non ex præſcripto juris ſcripti imperare, ſed ſuo arbitratu Magiſtratum gerere, periculoſum eſt. Quod autem quieſcit populus, etſiamſi hujus Magiſtratus non ſit particeps, nullum eſt argumentum reipublicæ bene ordinatæ. Nam neque nulla COSMIS, ſicut EPHORIS, quæſtus faciendi ex magiſtratu facultas datur; ut qui in inſula longe abſint, ab iis qui corrupturi ſint, &c.*

Hæc igitur Ariſtoteles, dum has inter ſe comparat Reſpublicas.

Notandum quoque ad illa Ariſtotelis verba: *Senatores per totam viam gerere Magiſtratum*, id quoque ita in Ageſilai vita indicari a Plutarcho, dum ait: Τῶν Ἐφόρων ἦν τότε [NB] καὶ τῶν γερόντων τὸ μέγιστον ἐν τῇ πολιτείᾳ κράτος, ὧν οἱ μὲν ἐνιαυτὸν ἄρχουσι μόνον, οἱ δὲ γέροντες διὰ βίου πάντων ἔχουσι τὴν τιμήν. *Tunc temporis autem erat in republica maxima poteſtas Ephororum ac Seniorum: quorum illi tantum annuam habent poteſtatem, hi vero per totam vitam reipublicæ præſunt.*

Sicut vero *annui* erant *Ephori*, ita & ἐπώνυμοι erant, temporaque ab ipſis quoque ſignabantur, uti apud Athenienſes ab *Archontibus*. Quod & exteros obſervaſſe, pluribus exemplis nos docet, in Hellenicis ſuis, Xenophon. Sic namque libro 1. loquitur: Ἐπὶ Ἐφόρου μὲν ὄντος ἐν Σπάρτῃ Εὐαρχίππου, ἄρχοντος δ᾽ ἐν Ἀθήναις Εὐκτήμονος. *Dum Ephorus eſſet Spartæ Archippus, Archon vero Athenis Euctemon.* Tum & alio loco: Πίτυος μὲν ἐφορεύοντος, ἄρχοντος Καλλίου Ἀθήνησιν. Ac libro 2. Τῷ δ᾽ ἐπιόντι ἔτει, ἐπὶ Ἀρχύτου μὲν ἐφορεύοντος, ἄρχοντος δ᾽ ἐν Ἀθήναις Ἀλεξίου. Denique Εὐδίου δὲ ἐν Σπάρτῃ ἐφορεύοντος, Πυθοδώρου δ᾽ ἐν Ἀθήνησιν ἄρχον-

τος. Ac paulo poſt: Τελευτῶντος δὲ θέρους, ἐς ὃ ὁ ἑξάμηνος καὶ ὄκτω, καὶ εἴκοσιν ἔτη τῷ πολέμῳ ἐπλέετο, ἐν οἷς Ἔφοροι ἀριθμούμενοι οἵ δὲ ἐγένοντο, Αἰνησίας πρῶτος, ἐφ' οὗ ἤρξατο ὁ πόλεμος, πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει τῆς μετὰ Εὐβοίας ἅλωσιν τριακονταετίδων σπονδῶν. μετὰ δὲ τοῦτον οἵδε· Βρασίδας, Ἰσάνωρ, Σωστρατίδας ἔξαρχος, Ἀγησίστρατος, Ἀγγεννίδας, Ὀνομακλῆς, Ζεύξιππος, Πίτυας, Πλειστόλας, Κλεινόμαχος, Ἴλαρχος, Λέων, Χαιρίδας, Πατησιάδας, Κλεοσθένης, Λυκάριος, Ἐπήρατος, Ὀνομάντιος, Ἀλεξιππίδας, Μισγολαΐδας, Ἰσίας, Ἄρακος, Εὐάρχιππος, Πανταλκῆς, Πιτήας, Ἀρχήτας, Εὔδικος, ἐφ' οὗ Λύσανδρος πράξας τὰ εἰρημένα, οἴκαδε κατέπλευσεν. *Sub æſtatis finem, quâ poſt annum XXVIII, ſextumque menſem bello finis eſt impoſitus: in quibus, qui hîc enumerantur fuere Ephori, primus Æneſias, quo Magiſtratum gerente bellum cœpit, quinto & decimo anno poſt, jam Eubœa capta, inducias triginta annorum. Poſt illum vero hi ſequentes; Braſidas, Iſſanor, Soſtratides exarchus, Ageſiſtratus, Angemides, Onomacles, Zeuxippus, Pityas, Pleiſtoles, Clinomachus, Ilarchus, Leon, Charides, Pateſiades, Cleoſthenes, Lyoarius, Eperatus, Onomantius, Alexippides, Miſgolaides, Iſias, Aracus, Euarchippus, Pantacles, Piteas, Archetes, Eudicus; quo munus hoc gerente Lyſander rebus iis, quas diximus, geſtis, in Patriam cum claſſe rediit.*

Quod porrò ad dictos *Senes* attinet, Cretenſium *Seniores* illis, qui Lacedæmoniorum erant, numero æquales fuiſſe, ſicut ex Ariſtotele diſcimus, ita & Plato id, lib. II. de Legibus indicat, his verbis: τὴν δὲ ὄκτω καὶ εἴκοσι γερόντων ἰσόψηφον εἰς τὰ μέγιστα τῇ τῶν βασιλέων δυνάμει.

Sicut & Plutarchus, qui in Lycurgo: Τοσούτους δὲ καταστῆναί φησὶ τοὺς γέροντας Ἀριστοτέλης, ὅτι τριάκοντα τῶν πρώτων μετὰ Λυκούργῳ γενομένων, δύο τὴν πρᾶξιν ἐγκατέλιπον ἀποδειλιάσαντες. ὁ δὲ Σφαῖρος ἐξ ἀρχῆς φησι τοσούτους γενέσθαι τοὺς τῆς γνώμης μετασχόντας· εἴη δ' ἄν τι καὶ τὸ τοῦ ἀριθμοῦ δι' ἑβδομάδος τετράδι πολλαπλα-

σια-

σιαδείσης ἀποπλέυμενον, καὶ ὅτι τοῖς αὐτοῦ μέρεσιν ἴσος ὢν μετὰ τὴν ἑξάδα, τέλειός ἐστιν. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μάλιστα τοσούτους ἀποδεῖξαι τοὺς γέροντας, ὅπως οἱ πάντες ὦσιν τριάκοντα, τοῖς ὀκτὼ καὶ εἴκοσι τοῖν δυοῖν βασιλέοιν προστιθεμένοιν. *Eum numerum definitum Ariſtoteles Seniorum (ſeu Senatorum) ait, quod ex primis triginta Lycurgi ſociis duo ignavi, cœpta deſeruerint. Sphærus totidem ab initio auctor eſt conſilii ejus participes fuiſſe. Et ſane aliquam vim habet numerus plenus ſeptenarius quaternario multiplicatus, & quod partibus ſuis paribus ſecundum ſenarium plenum ſit. Equidem adducor ideo potiſſimum tot eum deſignaſſe ſenatores, quot adjunctis ad viginti-octo duobus regibus univerſi triginta eſſent.*

Unde & Polybius, lib. vi. Τρίτον παρὰ Λακεδαιμονίοις· οἱ μὲν βασιλεῖς ἀΐδιον ἔχουσι τὴν ἀρχὴν, οἱ δὲ προσαγορευόμενοι Γέροντες διὰ βίου· δι᾽ ὧν καὶ μεθ᾽ ὧν πάντα χειρίζεται τὰ κατὰ τὴν πολιτείαν. *Tertio apud Lacedæmonios Reges liberique ipſorum perpetuum imperium habent. At qui dicuntur SENES, quoad vivunt: atque iſti ſunt quorum auſpiciis ac conſiliis publica omnia negotia tractantur.*

An vero Κομασταὶ Cretenſium [quod ſuperioribus quæ de illis dixi addendum eſt] eodem modo ſint conſiderandi, ratione Publicorum Sacrorum curandorum, quo iſti σύνδειπνοι, qui Regibus Lacedæmoniorum aſſidebant, ac per illos ad Oracula conſulenda &c. ſi quando id neceſſe foret, mittebantur, illud mihi in incertis eſt. Crediderim potius eos domi pro Republica ſacrificaſſe, Auguria, Omina, &c. ſimilia obſervaſſe, adeoque & pro ἀρχιερεῦσι fuiſſe.

Ut enim apud Athenienſes, ex novem *Archontibus* cum *Archon* ἐπώνυμος, tum *Rex*, tum & cæteri *Archontes* ſibi peculiaria quædam ſacra, Ludos ac Certamina, curanda habebant; ſic & tale quid apud Cretenſes obtinuiſſe exiſtimo: quod & *Ephororum* apud Lacedæmonios fuiſſe (ſive in Paſitheæ templo conſiderent, ſive alibi quandoque) tam

ex

ex aliis a me alibi allatis, quam & hiſce Polybii (qui & libro IV docet eos Reges creaſſe) liquet: Τοὺς Ἐφόρους συντελεῖν τὰ περὶ τὴν θυσίαν, αὐτοὺς περὶ τὸ τέμενος διατρίβοντας.

Porrò Meſſenios etiam ſuos ſibi *Ephoros* habuiſſe idem Polybius (ſicut & δημοκρατείᾳ illos gaviſiſſe alibi docet) clare indicat eodem lib. IV. his verbis: Οἱ δὲ Μεσσηνίων Ἔφοροι, πάλαι μὲν ἐπί τε τοῖς γινομένοις, καὶ τῇ παρεπιδημίᾳ τοῦ Δοριμάχου διαλγοῦντες· τότε δὲ καὶ προσενυβρίζεσθαι δόξαντες, ἀνεκαλοῦντ᾽ αὐτὸν εἰς τὰς συναρχίας. ἐν ᾧ καιρῷ Σκίρων, ὃς ἦν μὲν Ἔφορος τότε τῶν Μεσσηνίων, εὐδοκίμει δὲ καὶ κατὰ τὸν ἄλλον βίον παρὰ τοῖς πολίταις, συνεβούλευε μὴ προΐεσθαι τὸν Δορίμαχον ἐκ τῆς πόλεως, ἐὰν μὴ τὰ μὲν ἀπολωλότα πάντα τοῖς Μεσσηνίοις ἀποκαταστήσῃ, &c. *Meſſeniorum Ephori dudum, quà propter piratarum rapinas, quà propter Dorimachi adventum dolore accenſi, tum vero etiam contumeliâ accedente, ut ipſi interpretabantur, ad Magiſtratuum conventum diem dicunt. Erat tunc temporis* [inter alios] *Meſſeniorum Ephorus Sciron, ob reliquæ etiam vitæ probitatem in Magna apud cives ſuos opinione: qui conſilium dedit ne Dorimacho exeundi ex urbe prius facerent poteſtatem, quam omnia damna quæ acceperant Meſſenii reſarciret, &c.*

Qui tamen *Ephori*, an ibi quoque, ſicut apud Cretenſes *Coſmi*, & apud Lacedæmonios iſtorum *Ephori*, vicem *Tribunorum Plebis* apud Romanos, geſſerint, plane ignoro.

## CAPUT. III.

*De* Hierothytis, *de χαλκώμασι, ac* Telamonibus, *quibus publica inſcribebantur Decreta: tum & in inſcriptionibus Agrigentinorum ac Melitenſium nonnulla animadverſa atque illuſtrata; ut illa* ΠΑΡΑΠΡΟΣΤΑ ΤΑΣ ΒΟΥΛΑΣ *&* ΠΡΟΑΓΟΓΟΥΝΤΟΣ ΔΙΟΚΛΕΟΣ: *tum & tam* ΗΛΙΑΙΑ *Athenienſium, quam* ΑΛΙΑ *Agrigentinorum, & Byzantiorum:* porrò quid ἐξοδιάσαι & ἔξοδος fuerint; tum Δίμηνος Καρνεῖος, πρόξενος & εὐεργέτης, πρόσοδος πρὸς τὴν βουλὴν, &c. ac προεδρία ἐν τοῖς ἀγῶσι: *denique in Decreto Byzantiorum hæc,* ἐν παλίᾳ *ac quomodo corrigenda; ſicut & illa* πὸθ' ὅλον ποτὶ τὰν βωλὰν, *aliaque in ipſo emendanda aut explicanda; ut* ἐπιγαμία, ἀλειτουργία, ἀτέλεια, ἔισπλους καὶ ἔκπλους ἀσυλεὶ καὶ ἀσπονδεί; *tum* πολιτεία & ἰσοπολιτεία, *&c. Denique quid fuerit* δίκη πρόδικος, *&* προδικία ἐπὶ τιμὰν *&c.*

DUm hic meus labor jam in fine eſt, non poſſum non addere ſequentes has ex Grutero inſcriptiones, ob ἱεροθύτας, atque alia plura Doctorum conſideratione non indigna; quæque illis, quæ jam à me tractata fuerunt, affinia ſunt: ut quæ pertineant quoque ad ἐπωνύμους, ſeu quorum nominibus annus ſignabatur, cum apud Agrigentinos, tum apud Melitenſes; forſan & apud alios. Qui *Hierothytæ*, ſicut aliàs ipſorum hoc nomen omnibus Sacerdotibus, quatenus Dîs facerent, commune eſſe potuit, tamen eo, ut peculiaris ſacerdotii gaudebant; plane ut iſti ἀρχιερεῖς, qui ſub ſimplici ἱερέως nomine, nihilominus tamen & ἐπώνυμοι erant: ut jam ſupra, ubi de ἀρχιερεῦσι loquebar, oſtendi.

Idem fere & circa alia munera, ſeu ſolummodo Politica, ſeu ſacrà quoque, obtinuiſſe pluribus exemplis oſtendere liceret: verum nunc (ut manum ſic ſenſim tollam de tabula) accedamus ad inſcriptionem illam, quæ apud dictum Gruterum, pagina ccccı ita habetur:

ΕΠΙ ʽΙΕΡΟΘΥΤΑ
ΝΥΜΦΟΔΩΡΟΥ. ΤΟΥ. ΦΙΛΩΝΟΣ
ΠΑΡΑΠΡΟΣΤΑ. ΤΑΣ. ΒΟΥΛΑΣ
ΠΡΟΕΔΡΕΥΟΥΣΑΣ. ΤΑΣ. ΦΙΛΑΣ
ΤΩΝ. ΥΛΛΕΩΝ. ΠΡΟΑΓΟΓΟΥΝΤΟΣ
ΔΙΟΚΛΕΟΣ. ΤΟΥ ΔΙΟΚΛΕΟΥΣ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣ. ΑΔΡΑΝΙΩΝΟΣ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΑΛΙΑΣΜΑ. ΕΣ. ΤΑΣ. ΔΙΜΗΝΟΥ. ΚΑΡΝΕΙΟΥ. ΕΞΗΚΟ. . . ΟΣ. ΠΑΝΑΙ
ΥΠΕΡ. ΠΡΟΞΕΝΙΑΣ. ΔΗΜΗΤΡΙΩΙ. ΔΙΟΔΟΤΟΥ. ΣΥΡΑΚΟ-ΣΙΩΙ

ΕΔΟΞΕ. ΤΑΙΑΛΙΑΙ. ΚΑΘΑ. ΚΑΙ. ΤΩΙ. ΣΥΝΚΛΗΤΩΡΙ. ΕΠΕΙΔΗ. ΑΝΑΓ
ΓΕΛΛΟΝ. ΟΙ. ΠΡΕΣΒΕΕΣ. Οʽ. ΕΣ. ΡΩΜΑΝ. ΠΟΡΕΥΘΕΝ-ΤΕΣ. ΠΑΣΙΩΝ
ΠΑΣΙΩΝΟΣ. ΚΟΤΗΤΟΣ. ΚΑΙ. ΘΕΟΔΩΡΟΣ. ΘΕΟΔΩΡΟΥ. ΞΥ-ΝΙΑΔΑ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΝ. ΔΙΟΔΟΤΟΥ. ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΝ. ΠΟΛΛΑΣ. ΚΑΙ. ΜΕΓΑΛΑΣ. ΧΡΕΙΑΣ
ΠΑΡΕΙΣΗΧΘΑΙ. ΤΩΙ. ΑΜΩΙ. ΔΑΜΩΙ. ΚΑΙ. ΜΕΓΑΛΩΝ. ΑΓΑΘΩΝ. ΠΑΡΑΙΤΙΟΝ

ΓΕ-

ΓΕΓΟΝΕΙΝ. ΤΟΙΣ. ΔΕ. ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΟΙΣ. ΠΑΤΡΙΟΝ·
ΕΣΤΙ. ΚΑΙ. ΕΚ. ΠΡΟΓΟΝΩΝ

ΠΑΡΑΔΕΔΟΜΕΝΟΝ. ΤΙΜΕΙΝ. ΤΟΥΣ. ΑΓΑΘΟΥΣ. ΑΝΔΡΑΣ.
ΚΑΙ. ΠΡΟΙΣΤΑΜΕ

ΝΟΥΣ. ΤΟΥ. ΑΜΟΥ. ΔΑΜΟΥ. ΤΑΙΣ. ΚΑΤΑΞΙΟΙΣ. ΤΙ-
ΜΑΙΣ

ΔΕΔΟΧΘΑΙ. ΕΠΙ. ΑΓΑΘΑΙ. ΤΥΧΑΙ. ΚΑΙ. ΣΩΤΗΡΙΑΙ·
ΤΟΥ. ΔΑΜΟΥ ΤΩΝ. ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ

ΕΙΜΕΙΝ. ΠΡΟΞΕΝΟΝ. ΚΑΙ. ΕΥΕΡΓΕΤΑΝ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΝ.
ΔΙΑΔΟΤΟΥ. ΣΥΡΑΚΟΣΙ

ΟΝ. ΟΠΩΣ. ΠΑΣΙ. ΦΑΝΕΡΟΝ. Η. ΟΤΙ. Ο. ΔΑΜΟΣ. ΤΩΝ.
ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ. ΕΠΙ

ΣΤΑΤΑΙ. ΧΑΡΙΤΑΣ. ΑΠΟΝΕΜΕΙΝ. ΚΑΤΑΞΙΑΣ. ΤΟΙΣ. ΕΥ-
ΕΡΓΕΤΕΙΝ. ΠΡΟΑΙ

ΡΟΥΜΕΝΟΙΣ. ΑΥΤΟΝ. ΤΟ. ΔΕ. ΔΟΓΜΑ ΤΟΔΕ. ΚΟΛΑΨ-
ΑΝΤΑΣ. ΕΣ. ΧΑΛΚΩ

ΜΑΤΑ. ΔΥΟ. ΤΟ. ΜΕΝ. ΑΝΑΘΕΜΕΙΝ. ΕΣ. ΤΟ. ΒΟΥΛΕΥ-
ΤΗΡΙΟΝ. ΤΟ. ΔΕ

ΑΛΛΟ. ΑΠΟΔΟΜΕΙΝ. ΔΗΜΗΤΡΙΩΙ. ΔΙΟΔΟΤΟΥ. ΣΥΡΑΚΟ-
ΣΙΩΙ. ΥΠΟ

ΜΝΑΜΑ. ΤΑΣ. ΠΟΤΙ. ΤΟΝ ΔΑΜΟΝ. ΕΥΝΟΙΑΣ. ΤΟΥΣ.
ΔΕ. ΤΑΜΙΑΣ

ΕΞΟΔΙΑΣΑΙ. ΕΣ. ΤΑ. ΠΡΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ. ΟΣΟΝ. ΚΑΧΡΕ-
ΙΑ. Η. ΚΑΙ. ΦΕ

ΡΕΙΝ. ΤΑΝ. ΕΞΟΔΟΝ. ΔΙΑ. ΤΩΝ. ΑΠΟΛΟΓΩΝ.

ΟΜΟΓΝΩΜΟΝΕΣ. ΤΟΥ. ΣΥΝΕΔΡΙΟΥ. ΠΑΝΤΕΣ

*Sub Hierothyta, ſeu Sacrificatore Nymphiodoro; adſiſtente ſimul, atque approbante Senatu; præſidente Hylleorum Tribu; ſuggerente Diocle Dioclis filio; ſcribæ munere fungente Adrianione Alexandri filio, Heliaci conſeſſus (ſeu Senatus) Decretum factum ſextâ bimenſis Carnei jam exeuntis, ſuper hoſpitalitatis jure, quod Demetrio, Diodoti filio, Syracuſano tributum eſt.*

*Placuit Heliaco conſeßui, ſicut & ſenatui, quod, quandoquidem nuntiarunt Legati, qui Romam profecti fuerant (nempe) Paſion F. Paſionis Coletis, & Theodorus F. Theodori Xyniadæ, Demetrium F. Diodoti Syracuſanum multa magnaque commoda populo noſtro attuliſſe, ac magnorum bonorum cauſam extitiſſe; eaque Agragentinis conſuetudo ſit, & à progenitoribus tradita, ut honorent bonos viros, ac qui populo noſtro patroni fuerunt, dignis honoribus: placuit, [dicimus] quod & felix fauſtumque ſit, ac ſaluti populo Agragentinorum, ut habeatur Proxenus & Benefactor Demetrius F. Diodoti Syracuſius. atque ut cunctis manifeſtum ſit, quod populus Agragentinus norit reddere gratias pro merito illorum, qui ipſi benefacere anniſi ſunt; placuit, ut iſtud Decretum incidatur duabus laminis æreis; unumque earum exponatur in Curia, alterum vero tradatur Dometrio F. Diodoti Syracuſio, in Memoriam ipſius erga populum benevolentiæ; utque diſpenſatores expenſas faciant ad illa quæ ſupraſcripta ſunt, prout neceſſe fuerit: reddantque ſummam per Apologos (ſeu Rationarios.*

*Unanimi conſenſu omnes Synedri hæc decreverunt.*

7. Conſideranda inter alia, hîc ſunt χαλκώματα, quæ eo ſenſu non facile alibi occurrunt: at quorum inſigne exemplum habemus (rei ipſius nempe, non vocabuli) apud Suetonium in Veſpaſiano (cap. 8.) *Ipſe reſtitutionem Capitolii aggreſſus, ruderibus purgandis manus primus admovit, ac ſuo collo quædam extulit: ærearumque tabularum tria millia, quæ ſimul*

*mul conflagraverant*, *reſtituenda ſuſcepit*: *undique inveſtigatis exemplaribus*, *inſtrumentum Imperii pulcherrimum ac vetuſtiſſimum confecit*: *quo continebantur pæne ab exordio urbis ſenatuſconſulta*, *plebiſcita de ſocietate*, *& fœdere*, *ac PRIVILEGIO CUICUNQUE CONCESSIS*. Ubi notanda ſunt illa poſtrema, *ac Privilegio:* quæ ſane ab hac noſtra inſcriptione abludere non videntur: tum quod & *undique inveſtigarit exemplaria;* quod indicat, uti judico, etiam hîc Romæ illis, quibus Privilegia conceſſa fuerant, exemplaria, quæ ſibi privatim conſervarent, fuiſſe conceſſa.

Huc maxime facit illud Decretum quod Regii inventum, ita apud Gruterum pag. 1101 n°. 1 exhibetur.

IMP. CAES. M. AURELIO
ANTONINO. AVG. PIO
FELICE. VI. M. PETRONIO SEPTIMI
ANO COS
X. KAL. APRIL. IN. TEMPLO COLLEGII FABRVM ET CENTONARIORVM REGIENSIVM
QUOD REFERENTIB. P. SAENIO. MARCELLINO.
ET. C. AUFIDIO DIALOGO. QVÆSTORIB. V. F
IV. SILIVM. IVLIANUM. VIRVM. ET VITA.
ET. MODESTIA. ET
INGENITA. VERECUNDIA. ORNATUM. ET
LIBERALEM. O
PORTERE. COLLEGI. NOSTRI. PATRONVM
COOPTARI. UT

SIT. CETERIS. EXEMPLO. IVDICI. NOSTRI.
TESTIMONIVM
Q. F. P. D. E. R. I. C
SALVBRI. CONSILIO. TAM. HONESTA. RELA-
TIONE. A. QVÆ
STORIBUS. ET. MAGISTRIS. COLLEGI. NOS-
TRI. FACTAM. ET
SINGULI. ET. VNIVERSI. SENTIMUS. ET. I-
DEO. EXCVSANDAM
POTIVS. HONESTO. VIRO. IVLIANO. HVIVS.
TARDÆ. COGI
TATIONIS. NOSTRÆ. NECESSITAT. PETEN-
DUMQVE. AB. EO
LIBENTER. SVSCIPIAT. COLLEGI. NOSTRI.
PATRONAL. HONO
REM. TABVLAMQVE ÆREAM. CVM. INSCRIP-
TIONE. HVIVS
DECRE. N. DOMO. EIVS. PONI. CENSVERUNT

Quin & *Argenteas* ſic poſitas fuiſſe aliquando, nos docet illa, quæ pag. cx. n°. 3. habetur, Deæ Aventiæ poſita, hoc modo:

DEÆ.

D E Æ. A V E N
T. T E R T I V S
S E V E R V S
C V R. C O L O N
I D E M Q. A L L
C V I I N C O L Æ
A V E N T I C E N S
P R I M. O M N I V M
O B. E I V S. E R G A
S E. M E R I T A
T A B V L A M. A R G
P.::: L. P O S V A R
D O N V M. D. S. P
EX. H-S. N. CC. L. D. XL

Neque minus huc facit inſcriptio illa quæ à Melitenſibus huius ejuſdem *Demetrii* honori ac meritis dedicata fuit hoc modo: pag. cccc. reperiunda:

ΥΠΕΡ ΠΡΟΞΕ ΝΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥ
ΕΡΓΕΣΙΑΣ ΔΗΜΗΤΡΙΩΙ
ΔΙΟΔΟΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΙ
ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΕΓ ΓΟΝΟΙΣ ΑΥ
ΤΟΥ



ΕΠΙ ΙΕΡΟΘΥΤΟΥ ΙΚΕΤΑ ΙΚΕΤΟΥ ΑΡΧΟΝ-
ΤΩΝ ΔΕ ΗΡΕΟΥ ΚΑΙ ΚΗΓΗΤΟΣ

ΕΔΟ-

ΕΔΟΞΕ. ΤΗΙ ΣΥΝΚΛΗΤΩΙ ΚΑΙ ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ
ΤΩΝ ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ ΕΠΕΙ ΔΗΜΗ
ΤΡΙΟΣ ΔΙΟΔΟΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΣ ΔΙ
ΑΠΑΝΤΟΣ ΕΥΝΟΥΣ ΥΠΑΡΧΩΝ
ΤΟΙΣ ΔΕ ΔΗΜΟΣΙΟΙΣ ΗΜΩΝ ΠΡΑΓ
ΜΑΣΙΝ ΚΑΙ ΕΝΙ ΕΚΑΣΤΩΙ ΤΩΝ ΠΟΛΙ
ΤΩΝ ΠΑΡΑΙΤΙΟΣ ΑΓΑΘΟΥ ΠΟΛΛΑΚΙ
ΓΕΓΕΝΗΤΑΙ

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ ΔΕΔΟΧΘΑΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΝ
ΔΙΟΔΟΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΝ ΠΡΟΞΕ
ΝΟΝ ΕΙΝΑΙ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ ΤΟΥ ΔΗ
ΜΟΥ ΤΩΝ ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΕΓ
ΓΟΝΟΥΣ ΑΥΤΟΥ ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ
ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ ΗΣ ΕΧΩΝ ΔΙΑΤΕΛΕΙ ΕΙΣ
ΤΟΝ ΗΜΕΤΕΡΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΗΝ ΔΕ
ΠΡΟΞΕΝΙΑΝ ΤΑΥΤΗΝ ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ
ΕΙΣ ΧΑΛΚΩΜΑΤΑ ΔΥΟ ΚΑΙ ΤΟ ΕΝ ΔΟΥ
ΝΑΙ ΔΗΜΗΤΡΙΩΙ ΔΙΟΔΟΤΟΥ ΣΥΡΑ
ΚΟΣΙΩΙ.

*Super hoſpitali amicitia acquiſita, & ob benefacta Demetrio f. Diodoti Syracuſio, & poſteris ipſius; ſub Hierothyta Hiceta Hicetæ filio, & Archontibus*

*Ereo & Cetete:*

*Placuit ſenatui & populo Melitenſium, ut, quoniam Demetrius Diodoti f. Syracuſius per omnia benevolus exi-*
*ſtens*

*ſtens noſtræ reipublicæ, etiam in Curia ſingulos civium noſtrorum, ſæpius ut illis bene eſſet cauſa extitit, (Ideo) Quod felix fauſtumque ſit placuit, ut Demetrius Diodoti F. Syracuſius, hoſpitali Amicitia colatur, ac pro Benefactore populi Melitenſium habeatur, cum ipſe tum & poſteri ipſius, virtutem ac benevolentiam, quam exercet erga populum noſtrum: illamque hoſpitalem amicitiam inſcribi duabus laminis æreis; unamque ipſarum tradere Demetrii F. Diodoti Syracuſio.*

Hæc itaque fuere Græcorum, etiam Latinis in uſu, χαλκώματα: quorum mentio apud veteres æque fere rara, atque illi πλαμῶνες, quibus & quandoque Decreta publica inſcripta, in perpetuam memoriam, templis incluſa, ſervabantur; quoſque reperimus in iſta Inſcriptione quam ex Georgio Douza (qui eam ex Græcia reportavit) pag. 419. n°. 2. repræſentat J. Gruterus; in quâque, poſt alia, habemus:

ΤΟΝ ΔΕ ΙΕΡΟΠΟΙΟΝ ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ ΤΟ ΨΗΦΙϹΜΑ ΤΟΥΤΟ ΕΙϹ ΤΕΛΑΜΩΝΑ ΚΑΙ ΘΕΙΝΑΙ ΕΙϹ ΤΟ ΙΕΡΟΝ

De quibus *Telamonibus*, ſeu *faſciis*, plura dicere ſuperſedeo; quum iſti πλαμῶνες, qui literis inſcripti, ſicque baculis circumvoluti, pro notis incognitis (quas hodie Cifras vocant) tranſmitterentur; ut illi, quibus ejuſdem craſſitiei baculus, ſeu σκυτάλη eſſet, inde ſcripturam veram elicere valerent [ac de quibus H. Stephanus, ex Plutarcho, Gellio, aliiſque conſulendus eſt] huc non faciant: non magis, certe, quam iſta χαλκώματα, quæ pro *vaſibus* & Polluci, lib 10. c 44. & Athenæo lib. 6. veniunt; aut pro *Navium roſtris* apud Plutarchum.

Verum enim vero, ut non caudam ſolam, ſed & ipſum caput, ac corpus hujus Inſcriptionis, quidve in illis notandum nunc

venit, conſideremus, occurrit primum ΙΕΡΟΘΥΤΑΣ, ſive ἱεροθύτης: de quo ut breviter aliquid dicam, videtur is fuiſſe non ſimplex *Sacerdos*, verum ejuſmodi ἱερεὺς, quales ubi de ἀρχιερεῦσι loquebar, mihi inter ἐπωνύμους cenſebantur; quique adeo revera ἀρχιερεῖς erant, cæteroſve omnes ἱερέας, munere & dignitate, præcedebant; atque a quibus etiam annus ſignabatur.

Unde & quod ſequatur, ΠΑΡΑΠΡΟΣΤΑ ΤΑΣ ΒΟΥΛΑΣ indicare videtur, illum fuiſſe non tantum ἀρχιερέα, ſed & *Senatus præſidem*. Sicut idem nomen ac munus occurrit in mox ſequenti Melitenſium marmore: niſi quod ibi poſt ἱεροθύται non ſequatur γραμματεὺς, ſeu *Scriba*, verum duo ſimul *Archontes* ἐπώνυμοι, publicis ſic Actibus, una cum *Hierothyta* præſcripti.

Accurrunt itaque ſecundò hæc ΠΑΡΑΠΡΟΣΤΑ ΤΑΣ ΒΟΥΛΑΣ. Ubi mihi ſane, an ΠΑΡΑΠΡΟΣΤΑΣΑΣ (mutato Τ in Σ) ΒΟΥΛΑΣ, ita conjunctim in priore voce, an vero ΠΑΡΑΠΡΟΣΤΑΤΑ ΤΑΣ ΒΟΥΛΑΣ, legendum ſit, ipſoque ita in marmore ſculptum fuerit, incertum eſt: licet ultimam ego lectionem præferrem: ac quidem inde, quod ſequatur, ΠΡΟΕΔΡΕΥΟΥΣΑΣ ΤΑΣ ΦΙΛΑΣ (pro ΦΥΛΑΣ) ΤΩΝ ΥΛΛΕΩΝ, προεδρευούσης nempe eo ſenſu, quo πρυτανευούσης apud Athenienſes.

Sequitur tertiò ΠΡΟΑΓΟΡΟΥΝΤΟΣ ΔΙΟΚΛΕΟΣ, &c. pro quibus Athenienſes dicere ſolebant εἶπε τὴν γνώμην, vel ſimpliciter εἶπεν, ſeu εἶπον ὁ δεῖνα, vel ἔδοξεν τῷ δεῖνα, *dixit ſententiam*, *ſuffragium tulit*, aut, *ita viſum fuit*; vel denique *proponente* [ſententiam] *hoc* aut *illo*. Sicut & apud Reineſium, ſimili in caſu habemus, (Claſſe VII. n°. 23. in Deliorum Decretis, ΕΔΟΞΕΝ ΤΗ ΒΟΥΛΗΙ ΚΑΙ ΤΩ ΔΗΜΩ ΤΙΜΟΚΛΗΣ ΤΕΛΕΣΙΠΠΟΥ ΕΙΠΕ. & n°. 25. ejuſdem Claſſis, ΤΛΕΠΟΛΕΜΟΣ ΑΜΝΟΥ ΕΠΕΨΗΦΙΣΕΝ.

Nunc ſequitur quartò ΑΛΙΑΣΜΑ, *Decretum* ſcilicet. Ita enim

enim cum ex Heſychio, tum ex hac ipſa inſcriptione eluceſcit: ſequitur namque ΕΔΟΞΕ ΤΑΙ ΑΛΙΑΙ (quamvis male apud Gruterum legatur ΤΑΙΑΛΙΑΙ) quomodo & apud Heſychium legi debet, ubi habet, Ἀλιαίαν, ἐκκλησίαν Ταραντῖνοι; atque adeo Ἀλίαν, ἐκκλησίαν Ταραντῖνοι. Confundit nempe Heſychius (niſi aliter ipſe ſcripſerit) ἁλίαν cum ἡλιαίᾳ Athenienſium, magnoque ipſorum, ac *Subdiali* judicio. quod præter alios nos docet, ad *Nubes*, Scholiaſtes Ariſtophanis, dum ait: Ἡλιαία τὸ δικαστήριον, διὰ τὸ ὑπαίθριον εἶναι, καὶ τῷ ἡλίῳ βάλλεσθαι. [qualia judicia ſubdialia etiam in *foro Romano* exercebantur] unde & ipſe Ariſtophanes, in Veſpis, ἡλιάζειν πρὸς ἥλιον. Aſt hæc Ἁλία a verbo ἁλίζεσθαι, *coire*, ſeu *congregari* deducenda eſt; unde quoque ἀλέεις & ἄλεις *frequentes*, *conferti*. Nec conſtat iſtas cum *Tarentinorum*, aut *Agrigentinorum*, aut etiam Perſarum de quibus Herodotus: ἁλίην ἐποιήσαντο Περσέων, ad ejuſmodi ſubdialia judicia eſſe retrahenda. Ut tamen apud Heſychium habemus: Ἡλιαία τὸ δικαστήριον, διαφέρει ἡ ἐκκλησία καὶ βουλὴ καὶ ἡλιαία; unde & Lucianus, in Timone, Ἐπὶ τούτοις ἅπασι δέδοκται τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ, καὶ τῇ ἡλιαίᾳ κατὰ φυλάς, &c. ita & hîc ΕΔΟΞΕ ΤΑΙ ΑΛΙΑΙ ΚΑΙ ΤΩ ΣΥΝΚΛΗΤΩΡΙ: quæ in Melitenſium Decreto, jam mox quoque adducendo, exprimitur per hæc, ΕΔΟΞΕ ΤΗΙ ΣΥΝΚΛΗΤΩΙ ΚΑΙ ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ ΤΩΝ ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ.

Porrò in illis, quæ ſub finem inſcriptionis ita habentur, ΤΟΥΣ ΔΕ ΤΑΜΙΑΣ ΕΞΟΔΙΑ ΑΙ, ſupplenda, adeoque emendanda eſt ultima vox, ex qua τὸ Σ excidit, ΕΞΟΔΙΑΣΑΙ; ut facile quis videre poteſt, qui obſervaverit verbum iſtud ἐξοδιάζω eo ſenſu bis occurrere cap. 12. *libri Regum*, apud vulgo ita dictos LXX. Interpretes.

Fateor equidem priori in loco (i. e. verſu undecimo) in contextu editionis Wechelianæ, occurrere, καὶ ἐξεδίδοσαν τοῖς τέκτοσι τῶν ξύλων, &c. dum inter varias lectiones in paginæ cal-

 ce

ce ſubjectas habetur: Aliàs καὶ ἐξωδίασαν ʼαυτῷ: ſed verſu 12. ſine ulla variatione, quod ſciam, in cunctis editionibus legitur: ʼΕις πάντα ὅσα ἐξωδιάσθη ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ κραταιῶσαι. *In omnia quæ expendebantur in domum ad fulciendum*: ubi Hebræa verba habent: וכל אשר יצא על הבית לחזקה Clare autem in linea penultima iſtud ἐξοδιάσαι explicatur per hæc verba: ΚΑΙ ΦΕΡΕΙΝ ΤΑΝ ΕΞΟΔΟΝ ΔΙΑ ΤΩΝ ΑΠΟΛΟΓΩΝ, *reddantque ſummam per Apologos, ſeu Rationarios.*

Dialectus denique hîc quoque *Agrigentinorum* notari poteſt, quâ, ex. gr. γεγονεῖν pro γεγονέναι, ἀναθέμειν pro ἀνατιθέναι, ἀποδομεῖν pro ἀποδιδόναι, &c. ponuntur: ſicut et καχρεία pro χρεία, niſi illud κα pro πως, aut πη, aut ſimili particula ſit capienda: ut in iſto marmore, quod a Reineſio, Claſſe VII. n°. 27. exhibetur; ubi inter alia habemus, exempli cauſa, ΠΡΕΙΓΗΙΑ ΔΕ ΩΝ ΚΑ ΧΡΕΙΑΝ ΕΧΗΙ: ac poſt ΚΑΙ ΠΡΟΑΠΑΓΓΕΛΛΟΝΤΩΝ ΑΛΛΑΛΟΙΣ ΠΡΟ ΑΜΕΡΑΝ ΔΕΚΑ Η ΚΑ ΜΕΛΛΟΝΤΙ ΑΝΑΓΙΝΩΣΚΕΝ ΟΠΟΙΟΙ ΔΕ ΚΑ ΜΗ ΑΝΑΓΝΩΝΤΙ. . . . . . . Item ΚΑΤΑ ΤΟ ΑΔΙΚΗΜΑ Ο ΚΑ ΤΙΣ ΑΔΙΚΗΣΗΙ ΚΑΙ ΚΑΙ ΑΙ ΚΑ ΝΚΑΣΘΗΙ, &c.

Particula ergo eſt, quam, ut in Cretenſium lingua frequens videtur, ita & hîc apud Agrigentinos reperimus.

Tandem habemus & hic ΕΣ ΤΑΣ ΔΙΜΗΝΟΥ ΚΑΡΝΕΙΟΥ (ſupple ΗΜΕΡΑΣ. De quo *Carneo menſe* hæc, ad Thucididem, Scholiaſtes habet; nempe ad librum Quintum: οὕτω κατʼ Ἴωνας ὁ Μαῖος καλεῖται. . . . . ὃς καὶ ὑπὸ τῶν Συρακοσίων οὕτως ὠνομάζετο, καὶ τὰ ἱερὰ Κάρνεια Ipſe autem Thucidides: Καὶ τοῖς συμμάχοις περιήγγειλαν μετὰ τὸν μέλλοντα (Καρνεῖος δʼ ἦν) ἱερομήνια Δοριεῦσι παρασκευάζεσθαι, ὡς στρατευσομένους. Dorica autem lingua uſos fuiſſe cum Cretenſes, tum Siculos, quamvis multum dialecto diſcrepantes, eruditis non ignotum eſt.

In-

Interim vexat aliquantulum iſtud ΔΙΜΗΝΟΥ junctum illi ΚΑΡΝΕΙΟΥ. Scimus equidem quid illud δίμηνος, τρίμηνος, &c. ſignificent. Eſt hic mihi ille δίμηνος, καρνεῖος menſis pro ἐμβολίμῳ menſe, ac forſan ſecundo, venit; ſicut apud Athenienſes (ut ſupra pag.    vidimus) ποσιδεὼν πρότερος ac δεύτερος (quando annus ἐμβολιμαῖος eſſet) obtinebat. Quod tamen ſolummodo pro conjectura vendito.

Quod vero poſtremò attinet illa, ΕΙΜΕΝ (ſive εἶναι) ΠΡΟΞΕΝΟΝ, notandum eſt vocem πρόξενος primò quidem denotare Hominem qui *Peregrinos hoſpitio excipit*. Sic namque vocatur, teſte Euſtathio ὁ ὑπὸ τῆς πόλεως ἠξιωμένος ἐν τῇ σφετέρᾳ προΐστασθαι ξένων atque iterum, πρόξενοι ὅλης πόλεως ξένοι, παρ' οἷς οἱ πρέσβεις κατάγονται, καὶ αὐτοὶ πρεσβείας προσάγουσι πρὸς τὸν δῆμον: Heſychius vero habet: πρόξενοι οἱ προεστῶτες καὶ ξενίας ἐπιμελούμενοι, ἤγουν τοὺς ξένους ὑποδεχόμενοι. Item: πρόξενος, ὁ ἐν τῇ ἑαυτοῦ ξενίᾳ προϊστάμενος. Sic denique Thucidides libro 8. eodem ſenſu: Καὶ Θουκυδίδου τοῦ Φαρσαλίου τοῦ προξένου τῆς πόλεως παρόντος, καὶ προθύμως ἐμποδὼν τε ἑκάστοις γινομένου καὶ ἐπιβοωμένου, μὴ ἐφεδρευόντων ἐγγὺς τῶν πολεμίων, ἀπολέσαι τὴν πατρίδα. *Cum etiam Thucidides Pharſalius hoſpes publicus, qui tunc aderat & officioſe ſingulos impediret, & exclamaret, ne hoſtibus inſidiantibus, patriam perderent.*

Sed alio ſenſu venit, apud eundem libro tertio ubi habet: Καὶ αὐτῶν Μιτυληναίων ἰδίᾳ ἄνδρες κατὰ στάσιν πρόξενοι Ἀθηναίων μηνυταὶ γίγνονται τοῖς Ἀθηναίοις, ὅτι ξυνοικίζουσι τὴν Λέσβον ἐς τὴν Μιτυλήνην βίᾳ. *Quinetiam quidam ex Mitylenæis homines privati, quibus propter factionem publicum erat cum Athenienſibus hoſpitium, Athenienſibus indicarunt, omnes Leſvios Mitylenen per vim commigrare cogi.*

Nempe προξενία, ſeu Hoſpitalis Amicitia hiſce Mitylenæis cum Athenienſibus intercedebat. Hincque de Alcibiade Plutarchus: πρόξενος μὲν γὰρ ἦν ὁ Ἀλκιβιάδης τῶν Λακεδαιμονίων. Atque huc reſpicit illud, ΤΩΝ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ ΕΙΜΙΕΝ ΠΡΟΞΕ-

 NON:

NON KAI ΕΥΕΡΓΕΤΑΝ. Ut hoſpitali jure & amicitia, inter Agrigentinos frueretur, ipſorumque benefactor haberetur, ſive iſto titulo apud ipſos gauderet.

Quibus illuſtrandis apprime faciunt hæc Luciani verba, ipſo initio Phalaridis ſecundi; ubi Sacerdos Delphicus hunc in modum loquitur: Ὄυτε Ἀκραγαντίνων, ὦ ἄνδρες Δελφοὶ, πρόξενος ὢν, ὄυτε ἰδιόξενος Φαλάριδος, ὄυτε ἄλλω ἔχων πρὸς ἀυτὸν ἢ ἐυνόιας ἰδίαν ἀιτίαν ἢ μελλέσης φιλιὰς ἐλπίδα. *Ego, ô Delphi, cum neque hoſpitii jus publicum apud Agrigentinos, neque privatum apud Phalaridem obtinuerim hactenus; neque ulla alia mihi privata benevolentiæ cauſa erga ipſum fuerit, aut ſpes futuræ amicitiæ.* Ubi & ſimul habemus ἰδιοξονίαν, ſive ἰδιόξενον; qui Heſychio ἴδιος φίλος eſt, ſicut & Ἰδιόξενοι, ὁι κατ' ἰδίαν ξένοι τινῶν ἢ πάλαι, ἢ ἀπὸ πατέρων ὄντες ξένοι.

Contrà vero Polydamas, apud Xenophontem, Hellenic. lib. 6. ſub initium: Εγὼ μὲν, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, πρόξενος ὑμῶν ὢν καὶ ἐυεργέτης ἐκ πάντων ὧν μεμνήμεθα προγόνων. *Equidem, Lacedæmonii, quum hoſpes ſim veſtræ civitatis, & benefactor (ſucceſſive) inde uſque ab omnibus Majoribus, quatenus ipſorum memoria exſtat.* Ubi videmus iſtam προξενίαν, in poſteris ſic quandoque hæreditariam fuiſſe, ac ſucceſſive continuatam: nec ſemper cum primi Proxeni vita fuiſſe finitam.

Cæterum & apud alios ejuſmodi προξενίας obtinuiſſe videmus; ut ex Deliorum Decretis conſpicimus: tum etiam, quænam ac qualia privilegia, atque immunitates quaſnam, hi πρόξενοι obtinuerint. Oſtendit id namque hæc ſequens inſcriptio, quæ apud Doctiſſ. Reineſium Claſſe VII. nº. 23. tum & inter Oxonienſia marmora (in Appendice) exhibetur:

ΕΔΩ-

ΕΔΟΞΕΝ ΤΗ ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ ΤΩΙ ΔΗ
ΜΩΙ ΤΙΜΩΚΛΕΙΔΗΣ ΤΕΛΕΣΙΠΠΟΥ ΕΙΠΕΝ
ΕΠΕΙΔΗ ΚΛΕΙΝΟΔΗΜΟΣ ΛΗΒΟΤΟΥ ΣΙ
ΦΝΙΟΣ ΑΝΗΡ ΑΓΑΘΟΣ ΩΝ ΔΙΑΤΕΛΕΙ ΠΕΡΙ
ΤΟ ΙΕΡΟΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΩΝ ΔΗΛΙΩΝ
ΚΑΙ ΧΡΕΙΑΣ ΠΑΡΕΧΕΤΑΙ ΚΑΙ ΚΟΙΝΗΙ ΤΗΙ
ΠΟΛΕΙ ΚΑΙ ΙΔΙΑΙ ΤΟΙΣ ΕΝΤΥΓΧΑΝΟΥΣΙΝ
ΑΥΤΩΙ ΤΩΝ ΠΟΛΙΤΩΝ ΕΣ Ο ΑΝ ΕΙΣ ΑΥ
ΤΟΝ ΠΑΡΑΚΑΛΗ ΠΕΡΙ ΔΗμΟΥ ὑς ΔΕΔΟ
ΧΘΑΙ ΤΗΙ ΒΟΥΛΗΙ ΚΑΙ ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ ΕΠΑΙΝΕ
ΣΑΙ ΚΛΕΙΝΟΔΗΜΟΝ ΛΙΒΩΤΟΥ ΣΙΦΝΙΟΝ
ΕΠΙ ΤΗΙ ΑΙΡΕΣΕΙ ΗΝ ΕΧΩΝ ΔΙΑΤΕΛΕΙ ΠΕΡΙ
ΤΟ ΙΕΡΟΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΟΝ ΔΗΛΙ
ΩΝ ΚΑΙ ΕΙΝΑΙ ΑΥΤΟΝ ΠΡΟΞΕΝΟΝ ΚΑΙ ΕΥ
ΕΡΓΕΤΗΝ ΤΟΥ ΤΕ ΙΕΡΟΥ ΚΑΙ ΔΗΛΙΩΝ ΚΑΙ
ΑΥΤΟΝ ΚΑΙ ΕΓΓΕΝΟΥΣ ΕΙΝΑΙ Δἐ ΑΥ
ΤΟΙΣ ΕΝ ΔΗΛΩΙ ΓΗΣ ΚΑΙ ΟΙΚΙΑΣ ΕΓΚΤΗ
ΣΙΝ ΚΑΙ ΠΡΟΣΟΔΟΝ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΒΟΥΛΗΝ
ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΠΡΩΤΟΙΣ ΜΕΤΑ ΤΑ ΙΕΡΑ
ΥΠΑΡΧΕΙΝ ΔΕ ΟΥΤΟΙΣ ΚΑΙ ΤΑ ΑΛΛΑ
ΠΑΝΤΑ ΟΣΑ ΔΕΔΟΤΑΙ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΑΛΛΟΙΣ
ΠΡΟΞΕΝΟΙΣ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΑΙΣ ΤΟΥ ΤΕ
ΙΕΡΟΥ ΚΑΙ ΔΗΛΙΩΝ ΚΑΙ ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ ΤΟΔΕ
ΤΑ ΨΗΦΙΣΜΑ ΤΗΝ ΜΕΝ ΒΟΥΛΗΝ ΕΙΣ ΤΟ
ΒΟΥΛΕΥΤΗΡΙΟΝ ΤΟΥΣ ΔΕ ΙΕΡΟΠΟΙΟΥΣ
ΕΙΣ ΤΟ ΙΕΡΟΝ ΕΙΣ ΣΤΗΛΗΝ ΛΙΘΙΝΗΝ: ΑΠΟΛΛΟ
ΔΩΡΟΣ ΜΑΝΤΙΘΕΟΥ ΕΠΕΨΗΦΙΣΕΝ

Pla-

*Placuit Senatui & Populo: Timoclides Teleſippi filius relationem fecit. Quandoquidem Clinodemus Leboti filius, Siphnius perſeverat ſe virum bonum præſtare erga Templum & Populum Deliacum, & neceſſaria ſuppeditat publicè civitati, & privatim iſtis civibus qui ipſum adeunt, & circa illa ob quæ opem ipſius imploret aliquis ex populo Deliaco: Placuit [dicimus,] Senatui & Populo honorare Clinodemum Leboti F. Siphnium, ob inſtitutum in quo indeſinenter perſeverat erga Templum & Populum Deliacum; & agnoſci illum Hoſpitem publicum ac Benefactorem Templi & Deliorum, tum ipſum, tum & poſteros ejus: utque ſit ipſis in Delo & prædii & domicilii poſſeſſio, ſicut & ingreſſus in Senatum, & Populi concilium, primis* (ante alios) *poſt ſacra peracta: ſintque porro eis etiam cætera omnia, quæ dari ſolent aliis hoſpitibus publicis, ac Templi Deliorumque benefactoribus: Atque ut* (denique) *hoc Decretum ponat Senatus in Curia, ſacerdotes in Templo, perſcriptum in columella lapidea.*

## *Apollodorus Mantithei filius collegit ſuffragia.*

In hac inſcriptione reperimus πρόξενον, εὐεργέτην &c. At præter iſta etiam alia addita, talibusque a republica, ſeu civitate, hac vel illa, benemeritis tributa videmus; ſicut & hic additur: ΚΑΙ ΤΑ ΑΛΛΑ ΠΑΝΤΑ ΟΣΑ ΔΕΔΟΤΑΙ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΑΛΛΟΙΣ ΠΡΟΞΕΝΟΙΣ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΑΙΣ: vel ut illa quæ Claſſis ejusdem n°. vigeſima quinta eſt: ΥΠΑΡΧΕΙΝ ΔΕ ΑΥΤΩΝ ΚΑΙ ΤΑ ΑΛΛΑ ΟΣΑ, &c.

Ut autem in illa, quæ n°. 24. eſt, plura adjunguntur, nempe, ΕΙΝΑΙ ΔΕ ΑΥΤΩΙ ΑΤΕΛΕΙΑΝ ΚΑΙ ΠΑΤΡΙΑΝ ΚΑΙ ΓΗΣ ΚΑΙ ΟΙΚΙΑΣ ΕΓΚΤΗΣΙΝ (præter iſta quæ in modo allata

lata adduntur, ſc. ΚΑΙ ΠΡΟΣΟΔΟΝ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΒΟΥΛΗΝ, &c. & tamen eadem hæc, ΚΑΙ ΤΑ ΑΛΛΑ, &c. ſubjunguntur: ita adhuc plura talibus conceſſa videmus privilegia, in ea, cujus partem jam pag. 445. attuleram: ſed modo pag. 775. integram adduxi. Ad quam quoque me rurſus convertam perpendamque quid ipſi ulterius illuſtrandæ a me dici queat, poſt pauca adhuc ſuper illa, quæ Reineſio Claſſe VII. n°. 24 habetur, ſubjungenda.

Nempe in iſta deficiunt ſequentia verba, quæ tamen in eadem inſcr. inter marmora Oxonienſia (ibique in Appendice n°. ) poſt iſta verba, ΠΡΩΤΟΙΣ ΜΕΤΑ ΤΑ ΙΕΡΑ, &c. comparent; nempe hæc, ΚΑΙ ΠΡΟΕΔΡΙΑΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΓΩΣΙ. Hæc, dico, in iſta Reineſiana, quæ alias magis integra eſt illâ, quæ inter Oxonienſia exhibetur; (ſive id ex ἀβλεψίᾳ inter exſcribendum, ſive aliter ipſi acciderit) notabili ſane errore omittuntur. quum προεδρίαν illam, ſeu *jus ante alios conſidendi* in Theatris, vel Agonibus publicis, talibus Εὐεργέταις tributum clare oſtendant. Sicut idem etiam firmatur per illud Byzantiorum Decretum, apud Demoſthenem de *Corona*. Quod ut ſupra jam pro parte adduxi ita nunc mihi integrum (prout ibi habetur) afferendum videtur; cum ut ulterius a me illuſtretur, tum ut ſimul aliquantulum emendetur: quod in illud vitia irrepſerint, quæ id admodum obſcurant. Ita autem habetur editio Græca Pariſienſis Benenati, quæ anno Dni. 1570 impreſſa fuit:

Ψήφισμα Βυζαντίων.

Ἐπὶ ἱερομνάμονος Βοσπορίχω, Δαμάγητος ἐν ταλίᾳ ἔλεξεν, ἐκ τᾶς βωλᾶς λαβὼν ῥήτραν· ἐπειδὴ ὁ δᾶμος ὁ ἀθηναίων, ἔν τε τοῖς προγενομένοις καιροῖς εὐνοέων διατελεῖ βυζαντίοις, καὶ τοῖς συμμάχοις, καὶ συγγενέσι περινθίοις, καὶ πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας παρέσχηται ἔν τε τῷ παρεστακότι καιρῷ Φιλίππου τοῦ μακεδόνος ἐπιστρατεύσαντος ἐπὶ τὰν χώραν, καὶ τὰν πόλιν, ἐπ' ἀναστάσει βυζαντίων, καὶ πε-

ρινθίων, καὶ τὰν χώραν δαΐοντος, καὶ δενδροκοπέοντος, βοηθήσας πλοίοισιν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι, καὶ σίτῳ, καὶ βέλεσι καὶ ὁπλίταις, ἐξείλετο ἅμε ἐκ τῶν μεγάλων κινδύνων, καὶ ἀποκατέστασε τὰν πάτριον πολιτείαν, καὶ τὼς νόμως, καὶ τὼς τάφως, δεδόχθω τῷ δάμῳ τῷ Βυζαντίων, καὶ περινθίων ἀθηναίοις δόμεν ἐπιγαμίαν, πολιτείαν, ἐκ τᾶς γᾶς, καὶ οἰκείαν προεδρείαν ἐν τοῖς ἀγῶσι, ποθ' ὅλον ποτὶ τὰν βωλὰν, καὶ τὸν δᾶμον, περὶ τοῖς παρὰ τὰ ἱερὰ, καὶ τοῖς κατοικεῖν ἐθέλωσι τὰν πόλιν, ἀλειτουργήτοις ἦμεν πασᾶν πρὸς τὰν λειτουργιᾶν· στᾶσαι δὲ καὶ εἰκόνας τρεῖς ἑκκαιδεκαπήχεις ἐν τῷ Βοσπορείχῳ (al. Βορείχῳ) στεφανούμενον τὸν δᾶμον τῶν ἀθηναίων ὑπὸ τῷ δάμῳ τῶν Βυζαντίων καὶ περινθίων· ἀποστεῖλαι δὲ καὶ δωρεὰς ἐς τὰς ἐν τῇ ἑλλάδι πανηγύριας, ἴσθμια, καὶ νέμεα, καὶ ὀλύμπια, καὶ πύθια, καὶ ἀνακαρύξαι τῷ στεφάνῳ, ᾧ συστεφάνωται ὁ δᾶμος ὁ ἀθηναίων ὑφ' ἡμῶν, ὅπως ἐπιστέωνται οἱ ἕλλανες πάντες, ἀθηναίων ἀρετὰν, καὶ τὰν Βυζαντίων, καὶ περινθίων εὐχαριστίαν. Quæ vertenda exiſtimo, ob rationes adhuc infra reddendas, hoc modo: *Decretum Byzantiorum. Pontifice Boſporicho Damagetus in populari conſeſſu, (ſeu Concilio) a ſenatu acceptâ Decreti formula, dixit: Quoniam populus Athenienſis cum ſuperioribus temporibus bene cupere Byzantiis, & ſociis cognatiſque Perinthiis non deſtitit, & multa magnaque officia præſtitit; tum hoc tempore Philippo noſtrum agrum & urbem hoſtiliter aggreſſo, ad excidium Byzantiorum & Perinthiorum; agrumque incendiis & ſucciſis arboribus devaſtante, opem tulit navibus centum & viginti; frumento, telis & militibus; noſque è magnis Periculis eripuit, & patriam Rempublicam reſtituit, legeſque & monumenta majorum: placere [dixit] populo Byzantiorum & Perinthiorum, dari Athenienſibus, jus Civitatis, terrarum ac domicilii poſſeſſionem, principem locum in Agonibus, ſeu Ludis Publicis; acceſſum ſive introitum in ſenatum, & populi concilium, juxta ſacerdotes; & in urbe habitare volentibus immunitatem omnium onerum civilium; erigendas autem eſſe ſtatuas in Boſporo tres numero*

*ro ſedecim cubitorum magnitudine ſingulas (indicia) populi Athenienſis coronati a populo Byzantiorum & Perinthiorum: mittenda etiam eſſe munera in celebres, ac ſolennes conventus (nempe) Iſthmia, Nemea, Olympia, & Pythia, & proclamandam coronam, qua donatus eſt populus Athenienſis a nobis: ut norint Græci omnes & Athenienſium virtutem, & Byzantiorum ac Perinthiorum gratum animum.*

Circa verba hujus Decreti notari primò poteſt, pro ἐνπαλίᾳ (Quod Wolfius legit ἐν Τεαλίᾳ, ac vertit, *in Tealia*, quaſi locus quidam eſſet, non conſeſſus, ita appellatus) legendum omninò exiſtimo ἐν τᾷ ἁλίᾳ, vel, τῷ ἁλίᾳ. De qua ἁλίᾳ, quæ apud Agrigentinos *Eccleſia* erat, ſeu publicus populi conventus, jam ſupra locutus ſum. Secundò pro, ἐκ τᾶς γᾶς, καὶ οἰκείαν προεδρίαν, &c. legendum eſſe, ἔκπασιν γᾶς καὶ οἰκίας, προεδρίαν, &c. Sic namque (præterquam quod ex impreſſa huic editioni non ſatis commoda lectio exſculpatur) & in illa, quæ Reineſio, in Claſſe VII. nº. 24. venit, habemus etiam, πατριὰν, τε γῆς καὶ οἰκίας ἔγκτησιν; pro quo habet illa modò ex Grutero allata, ἐγγείων ἔγκτησιν quod plane idem eſt. Unde & Suidas: Ἔγγειον, ac porrò (ex quonam ſcriptore mihi ignotum eſt) ὁ δὲ κατεκληρούχει τὴν χώραν, διδοὺς ἑκάστῳ ταλαντεῖον κλῆρον, οὕτως ὑπολαμβάνων στῆναι τὰ κατὰ τὴν πόλιν προσδεηθέντων τῶν ἀνθρώπων ταῖς ἐγγείαις κτήσεσι.

Wolfius tamen legit κτᾶσιν γᾶς: at melius in margine Græcæ editionis Pariſienſis habetur ἔγκτασιν.

Quod autem attinet illa verba, quæ ſequuntur poſt, προεδρίαν ἐν τοῖς ἀγῶσι, nempe hæc ποθ' ὅλον ποτὶ τὰν βώλαν, καὶ τὸν δᾶμον, περὶ τοῖς περὶ τὰ ἱερὰ, totum illum locum corruptum cenſeo. Corrigit illum quidem Latinus interpres, ac textum ita mutat, ut loco ποθ' ὅλον legat, ποτὶ, τὰν Θόλον, ac vertit, *apud Tholum*. An autem tale quid in ullo codice M. S. repererit valde dubito. Certò mihi Prytanes ob oculos habuiſſe videtur, quia in *Tholo* (ut pag. 211 oſtendi)

 *Pry-*

*Prytanes* convivabantur. Sed talem, aut fere ſimilem *Tholum* & apud *Byzantios* vel *Perinthios* locum habuiſſe minime conſtat, aut mihi credibile eſt. Melius certe ac recte quidem, legit pro, περὶ τοῖς παρὰ τὰ ἱερὰ, hoc modo, παρὰ τοῖς περὶ τὰ ἱερὰ, vertitque *juxta Sacerdotes*. Quare totus locus ita reſtituendus eſt: προεδρίαν ἐν τοῖς ἀγῶσι, πρόσοδον πρὸς τὰν βωλὰν, καὶ τὸν δᾶμον, παρὰ τοῖς περὶ τὰ ἱερὰ, &c. Πρόσοδον nempe repoſui pro καθ' ὅλον; quod hîc ſane nullum commodum ſenſum exhibet: quum contrà πρόσοδον habeamus in illa inſcriptione, quam jam ſupra ex Claſſe VII. Reineſii, n°. 23. attuli, tum & in iſta, quæ ipſam n°. 24. ſequitur: ΚΑΙ ΠΡΟΣΟΔΟΝ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΒΟΥΛΗΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ & in ea quam ex Gruteri pag. 319. modo exhibui, ΕΦΟΔΟΝ ΕΠΙ ΤΗΝ ΒΟΛΗΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ. Quæ clare evincunt, & in hoc Decreto legendum eſſe πρόσοδον.

Denique in hoc Decreto habemus [ut ſimul conſideremus, quid in illo ulterius obſervandum ſit] & ἐπιγαμίαν, & πολιτείαν, & ἀλειτουργίαν, in illis verbis, καὶ τοῖς κατοικεῖν ἐθέλουσι τὰν πόλιν, ἀλειτουργήτοις ἦμεν πᾶσαν πρὸς τὰν λειτουργίαν.

Quod igitur attinet ἐπιγαμίαν, illa *jus matrimonii* cum illis, ipſorumque concivibus a quibus id concedebatur ſignificat. Quod & quandoque ex pacto mutuum inter duas conſociatas gentes reddebatur. Sicut inde apud Xenophontem; Κυροπαιδ'. lib. 3. habemus: καὶ ἐπὶ τούτοις ἔδοσαν καὶ ἔλαβον πάντες τὰ πιστὰ, καὶ ἐλευθέρους μὲν ἀμφοτέρους ἀπ' ἀλλήλων εἶναι συνετίθεντο, ἘΠΙΓΑΜΙΑΝ δὲ, καὶ ἐπεργασίας, καὶ ἐπινομίας καὶ συμμαχίαν δὲ κοινὴν, εἴτις ἀδικοίη ἑτέρους. *Atque his conditionibus fides ultro citroque data eſt ab univerſis, cum conveniſſent ut per utroſque libertas utriſque conſtaret: ut CONNUBIA cultus agrorum, & paſtiones utriſque communes eſſent*, &c.

Hic namque ἐπιγαμία æque *jus matrimonii viciſſim*, ſeu permixtum (ut ſic loquar) contrahendi denotat, quam ἐπεργασία, *jus*, ac *communio culturæ*, & ἐπινομία *jus* paſcendi, in-

inter duas gentes, ac συμμαχία, ſive *Auxiliaris militia.*

Πολιτείαν autem hîc denotare *jus Magiſtratus munera capiendi*, (quod aliàs per hæc πρόσοδον πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τ δῆμον exprimitur) linguæ Græcæ, ejuſque Antiquitatum gnaris (ſicut & modò dicta) ſatis notum eſſe exiſtimo.

Tandem & aliquid addendum videtur ad illa verba, καὶ τοῖς κατοικεῖν θέλουσι τὴν πόλιν, ἀλειτουργήτοις ἦμεν πάσαν πρὸς τὴν λειτουργίαν, quæ ad ἀτέλειαν, de qua jam ſupra pag. 442. &c. obiter aliquid dixi, reſpiciunt. De qua ἀτελείᾳ, præter illa, quæ obiter de ipſa pag. 442. &c. locutus ſum, hæc inſuper notanda duco.

Ἀτέλεια igitur erat 1°. bonorum, ſeu poſſeſſionum: atque ita Pertinax Imperator, apud Herodianum (lib. 2.) ἔδωκέ τε γεωργοῦσι ἀτέλειαν πάντων εἰς δέκα ἔτη, καὶ διὰ παντὸς δεσποτείας ἀμεριμνίαν. *Immunitatem a quibuslibet oneribus, iis qui agros colerent dedit in decennium, & quandiu regnaret ipſe* (niſi mavis, *per totum imperium*) *hujus rei ſecuritatem.*

Sic quoque Xenophon Ἑλληνικῶν πρώτῳ, ait: τοῖς δὲ Συρακοσίοις καὶ Σελινουσίοις κρατίστοις γενομένοις, ἀριστεῖα ἔδωκαν, καὶ κοινῇ, καὶ ἰδίᾳ πολλοῖς, καὶ οἰκεῖν ἀτέλειαν ἔδοσαν τῷ βουλομένῳ ἀεί. Σελινουσίοις δὲ ἐπεὶ ἡ πόλις ἀπολώλει καὶ πολιτείαν ἔδοσαν. *Syracuſanis, porrò & Selinuntiis permultis, qui præclare ſe geſſerant, præmia cuique fortiſſimo debita publice privatimque data: conceſſa & immunitas perpetua, ſi quis eſſe civis cuperet. Selinuntiis etiam hoc, ut quando patriam illi amiſiſſent, Epheſi jus civitatis haberent.*

Cum quibus verbis, καὶ οἰκεῖν ἀτέλειαν ἔδοσαν τῷ βουλομένῳ ἀεὶ, optime conveniunt illa Decreti Byzantiorum, καὶ τοῖς κατοικεῖν ἐθέλουσι τὴν πόλιν, ἀλειτουργήτοις ἦμεν πάσαν πρὸς τὰν λειτουργίαν.

Erat itaque, hæc ἀτέλεια immunitas τ τελῶν, ſeu *cenſûs*,

aut *onerum* (ut nos hodie loquimur) *impoſitorum*, circa res iſtas quæ talibus in uſum cedere deberent: hincque circa omnia, ut jam ſæpius memorata inſcriptio habet, ἃ ἂν εἰσάγωσι καὶ ἐξάγωσι ἐπὶ χρήσει: vel ſolummodo certarum rerum; ut ex. gr. *Lignorum*; ſicut id habemus apud Theophraſtum, in Charact. περὶ ἀλαζονείας, his verbis: Καὶ δεδομένης αὐτῷ ἐξαγωγῆς ξύλων ἀτελοῦς, εἰπεῖν, ὅτι ἀπείρηται, ὅπως μηδ' ὑφ' ἑνὸς συκοφαντηθῇ. De, *cum eſſet ſibi Materiæ* [lignorum] *conceſſa exportatio, oblato beneficio uti noluiſſe; ut omnes omnium calumnias effugeret.*

Aliquando vero hæc ἀτέλεια, & munera, & onera ſive λειτουργίας & φόρους, ſimul ſpectabat; ut apud Herodotum στρατηΐας, καὶ φόρου & apud Demoſthenem λειτουργιῶν & τριηραρχίας, tum & alias immunitates (etiam apud alios ſcriptores) reperimus: & hæc cuncta comprehendi videntur iſtis Decreti Byzantiorum verbis, ἀλειτουργήτοις ἡμῖν πᾶσιν πρὸς τὴν λειτουργίαν; nempe iſtis Athenienſibus qui aut apud Byzantinos, aut apud Perinthios domicilium figere vellent.

At notabilis admodum eſt iſte locus Ariſtotelis (Politic. lib. 2.) de Lacedæmoniis: Βουλόμενος γὰρ ὁ νομοθέτης ὡς πλείστους εἶναι τοὺς Σπαρτιάτας, προάγεται τοὺς πολίτας ὅτι πλείστους ποιεῖσθαι παῖδας. ἔστι γὰρ αὐτοῖς νόμος, τὸν μὲν γεννήσαντα τρεῖς υἱοὺς, ἄφρουρον εἶναι, τὸν δὲ τέτταρας, ἀτελῆ πάντων. *Nam quum vellet Legiſlator quamplurimos numero eſſe Spartiatas, invitavit atque illexit cives ad quam plurimos liberos procreandos. Eſt enim Lex apud eos, ſi quis treis filios procrearit, eum vacationem habere præſidii, & cuſtodiæ urbis: ſi quatuor, ab omnibus muneribus publicis immunem eſſe.*

Sed conſideret Lector an non hinc fluxerit illud *jus trium liberorum* apud Romanos. Namque Romanos olim ſuas (pro magna parte) *leges*, ab Athenis & aliis Græciæ urbibus petiviſſe ſatis notum eſt. Ac licet Dionyſius Halicarnaſſæus ſub finem libri 10 dicat: Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ καιρῷ παρεγίνοντο ἀπό τε Ἀθηνῶν καὶ τῶν ἐν Ἰταλοῖς Ἑλληνίδων πολέων οἱ πρέσβεις, φέροντες τοὺς νόμους.

νόμυς. *Eodem tempore reverſi ſunt legati cum Legibus, quas afferebant Athenis, & ex aliis Græcis urbibus, quæ* [NB] *in Italia erant:* tamen T. Livius, libro 3. ita loquitur: *Miſſi legati Athenas Sp. Poſthumius Albus, A. Manlius, P. Sulpitius Camerinus: juſſique inclutas leges Solonis deſcribere, & aliarum Græciæ civitatum inſtituta, mores, juraque noſcere.* Quæ Græcas urbes in ipſa Græcia, non in Italia, clare indicant. Unde ex illa ipſa Græcia hoc *jus trium liberorum* fluxiſſe, quin & ab ipſis Lacedæmoniis, mihi nullum fere dubium eſt.

Nec ſane hinc abludere videtur Plutarchus; qui in Numæ vita narrat, *Spartiatem Pythagoram cum peragraret Italiam, conſuetudinem habuiſſe cum Numa, atque in conſtituendo regno conſiliorum ei fuiſſe adjutorem.* Sicut & brevi poſt addit, *Sabinos fuiſſe colonos Lacedæmoniorum.*

Tum & inter prærogativas *juris trium liberorum* erat, ut *viri excuſarentur ab omnibus civilibus muneribus, quæ patrimonii non eſſent: atque ut qui Romæ tres liberos ſuperſtites haberent, a tutelis & curationibus liberarentur,* & cætera, quæ plura huc afferri poſſent.

Huic ἀτελεία, ut id adhuc adjungam, connexa erant, quæ in jam ſæpius nominata Gruteriana inſcriptione adduntur; nempe, καὶ εἴσπλουν καὶ ἔκπλουν καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης ἀσυλεὶ καὶ ἀσπονδεί: adeoque & ἀσύλεια, cujus mentio quoque in marmore illo, quod pag. 442 & 443 exhibui.

Scilicet hi, qui illâ gaudebant, quantumvis in hoſtico commorantes, aut habitantes, adeoque aliàs inter hoſtes putati, ſecure ac libere ab omni hoſtili ſpoliatione eorum apud quos hac ἀσυλεία fruebantur, importare & exportare res ſuas poterant; ita ut minime ipſis neceſſe eſſet, ſuper iſta re paciſci: quod per illud ἀσπονδεί, quod adjungitur, ſat clare indicatur.

Ex hiſce itaque videmus, non tantummodo Templa, ac præ-

præter iſta (ob iſta tamen) modo partem hujus illiuſve urbis, modo urbes integras [ſic harum exempla, præter vulgo nota habemus, in Ἀντιοχεία πρὸς Ἵππον, Ἀντιοχεία πρὸς Σάρον, in Ἀπαμεία, in Σαμοσάτα, & in aliis, quæ inde in nummis ſub M. Aurelio, Commodo aliis cuſis vocantur ἱερὰ & ἄσυλοι]: ſed & certos homines aliarum urbium cives; quin & totas urbes, in aliis civitatibus, quæ alias, ob Templa ἄσυλοι non eſſent, ἀσυλείᾳ donatos ac gaviſos fuiſſe. Quæ ἀσύλεια eò tantum ſpectabat, ut a deprædationibus, ac confiſcationibus æque tempore belli quàm pacis, quantumvis in hoſtico commorarentur, aut habitarent, liberi ac ſecuri eſſent.

Majoris tamen prærogativæ erat *gaudere* πολιτείᾳ: ut ad quam (præter alia) pertinebat illa πρόσοδος εἰς τὴν βουλὴν, &c. de qua etiam ſuprà locutus ſum. Continebat nempe illa *jus Magiſtratûs obeundi, ſeu gerendi:* quod Plutarchus, in Camillo, ſic per ἰσοπολιτείαν exprimit: Παραιτουμένοις συνέπραξεν αὐτὸς, ἀφεθῆναί τε τὴν πόλιν αἰτίας ἁπάσης, καὶ μεταλαβεῖν ἰσοπολιτείας. *Deprecantibus adfuit ipſe* [*Camillus*] *ut a crimine liberarentur, ac civitatem* (*ſeu jus civitatis*) *impetrarent.*

Quomodo & eadem res per τὸ συμπολιτεύειν indicatur apud Xenophontem, Hellenic. lib. quinto; ubi initio orationis a Cligene habitæ, de Olynthiis is ita loquitur*:* Οὗτοι τῶν πόλεων προσηγάγοντο, ἐστιν ἃς ἐφ᾽ ὧτε τοῖς αὐτοῖς χρῆσθαι νόμοις, καὶ συμπολιτεύειν. Hæc equidem ita vertit Leunclavius*: Atque hi quædam oppida ſibi adjunxerunt, ea conditione, ut legibus iiſdem uterentur, & tanquam in eadem republica vivant.* At optime Henr. Stephanus, in Theſauro ſuo, ait: *Dicerem autem* συμπολιτεύειν *eſſe, etiam communes habere leges, ſeu communibus legibus uti; niſi præcederent illa verba,* τοῖς αὐτοῖς χρῆσθαι νόμοις.

Nec,

Nec certe, hîc Xenophon eandem plane rem verbis diverſis exprimit: ſed revera eam ipſam ἰσοπολιτείαν intelligit, quam modo ex Plutarchi Camillo adduxi.

Tandem in illa Douziana, apud Gruterum, habemus & ΔΙΚΑΣ ΠΡΟΔΙΚΟΥΣ. Apud Græcos quinam fuerint πρόδικοι, nos docent Plato, Plutarchus aliique. Fuerunt nempe *Patroni*, *Curatores*, & quandoque *Arbitri*. Unde Suidæ πρόδικος dicitur δικαστὴς ἐπὶ φίλων καὶ διαιτητής· Sicut ex Ariſtophane affert, Ἐγὼ γὰρ εἴπης ἠδίκησε, θέλω δίκην δοῦναι πρόδικον ἐπὶ τῶν σῶν. Sic apud Spartanos πρόδικοι erant βασιλέων ἐπίτροποι. Unde & quis cogitare poſſet hanc ſimilemve προδικίαν intelligi. At cum in inſcriptione pag. 442 & 443. è Whelero (& ex Sponio paulo aliter) allata, habeamus ΠΡΟΜΑΝΤΕΙΑΝ . . . . . . . . . ΠΡΟΕΔΡΙΑΝ ΠΡΟΔΙΚΙΑΝ ac quidem ΕΠΙΤΙΜΑΝ vel ΕΠΙ ΤΙΜΑΝ (quaſi dicas honoris cauſâ, ſive in decus atque honorem, aut honori ejus, cui hæc tributa fuerant) conjicere aliquis facile poſſit, quod ſicuti προμαντεία primam, ordine ac tempore, vicem in conſulendo Oraculo Delphis (forſan & alibi) denotabat; & προεδρία primus ordine ac dignitate locus in Agonibus publicis; ita & δίκας προδίκους ſic idem fere (ſcilicet primas vices ratione ordinis ac temporis) circa *lites* ac *judicia* ſignificaſſe.

Verum enim vero, ne ab Antiquitatibus ad Grammaticalia ſic delabi videar, manum tandem de tabula levo, atque hîc finio: plura forſan, ac meliora, daturus; (nam circa multa mihi ipſi non ſatisfacio) ſi Deus Optimus Maximus, ad id mihi vitam, & otium & animum largiatur.

# ADDENDA.

Pag. 69. poſt verba hæc, *Indeque ridicule confictum* M. AVRELIANI. ſubjunge: Adde, quod *Aurelianus* (ne dicam pluſquam CL annos, intercurriſſe inter *Severi* mortem & initium imperii hujus *Valeriani*) poſt *Claudium Gothicum*, inter *Quintillum* & *Tacitum*, imperium tenuerit; neque M. AVRELIANUS appellatus fuerit, ſed L. DOMITIUS AURELIANUS. ſicut id marmora apud Gruterum pag. . . clare indicant; ac nomen ipſius Græce exprimitur, in nummo Græco Theſauri Brandeburgici; in quo *Vaballathus* in uno latere, ipſe vero *Valerianus* in altero, cum hac inſcriptione ΑΥΤ. Κ. Λ. Δ. ΑΥΡΕΛΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. *Imperator Lucius Domitius Aurelianus Auguſtus.*

Sicut autem *Taurobolium* iſtud factum fuit per Provinciam Narbonenſem, adeoque, & procul dubio impenſa publica, uti illud quod modò antecedit impenſa Civitatis Lactoratenſis; ita contra hoc ſequens, quod nondum in publicum editum mihi benigne communicavit Clar. Adrianus Relandus nuper in Geldria Harderovicenæ Philoſophiæ, nunc in Ultrajectina Orientalium Linguarum Profeſſor.

MATRI
DEUM
TAUROBOLIUM. INDICTUM
JUSSU. IPSIUS EX. STIPE. COLLATA
CELEBRARUNT. NARBON.

Habemus itaque hìc *Taurobolium* INDICTUM proculdubio a Rectoribus Provinciæ Narbonenſis; ac quidem JUSSU IPSIUS, id eſt, *Magnæ Deorum Matris*; ſive id fuerit ex *Viſu*, vel ex *Monitu* ejus, per inſomnia, vel

vel aliter a Sacerdotibus ipſius aliquo prætenſo juſſu. Ac plura exempla ſic in marmoribus occurrunt. Ita enim apud dictum Gruterum pag. 40. 6. habemus in lapide quadrato, in aræ formam reperto Ryſvici, prope Hagam Comitis:

DIANÆ
JUNIANUS
AMABILIS
IIIIII VIR
AUG. C V. T. EX
JUSSU. IPSIVS

Uti quoque apud eundem pag. 57. nº. 4. in alio, atque apud Iſaram fluvium (ne plura exempla ex plurimis adducam) invento:

MARTI. AUG
CONSERVATORI
CORPORIS. SUI
MERCURIALIS. AUG
N. V. EX. JUSSU
NUMINIS. IPSIUS
SIGILLUM. MARMOREUM
POSUIT

Uti vero hîc ponitur JUSSU ſic alibi IMPERIO.

 Ita

Ita namque apud Reineſium reperimus tum Claſſe I. n°. 110. hoc modo,

LIBERO
ET LIBERÆ
SACRUM
P. GAVIUS
ASPECTUS
VI. VIR
IMPERIO
POSUIT

Tum & Cl. I. n°. 288. hoc modo:

MUTILLIA
ALBANA
HOSIRI. ET
FORTUNÆ
SUPERÆ
IMPERIO
POSUIT

Hinc nempe Ovidius. . . . . . . . . . *Scimus ab IMPERIO fieri nil tale Dianæ*. Pro qua Diana tamen Eruditiſſ. Tanaquil. Faber legi mavult Cybellæ. nec ſane male; quamvis & *Diana* & *Iſis* & *Cybele*, quandoque unum idemque numen ſint. Sic & aliquando, MONITUS vel MONITA vel MONITU vel denique EX MONITU dicebant; ut apud Gruterum pag. LXXXII. n°. 5.

ISI-

ISIDI
SACRUM
EX MONIT
EIUS. D. D.
L. VALERIUS
MEMOR
VI. VIR. AUG
L D. P

Ad quod, ſeu quale, reſpiciens *Monitum* Virgilius; libro IV. de Ænea, *Attonitus tanto Monitu imperioque Deorum.* Hincque lucem fœneratur fragmentum iſtud marmoris, cujus inſcriptionem ſimul cum ſuperiori Narbonenſi adhuc inedito, neſcius hoc jam apud Gruterum pag. XXIX. n°. 8. extare, tamen emendatius, ſeu curatius ac melius, excerptam tranſmiſit, idem Clar. Vir; nempe hanc ſequentem; quam propterea, licet jam pag. 70. hujus operis allatam, rurſus exhibere volui.

MATRI. DEUM
TAVRIBOLIUM. ☙ IMPE
ACCEPIT. LIGURIA. TYMELE
A. M. SACRIS. POSU

Nempe in ſecunda linea pro IMI hæc habet IMPE.

quod, ſi lapis ab iſta parte non mutilatus eſſet ſine dubio legendum eſſet IMPERIO; forſan & IPSIUS, ut in iſta quam jam ſupra attuli. Quamvis minime (quod & alia, cum tertia linea potiſſimum, tum & quarta, deeſſe videantur) hîc indicetur, an pro ſemetipſa, an pro Republica, an pro ſalute Cæſaris, ſive Auguſti Auguſtorumve, hæc *Sacerdos Magnæ Matris* (id enim deſignant illa A. M. SACRIS) hoc ſacrum acceperit, inſcriptionemve hanc *poſuerit*, ſeu dedicarit. Sicut nec, an *Hoſtiis ſuis*, (ut ſæpius videmus additum) an ſumptu publico, hoc *Taurobolium* acceperit.

Verum, ut ad ineditam noſtram revertamur, *Narbonenſes* iſti, *juſſa Matris Deorum* exſequentes, *Taurobolium* celebrarunt; ac quidem EX STIPE COLLATA: unoquoque nimirum, quem ad illud pietas, aut ſi mavis ſuperſtitio, aut alia quæcunque demum cauſa ſtimularet, ſymbolam ſuam, ſeu *ſtipem* conferente: niſi ſingulæ Civitates, vel oppida, iſtius provinciæ *ſtipem* contulerint, eo, aut ſimili fere modo, quo id alibi contigiſſe videmus, in inſcriptione illa, quæ apud Gruterum pag. 162. nº. 3. habetur; quæque cum tribus aliis (aliarum credo provinciarum) in medio arcu *Pontis Trajani* poſita, ex iſtis nobis nunc ſola reſtat: atque ex qua videmus *Luſitanos* tam procul inde diſſitos, tamen cum aliis (inter quas forſan quoque hæc Narbonenſis fuit) perficiendo huic tam ſtupendo *Ponti*, ſumptus etiam, ſive impenſas, *ſtipe collata* ſuppeditaſſe; ſaltem adjutaſſe.

Inſcriptio autem illa (quæ & in Occonis Hiſpanicis pag. XXIV. nº. 6. comparet) hæc ſequens eſt:

MV-

MUNICIPIA
PROVINCIÆ
LUSITANIÆ. STIPE
CONLATA. QUÆ. OPUS
PONTIS. PERFECERUNT
ICÆDITANI
LANCIENSES, OPPIDANI
TALORI
INTERAMNIENSES
COLARNI
LANCIENSES, TRASCUDANI
ARAVI
MEIDIBRIGENSES
ARABRIGENSES
BANIENSES
PESURES

Neque uſque adeo mirum nobis videri debet, Provincias ſic Reipublicæ quandoque dono gratuito (ut nunc vocamus) adjumento fuiſſe, ſibique id honori duxiſſe: quum & Populus Romanus *ſtipem* Cæſari Auguſto, quin & abſenti, plus ſemel contulerit. talia namque videmus apud jam ſæpius memoratum Gruterum pag. CLXII. 3. in baſi marmorea, hoc modo:

IMP.

IMP. CAESAR DIVI. F. AUGUSTUS
PONTIFEX. MAXIMUS
IMP. XIII, COS. XI. TRIB. POT. XV
EX. STIPE. QUAM POPULVS. ROMANVS
ANNO. NOVO. APSENTI. CONTVLIT
NERONE. CLAVDIO. DRVSO
COS
T. QVINTIO. CRISPINO
VOLCANO

Tum & in alia, quæ pag CVI. n°. 4. reperitur.

LARIBVS. PVBLICIS. SACRVM
IMP. CÆSAR. DIVI. F. AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS
TRIBVNIC. POTESTAT. XVIII
EX. STIPE. QVAM. POPVLVS. EI.
CONTVLIT. K. JANVAR. APSENTI
C. CALVISIO. SABINO
L. PASSIENO. RVFO. COS

Quibus hæc ſolum, at notatu digna, ex Suetonii cap. 91. addam: *Ex nocturno viſu etiam STIPEM quotannis die certo emendicabat a populo, cavam manum aſſes porrigentibus præbens.*

Quod vero attinet illud M. AVRELIANI, plane cenſeo, ob illa quæ jam ſupra attuli, pro illo reponendum eſſe, (ac revera ita antiquitus marmori inſculptum fuiſſe) M. AVR. ANTONINI; aut ſi ita mavis, M. AUREL. ANT. Quod poſterius nunc quoque verius credo: illumque errorem

rem accidiſſe cum ex obliteratis pene literarum harum veſtigiis; quæ vetuſtate eouſque exeſæ, aut vi ac conatu (uti ſæpiſſime contigiſſe ſcimus) exoletæ, exſcriptores in errorem induxerint. cui acceſſit, quod non ſatis, dum illam marmoris inſcriptionem excerperent, ad *Severi* atque *Aureliani* tempora attenderint. Aliàs namque etiam videmus eundem accidiſſe caſum circa iſtam inſcriptionem, quæ de *Tymele* loquitur, in iſtis IMPE & POSU; pro quibus primus exſcriptor IMI & POST repoſuerant.

Hæc pag. 170. poſt lineam 10. inſerenda ſunt.

Ex perpetuo, ac quaſi per manus tradito, errore, ac male, ut mihi videtur, intellecto Plinio; hincque ex aliàs eximia verſione Herodiani a Politiano confectâ, etiam doctiſſimo Paulo Merulæ *Galli Sacerdotes Cybeles*, ſeu *Magnæ Matris Deorum*, fuerunt. Et tamen ita loquitur ipſe Herodianus: πάλαι μὲν Φρύγες ὠργίαζον ἐπὶ τῷ ποταμῷ Γάλλῳ παραῤῥέοντι, ἀφ' οὗ τὴν ἐπωνυμίαν φέρουσι οἱ τῇ θεῷ τομίαι ἱερωμένοι. Quæ poſteriora a Politiano ſic vertuntur: *A quo* [fluvio] *etiam evirati Deæ ſacerdotes cognominantur.* Quibus ipſis Politiani verbis quoque dictus Merula utitur.

At ἱερωμένοι erant, ut Henricus Stephanus melius reddit, (illumque ſenſum hoc, atque etiam in alio loco, defendit) *Deæ ſacri*, ac *Sacrati*: & *Sacrati* quidem ſeu *ſacri*, fuerunt *Tauroboliati*, ſive illi qui jam *Taurobolium acceperant*: nec tamen hinc facti erant hi *Sacerdotes M. Matris*: quod illi aut *uxorati* eſſent, aut *Maritatæ*; ut jam ſupra, pag. 141. & 142. oſtendi.

Neque in Catulli carmine de *Berecinthia &c*, ullos *Sacerdotes* Gallos reperimus, ſed ſolummodò *Comites*; ut verſibus his ſequentibus;

*Canere hoc ſuis adorta eſt tremebunda COMITIBUS:*
*Agite, ite ad alta Gallæ Cybeles nemora ſimul,*
*Simul ite Dindymenæ dominæ VAGA PECORA,*
*Alienaque petentes, velut exules, loca*
*Sectam meam executæ duce me, mihi COMITES*
*Rapidum ſalum tuliſtis, truculentaque pelagi,*
*Atque corpus eviraſtis Veneris nimio odio.*

Tum & hoc ſequenti:
*Simul hæc COMITIBUS Atys cecinit novamulier.*

Sicut & hoc verſu ſemetipſum, quaſi mulier eſſet, non *Sacerdotem*, ſed *famulam* vocat:

*Egone Deûm MINISTRA, & Cybeles FAMULA ferar.*

Quam miniſtram, ſi hic pro ſacerdote haberi quis vult, certe id non ulterius, quam ad ipſum *Atyn*, atque in poſterum ad *Archigallos*, extendere poterit.

Interim ipſe quoque Gerardus Joan. Voſſius eundem errat errorem. Dum enim Idololatriæ lib. 1. cap. 53. Gallos *Phrygiæ Matris ſacerdotes* vocat, eadem Herodiani verba ſententiæ ſuæ firmandæ adducit, & vertit: *a quo etiam evirati Deæ ſacerdotes nomen ſuum obtinent.* Cicero autem ipſos non ſacerdotes, ſed tantummodo *famulos* appellat, dum lib. 2. De legibus ait: *Præter Ideæ Matris famulos, eoſque juſtis diebus, ne quis ſtipem colligat.*

Hæc

Hæc autem notari velim ad iſta Philoſtrati verba, quæ pag 382. & 388. hujus operis attuli; nempe, τὰ δὲ φωνῆς ἆθλα ἐς τὴν Ῥώμην καὶ τὸν ἐκεῖθεν θρόνον, quæ ibi ad Certamina Muſica retuleram; me, poſt rem melius ex ipſo Philoſtrato perpenſam, mutare ſententiam, illaque nunc referre ad Orationes, Recitationes, & cauſarum actiones Sophiſtarum, atque ad ſubſellia, ſeu cathedras, in quibus ſedentes illi, ac quidem cum prærogativa, docebant. Unde etiam ſic ille (lib. 1. Vit. Sophiſtar.) de Scopeliano loquitur: Διελέγετο δὲ ἀπὸ μὲν τοῦ θρόνου, ξὺν ἀβρότητι· ὅτε δὲ ὀρθὸς ἐλέγετο, ἐπιστροφὴν τε εἶχεν ὁ λόγος, καὶ ἔρρωτο· καὶ ἐπισκοπεῖτο οὐκ ἔνδον, οὐδ' ἐν τῷ ὁμίλῳ· ἀλλ' ὑπεξιὼν ἐν βραχεῖ τοῦ καιροῦ. περιῆν δὲ αὐτῷ καὶ εὐφωνίας, καὶ τὸ φθέγμα ἡδονὴν εἶχε. *A ſubſellio delicate diſſerebat: quando autem rectus dicebat, converſionis acumine & robore pollebat oratio: neque intus neque in turbam reſpiciebat, ſed tanquam ad breve tempus ſe ſubducens cuncta perluſtrabat. Et eximia fuit vocalitas, & elocutio admodum jucunda* [Ita vertit Morellius.]

Poſtrema illa verba, περιῆν δὲ αὐτῷ, &c. faciunt ad illuſtranda iſta τὰ φωνῆς ἆθλα: de quibus, poſtquam de θρόνῳ aliquid dixero, quoque loquar.

Idem igitur Philoſtratus de Adriano quoque Phœnicio ita loquitur: Μεστὸς δὲ οὕτω παῤῥησίας ἐπὶ τὸν θρόνον παρῆλθε Ἀθήνησιν, ὡς προοίμιον οἱ γενέσθαι τῆς πρὸς αὐτοὺς διαλέξεως, &c. *Tanta fiducia fretus, ad Athenienſium ſuggeſtum acceſſit, ut orationis ſuæ exordium duxerit*, &c.

At clarius idem de eodem Adriano, poſt nonnulla interpoſita: Κατὰ δὲ τοὺς χρόνους, οὓς ὁ αὐτοκράτωρ Μάρκος Ἀθήναζε ὑπὲρ μυστηρίων ἐστάλη, ἐκράτει μὲν ἤδη τοῦ τῶν σοφιστῶν θρόνου ὁ ἀνὴρ οὗτος. *Quibus vero temporibus Marcus Imperator pro myſteriis Cereris Athenas legatos miſerat, hic ille vir ſophiſtarum ſuggeſtum obtinebat.* Prærogativam verò iſtam Cathedræ, ſive Oratoriæ ſeu Rhetoricæ, ſive Politicæ, indicant hæc ejuſdem

verba de Theodoto Sophiſta: ὁ δὲ ἀνὴρ οὗτος Λολλιανοῦ μὲν ἀκροατὴς, Ἡρώδου δὲ οὐκ ἀνήκοος. ἐβίω μὲν ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα, δυοῖν ἐτοῖν κατασχὼν τὸν θρόνον· τὴν δὲ ἰδέαν τῶν λόγων ἀποχρῶσιν ἔς τε τοῖς δικανικοῖς καὶ τοῖς ὑπερσοφιστεύουσιν. *Cæterum hic Lolliani quidem auditor fuit; nec non Herodem interdum audivit, ac vixit plus quam quinquagenarius, biennio cathedra occupatâ, genere dicendi utebatur idoneo etiam in juridicis, & iis qui Sophiſtæ virtutes excedunt.* Thronus igitur ille, (ſeu Cathedra) aut Sophiſticus, adeoque Rhetoricus & Oratorius, ſimpliciter erat, aut Politicus: quod utrumque dicendi genus ſæpius exercerent ac publicè profiterentur. Hinc namque de Appollonio Athenienſi, hic idem noſter Philoſtratus: ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ὁ Ἀθηναῖος ὀνόματος μὲν ἠξιώθη καθ' Ἕλληνας ὡς ἱκανὸς τὰ δικανικά, καὶ τὰ ἀμφὶ μελέτην οὐ μεμπτός. ἐπαίδευσε δὲ Ἀθήνησι καθ' Ἡρακλείδην τε καὶ τὸν ὁμώνυμον, τοῦ πολιτικοῦ θρόνου προεστὼς ἐπὶ ταλάντῳ. διαπρεπὴς δὲ τὰ πολιτικὰ γενόμενος ἔν τε πρεσβείαις ὑπὲρ τῶν μεγίστων ἐπρέσβευσεν, ἔν τε λειτουργίαις, ἃς μεγίστας Ἀθηναῖοι νομίζουσι. τὴν δὲ ΕΠΩΝΥΜΟΝ, καὶ τὴν ΤΩΝ ΟΠΛΩΝ ἐπετράπη, καὶ τὰς ΕΞ ΑΝΑΚΤΟΡΩΝ ΦΩΝΑΣ, ἤδη γεράσκων καὶ Λογίμου καὶ Γλαύκου, καὶ τῶν τοιούτων ἱεροφαντῶν, εὐφωνίᾳ μὲν ἀποδέων, σεμνότητι δὲ, καὶ μεγαλοπρεπείᾳ καὶ κόσμῳ παρὰ πολλοὺς δοκῶν τῶν ἄνω. Addam hic verſionem Morellii: quam lector cum mea interpretatione conferat: *Apollonius vero Athenienſis nomine dignus eſt habitus apud Græcos, cum forenſes cauſas recte egerit, & ſine reprehenſione declamarit. Juxta Heraclidem, & gentilem ſuum* [reponerem ego *& cognominem ſuum*, Heraclidem ſc. Naucratitem qui etiam Athenis docuit] *Athenis docuit. Civili ſuggeſtui talenti pretio præfuit. Et cum in civilibus rebus clarus & inſignis eſſet, maximarum rerum legationes egit: in publicis Miniſteriis ſacris, quæ maxima Athenienſes appellant*; [ubi illud *Sacris* delendum] *Prætura urbana* [redde *Archontis munus*] *ei commiſſa eſt, & Præfectura armorum* [de his vide ſtatim]

tim] *& vocum ab Oraculis editarum* [etiam de hiſce] *cura jam ingraveſcente ætate. Ceterum ut ab Heraclide, Logimo, Glauco, hujuſcemodique antiſtibus ſacrorum* [Græca habent *Hierophantis*] *vocalitate aberat: ita gravitate, magnificentia, ornatuque decoro multis, qui ante fuere, præſtantior habitus.*

Priuſquam vero pergam, pauca mihi adhuc dicenda ſunt (poſt illa quæ ſupra pag. 381. dixi) ad illa verba ΚΑΙ ΤΑΣ ΕΞ ΑΝΑΚΤΩΡΩΝ ΦΩΝΑΣ, quæ nimis feſtinanter excerpſeram, omiſſa ibi per ἀβλεψίαν particula ΕΞ; quæ minime omitti debuerat, quod inde minus bene iſta verba explicari queant; quodque an melius nunc mihi ſuccedat verè eruditis circa hæc dijudicandum relinquo.

Ut autem ἀνάκτορον *regiam* aut *palatium* denotat, ſic jam oſtendi ſuprà, id etiam denotare *Templum*, atque ἀνάκτορα Templa, &c. Notat quidem Heſychius (atque ex ipſo Henr. Stephanus) ἀνάκτορον, inter alia ſignificata, etiam peculiari modo *Templum Cereris* ſignificaſſe: unde & Caſaubonus Dalechampium, qui illud in Athenæi verſione *Dioſcurorum Templum* verterat, erroris inſimulat. ac certe id cum ratione aliqua feciſſe videretur, ſi in Athenæi Græco contextu ἀνάκτορον ταῖν θεαῖν, & non τοῖν θεοῖν, occurreret: quod contra fit. namque ita ipſius Athenæi (ſive Athenionis apud hunc Athenæum) lib. V. verba habent: Μὴ περιίδωμεν ὦ ἄνδρες, Ἀθηναῖοι τὴν ἱερὰν τοῦ Ἰάκχου φωνὴν κατασεσιγασμένην, καὶ τὸ σεμνὸν ἀνάκτορον ΤΟΙΝ ΘΕΟΙΝ κεκλεισμένον. Quæ a Dalecampio vertuntur: *Ne viri Athenienſes ſacram Jacchi vocem ad perpetuum ſilentium redactam, ne clauſum venerabile* CASTORIS *Templum, tacenteſque Philoſophorum ſcholas contemnatis.* Et ſane Harpocration ita loquitur: Ανακεῖον, τὸ ἀνάκτορον. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου, ἱερὸν τῶν Διοσκούρων. Et tamen exiſtimat, fidenter ſatis, Caſaubonus, in

in his Athenæi verbis, vocem ἀνάκτορον *Cereris ac Proſerpinæ* Templum denotari, quod Ἴακχος ibi quoque, in Athenæi verbis occurrat.

At quid impedit, quominus hîc Athenæus de duobus quidem Templis loquatur; quum & diverſa Bacchi templa Athenis fuerint. quod quamvis non fuiſſet, tamen diſtinguenda videntur ἡ ἱερὰ Ἰάκχου φωνὴ, & ἀνάκτορον τοῖν θεοῖν (Ita enim legitur non ταῖν θεοῖν.) Itaque ad hunc ſive Bacchum, ſive Ἴακχον ſpectat hæc φωνὴ σεσιγασμένη: quæ indicare videtur ibi *Oraculum* aliquod *Bacchi*, ſive *Jacchi* fuiſſe; atque adeo hæc verba eſſe vertenda, ita uti a Dalechampio verſa ſunt.

Hinc porrò conjectare quis poſſit, idem hoc, quamvis non expreſſe, in Athenæi verbis, per illa, καὶ τὸ σεμνὸν ἀνάκτορον, &c. ſignificari; adeoque &, (ut ſic ad noſtrum redeamus Philoſtratum) iſta, καὶ τὰς ἐξ ἀνακτόρων φωνὰς [ἐπετράπη: quod certe hîc ſubintelligendum eſt] ἤδη γηράσκων, per Athenæi verba eſſe illuſtranda; hincque ea eſſe veretenda: *Archontis Eponymi* (*ſive ejus a cujus nomine annus ſignatur*) *munus ipſi commiſſum fuit*; *ſicut & illud* στρατηγοῦ ἐπὶ τῶν ὅπλων, *ſive annonæ publicæ adminiſtratio*; *tum & (cum jam ſeneſceret) Oraculorum, quæ ex Dioſcurorum Templo edebantur, cura.*

Sicut & hiſce applicari poſſent hi verſus Juvenalis, ex Satyra undecima:

*Templorum quoque Majeſtas præſentior, & vox*
*Nocte fere Media, mediamque audita per urbem,*
*Littore ab Oceani Gallis venientibus, & Dis*
*Officium vatis peragentibus.*

Abſque ullo ſcilicet intermedio Vate, aut Propheta: ſicut & Juno Moneta, & Ajus Locutius, olim apud Romanos; licet minime ita, ut id frequenter accideret. Quin & Ægis

in

in Cilicia Æſculapius ſeſe adhuc Apollonii tempore, (neque ita raro ut videtur) hominibus palam oſtendebat, modò fides habenda Philoſtrato. Ita enim ille, in Apollonii vita lib. I. c. 5: Μεθίστησιν οὖν τὸν διδάσκαλον δεηθεὶς τοῦ πατρὸς ἐς Αἰγὰς τὰς πλησίον, ἐν αἷς ἡσυχία τε πρόσφορος τῷ φιλοσοφήσαντι, καὶ σπουδαὶ νεανικώτεραι, καὶ ἱερὸν Ἀσκληπιοῦ, καὶ ὁ Ἀσκληπιὸς αὐτὸς ἐπίδηλος τοῖς ἀνθρώποις. *Ab eoque obtinuit ut Ægas, quæ in proximo [Tharſo] erant, migraret, eo quoque tranſlato Præceptore; ubi locorum & otium erat philoſophantibus, & ſtudia adoleſcentibus apta, & Æſculapii Templum: ubi Æſculapius ipſe palam quandoque ſeſe hominibus oſtentabat.* Quibus & hæc, de Antiocho Sophiſta, ſubjungi poſſunt, τὰς δὲ πλείους τῶν νυκτῶν ἐς τὸ τοῦ Ἀσκληπιοῦ ἱερὸν ἀπεκάθευδεν, ὑπέρ τε ὀνειράτων, ὑπέρ τε ξυνουσίας, ΟΠΟΣΗ ΕΓΡΗΓΟΡΟΤΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΔΙΑΛΕΓΟΜΕΝΩΝ ΑΛΛΗΛΟΙΣ. διελέγετο γὰρ αὐτῷ ΚΑΙ ΕΓΡΗΓΟΡΟΤΙ Ο ΘΕΟΣ, καλὸν ἀγώνισμα ποιούμενος τῆς ἑαυτῆς τέχνης, τὸ τὰς νόσους τοῦ Ἀντιόχου ἐρύκειν. *Pleraſque autem noctes in Æſculapii fano dormiens tranſigebat, tum ad inſomnia, tum ad colloquia, qualia ſunt quibus vigilantes & differentes inter ſe perfruuntur, percipienda. Etenim cum ipſo etiam vigilante Deus differebat, præclarum artis ſuæ certamen edens, quod Antiochi morbos arceret.*

Hæc ſane ita non uſque adeo male procedere viderentur, atque inde non male concludi, hunc Apollonium præpoſitum fuiſſe Oraculis, quæ ex Caſtoris ac Pollucis Templo reddebantur. Sed de tali χρηστηρίῳ apud Athenienſes minime conſtat. Quare hæ φωναὶ alià interpretatione indigent. Ac quidem videmus apud Philoſtratum, in Sophiſtis φωνὴν, ſeu Vocem ſonoram, penetrantem, volubilis linguæ ac rotundi oris, maxime laudatam fuiſſe. Unde, ſicut pluribus in locis is de Sophiſtarum φωνῇ loquitur; ac quidem de Polluce Sophiſta: Ἐλέγετο δὲ ταῦτα καὶ μελιχρᾷ τῇ φωνῇ ἀπαγγέλλειν, ᾗ καὶ βασιλέα Κόμμοδον θέλξας, τὸν Ἀθήνησι θρόνον παρ' αὐτοῦ εὕρετο.

ερπ. *Dicitur hæc melliflua voce pronunciaſſe, quâ cum Imperatorem etiam Commodum allexiſſet, ab eo ſuggeſtum Athenis obtinuit;* Sic de Hermocrate, Ἐνῆν δέ τι καὶ ἡ εὐροια, καὶ ἡ τῆς γλώττης κρότος. *Etiam aliquid lenis facundia, & linguæ plauſus attulit.* ac rurſus de eodem, Ἐμοὶ δὲ ἀποπεφάνθω, μὴ ἄν τινα ὑπερφωνῆσαι τὸ μειρακίου τούτου γλῶτταν. *Equidem aſſeruerim adoleſcentis hujus linguam.* Quin & jam ſupra vidimus, eum de Scopeliano teſtari, περὶ τὴν δὲ αὐλῶ καὶ εὐφωνίας, καὶ τὸ φθέγμα ἡδονὴν εἶχε. Hinc & certatum fuiſſe (ſicut id videmus factum ob τοὺς θρόνους apud Eunapium, in Proæreſii vita) ſuper εὐφωνίας laude, non obſcure liquet ex Eunapio, in Juliani Sophiſtæ vita: ibi namque ita loquitur: Ὥστε οὐδεὶς ἐτόλμα τῶν σοφιστῶν δημοσίᾳ καταβὰς διαλέγεσθαι, ἀλλὰ ἐν τοῖς ἰδιωτικοῖς θεάτροις ἀπολαβόντες τὰς φωνὰς αὐτῶν μειράκια, ἐλέγοντο οὐ περὶ ψυχῆς θέοντες, ἀλλὰ καὶ περὶ κρότου, καὶ ΦΩΝΗΣ ἀγωνιζομένης *Ita ut Sophiſtarum nemo publice procedens diſſerere auderet; ſed in PRIVATIS theatris adoleſcentuli eorum verba excepturi adſciſcebantur, & non de vita periclitaturi, ſed de plauſu vociſque certamine, dicebantur.*

Quæ verba rurſus illuſtrari videntur per iſta, quæ de Euodiano habet: Εὐοδιανὸν δὲ τὸν Σμυρναῖον τὸ μὲν γένος ἐς Νικήτην τὸν σοφιστὴν ἀνῆγεν· αἱ δὲ εἰκοὺ τιμαὶ ἐς τοὺς ἀρχιερέας τε καὶ στεφανουμένους τὴν ἐπὶ τῶν ὅπλων [ſupple ἀνῆγεν.] τὰ δὲ φωνῆς ἆθλα ἐς τὴν Ῥώμην καὶ τὸν ἐκεῖθεν θρόνον [ἀνῆγεν] *Euodiani vero Smyrnæi proſapia generis ad Niceten ſophiſtam pertinebat. Familiæ vero honores ipſum inter Pontifices, & ob rem foris armiſque bene geſtam coronatos collocabant.* [Quæ poſteriora verba ἐς τοὺς ἀρχιερέας τε, καὶ στεφανουμένους τὴν ἐπὶ τῶν ὅπλων, ſicut & Morellii verſio, forſan infra a me perpendentur] Quum igitur certamina inirent hi Sophiſtæ ob εὐφωνίας laudem, æque atque ob cæteram eloquentiam; iſque præferretur, qui erat ore rotundo, lingua volubili, ac voce ſonora & penetranti, &c. hinc quoque procul dubio *Polemon* Sophiſta delectus fuit ab

Adria-

Adriano Cæſare, ut *ſacrum hymnum* decantaret in dedicatione Olympici templi Athenis. Ita namque jam toties adductus Philoſtratus: Τὸ δὲ Ἀθήνησιν Ὀλύμπιον, δι' ἑξήκοντα καὶ πεντακοσίων ἐτῶν ἀποτελεσθὲν, καθιερώσας ὁ αὐτοκράτωρ ὡς χρόνου μέγα ἀγώνισμα ἐκέλευσε καὶ τὸν Πολέμωνα ἐφυμνῆσαι τῇ θυσίᾳ. Hincque accidit forſan, ut Apollonius Athenienſis (ut ſic ad illum redeamus, & τὰς ἐξ ἀνακτόρων φωνὰς) non tantum τὴν ἐπώνυμον [ἀρχὴν, quæ τοῦ ἄρχοντος erat] καὶ τὴν στρατηγίαν ἐπὶ τῶν ὅπλων ἐπιτράπη. verum καὶ τὰς ἐξ ἀνακτόρων φωνὰς [ſupple ἐπιτράπη] id eſt, ſi bene rem capio, munus *Hymnos Deorum* [ſive hîc ad ſolos Διοσκούρους, ſive etiam ad alios Deos reſpiciat Philoſtratus] ac quidem *a Templi liminibus, decantandi*. quod factum ἀπὸ τῆς κρηπῖδος τοῦ νεὼ, de Polemone teſtatur Philoſtratus.

Iſtud autem ipſi mandatum aſſerit idem jam ſeni, ac quamvis ob ſenectutem cederet ἀφωνίᾳ Heraclidi (Lycio) & Logimo, & Glauco, & aliis hujuſmodi Hierophantis; Sophiſtis ſcilicet iſto nomine decoratis, quod ii inter alios Sophiſtas, velut Hierophantæ inter vulgares ſacerdotes, eminerent.

Ita enim appellationes iſtas, Heroum, principum, facile principum, alioſque epithetorum floſculos etiam nos hodie tribuimus hominibus, quos per talia demereri cupimus: ſicut & Horatius ſemetipſum, Ode I. libri tertii, *Muſarum Sacerdotem* nominat. Namque aliàs ſatis bene videmus ex Heraclide, de quo noſter Philoſtratus ſic modò ante illa verba, tum & per iſta quæ iiſdem ſic ſtatim ſubjunguntur, ſuper quibus nobis hîc quæſtio eſt. de qualibus Hierophantis Philoſtratus loquatur. Ita enim is de hoc Apollonio pergit: Πρεσβεύων δὲ παρὰ Σεβῆρον ἐν Ῥώμῃ τὸν αὐτοκράτορα, ἀπεδύσατο πρὸς Ἡρακλείδην τὸν σοφιστὴν, καὶ ὑπὲρ μελέτης ἀγῶνα. καὶ ἀπῆλθεν ὁ μὲν τὴν ἀτέλειαν ἀφαιρεθεὶς· ὁ δὲ Ἀπολλώνιος δῶρα ἔχων. *Cum ad Severum Imperatorem legatus mitteretur, Heraclidi Sophiſtæ decla-*

*mationis certamen indixit; & ambo diſceſſere, hic immunitate, Apollonius vero non parvis muneribus donatus.* Cum verti debeant ultima verba: *hic immunitate* [quæ etiam quandoque, ſicut ἀλειτουργησία, Sophiſtis donabatur] *Privatus, Apollonius vero dona auferens.* Præterea, nullibi in Græcia plures ſimul, ſive eodem tempore, iiſdem Myſteriis præfuiſſe, nedum Athenis ad Eleuſinia ſacra, ſatis clare patet ex illis, quæ pag. 493. &c. de Hierophantis attuli: tum & ex Eunapii *Maximo;* in cujus vita, is inter alia, ait: Ὡς δὲ καὶ ταῦτα εἶχε καλῶς, ἀκούσας τι πλέον εἶναι κατὰ τὴν Ἑλλάδα, παρὰ τῷ τοῖν θεοῖν Ἱεροφάντῃ, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ὀξὺς ἔδραμε. τοῦ δὲ τοῦ Ἱεροφάντου κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὅστις ἦν τοὔνομα, οὔ μοι θέμις λέγειν. ἐτέμει γὰρ τὸν ταῦτα γράφοντα, καὶ εἰς Εὐμολπίδας ἦγε. *Cumque jam illa ſe ſatis bene haberent, intellecto plus aliquanto latere in Græcia apud Eleuſiniarum Dearum HIEROPHANTAM, velociter illuc accurrit: nomen vero Hierophantæ qui tunc temporis (Sacris iſtis) præerat fas non eſt mihi efferre; quod hujus libri ſcriptorem initiarit & ad Eumolpidas adduxerit.* Quare, licet, poſt nonnulla interjecta, dicat: Τότε δὲ ὁ μὲν Ἰουλιανὸς τῷ θειοτάτῳ Ἱεροφαντῶν συγγενόμενος, id nihil aliud ſignificat, quam iſtum *Hierophantam* ſanctitate, ſeu pietate, ita excelluiſſe, præ aliis *Hierophantis*, qui ipſum ibi tempore anteceſſerant, vel qui alibi aliis Myſteriis eodem tempore præpoſiti erant, ut omnium diviniſſimus, ſeu ſanctiſſimus haberetur.

Paginæ 741: poſt lineam decimam inſerenda.

Videmus in illa inſcriptione quæ Claſſe VII. n°. 24. exhibetur, atque huc adducta fuit, Hæc verba inter alia, ΑΤΕΛΕΙΑΝ ΕΝ ΔΗΛΩΙ, ΚΑΙ ΠΑΤΡΙΑΝ, ΚΑΙ ΤΗΣ, &c. Ita namque hæc ſuppleri debet, ut cuivis facile patet. De hac itaque ΠΑΤΡΙΑ, aliquid hic

hic dixeram quod typographo traditum (quonam fato neſcio) intercidit. Quare iſtud nunc inter addenda, quamvis feſtinatò nimis, (quod dictus typographus nova autographa exſpectet) ſubjungere volui: eoque magis, quod & jam, in Lemmate cap. I. Diſſertationis nonæ, de Patriis, ſeu ΠΑΤΡΙΑΙΣ, mentio fiat.

Hæc itaque ΠΑΤΡΙΑ quid in iſta inſcriptione denotet, Heſychius nos docere videtur, quando ait: *Πατριαὶ, φυλαί*: unde & Patriarcharum nomen ortum traxiſſe videtur: quod, nempe, primitus *Πατριάρχαι*, & *Πατριάρχοι* iidem fuerint cum *φυλάρχαις*. Unaquæque enim Tribus Athenis ſuum habebat *Πατριάρχην* ſeu *πατριάρχον*; qui adauctis numero Tribubus etiam numero adaugebantur. Ita namque lib. V. Herodotus, ubi de Cliſthene loquitur: *Ὡς γὰρ δὴ τὸν Ἀθηναίων δῆμον πρότερον ἀπωσμένον, τότε πάντων πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μοίρην προσεθήκατο, τὰς φυλὰς μετωνόμασε, καὶ ἐποίησε* [NB] *πλεῦνας ἐξ ἐλασσόνων. δέκα τε φυλάρχους ἀντὶ τεσσέρων ἐποίησε, δέκα δὲ καὶ τοὺς δήμους κατένεμε ἐς τὰς φυλάς.* quos *φυλάρχας* a *βουλάρχαις* plane diſtinctos fuiſſe, non uno loco nos (in Politicis) docet Ariſtoteles.

Erant igitur *πατριάρχαι* iidem qui *φυλάρχαι*, ſeu Tribuum capita; ac pro tempore Principes ſeu Tribuni: etiamſi poſteris temporibus inter Judæos, ac potiſſimum Chriſtianos, iſti audirent Patriarchæ qui familiarum, ſub veteri Teſtamento, Capita eſſent. Hincque & Abraham Hebr. VII. v. 4. *ὁ πατριάρχης*, ut primus Sanctorum piorumque familiæ Caput: deinde (Act. VII. v. 8.) non ſolummodo Jacobus, hoc nomine, verum & filii ipſius S. Scriptura *τοὺς δώδεκα πατριάρχας*, ut ſuarum (minor licet) familiarum Capita, nominat. Sicque Rex David familiæ iſtius, ex qua, ab ipſo repetundo, D. noſter J. Chr. ſecundum carnem originem traxit, Patriarcha, ipſiuſque familia *πατριὰ* nominatur [Luc. III. 25.] unde &,

 ſine

ſine dubio, hic loquendi modus Act. III. v. 25. πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῆς γῆς.

Verum enim vero, hæc uti minus hic ad rem noſtram faciunt; ſic magis illa attuli ne viderer ea ignorare: dum interim fixum manet, πατριὰν hic Tribum denotare, ac Patriarchas Tribuum Capita. Interim Suidas aliquantulum interturbare videtur, dum (aliàs Heſychium in plurimis ſecutus) ait: Πατριαὶ χώραι, φυλαὶ, τοπαρχίαι. Neque aliter fere poſterioribus ſeculis Patriarchæ, quam pro primitivarum aut potentiſſimarum quoque Eccleſiarum diœceſeon, Capitibus accepti fuerunt. Verum, eheu jam ſatis eſt.

# I N D E X.

## A.


'Ἀβακλέαι ἐργεῶνες apud Suidam 736
Accipere Taurobolium. 58, &c.
Acropolis Athenarum. 218
Adlectores, & adlecti. 159
Adrianus Cæſar Archon Athenis fuit. 221
——— idem non vere pro Agonotheta ſed Agonarcha, ſeu panegyriarcha, reſedit. 536
Adſiſtentes in ſacris Tauroboliis. 55, 102
Ægibolia, & Ægibolium, non Æmobolium. 44, 72
Æreæ tabulæ Decretorum inſcriptionibus inſervientes. 764 &c.
'Ἀγένειοι, quinam inter Athletas 654, &c.
Æſculapius etiam vigilantibus ſe manifeſtans. 799
Agonarchæ, quinam ac quales. 538
Agonothetæ, quatenus ἐπώνυμοι. 563
——— non perpetui. 514, 531
——— Cæſarum, ſive Auguſtorum, &c. 530
——— cur in Choregiis. 691
——— illorum & Panegyriarcharum diſcrimen. 542
Agonothetides, ipſarumque munus. 553
——— Peplum quoquo quinquennio contexebant. 516
——— præerant fœminis decertantibus. 554
'Ἀγωνιστάρχαι, ἀγωνάρχαι, ἀγωνοδίκαι, &c. 507, 532
Agoniſtarchi peculiari veſte uſi. 533
Agoniſtarcha Commodianus. 536
'Ἀγύρται, μητραγύρται, &c. 151
'Αἰσυμνῆται. 707, &c.
'Ἀλεῖπται, iidem cum Gymnaſtis, &c. 715, &c.
'Ἀλειφόμενοι. 724
'Ἀλείπτης in certaminibus, quinam ac qualis. 725, &c.
'Ἀλυτάρχαι. 724, &c.
'Ἀλία. 771, 779
Alabandenſes Νεωκόροι. 315
'Ἀλίασμα apud Agrigentinos. 762, 770
Amphictyones, deque iſtius Concilii origine. 430
Amphictyonum differentia ab Amphictionibus. 515
——— Concilii membra, atque immutatio circa illa. 433, 435
——— quinam inde extruſi, in idve intruſi. 437, &c.
——— Philippus Macedo in id receptus. 439
——— Conventus illius ad Thermopylas, & Delphos. 447
——— ſuffragia quot. 436
——— Eccleſia ſeu Concio. 460
——— juramentum. 461
——— Conſeſſus, à Dion. Haliacarn. deſcriptus, *ibid.*
——— ad Delphos æſtivum, ad Thermopylas hyemale. 453, 456, &c.
Amphictyonum Concilium, ſeu conſeſſus in Calaurea. 466
——— ——— ad Triopium. 462
'Ἀνάκτορα, & ἀνακτόρια. 381, 797
——— αἱ ἐξ ἀνακτόρων φωναί. *ibid*, at præcipue. 796, &c.
'Ἀνέθηκε Δήμητρι, &c. 394
Anni Attici initium. 598
Apparamenta hoſtiarum. 55
'Ἀπογεγραμμένοι, quinam. 662
'Ἀντικοσμηταί, & ὑποκοσμηταί 692
'Ἀπεργηγοί, quinam. 422
ἀπόλογοι, quinam. 741
Ara Tauroboliata, ſeu petra Tauroboliata. 123
Aræ Tauroboliatæ reſtitutæ. 426
Arcadum peritia circa cantus. 568
Archigallus Gallorum caput. 167, 170
Argenteæ tabulæ in ſcribendis Decretis publicis. 767
'Ἀρχιθέωροι, quinam ac quales. 477, 482, &c.


Ἀρ-

Ἀρχιερεῖς, ſeu Pontifices Græcorum. 230
——— in pluribus civitatibus fuerunt ἐπώνυμοι. *ibid.*
——— quandoque ſimplici ἱερέων nomine veniebant. 232, 265
——— quandoque Hierophantæ appellati. 498
——— qua dignitate fuerint. 233
——— Provinciarum etiam vel totarum regionum. *ibid.*
——— XIII. urbium, Aſiæ propriæ. 286
——— πενταετηρικοὶ, ſeu Quinquennales. 267
——— πρῶτοι, ſeu Metropolitani. 235. 268
——— perpetui, ſeu διὰ βίου. 258
——— ἐκ προγόνων διὰ βίου. *ibid.* 266
——— ſynodi & Auguſtorum. 264
——— τῶν Σεβαστῶν. 265
Ἀρχιερεὺς τοῦ Διονύσου τοῦ καθηγεμόνος. 264
——— τοῦ σύμπαντος ξυστοῦ. 640
Ἀρχιέρειαι, ſeu ſacerdotes Maximæ. 269, &c
Ἀρχιερείας quandoque fuiſſe Ἀσιάρχας; non vero vice verſâ Ἀσιάρχας fuiſſe Ἀρχιερείας. 287
Ἀρχιθιασίτης. 731
*Archontes* Athenienſium. 219, &c.
——— primitus ſinguli ac perpetui, hinc decennales, tandem annui. 220
——— ἐπώνυμοι etiam exteri, quin & Cæſares quandoque Romanorum. 221
——— duo ſimul apud Theræos, quin & alibi. 224, 617
——— Delphorum. 453
——— Synodi Xyſti. 641, &c.
——— Chororum. 687, &c.
Ἄρχων ἐπώνυμος in ſacerdotem τοῦ Σωτῆρος converſus. 222
——— circa Agones Muſicos. 650
Ἀερισεργέται, & λαυεργέται 684
Artifices Dionyſiaci. 380, &c.
——— ſcenici. 384
Aſiarchæ, qui ac quales, ratione muneris. a 274. uſque ad 286.
——— ſimul etiam ἀρχιερεῖς, ſeu Pontifices unuſne, an plures ſimul, ac quâ ratione. 275, &c.
——— diverſarum civitatum in una eademque regione. 278
——— *Epheſiorum* cur in nummis non reperiantur. *ibid.*
——— contrà vero reperiantur Pergamenorum, Sardianorum, Cyzicenorum. 279, &c.
——— ex quibus, qualibuſque electi. 280
Ἀσυλεὶ καὶ ἀσπονδεί. 783
Ἀσύλεια. *ibid*
Ἀπήλεια, & ἀσύλεια legendum pro ΕΛΕΙΑΣΤΥΛΕΙΑ, in inſcriptione. 444
——— quotuplex fuerit. 781, &c.
Athletæ & Xyſtici iidem. 638
——— per omnes ætates compoſiti. 660
——— *Victorum* Athletarum privilegia. 585
——— ipſorum patientia. 511
Athletica inſcriptio perpenſa. 650
Athlothetas inter & Agonothetas, quænam differentia fuerit. 517, 537
Attici anni initium. 598
Atticorum menſium ordo. 595, &c.
——— convenientia cum Menſibus Romanis. 599
Atys Cybeles *Miniſtra* & *famula*. 794
Auguſti Cæſaris Neocoræ urbes. 317
Auguſtinus ſacrorum Tauroboliorum non meminit. 25
Auletæ, Athenis à quonam electi. 676

B.

BAcchus Auſpex, ſeu Ductor, Caracallæ epitheton. 262
Baptiſmus pro mortuis. 136
Βασιλίδας inter ἄρχοντας ac θεσμοθέτας. 553
Bellonarii. 155
Bellonæ Fanatici 154, &c.
Βουκολεῖον Athenis. 210, 215
Boum capita, &c. tauroboliatis aris addita. 57
Βραβευταὶ, quinam ac quales. 522

C.

CAbarnus non Deus, ſed Sacerdos Cereris. 628, 736.
Cæſares Chriſtianos diu manſiſſe Pontifices Maximos. 187
——— illorum Pontificatum ejuſdem fu-

# I N D E X.


fuiſſe juris & poteſtatis ac Gentilium. 188

Cæſarea Sebaſte neocora. 316

Caligula Ζεὺς ἐπιφανὴς νέος. 263

Caracalla quam propenſus in Macedones fuerit. 358

Carmen quo præibatur in Sacris. 109

Ceres nova. 263

Certamina puellarum ac fœminarum publica. 623

Certamen quinquennale Cretenſium. 632

——— more Græco apud Romanos. 637

Certamina fœminarum Curſus. 553, 558

——— ſuper pulchritudine. 557

——— eadem & virorum. *ibid.* & 563

——— fœminarum Bellica. 623, &c.

Chriſtianos multa a Gentilibus, circa ſacra, mutuatos fuiſſe. 2

Χαλκώματα, quibus inſcribebantur Decreta publica. 765, &c.

Χαλολόγοι Fratriarum. 739

Choregi, quinam ac quales. 674, &c.

——— quotannis electi. 676

——— ſumptus faciebant, ad adornandos Choros, &c. *ibid.*

——— ipſorum defectu ipſe populus, ratione ſumptuum, ἐχορήγει. 677

——— unus idemque aliquando duabus Tribubus ſimul ἐχορήγει. 682

Choregus, qualis eſſe debuerit. *ibid.*

——— idem etiam *Charagus*, ſeu Dux Chori. 683

Choregi διδασκαλεῖον ſuum habebant. *ibid.*

——— eligebant ipſi ſuos ἐπιμελητάς. *ibid.*

Χορηγεῖν, quid ſit. 674

Χοροδιδάσκαλος. 685

Χοροστάτης 684

Collegium Iſidis, Sylvani Gæmini, Virtutis, Serapidis, Herculis Somnialis, &c. 738

Collegia Hymnodorum, ſeu Hymnologorum. 579.

——— Sacerdotum. 581

——— Tibicinum ac Fidicinum Romæ. *ibid.*

Colonia Copia Claudia Aug. Lugd. 106

Commiſſiones Athletarum in Elide quando fierent. 665

Concilium Amphictyonum; vide Amphictyonum Concilium.

Conſecratio Pontificis Maximi per Taurobolium ſacrum merum figmentum eſt. 55

Conſecrationes Taurobol. plures in uno eodemque loco factæ; etiam diverſis temporibus. 125

Contubernium Pæaniſtarum. 582

Conventus Achæorum. 449

——— ad Triopium. 462

——— in Calaurea. 466

Coracica in Mithriacis. 11

Coſmi ac Protocoſmi Cretenſium. 747, &c.

——— Prianſiorum & Hieropytniorum. 748

Criobolium & Ægibolium ſimul. 44

Criobolium reſtitutum. 127

Cryphia in Mithriacis. 11

Cura, ac Curatores circa ſtatuas ponendas. 114

Curatores in ſacris. 113

Curiales ac Curiæ. 85, &c.

Curiones, Curiones primi, Curiones Minores &c. *ibid.* &c.

Cuſtodes in Sacris. 112


## D.


Δ, circa Neocorias an *bis*, an *quater* ſignificet.

Δᾳδοῦχος. 490, &c.

Δᾳδοῦχοι perpetui; tum qui, ac quales 500

——— plures ſimul. 501, 503

Δαειρίτης, quinam fuerit. 491

Decretum Byzantiorum, apud Demoſthenem, emendatum. 779, &c.

Διαερίων, an Διασίων, in inſcriptione, legendum. 249

Dea eadem quandoque ſub alio nomine, non eadem; & alio ritu colenda. 149

Deæ apud Æginam non *Ceres* & *Proſerpina*, ſed *Damia* & *Auxeſia*. 84, 89, &c.

Decretum Byzantiorum admodum notabile, 544, &c.

Δεξιοστάτης, in Choris 684

Demetrii Poliorcetæ initiatio ad *Parva* & magna Myſteria. 614


Dia-

Diana Epheſia pluribus in locis culta. 310
Diariorum familia. 246
Diaria pro *annotis*, & pro *annalis*, &c. 247, &c.
Diazia, feſtum 249
Dianæ Pergeæ templum. 311
Dictata verba in ſacris. 111
Dies Gladiatorum; hinc & forſan Διάζιοι 245
Διδάσκαλος, in Agonibus Muſicis quinam, &c. 674, 684
——— ſortitò electus. 682
——— ipſe quandoque Hymnos componebat. 586
——— diverſus a διδασκάλῳ τῶν διθυραμβῶν, *ibid.*
——— quandoque idem qui Pædotriba 695
Δίκη πρόδικος, quid fuerit. 785
Δίμηνος καρνεῖος. 762, 772
Dii apud Lernam, quis, quinamque. 92
Διοικηταὶ Fratriarum, &c. 739
Dionyſiaca magna Athenis annua, non Trieterica. 613
——— ubi celebrata. *ibid.*
Dux Myſticus Sacri (nempe Taurobolii). 145

E.

Ἐλλανοδίκαι. 529
Ἐμπορίου ἐπιμεληταὶ 746
Ἐνθυμα ſacra. 180
Ἐξοδος, & ἐξοδιάται. 741, 771
Ἔξαρχος τοῦ χοροῦ. 684
——— idem cum διδασκάλῳ ac κορυφαίῳ. 685
Ἔφεδρος inter Athletas. 519
Epheſia Diana pluribus in locis culta. 310
Epheſii Neocori bis ſub Adriano, ac quare. 338
——— ſub Severo & Julia Domna ter ac ſimul Ἀρτέμιδος, ſeu Dianæ. 341
——— ſub Caracalla bis, & Ἀρτέμιδος. 338, 351
——— ſub Maximino ter, tum & ſimpliciter. 345
——— ſub Salonino ſimpliciter, & Δὶς quoque Neocori. 350
——— cur ſub pluribus diverſis nunc ter, nunc quater. 352
Ἐπιγαμία, jus matrimonii contrahendi. 780
Ἐφηβείας tempus ac duratio. 661
Ephororum Lacedæmonienſium hiſtoria aliqualis. 755, &c.
ὁ Ἐπιδαύρια quis. 491
Epidauriorum dies, ubi, & cui ſacer. 490
Ἐπιμεληταὶ Chororum. 680, 747.
——— Myſteriorum. 684
——— Regi ſacrorum inſervientes. 204, &c.
——— ἐμπορίου, apud Athenienſes decem. 746
Epiſcopi Romani quibus occaſionibus Pontificatum Maximum invaſerint. 191, &c.
——— quam magnifice de ſe ſentiri voluerint. 192
Εὐεργέτης, quid ſæpe denotet. 763, 768, 774, &c.
Ἐπιστάται quandoque Pædotribæ. 696
Epiſtates quinam fuerit, in Gymnaſiis, 713
Ἡρακλῆς ὁπλόφυλαξ, quis &c. 413
Ἡλιαία. 771
Eruditorum opiniones ſuper Urbibus bis, ter, quaterve Neocoris 335
Ἑστίαν νέαν Δήμητρα legenda & interpungenda, Ἑστίαν, νέαν Δήμητρα, *Veſtam*, ac *Novam Cererem*. 367
οἱ ἀφ᾽ Ἑστίας, & οἱ μυηθέντες ἀφ᾽ Ἑστίας quinam fuerint, ac quales. 390, &c.
Ethnicos multa, circa Sacra, deſumpſiſſe a Chriſtianis. 2

F.

Facere Taurobolium. 58
Falconerii (Octavii) opinio de Archontibus Xyſticis. 646
Familia Gladiatorum. 240
Fanatici *ab æde Vellonæ* 75
Fœminarum Certamina Platoni probata. 561, 625
——— Certamen *curſus*. 553, 558


— ſuper

—— ſuper pulchritudine. 557
—— ad gladium (ſub Domitiano, Romæ) 559
Fœminæ bellatrices. 623
—— Olympionicæ, bigis, &c. 561, 562
—— Hiſpanorum poſt partum viris miniſtrabant. 626
—— Philoſophæ. 619
Fœminis interdictum, ne ad Olympicos ludos accederent, ac quibus diebus. 555
—— quouſque accedere licuerit, diebus licitis. 556

G.

Gallienus Cæſar Archon Athenis fuit. 221
Galli Magnæ Matris ſemetipſos cruentantes. 26, 27
—— collegiati, ac quidem ſub Archigallo. 167, 170
—— Comites & famuli, non ſacerdotes M. Matris. 793
—— ſcurræ de triviali fæce, &c. 151
Γινῆθ. 733
Gallos non fuiſſe Sacerdotes Magnæ Matris, 149, &c.
Γεραίραι Athenienſium. 208
Glauci in certamen ſine ἐμπειρίᾳ deſcendentis Hiſtoria. 663
Γέροντες Lacedæmoniorum. 758
Γραμματεὺς τῶν ἐπιμελητῶν 746
Gratianus Auguſtus quomodo rejecerit ſtolam Pontificiam. 184
—— revera fuit Pontifex Maximus. 185
*Græco Sacrata* Deæ Cereri, quænam, qualiſve fuerit. 95
Gymnaſia ac Xyſti, quibusnam Dîs dicata fuerint 639
—— tria Athenis, ac quænam. 679
—— horum Choregi ſinguli. 680
Gymnaſiarchus circa Agones Muſicos. 679
—— ex quaque Tribu unus. *ibid.*
—— in quem finem. *ibid.*
Gymnaſiarcharum hiſtoria. 584, &c. uſque ad 630
Gymnaſtæ nomen Plato ignoraſſe videtur, licet non γυμναστικῆς. 695
Γυμναστικοὶ iidem cum γυμνασταῖς. 704
—— quomodo diſtincti à Pædotribis. *ibid.*
Γυμναστὰς Ariſtoteles clare à *Pædotribis* diſtinguit. 695, 696
Gymnaſtæ atque Epiſtatæ Arriani iidem. 606, 705
Gymnaſtas cum Pædotribis ſæpe confundi. 712
Gymnaſtarum monita. 713

H.

Harmoſtæ. 572
Hecate etiam apud Æginetas culta. 93
—— ipſius ibidem initia annua. *ibid.*
—— ipſius *Hierophantria.* *ibid.*
Heliogabalum Taurobolium ſacrum accepiſſe non liquet. 182
Heliacus conſeſſus apud Agrigentinos. 762, &c.
Hellanodicæ ipſorumque munus. 508, 520
—— ſorte electi. 509
—— Ad Olympia Piſis. 517
—— quibus, ac quomodo, præſiderent. *ibid.* &c.
Tzetzis circa illos error. 515
—— componebant Athletas. 518
—— ipſorum juramentum. 519
—— inſtitutio per 10. menſes ſub Nomophylacibus. 520
—— ipſorum Præſes ac Senior. 529
Herta, loco Herma legendum in Inſcriptione. 146
Hierocoracica (aliàs Coracica) in ſacris Mithriacis. 10
Hieronicæ multarum quandoque urbium cives. 594
Hierophantæ, quinam, ac quales. 487
—— pluribus in locis, ſeu Myſteriis, obtinebant, *ibid.*
Hierophanta, ad Eleuſinia, ejuſque miniſtri, 93, 490
—— Unicus ſemper in eodem loco, atque eodem tempore *ibid.*
—— Annuus, aut ad ſingula feſta electus. 499
Hierophantides, ſive Hierophantriæ, 93. 493
Hierophantria Hecates. 93

Hierophantas nominari ipſorum nomine, fas non erat ab iis quos initiarant, alias contra. 499
Hippias, ubi Athenis occiſus fuerit. 217
*Hoſtiis ſuis*, quid in Tauroboliis. 59, 122
Hymni: vide Pæanes
——— in Conviviis 575
Hymnodi minime è fece vulgi. 579
——— tum apud Smyrnenſes, tum alibi, *ibid.*
Hymnodorum Collegia. *ibid.*
Hymnodus Polemo ſophiſta. 578
Hymnus ſacer in Adriani Olympiis. 801

I.

IAtraliptæ quales fuerint. 718, &c.
Jatraliptice Plinii. 720
Ἰακχαγωγὸς quinam. 491
Ἰδιοξενος. 774
Ἱερὰ σύνοδος ξυστική. 641
Ἱερεῖς pro ἀρχιερεῦσι. 232, 265
Ἱεροθύται, quales. 761, 767
Ἱεροκήρυκες, & κήρυκες. 490, &c.
Ἱερομνήμονες, ad Concilium Amphictyonum. 450
——— à Pylagoris diſtincti. *ibid.*
——— unus numero, plures Pylagoræ. *ibid.*
——— iidem cum Ἱερογραμματεῦσι. 452
——— Pylagorarum Præſides. 452
——— Annui, Pylagoræ vero ſemeſtres. *ibid.*
Ἱεροποιοὶ, eorumque hiſtoria. 742, &c.
Ἱερωνῖκαι quales fuerint 793
Ilienſes, quibus Neocori fuerint. 312
Initiationes per lavacra, quibus in Sacris. 13
Imberbium, ac Puerorum quænam differentia fuerit. 654, &c.
Imperia, & Juſſa Deorum. 786, &c.
Inſcriptiones ad Xyſtos ſpectantes cur Græce fuerint expreſſæ. 637
Inſtituta Græcorum plura Neapoli, ac quare. 636
*Iſiacæ ſacraria Lenæ*, quænam. 85
Iſiaci. *ibid.*
——— omnis conditionis, quandoque homines. 169
Iſiacorum *ſummus ſacerdos* ſeu Maximus. 168, 169
Iſidis Collegium. 158
Ἰσοπολιτεία, apud Plutarchum, quid ſit. 784
Iteratio ſacri Taurobolii. 127, 139
Julianum Cæſarem nunquam Taurobolio initiatum fuiſſe, multò minus per id Pontificem Maximum conſecratum. 37, 178
Juramentum ab Hellanodicis (non tantum ab Athletis) præſtitum. 619

K.

Καθάλυσις, quid circa Xyſticos, &c. 651
ΚΑΒΑΡΝΟΣ non Deus aliquis, ſed ſacerdos Cereris. 628, 736
Kenava Mulier Harlemenſis bellatrix. 624
Κήρυκες & Ἱεροκήρυκες. 490, &c.
Κοινὰ Urbium. 549, 296
——— Aſiæ, Lyciæ, Bithyniæ, Cappadociæ, Cretenſium, Galatarum &c. 292, 292
Κοινὸν Ελλησποντιακῶν. 295
——— quæ circa illud Κοινὸν conſideranda. *ibid.*
——— Lampſacenorum, Smyrnenſium, Pergamenorum, Epheſiorum, Sardianorum, &c. 296
τὸ Κοινὸν τῶν Γαλατῶν, quid in Inſcriptione. 530
Κορυφαῖος τοῦ χοροῦ. 685
Κοσμηταὶ, quinam ac quales. 696, &c.
——— etiam Sacerdotes, ac quorum Deorum 699
Κόσμοι Cretenſium. 747, &c.
Κράτος, quid quandoque ſignificet. 303
Κωμασταὶ Cretenſium. 752, &c.

L.

Λαμπαδάρχαι. 504
Λαμπαδοφόροι. *ibid.*
Λαμπαδαδρομίαι. *ibid.*
——— tres numero. 505
Λαυραστής. 684


Le-

Leontica, in Mithriacis Sacris, ſicut Patrica, 10, 12, 14
Λεύκωμα (Latinis *album*) quid. 593
Λογιςαὶ & λογιςεύοντες. 740
Λόγιοι πρυτάνεις quo pertineant. 741
Ludi Deliaci Quinquennales. 573, &c.
—— Junonii. 554
—— ob Dedicationes, &c. 326
—— ob Neocorias. 332, 336
—— Quinquennales per Provincias inſtituti. 325
———— ac quibus ex occaſionibus. *ibid.*
Lyciarcharum Electio 277

M.

MAcedones *bis Neocori*, non ſub Alexandro Magno, ſed ſub Caracalla. 356
—— quid ſit κοινὸν Μακεδ. Β. δὶς Νεω. *ibid.*
Magnæ Matris (ſimiliaque ſacra) apud Romanos multum reformata. 22, 23
Magneſia utraque Stephanephoro gaudebat. 372
Majora Myſteria: vide Myſteria.
Marpeſſa fœmina bellatrix. 614
pro M. AURELIANI legendum M. AUREL. ANT. 792
Maſtigophori, & Maſtigonomi. 522
Mater Deorum, & Attis Populi Romani. 172
—— qualiaque illorum ibi Sacra. 171
*Maxima*, quid quandoque denotet. 256
Μελανηφόροι. 265
Mel, pro aqua lavandis manibus, in Mithriacis. 14
Menagyrtæ. 173
Mediaſtini in Gymnaſiis. 714
Menotyrannus quis. 31, 146
Medici quales in Gymnaſiis. 714
Medici Ocularii. 721
Μελέτης ἀγων. 801
Menſes Attici, ipſorumque rectus ordo ex Marmoribus 595, 597
—— quomodo ſinguli conveniant cum Menſibus Romanis. 598, 599
—— ἰμβόλιμοι, &c. 600
Metragyrtæ. 151, &c. 173
Metroïci trifariam diviſi. 169
Metropoles urbes. 235, &c.
—— primæ. 239, &c.
Metropolitæ Chriſtianorum. 242
Meurſii opinio de Magnis Myſteriis. 610
Mithriaca ſacra cum Tauroboliis non confundenda. 9
—— Inſcriptiones illa illuſtrantes. 10, 11, &c.
—— per occaſionem illuſtrata ibid. uſque ad 22
Monachorum Chriſtianorum veſtimenta, 51
—— ſordities. 52
Monita Gymnaſtarum. 713
Monita Deorum. 73, 788
Moniti in ſomnis. *ibid.* &c.
MONUIT an MOVIT legendum in Inſcriptione. 72, 76, &c.
Morellii verſio examinata. 381
Munerarius Gladiatorum. 246
Myſtæ Magnæ Matris non omnes Tauroboliati. 157
—— Bacchi Briſei. 580
Myſteria, & ſacra ex voto. 76
—— Athenienſium non Pentaeterica fuiſſe, ſed annua. 602, 605
—— Non ſolis Athenienſibus, verum & exteris illa patuiſſe. 604
—— Quando peregrini ab illis excluſi. *ibid.*
—— Philoſtrati locus de illis explicatus. 606
Myſteria Parva præparatio fuerunt ad Majora. 609
———— fuerunt Annua. 611
—— Quodnam temporis interſtitium inter hæc Parva & Magna fuerit. 610, 611
Myſteria, in ſuis ſacris æmulati ſunt Chriſtiani veteres. 616

N.

NAvis, ſeu Navigium in Smyrnæorum Olympiis. 510
—— Panathenaica. 511
———— Acta per ſubterraneas Machi-

chinas. ibid.
Navis in Delo. 512
Naves ejuſmodi & alibi. ibid.
Navis Severi, Romæ in Circo 513
Neocori ſacerdotes. 299
——— Ἀιγιαίων. 300
——— Serapidis. ibid. & 301, 302
——— τῶ μεγάλων θεῶν Νεμέσεων. ibid.
Νεωκόρος χρυσοῦς. ibid. & 306
——— τῶ Σεβαστοῦ. ibid.
——— τῆς λαμπροτάτης Κυζικηνῶν μητροπόλεως. 305
Νεωκόρων πρεσβύτατος. 303, 306
Neocoræ urbes, ipſarumque prima origo. 309
——————— ac quidem à Diana Epheſia. ibid.
——— a quo tempore maximè numero adauctæ. 312
——— Urbis Romæ 315
Neocoriarum *Auguſtorum* origo. ibid.
Nero ſcenicus, & in albo profitentium. 388
——— ejus circa Ludos & Certamina inſania. 544
——————— ridiculus metus prætenſus. ibid.
Nicomedienſes ſub Philippis bis Neocori. 347
——— ſub Caracalla ter, item bis. 340
——— ſub Decio bis. ibid.
——— Sub Gallieno bis, ter, & quater. 347
Νομοδείκτης. 427
Νομοφύλακες, qui; ac quales. 664
*Nova* Ceres, Veſta, Iſis, Juno, &c. de Auguſtis fœminis. 263

O.

Oculorum repoſitores in ſtatuis. 721
Olympia pluribus in locis (tum & alia certamina.) 507
Ὀλυμπιασταὶ, Ἰσθμιασταὶ &c. 486
Ordines totos &c. ſacra ſuſcepiſſe Taurobolia. 67
——— pro ſalute Auguſtorum. ibid.
Ὁμογάλακτες, 729, 734
Ordo, ſeu τάξις, Pæaniſtarum. 580
Opinio Eruditorum ſuper urbibus bis, ter quaterve Neocoris. 335
Orgia Dionyſii Thebana Trieterica; at non ita Attica. 612
——— Delphica Triëterica, itidem Thebanorum. ibid.
Orgiophanta. 488, 494
Orgiaſtæ. 494
Ὀργεῶνες. 729, 734
Ὥσιοι quid. 383

P.

Pæanes ac Pæaniſtæ. 567
——— primitus hymni in Apollinis honorem. ibid.
——— ἐσχαρισταὶ, &c. ibid.
——— Olen primus ipſorum compoſitor. 568
——— apud Delphos iidem prima Certamina. ibid.
——— apud Arcadas præ cæteris in uſu. ibid.
——— non ſolis Dîs, ſed etiam Heroibus cantati. 570
——— quin & Hominibus (ex adulatione) ibid. &c.
——— cantati Lyſandro. 571
——— una & Meretricibus, ac Paraſitis. 572
——— cantati cum belli, tum pacis temporibus. 573
——————— ante pugnam Marti, poſt pugnam Apollini. ibid.
——————— quin & Neptuno (forſan & aliis) ante pugnam. 574
——— ob victorias, ob pacta fœdera, &c. ibid.

P.

Pædotribæ qui ac quales fuerint. 691
——— per totam vitam, ſeu perpetui. 692
——— diſtincti a Gymnaſtis. 693
——— quo ordine alios ſecuti. 694
——— plures ſimul numero fuerunt. ibid.
——— P. Faber illos male cum Gymnaſtis. confundit. 703

—— Gymnaſiarum miniſtri. 705
—— ipſorum munus, ex Antiphonte. *ibid.*
—— iidem quoque *Didaſcali*, quatenus ipſo actu ac praxi, τὰς παῖδας &c. inſtruerent. 695
—— H. Prideaux opinio de Pædotribis. 702
Παλαιςροφύλαξ, apud Hippocratem, Pædotriba. *ibid.*
Pambœotia. *ibid.*
Panegyriarchæ. 534, 535, 546
Palæſtritæ quinam. 713, 714
ΠΑΝΗ, & ΠΑΝΗΓΥΡ, quid in nummis Apamenſium ſignificet. 546, &c.
Panegyriſtæ ſolummodo ſpectatores, 547
ΠΑΡΑΠΡΟΣΤΑ ΤΑΣ ΒΟΥΛΑΣ. & ΠΡΟΑΓΟΓΟΥΝΤΟΣ ΔΙΟΚΛΕΟΣ, &c. 761, 770
Panionium deſcriptum. 288
—— ex quibus membris primum conſtiterit.
—— in eo erat & Rex Sacrorum. 289
—— quid in illo perageretur. *ibid.*
—— quando ibi Aſiarchis locus. 290
—— Judicia in eo exercita. 394
Παρασά). 684
Paraſiti, Apollinis, Herculis, &c. 160
Parnaſſus Apollini & Baccho ſacer. 612
Patres Sacrorum, in Mithriacis ſacris. 20
Πατελάρχαι iidem cum Φυλάρχαις. 803
Patres Patrum. Dei Solis Invicti Mithræ. *ibid.*
Πατρία, quid in inſcriptionibus quandoque denotet. 802
Patrica in Sacris Mithriacis. 10
Patrimi Matrimique pueri Hymnodi. 582
Πατρομύστς. 495
Pentathli puerorum origo. 657
PER SACERDOTE, quid ſit. 124
Periadonicæ & Periodi. 654
Perſica, in Mithriacis. 11
Petra Taurobolata vel Taurobolita. 123
Polemarchus Athenis, ejuſque munus 220
—— ſerioribus ſæculis ibidem qualis. 415
Polemarchi apud Ætolos. 454
Polemon ſophiſta non ſimplex Agonotheta fuit. 510
Πολιτεία jus Magiſtratûs capiendi. 781
Pontificatus Maximus Chriſtianorum ejuſdem juris ac poteſtatis, circa Chriſtianiſmum fuit, quam Gentilium circa Gentiliſmum. 188
Pontifices: vide & ἀρχιερεῖς.
—— Templorum in Aſia, &c. 243
—— Latinorum. 251, &c.
—— Civitatum, Coloniarum, Regionum. *ibid.*
—— eadem ratio Flaminum. *ibid.*
—— plures quandoque in una eademque civitate, ſaltem provincia. 254
—— Auguſtorum, &c. 276
—— Quinquennales ibidem. *ibid.*
—— Perpetui. 107
Pontifices Maximi Gentilium (Romæ) non ſemper eo munere ipſi fungebantur. 193
—— habebant ſuos Vicarios. *ibid.*
Pontifices plures quandoque ſimul, inter Chriſtianos æque atque inter Gentiles. 193
Pontificum numerus apud Romanos. 198
Pontifex Maximus Sabinorum, an fuerit. 255
—— primus. *ibid.*
—— Maximus, an conſecratus Taurobolio. 64
Pontifex Sacrorum, Pontifex Minor Publicor. P. R. Sacrorum. 197
Pontifices totius Xyſti. 641
—— iidem perpetui, ac quidem jure (aliquando) hæreditario. 641, 643
Porphyrii locus obiter perpenditur. 406
Porticus Regia, ſeu στοὰ βασιλικὴ Athenis. 210
Præeuntes, in Sacris. 55, 103, 107
Præfectus Balnearum Auguſtorum. 641, &c.
Præparationes ad Myſteria, an ſemper æque obſervatæ. 615
Prærogativæ & præmia Tauroboliatorum. 129, &c.
Π. ΡΟΔΙΟΝ, an ΠΡΟΔΙ. ΟΝ de-

(de Phrontone) in nummo legendum ; ac quomodo explicandum. 281, &c.
S. Proculi Martyris, in inſcriptione, hiſtoria. 723
Προμαντεία, ad Delphos, quid. 441, &c.
Πρόξενος & προξενία, quotuplex. 773, &c.
Προπείρα quid. 667
Πρόσοδος εἰς τὴν ἐκκλησίαν. 775, &c.
Pro ſalute Imperatorum (Taurobolium). 57, &c.
Privatos pro ſalute Cæſarum Taurobolia ſuſcepiſſe. 70
——— etiam pro aliis privatis. *ibid.*
——— vel ſolos, vel ſimul cum aliis. 78
Privilegia Athletarum, qui victores erant. 585
Πρωτοστάται. 684
Πρωτομύσται. 495
Proculus Torpacion (Tertulliani) qualis Alipta. 719
Πρυτανεῖα Græcarum urbium. 392
Πρυτανεῖον Athenis, idem cum ἐκκλησιαστηρίῳ 212
Πρυτανεῖον, ac πρυτάνεις ex Plutarcho. 213
Πρύτανις ἐπώνυμος. 393
——— πρῶτος, idem cum ἐπωνύμῳ. 395
——— ſic & ἄρχων πρυτάνεις. 396
Prytanes Græcorum ; ac quid de ipſis Ariſtoteles. 389
——— Magiſtratus tum Politicus, tum Sacer. 390, &c.
——— fuerunt Sacerdotes Veſtæ. 391
——— & annui, vel ad vitam, ſeu perpetui, 392
——— plures aliquando in una eademque civitate. 395
——— habitus, ſeu veſtitus. 397
Prytanes Corinthiorum. 394
Prytanes *fœminæ*, ac quales fuerint. 396, 397
Puellæ per ætates compoſitæ ad certamina. 661
Puellæ Fauſtinianæ, *novæ* Fauſtinianæ, Mammæanæ, &c. 164
Puellæ, ac pueri Alimentarii. *ibid.*
Pueri Ulpiani. *ibid.*
——— Curiæ. *ibid.*
Puerorum, ſeu παίδων, ab imberbibus, ſive ἀγενείοις diſcrimen. 654, &c.
Punitiones in Mithriacis. 15
Πρωτοκόσμοι Lyttiorum in Creta. 751, &c.
Pylagoræ, qui ac quales. 459
——— ad Concilium Amphictyonum. 450
——— quo munere functi. 451
——— differentia ipſorum ab Hieromnemonibus. 450
——— quot numero fuerint. 451
Pylagoræ ſemeſtres, Hieromnemones annui. 452
Πυλαία ἐτησία. 453
Πυλαία ἠρινή, ſive ἰαρινή. 456
Pythia (Certamina) pluribus in locis 507
Pythii, apud Lacedæmonios, quinam. 485
Πυθιασταί, Δηλιασταί, Ὀλυμπιασταί, &c. 486

Q.

QUindecimvirorum numerus uſque ad LX. adauctus. 199
Quinquennales Ludi per Provincias. 325
——— quibus occaſionibus. *ibid.*
——— Sacerdotes, ſeu Pontifices. 267, 271

R.

Ῥαβδοφόροι & ῥαβδοῦχοι. 522
Regenerationes Myſticæ. 27, 66, 127
——— quantæ durationis iſtæ fuerint ibidem. &c.
Rex Sacrorum Romæ inter Pontifices Minores 198
Rex & Regina Sacrorum. 200
——— quandiu ille Romæ perduraverit. 202
Regis (Romanorum) Sacrorum, ab Athenienſi Rege, fere eodem cum munere. 203, &c.
Rex *Sacrorum*, apud Athenienſes, deſcriptus. *ibid.*
Romæ ac Julii Cæſaris Templum. 336

S.

SAcerdos Maxima Matris Deûm. 97, 142

——— Perpetua & Prima Municipii. 257
Sacerdos ſummus Matris Deûm. 97, 142
——— Summus Iſiacorum. 168
Sacerdotes Neocori; vide, Neocori Sacerdotes
Sacerdotes Tauribolii Sacri adminiſtros, pro voluntate Tauroboliandorum electos fuiſſe. 98
Sacerdotes Iſidis uxoratos ac Maritatas fuiſſe. 150
Sacerdotes Magnæ Matris uxoratos, & Maritatas fuiſſe. 140, &c. 150
Sacerdotia etiam ab Epicureis poſſeſſa. 362
Sacra & Myſteria ex voto. 76
Sacra ἔνζωμα. 180
Sacratæ apud Eleuſinam, quibus Deabus, &c. 82
——— apud Lernam. 83
——— apud Æginam. 18, 84
Sacrario per Sphragitidas. 179
Sacrum Taurobolium per plures quandoque dies continuos duraſſe. 117, &c.
——— vide porro, Taurobolium.
Scamma, quid in ſtadio fuerit. 667
Scamma ac ſtadium quandoque unum & idem. 668
Scamma proprie dictum. 670
Scenici quam parva in æſtimatione apud Romanos. 384
Scolia in conviviis cantata, ac quomodo 576
Scolium, quid ac quare ita vocatum. *ibid.*
Scriba, ſeu γραμματεὺς, Certaminis Muſici, 427
Sardiani bis & ter Neocori ſub Heliogabalo. 344
——— ſub Salonina bis, & ter, & ſimpliciter, & Δ, 350
——— ſub Gordiano bis, & ſimpliciter. 353
——— ſub Salonino Valeriano ſimpliciter,
——— ſub Maximino, & in nummo Tranquillinæ, ſimpliciter. *ibid.*
Σεβασοφάντ). 499
Senatus Romanus unde ΙΕΡΟΤΑΤΗ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ, 330
Senatus Atticus non ſemper idem numero fuit. 618, &c.
——— Trecentorum. *ibid.*
——— Sexcentorum. 620
——— Mille Senatorum. 621
SE VIVO, SE VIVOS, SE VIVVS &c. POSVIT. 121
Silentium circa Myſteria. 111
*Siparia portarum*, an ſuſpiria portarum, an vero ſuſpiria epoptarum apud Tertullianum ſit legendum. 608
Σκυτάλη veterum in ſcribendis epiſtolis. 769
Sodales Auguſtales, Flaviales, Antoniani, Veriani, Helviani, Hadrianales, &c. 738
Smyrnæorum cum Epheſiis ac Pergamenis contentio ſuper πρωτείας urbium 327, &c.
Smyrnæi Deæ Romæ Neocori. 319, &c.
——— ter Neocori, & Deæ Romæ. 341
Sophiſtarum nomina qua ratione in nummis compareant. 564
Sophiſtarum θρόνοι, ſeu Cathedræ. 795
Ex *Stipe collata* dedicationes, &c. 791
——— Taurobolium. 786
Stipes ipſe colligebat Cæſ. Auguſtus. 792
Spelea Mithriacorum. 16, 17, &c.
Stadium, quid ac quale. 665, &c.
Statuæ, an a Tauroboliatis poſitæ. 124, 125
Stephanephori Sacerdotes. 361
——— non vulgaris notæ. *ibid.*
——— etiam Epicurei erant. 362
——— Herculis ſacerdotes, tum & aliorum Deorum, 362, 364.
——— Apollinis & Solis, apud Magneſios, 564
——— Auguſtorum: 366, 368
——— quarum urbium. 370, 372
——— apud Smyrnæos Bacchi Briſæi ſacerdotes. 379
——— Ludis ac Certaminibus (quandoque ſaltem) præerant. 373
——— Annui fuerunt: niſi & Quinquennales fuerint. 374

——— ip-

—— ipſorum ἐπωνυμία, & habitus, 362, 369
—— Coronam lauream, quandoque & auream, geſtabant. 378
—— Munus ipſorum duplex, politicum & ſacrum 376
Stephanephori quandoque Aſiarchæ, & Neocori ſacerdotes ſimul. 368
Στεφανηφόρος ἱερεὺς. 370
—— χῖος. 371
Στεφανηφόρου —— ἐπὶ μηνὸς τρίτου, quid 378
Stola Pontificia Gratiano Aug. oblata. 183
—— non omnibus Impp. oblata fuit. 182
Στρατηγοὶ Græcorum. 409
—— quid de ipſis Vaillantius ſentiat. *ibid.*
—— quid Ez. Spanhemius. 411
—— plures in una eademque urbe. *ibid.*
Στρατηγοὶ & ἄρχοντες, an non ſimul in una eademque civitate. *ibid.*
—— ſimul cum πρυτάνεσι. 410
—— quinam Magiſtratus apud Athenienſes. 411
—— an illorum idem alibi munus. 412
Στρατηγοὶ Achæorum. 418
—— in Sacra Scriptura, ſeu Actis Apoſtolorum. 419
—— illorum cuſtodia qualis. 421
Στρατηγὸς ἐπώνυμος; quod Magiſtratus ille annuus. 417, 422
—— πρῶτος. 421
Στρατηγὸς ipſe Conſtantinus Magnus fuit Athenis. 410
Στρατηγὸς ἐπὶ τῶν ὅπλων.
—— ἐπὶ τῶν ὅπλων τῷ Ηρακλεῖ ὁπλοφύλακι. 413
—— ἐπὶ τοὺς πολίτας. 415
Στρατηγὸς ἐπίσκοπος, vel Στρ. τῆς στρατείας. 417
—— τῆς εἰρήνης. 64, &c. 175, &c.
*Summus Sacerdos* Prudentii qualis fuerit
—— apud Chriſtianos, ſeu Princeps ſacerdotum. 177
Synodus Deorum. 159
Synodi ſacerdos. *ibid.*
Συμπολιτεία apud Xenophontem. 784
Σύνοδος ξυστική. 641
Synodi Xyſticæ ἄρχοντες. 641, 644
Συστάται, ac συστάτεις. 697
Σωτὴρ, ac Σωτῆρες, quinam. 469, &c.
Σωφρονισταὶ, & ὑποσωφρονισταὶ. 701

T.

TAbulæ æreæ inſcriptionibus Decretorum inſervientes. 764
—— argenteæ. 767
Τάξις, ſeu Ordo Pæaniſtarum. 580
Θανατήσια apud Lucianum, feſtum joco confictum. 515
Tauroboliorum Sacrorum origo unde. 56
Taurobolia quo tempore, circiter, exorta. 7
—— quamdiu perduraverint. *ibid.* &c.
—— quis ipſorum, inter Chriſtianos, primus meminerit. 9, 24.
—— cui Deæ, Deoque dicata. 27
—— non Jovi, non Iſidi, non Dianæ aut Cereri. 28, 32
—— Ritus, per quos illa fierent. 33
Taurobolia ſola. 40
Taurobolia ac Criobolia conjuncta. 42
Taurobolium excipere. 47
—— *percepit*, vel *accepit*. 41, &c.
—— *fecit*. 58
Taurobolium populi, aut Ordinis, Lactoratenſis, 59, 60
—— Narbonenſis. 57
Taurobolio Magnæ Matri ſe devovebant. 78
Tauroboli ac Taurobolini. 48, 143, 145
Tauroboliti, ſeu Tauroboliati, 79, 81. 92 86
Taurobolium ex *Stipe collata*. 786
—— indictum juſſu MatrisMagnæ. *ibid.*
—— ex imperio. 789
Tauri *Vires* quid ſignificent in Taurobolio, 46, &c.
—— ſanguis, cornua, teſticuli. 53, &c.
TAURI QUO PROP. quid ſignificet. 63
Τιμὴ, ſeu Τιμαὶ, pro *Statua*. 496

Te-

**Τελαμῶνες, ſeu faſciæ, ad publica Decreta.** 769
Templa plura pluribus, ſeu ſingula ſingulis, quorum erant Neocoræ urbes, dedicatæ. 337
Templum quandoque pluribus unicum. *ibid.*
Terræ motus in Aſia, tum ſub Tiberio, tum ſub Antonino Pio, quas urbes afflixerit. 282
Τεχνῖται Διονυσιακοί. 380, 382
Themiſtocles Dianæ Lycophrynæ (procul dubio,) Stephanephorus apud Magneſios 372
Theori, qui ac quales. 468
——— ad Oracula miſſi, &c. *ibid.*
——— nec ſemper ob Oracula conſulenda. 472
——— ad Delum (pompæ ducendæ,) 473
——— eorum munus, comitatus, &c. 46
Theoros quinam Delum miſerint. 47. &c, 475, &c.
Theoriæ ad plura loca, Sacra, ac Ludos, miſſæ, 479
Θεωρίαν καὶ θυσίαν ἄγειν. 480
Theſmothetarum numerus, ac munus 550, &c.
Θιασῖται & ἀρχιθιασῖται. 729, &c.
Θίασος, &c. 729, &c.
Tholus, ſeu θόλος, Athenis. 211
Tituli Imperatorum eraſi. 105
Tribus circa *agones Muſicos* inter ſe contendebant certamine 672, &c.
Triopii conventus, ad Apollinis templum. 462
ΤΡΙΣΑΠΟΛΕΩΝ, an ΤΡΙΣΔΕΚΑΠΟΛΕΩΝ ſit in inſcriptione legendum. 243, 250.
Τελεσταί. 684

V.

Verba dictata in Sacris. 111
Veſtimenta Monachorum. 51
——— Tauroboliatorum Sacroſancta, & quid de iis factum. 48, &c.
——— Dîs dedicata. 49

Vicarius Pontificis Maximi. 195, &c.
Vicarii diverſorum munerum. 196
Vires Tauri exceptæ (de ſanguine) 53
——— conſecratæ, (de cornibus) *ibid.*
——— conditæ (de teſticulis) 54, &c.
Virgines Machlyum &c. inter ſe pugnantes. 616
Virginum Laconicarum Certamina. 558, 560
Vocabula Sacris reperta. 407
Urbes Neocoræ: vide Neocoræ urbes.
——— cur nunc ſemel, nunc bis, nunc pluries Neocoræ, diverſis temporibus, ac ſub diverſis Auguſtis. 356
Urbium contentiones ſuper honore Neocoriæ. 318, 319
——— ſuper πρωτεία &c. 223
——— Smyrnenſium, &c. circa iſtam ambitio, *ibid.*
Φρήτορες, ſeu Φράτορες. 729, &c.
Φρατρίαρχοι. *ibid.*
Φρατρίαι. *ibid.*
Φρατρεῖον, qualiſnam locus. 732
Φρήτορες Ἀρτεμίσιοι Neapoli. 738
Φρήτορες Εὐμηλίδαι. 737
——— Ἡσιονάοι. *ibid.*
——— Θεωκλίδαι. 738
——— Βασιλίδαι, Διαγορίδαι, Κυμίδαι.
——— Ἀγίδαι, &c. 737
——— Ἀρισταῖοι. 739
Φρήταρχος 739
Φροντισταί Fratriarum, *ibid.*
Φυλοβασιλεῖς Athenienſium. 709
Φωναὶ ἐξ ἀνακτόρων quænam fuerint. 296, &c.
Φωναὶ Sophiſtarum. 799, &c.
Φωνῆς ἆθλα. 382, 795, &c.

X.

Xyſtarchæ. 630
——— ipſorum munus ex opinione P. Fabri. 631
——— non iidem, in Græcia cum Gym-

naſiarchis; ubi nec obtinuerunt. 633, 641
——— Cretenſium. 634
Xyſti apud Romanos Balneis juncti. 616
Xyſti (& Gymnaſia), quibus Dîs dicati. 639
Xyſtici & Athletæ iidem. 638

Y.

Υγιεινοὶ, quales medici fuerint, ipſorumque hiſtoria. 706, &c.
Υμνῳδοὶ, & συνυμνῳδαί. 577
Υποκοσμηταί. 693
Υποσωφρονισταί. 701
Υστερόπολμοι. 134

Z.

Ζάκορος. 307

# I N D E X
# ERRATORUM GRAVIORUM.

## Cætera namque lector eruditus facile corriget.

Pag 3, linea 16. pro θεᾶς lege θεός.
7, l. 19 lege PAC IO AGRI PE.
l. penult. & ultima lege *& Eutropio Coſſ.*
p. 18, l. 4, in inſcriptione lege, PARDUS: tum &
l. 7. pro *&* lege *in.*
p. 43, l. 13, lege, *& Minotauro* & l. 14, lege *Oſtendunt.*
p. 44, l. 3, lege ÆGOBOLIUM.
p. 53, l. 10, pro *Vagantur* lege *Vagemur*;
p. 57, l. 2, pro *bonum* lege *boum.*
p. 66, l. ultima lege *Patres, hierocoraces.*
p. 72, l. 3, illam, MOVIT.
p. 81, l. 18, pro *illis* lege *illi.*
p. 93, l. 17, dele *colenda.*
p. 111, l. 21, lege *dictataque.*
p. 144, l. 21, pro *Aliquantiſper* lege *Aliquantulum.*
p. 165, l. 28, lege *Antoninum.*
p. 166, l. 4, *Fauſtinæ.*
p. 184, l. ultima, lege *imperii.*
p. 191, l. antepen lege *jactari*,
p. 240, l. 30, pro *enim* lege *etenim.*
p. 242, l. ultima, dele *ita.*
p. 250, l. 12, dele *Cana.*
p. 255, l. 25, lege *intra iſtam rempublicam.*
p. 257, l. 7, pro *locus* lege *jocus.*
p. 273, l. 11 & 12. lege *communitate aut civitate*
p. 276, l. 10, lege *perfici, ac quidem.*
p. 288, l. 26, lege ἐνδέξαντα.
p. 291, l. , pro *Prauſienſibus* lege *Pranſienſibus.*
p. 295, l. 1, lege ΛΥΚΙΩΝ
p. 306, l. 6, lege *Tyrimnas*; & poſtea ΕΡΜΗΣ
p. 308, l. 14, lege, *circa ſacrificia fuiſſe.*
p. 310, l. 28, lege, *pertenderent* ἄγαλμα.

p. 321, l. 5, lege, *a Tiberio ac ſenatu ſimilia. quare omnibus perpenſis.*
p. 324, l. 1, lege ΚΡΗΤΑΤΗΡΙΟΥ
l. 10, lege, ΛΕΡΕΝΝ.
p. 327, l. 13, lege ταῦτα φροντίσει
p. 339, l. 25, lege *cuſos, ſed quod.*
p. 343, l. 7, lege *Avias adiverunt.*
p. 353, l. 12, lege, *editos, niſi ubi dedicatio.*
p. 380, l. 11, lege ΚΑΤΑΣΚΕΥΑ
p. 423, l. 15, lege ΤΩΝ ΠΡΩΤΩΝ
p. 431, l. 21, dele *tut retur.*
p. 451, l. 15, lege, *Æſchinis ipſius.*
p. 453, l. 8, lege ἐσπροείχε.
p. 459, l. 14, lege *Amphiſſenſes.*
p. 467. l. penult. lege *Pompas.*
p. 470, l. 11, lege ΤΟΝ ΑΥΤΩΝ
p. 486, l. 13, lege *Delegatis.*
p. 492, l. 8, lege Θαλης
p. 495, l. 14 & 15, lege ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΣ
p. 496, l. 7, & 8, lege ΘΥΓΑΤΕΡΑ: & l. 11, lege ΑΝΑΣΤΗΣΑΝΤΩΝ.
p. 497, l. 19, lege ΙΕΡΕΑ
p. 514, l. 7, pro *Athletæ* lege *Athlothetæ.*
p. 562, l. 2 lege *licet ipſæ non.*
p. 565, l. 17, lege *nullam quis.*
p. 570, l. 8, lege *ſubornatus ab.*
p. 588, l. 8, lege ϹΥΝΕΦΗΒΟΙϹ
p. 591, l. 2, lege ΑΡΜΟΖΟΥΣΑΝ & l. 11, lege ΑΓΩΝΙΖΟΜΕΝΟΙΣ

p. 594. l. 2, & 3, lege *hos aut illos.*
p. 596 l. 12, pro XII lege, *XIII Menſium,*
p. 611. l. 9, lege, *eouſque, antequam,*
p. 615. l 4. pro *ad hoc*, lege *ad hunc.*
p. 617, l. 24. lege *comparere*: & l. antepen. dele *multis.*
p. 622, l. 6, lege *ſuper iſto.*
p. 633. l. 2, lege, *fuiſſe; ita ut Xyſtarchæ.*
p. 634. l. 11, lege *cum contrà.*
p. 6,4. l. antepen. dele *publica.*
p. 635, l. 1, lege κέρλω ϗ Δήμητρα.
p. 639, l. 21, lege *Neronis Gymnaſio, ſeu Xyſto.*
l. 27, lege *a Morellio hoc modo.*
p. 642, l. 27, lege *Sculptæ.*
p. 643, l. 3, lege *ac munere.*
p. 644, l. 1, lege cap. IV.
p. 670, l. 22, lege *compoſiti fuiſſe videantur.*
l. ult. pro *viderant* lege *vicerant.*
p. 676, l. 21, lege *id omiſſum fuerat.*
l. 28, dele *duo.*
p. 694, l. penult. lege ὑποπαιδοτελεῦνζ, & ἀλειπαιδοτελεῦνζ;
p. 695, l. 5, pro *ſaltando*, lege *ſaliendo.*
l. 22, lege *diverſa.*

p. 697, l. 2. pro *iſta* lege *iſti.*
p. 711, l. 3, dele *id*,
p. 714, l. 9, lege *augendis & conſervandis.*
p. 725, l. 8 lege *Ait id idem.*
p. 729, l. 8, lege *illorum ad illas.*
l. antepen. lege, *ſæpe plane inter ſe conveniebant.*
p. 741, l. 11, & 12, lege *hæ illæve.*
p. 7,5, l. 15, lege *fuiſſe conſtat: ita.*
p. 747, l. 3, pro *his* lege *illis.*
p. 757, l. 15, pro *viam* lege *vitam.*
p. 761, l. antepen. lege *peculiari ſacerdotio gaudebant.*
p. 767, l. 11, lege IOSVER.
p. 772, l. 20, ΚΑ ΝΙΚΑΣΘΗΙ
p. 775, l. 20, pro ΟΥΤΟΙΣ lege ΑΥΤΟΙΣ
p. 777, l. 20, pro *jam pro parte &c.* lege *jam ſemel adduxi, ita & nunc.*
p. 784, l. 5, pro ἱερα lege ἱερα.
p. 792, l. 22, pro *partens* lege, *præbens.*
p. 803, l. 29, dele (*minor licet*).
p. 804, l. 8, lege Παρθίαι. χῶραι,

A01 1475734